

M. TULLII CICERONIS

OPERA

QUAE SUPERSUNT OMNIA

AC

DEPERDITORUM FRAGMENTA

RECOGNOVIT

ET SINGULIS LIBRIS

AD OPTIMAM QUAMQUE RECENSIONEM

CASTIGATIS

CUM VARIETATE LAMBINIANA MDLXVI, GRAEVIO-GARATONIANA, ERNESTIANA, BECKIANA, SCHUETZIANA, AC PRAESTANTISSIMARUM CUIUSQUE LIBRI EDITIONUM INTEGRA, RELIQUAE VERO ACCURATO DELECTU BREVIQUE ADNOTATIONE CRITICA

EDIDIT

IO. CASP. ORELLIUS.

VOLUMEN VII.

CONTINENS ONOMASTICI TULLIANI PARTEM SECUNDAM.

TURICI

TYPIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

MDCCCXXXVIII.

ONOMASTICON

TULLIANUM

CONTINENS

M. TULLII CICERONIS VITAM

HISTORIAM LITTERARIAM

INDICEM GEOGRAPHICUM ET HISTORICUM, INDICEM LEGUM ET FORMULARUM, INDICEM GRAECOLATINUM, FASTOS CONSULARES.

CURAVERUNT

IO. CASP. ORELLIUS ET IO. GEORGIUS BAITERUS

PROFESSORES TURICENSES.

PARS II.

TURICI

TYPIS ORELLII, FUESSLINI ET SOCIORUM.

MDCCCXXXVIII.

ONOMASTICON

TULLIANUM, VARRONIANUM, CAESARIANUM, SALUSTIANUM, ASCONIANUM ET SCHOLIASTARUM CICERONIS.

Abdera, (τὰ Ἄβδηρα) urbs Thraciae crasso caelo. Ex proverbio stultorum sermones et senatorum stuporem significat: „Hic (Romae) Abdera non tacente me." ad Att. 4, 16, 6.

Abderites, Protagoras. de Orat. 3, 32, 128. de Nat. D. 1, 23, 63.

Aborigines (Αὐτόχθονες) de Rep. 2, 3, 5. Antiquissimi Italiae populi, quorum ager ad mare Tyrrhenum. — Ex agro Reatino, qui appellatur Palatium, in Palatio Romae consederunt. Varro LL. 5, 8. p. 59. — Aborigines, genus hominum agreste, sine legibus, sine imperio liberum atque solutum cum Troianis urbem Romam condidere. Sal. Catil. 6. Iustin. 43, 1.

Absyrtus s. Apsyrtus (Ἄψυρτος): Aeetae Colchorum regis et Idyiae filius, Medeae frater, apud Pacuvium est Aegialeus. de Nat. D. 3, 19, 48. Eum Medea cum Iasone aufugiens occisum membratim discerpsit, ut patrem insequentem colligendis filii membris moraretur. Ib. 26, 67. pro lege Manil. 9, 22. Ovid. Trist. 3, 9.

Abydus, oppidum Troadis ad Hellespontum, e regione Sesti. Her. IV. 54, 68.

Academia, gymnasium celeberrimum Athenis ab Academo heroe sic nominatum. de Orat. 1, 21, 98. Academiae spatia. Orat. 3, 12. Academiae non sine causa nobilitata spatia. de Finn. 5, 1, 1. „Inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo", versus ex Cic. poëmate de consulatu. de Divin. 1, 13, 22. Nobilissimum orbis terrarum gymnasium. ad Fam. 4, 12, 3. Post meridiem a turba vacuum. de Finn. 5, 1, 1. Audio Appium προπύλαιον Eleusine facere. Num inepti fuerimus, si nos quoque Academiae fecerimus? ad Att. 6, 1, 26.

Academia, gymnasium in Tusculano Ciceronis. ad Att. 1, 9, 2. Ib. 11, 3.

Academia saepissime ponitur pro tota disciplina et schola Academicorum. — Academiae proprium est iudicium suum nullum interponere — quid in quamque sententiam dici possit exponere. de Divin. 2, 72, 150. — Nobis nostra Academia magnam licentiam dat, ut, quodcunque maxime probabile occurrat, id nostro iure liceat defendere. de Off. 3, 4. 20. — Quidquid dixisses, id te ipsum negare cogeret Academia. de Or. 1, 10, 43. — Academiae ancipites viae rationesque. de Or. 3, 36, 145. — In Academia, qui quaesivit aliquid, tacet. Ubi enim is, qui audire vult, ita dixit: *voluptas mihi videtur summum bonum*, perpetua oratione contra disputatur. de Finn. 2, 1, 2. — Mos erat patrius Academiae adversari semper omnibus in disputando. de Or. 1, 18, 83. — Peripateticorum Academiaeque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes disserendi. Tuscul. 2, 3, 9. — Nos quoniam contra omnes dicere, qui scire sibi videntur, solemus, non possumus, quin alii a nobis dissentiant,

recusare. Acad. 2, 3, 7. — Vehementer ait Clitomachus errare eos, qui dicunt, ab Academia sensus eripi, a quibus nunquam dictum sit aut colorem aut saporem aut sonum nullum esse. Acad. 2, 32, 103. — O Academiam volaticam et sui similem, modo huc, modo illuc! ad Att. 13, 25, 3. — Academiae laus Panaetii, praestantissimi philosophi (Stoici), iudicio et testimonio comprobata est. de Divin. 1, 3, 7. — Philo negavit duas Academias esse errorem que eorum, qui ita putarunt, coarguit. Acad. 1, 4, 13. (*contra hanc opinionem*) Philonis (*discipulus*) Antiochus scripsit. Ibid. — Academiae veteris tota disciplina et ratio exponitur in Acad. 1, 4, 17. seqq. — Academia vetus honeste vivere fruentem rebus iis, quas primas homini natura conciliet, finem esse censuit, ut indicant scripta Polemonis. Acad. 2, 42, 131. — Academiae veteris sententia de divinatione. de Divin. 1, 3, 5. — Academiae veteris principes Speusippus, Xenocrates, Polemo. de Legg. 1, 13, 38. Ibid. 1, 21, 55. — Speusippus et Xenocrates et post hos Polemo et Crates unaque Crantor in Academia congregati diligenter ea, quae a superioribus acceperant, tuebantur. Acad. 1, 9, 34. — Antiochus veteris Academiae nobilissimus et prudentissimus philosophus Brut. 91, 315. — Vetus Academia est, quae inde a Speusippo Platonem pressius secuta est, opponiturque Peripateticis, qui tamen nonnunquam Academiae nomine cum illis comprehenduntur. Cfr. de Finn. 5, 8, 21. de Offic. 3, 4, 20. Vide Academici. — Academia recens ab Arcesila et Carneade. de Legg. 1, 13, 39. — Academia nova usque ad Carneadem perducta, qui quartus ab Arcesila fuit, in eadem Arcesilae ratione permansit. Acad. 1, 12, 46. — De eadem Academia recentiore: Multis sensi mirabile videri, eam nobis potissimum esse probatam philosophiam, quae lucem eriperet et quasi noctem quandam rebus offunderet, desertaeque disciplinae et iam pridem relictae patrocinium nec opinatum a nobis esse susceptum. de Nat. D. 1, 3, 6. Ibid. 3, 11. Ibid. 2, 1, 1. — Academiae nova correctio veteris Academiae potius, quam aliqua nova disciplina putanda, ut placebat etiam Antiocho. Acad. 1, 12, 43 et 46. — Nosti os adolescentioris Academiae. ad Fam. 9, 8, 1. — Recentior Academia, in qua exstitit divina quadam celeritate ingenii Carneades. de Or. 3, 18, 68. — Princeps Academiae (novae) Philo Mithridatico bello Athenis profugit Romamque venit. Brut. 89, 306. — De utilitate philosophiae academicae ad oratorem redundante sic scribit: — Fateor me oratorem, si modo sim aut etiam quicunque sim, non ex rhetorum officinis (*i. e. ex scholis eorum, qui praecepta dant eloquentiae*), sed ex Academiae spatiis (*e scholis philosophorum Academicorum*) exstitisse. Illa enim sunt curricula multiplicium variorumque sermonum (*ab illis de rebus omnibus in utramque partem disputantibus institutorum*), in quibus Platonis primum impressa sunt vestigia; sed et huius et aliorum philosophorum disputationibus et exagitatus (*reprehensus*) maxime orator est et adiutus. Omnis enim ubertas et quasi silva dicendi (*der Reichthum des Stoffes*) ducta ab illis est nec satis tamen instructa ad forenses causas. Orat. 3, 12. — Orator subtilitatem ab Academia mutuatur et ei vicissim reddit ubertatem orationis et ornamenta dicendi. de Fato 2, 3. — Oratoriae partitiones e media illa nostra Academia effloruerunt. Partitt. 40, 139. — Totam Academiam (*disputationem de philosophia Academica*) ab hominibus nobilissimis (*Catulo et Lucullo, quos in priore Academicarum quaestionum editione loquentes induxerat*), abstuli transtulique ad nostrum sodalem (*Varronem*). ad Att. 13, 13, 1. Cfr. Ibid. Epp. 2, 14, 16, 19, 23, 28.

Academici. Ex particula parva urbis ac loci nomen habent et Peripatetici philosophi aut Academici nominantur, olim autem propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati universarum rerum publicarum nomine vocabantur. de Orat. 3, 28, 109. — Academici: illi, qui Platonis instituto in Academia, quod est alterum gymnasium (*alterum scil. Lyceum*), coetus erant et sermones habere soliti, e loci vocabulo nomen habuerunt. Acad. 1, 4, 17. — Utrique (*Academici et Peripatetici*) Platonis ubertate completi certam quandam disciplinae formulam composuerant, et eam quidem plenam et refertam: illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus et nulla affirmatione adhibita consuetudinem disserendi reliquerunt. Ibid. — Ex

eorum scriptis et institutis cum omnis doctrina liberalis, omnis historia, omnis sermo elegans sumi potest, tum varietas est tanta artium, ut nemo sine eo instrumento ad ullam rem illustriorem satis ornatus possit accedere. Ab his oratores, ab his imperatores ac rerum publicarum principes exstiterunt. Ut ad minora veniam, mathematici, poëtae, musici, medici denique ex hac tamquam omnium artium officina profecti sunt. de Finn. 5, 3, 7. — Academici quidam constituisse dicuntur extremum bonorum et summum munus esse sapientis obsistere visis assensusque suos firme sustinere. de Finn. 3, 9, 31. — Nostrae disputationes nihil aliud agunt, nisi ut in utramque partem dicendo eliciant et tamquam exprimant aliquid, quod aut verum sit aut ad id quam proxime accedat. Acad. 2, 3, 7. — Academici prudenter a rebus incertis assensionem cohibuerunt. de Nat. D. 1, 1, 1. — Academicis mos fuit occultandi sententiam suam cet. Fragmm. p. 471. — Academici id habent decretum (δόγμα) nihil posse percipi. Acad. 2, 9, 29. — Etiam queruntur, quod eos insimulemus omnia incerta dicere: quantumque intersit inter incertum et id, quod percipi non possit, docere conantur eaque distinguere. Acad. 2, 10, 32. — Academici volunt probabile aliquid esse et quasi veri simile eaque se uti regula et in agenda vita et in quaerendo ac disserendo. Acad. 2, 10, 32. — Conantur ostendere esse aliquid perspicui, verum illud quidem impressum in animo atque mente, neque tamen id percipi ac comprehendi posse. Acad. 2, 11, 34. — Volunt efficere, iis omnibus, quae visa sint, veris adiuncta esse falsa, quae a veris nihil differant: ea cum talia sint, nihil posse comprehendi. Acad. 2, 13, 42. — Conantur ostendere multa posse videri esse, quae omnino nulla sint, cum animi inaniter moveantur eodem modo rebus iis, quae nullae sint, ut iis, quae sint. Acad. 2, 15, 47. — Ex adversariorum sententia Academica philosophia confundit vera cum falsis, spoliat nos iudicio, privat approbatione, omnibus orbat sensibus. Acad. 2, 19, 61. — Academici infirmant et tollunt ea, quae sensibus et animo percipimus. de Nat. D. 2, 59, 147. — Cum Academicis incerta luctatio est; qui nihil affirmant et quasi desperata cognitione certi id sequi volunt, quodcunque veri simile videtur. de Finn. 2, 14, 43. — Academicorum physica: Nostra tu physica nosti, quae contineantur ex effectione et ex materia ea, quam fingit et format effectio; adhibenda etiam geometria est. Acad. 1, 2, 6. — Academici partem illam bene vivendi a natura petebant eique parendum esse dicebant; neque ulla alia in re nisi in natura quaerendum esse summum illud bonum, quo omnia referrentur; constituebantque extremum esse rerum expetendarum et finem bonorum, adeptum esse omnia e natura et animo et corpore et vita. Ita tripartita ab iis inducitur ratio bonorum (animi, corporis, vitae.) Acad. 1, 5, 19. Tota eorum doctrina brevi exponitur: Ibid. 6, 24. — Academico sapienti ab omnibus ceterarum sectarum, qui sibi sapientes videntur, secundae partes dantur. Fragmm. p. 470. — Academici refutati a Chrysippo. de Divin. 2, 61, 126. — Inter eos et Stoicos est non de terminis, sed de tota possessione contentio. Acad. 2, 43, 132. — Peripateticis respondetur a Stoicis. Digladientur illi per me (Academicum) licet; cui nihil est necesse, nisi ubi sit illud, quod verisimillimum videatur, anquirere. Tuscul. 4, 21, 47. — Vera elegansque philosophia ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit et idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici eorum controversias disceptarent. Tuscul. 4, 3, 6. — Academici et Peripatetici, rebus congruentes, nominibus differebant. Acad. 1, 4, 17. Ibid. §. 18. Ibid. 6, 22. Acad. 2, 5, 15. — Academici et Peripatetici utrique Socratici et Platonici esse volunt. de Off. 1, 1, 2. — Academicorum est nomen unum, sententiae duae. de Or. 3, 18, 67. („Cicero non nisi duas Academias commemorat, veterem Platonis et novam sive recentiorem ab Arcesila conditam. Alii tres numerant: veterem, mediam Arcesilae, novam Carneadis, quibus alii addunt quartam Philonis et Charmadae, quintam Antiochi." Henrichsen.) — Academici veteres: mediocritates probabant et in omni permotione naturalem volebant esse quendam modum. Acad. 2, 44, 135. — Academici veteres et Peripatetici finem bonorum dixerunt secundum naturam vivere, id est, virtute adhibita frui primis a natura datis. de Finn. 2, 11, 34. —

Academici veteres: in eorum doctrina atque praeceptis disserendi ratio coniungitur cum suavitate dicendi et copia. Brut. 31, 120. — Academici veteres et Peripatetici quondam iidem erant. de Off. 3, 4, 20. — Academici veteres et Peripatetici id, quod semper esset simplex et uniusmodi et tale, quale esset, ἰδέαν (speciem) appellabant. Acad. 1, 8, 30. — Academici veteres. Tuscul. 5, 26, 75. Ibid. 29, 82. — Academici veteres Speusippus, Xenocrates, Polemo, Crates, Crantor. Acad. 1, 9, 34. — Academicorum historia a Socrate ad Arcesilam. Acad. 1, 4, 15. usque ad 8, 33. — Ab Arcesila ad Carneadem. Ib. 12, 43. seqq. — Academici: successiones Academicorum praecipuorum ab Arcesila ad Philonem. Scil. Arcesilas, Lacydes, Evander, Hegesinus, Carneades, Clitomachus, Charmadas, Melanthius, Metrodorus, Philo. Acad. 2, 6, 16 et 17. — Academici novi: Varro Fr. p. 330 et 331. Bip. Quaere etiam in singulis hic nominatis. — Praeclarum scriptum et Ciceronianis multis nominibus aequiparandum semper mihi Augustini *Academica* visa sunt; nec vero spernenda *Academica* Petri Valentiae a me recusa in Ed. separata Cic. Acadd. et de Finn. Turici 1827.

Acantho. Solem quartum heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur. de Nat. D. 3, 21, 54. A nemine praeterea memoratur nisi ab Arnobio 4, 14, qui Ciceronis verba descripsit.

Acarnania, pars Graeciae versus occidentem ad mare Ionium inter Ambracium sinum et Acheloum fluvium; vendita a L. Pisone. in Pison. 40, 96.

Acastus, servus Ciceronis; ad Fam. 16, 5, 2. Ibid. 10, 2. Ibid. 14, 2. Ibid. 14, 5, 1. ad Att. 6, 9, 1. Ib. 7, 1, 1.

Acca Larentia: ei sacerdotes nostri publice parentant (Larentalibus) in Velabro. Varro LL. 6, 3. p. 205. Macrob. Saturn. 1, 10.

L. Accius natus teste Hieronymo a. u. c. 584: Vitam, ut ex Valerio Max. 3, 7, 11. intelligitur, eo usque produxit, ut Iulium Caesarem viderit, non ut imperite non nemo putavit, dictatorem, sed C. Iulium Caesarem Strabonem Vopiscum, qui a. u. c. 667. aedilicius periit. Convenit, quod Cicero se adolescentem cum eo saepius collocutum significat (Brut. 28, 107.) ut, si a Cicerone viginti annos nato auditus est, plus quam octoginta annos vixerit. (Falsa est nonnullorum opinio [v. Bayle *Dict. crit.* Accius. Forcellinus. Leclerc in Ind.] de duobus Acciis poëtis pro eo, quem veteres semper simpliciter L. Accium poëtam appellant.) Didascalicon libros scripsit novem certe (ultra nonum scil. nullus citatur), quorum fragmenta collegit Io. Nic. Madvig in *Commentatione de L. Attii didascalicis* Hauniae 1831. 4. etiam in Eiusd. Opuscc. acad. Havniae 1834. 8. p. 87. seqq. — In Inscriptionibus Pisauri, ubi floruerunt Accii, repertis et ab Oliverio Pisauri 1738. editis atque in Codd. modo Accius, modo Attius scriptum legimus. Codd. interdum falso Actius. — Accius (*natus a. u. c.* 584.) iisdem aedilibus (a. 613. vel 614.) ait se et Pacuvium (*natum a. u. c.* 534.) docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. Brut. 64, 229. — Compellatus a mimo in scena. Her. I. 14, 24. — P. Mucius Scaevola mimum istum condemnavit. Ib. 2, 13, 19. — D. Bruti perfamiliaris. de Legg. 2, 21, 54. — D. Brutus, summus ille vir et imperator, Accii, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. pro Archia 11, 27. — Eius versus Saturnii a D. Bruto Gallaeco vestibulo templi Martis superscripti. Schol. Bob. pro Archia p. 359. — Eius testimonia de D. Bruto (cos. a. u. c. 616.), de Q. Maximo et P. Scipione Nasica. Brut. 28, 107. — Gravis et ingeniosus poëta. pro Plancio 24, 59. — Summus poëta. pro Sestio 56, 120. — Multi eo delectantur. Orat. 11, 36. — Accius, Ennius, Pacuvius non verba, sed vim Graecorum expresserunt poëtarum. Acad. 1, 3, 10. — Accius, Ennius, Pacuvius inter se dissimiles. De Or. 3, 7, 27. — Eius testimonium de Livio Andronico, petitum ex aliquo didascalicon libro, non ex Annalibus, ut est in Ern. clavi. Brut. 18, 72. Error ab eo commissus. Ibid. §. 73. — Num scripsisse existimamus iratum Accium? Tuscul. 4, 25, 55. — Ad L. Accii Latinitatem haec pertinent: *fallaciloquae*, ut ait Accius, *malitiae*. de Finn. 4, 25, 68. Cfr. Opt. gen. or. 1, 3 et 6, 18. — In tragoediis largius a prisca consuetudine (*declinationis*) movere coepit et ad formas

Graecas verborum magis revocare: (*Hectora* dicens pro *Hectorem*, penultima longa.) Varro LL. 10, 3. p. 583. — Apud eum non *terminus*, sed *termen*. Varro LL. 5, 4. p. 31.

Accii versus ex Argonautis. de Nat. D. 2, 35, 89. — Ex Armorum iudicio. Her. 2, 26, 42. V. Bothe poëtt. scen. p. 179, 180., nisi potius Pacuvii fuit fabula. — Ex Atreo. de Nat. D. 3, 27, 68. — De Off. 3, 28, 102. Ibid. 29, 106. — Tuscul. 5, 18, 52. — de Or. 3, 58, 217 et 218. — De Off. 1, 28, 97. — Tuscul. 4, 25, 55. Ibid. 36, 77. — In Pison. 33, 82. (dicitur a Thyeste Atreo. Ascon. in Pison. p. 16.) — Pro Sestio 48, 102. — Pro Plancio 24, 59. — Accii Brutus ludis Apollinaribus sexagesimo post anno u. c. 710. maximo cum plausu actus. Philipp. 1, 15, 36. Philipp. 2, 3, 31. ad Att. 16, 5, 1. Versus ex Bruto: pro Sestio 58, 123. — Varro LL. 5, 14. p. 85. Ib. 6, 2. p. 190. Cfr. Schol. Bob. pro Sestio p. 306. — Versus e Clytaemnestra vel Atreo. de Off. 3, 21, 84. — Eius Clytaemnestra. ad Fam. 7, 1, 2. — Epigoni, Melanippa, Clytaemnestra. de Off. 1, 31, 114. — Ex Eurysace. pro Sestio 56, 120. — Cfr. Schol. Bob. pro Sestio p. 305. et Ed. meam minorem Sestianae. — Ex Epinausimache. Tuscul. 2, 16, 38. — Versus, ut videtur, ex Hecuba. de Divin. 1, 21, 42. — De Divin. 1, 31, 66. — Ex Hercule. de Nat. D. 3, 16, 41. — Ex Medea. de Nat. D. 2, 35, 89. — Ex Melanippa. Tuscul. 3, 9, 20. — Oenomaus. ad Fam. 9, 16, 4. Ex Pelopidis. de Nat. D. 3, 38, 90. — Ex Philocteta. Tuscul. 1, 28, 68. — Ad Fam. 7, 33, 1. — ex Philocteta: *Unde ignis - expendisse supremo*. Tusc. 2, 10, 23. Seqq. vv. *Titanum suboles - - - instillant Caucasi* male a nonnullis item Accio tribuuntur, cum sint a Cicerone ipso ex Aeschyli Prometheo λυομένῳ in Latinum conversi. Alii versus de Philocteta. Ibid. 14, 33. — Versus e Philocteta, de mysteriis Lemni celebratis. de Nat. D. 1, 42, 119. — De Finn. 2, 29, 94. — de Finn. 5, 11, 32. Tuscul. 2, 7, 19. Varro LL. 7, 2. p. 294. — Eius Tereus in ludis M. Bruti (a. u. c. 710.) in scenam reductus. ad Att. 16, 2, 3. Ib. Ep. 5, 1. — Accii versus ex incerta tragoedia (Bothe Poët. scen. p. 253. Alii volunt ex Agamemnone, quae tamen fabula nemini memoratur, sed Agamemnonidae.) Tuscul. 3, 26, 62. — Versiculi incert. trag. Orat. 46, 156 et 157. — Tuscul. 1, 44, 105. — Tuscul. 2, 5, 13. — Varro LL. 5, 19. p. 100. LL. 6, 7. p. 256. LL. 7, 2. — anon. ib. p. 299. ib. p. 305. — carmen Priami. Ib. 7, 3. p. 314. — p. 335. p. 346. p. 347. Ib. 7, 4. (p. 352.) p. 358. p. 361. Ib. 7, 5. p. 363. p. 366. p. 372. Varro Fragmm. p. 190. Bip.

P. Accius in nonnullis Edd. pro P. Attius, pro Ligario 2, 5. et P. Attius Varus, ubi vide. De varietate scripturae v. Burm. ad Suet. Aug. 4. et Virg. Aen. 5, 568. Ern.

T. Accius Pisaurensis, eques Romanus, cuius accusationi Cicero respondit pro A. Cluentio. Et accurate dicebat et satis copiose eratque praeterea doctus Hermagorae praeceptis. Brut. 78, 271. — Causam Oppianici filii egit adversus Cluentium a Cicerone praetore defensum(a. u. c. 688.) pro A. Cluentio 23, 62. Ibid. 31, 84. adolescens bonus et disertus. Ibid. 57, 126.

Acculeia curia. Varro LL. 6, 3. p. 205.

Cn. Aceronius, vir optimus, socius M. Tullii (a. u. c. 683.) pro Tullio §. 17.

Acestenses (Plinio 3, 14. *Acestaei:*) parva civitas Siciliae prope Segestam. Verr. Accusat. 3, 36, 83.

Achaei, tempore Ciceronis incolae provinciae Achaiae s. Peloponnesi et Graeciae proprie sic dictae. Conf. Achivi. — Achaei L. Pisonem patronum sibi adoptarunt adversum P. Gabinium praetorem a. u. c. 665. Divinat. 20, 64. — Achaei negotiatores. Fragmm. p. 581. — Achaeis L. Piso, proconsul Macedoniae a. u. c. 697. certam in annos singulos pecuniam imperavit. pro Sestio 43, 94. — Achaei ingentem pecuniam pendebant L. Pisoni quotannis. de prov. cons. 3, 5.

Achaia, provincia Romana, Peloponnesum et Graeciam proprie sic dictam cum circumiectis insulis continens. pro Flacco 40, 100. Verr. Accusat. 1, 11, 30. Proprie pars Peloponnesi, Isthmo vicina. Achaiam provinciam Cicero exsul petere noluit propter inimicos, qui ibi erant. ad Att. 3, 8, 1. Pompeianorum in Achaia conditio. ad Att. 11, 7, 4. Ei praeest Sulpicius. ad Fam. 13, 17. a. 708. — Exhausta a L. Pisone. in Pison. 40, 96.

Achaicum negotium ad Fam. 4, 4, 2. est proconsulatus Achaiae, quem Ser. Sulpicius a. u. c. 708. a Caesare acceperat, et ad quem maiorem Graeciae partem pertinuisse cum aliunde, tum ex Lib. 6, 6, 10. *Sulpicium Graeciae praefecit*, viri docti recte existimant. Martyni-Laguna Epp. Cic. p. 167.

Acherini, nomen, ut putat etiam Zumptius, corruptum ex *Scherini;* *Σχῆρα*, parvum oppidum Siciliae mediterraneum. Verr. Accusat. 3, 43, 103. — Ernestius de hac re ita: „Siciliae populus, exiguae civitatis, sed ignotae veteribus auctoribus. Itaque Cluverus Sic. ant. 2, 2. vocem vitiatam putat et probante Harduino legendum coniicit *Scherini* a *Schera*, urbe Siciliae mediterraneae versus septemtrionem inter Hypsam et Crimissam fluvium. Apud Silium 8, 269. memoratur *pubes liquentis Acheti*, pro quo Dan. Heinsius scribebat *pubes ingentis Acheti;* qui ipse fluvius aut locus ignotus est. *Pubes Acheti* possunt dici *Achetini*. Et fortasse sic scripsit Cicero. Sed nil definio. Ceterum semel hic dixisse sufficiat: Non valere hanc rationem, qua in huiusmodi nominibus Geographi et Critici saepe utuntur: „Hoc nomen in nullo alio scriptore invenitur; ergo vitiatum est et in notum nomen mutandum." Quis enim contendat omnia loca exigua et obscura Siciliae aut cuiuscunque regionis memorata esse Geographis antiquis aut aliis scriptoribus? Si nil variant Mss. meliores aut ipsa ratio manifeste vitium lectionis convincit, nil tentandum. Sic iudicat etiam Drakenb. ad Liv. 8, 12.

Acheron: eius transvectio. Tuscul. 1, 5, 10. Ibid. 16, 37. de Nat. D. 3, 7, 43. — A P. Servilio omnes Metelli paene ex Acheronte excitati. post red. in sen. 10, 25.

Acherusia templa alta Orci. (Ennius.) Tuscul. 1, 21, 48. — Acherusia templa apud Ennium. Varro LL. 7, 2. p. 288.

Achillas, praefectus regius Ptolemaei (Dionysi), singulari homo audacia cum L. Septimio Pompeium interfecit. Caesar Civ. 3, 104. (Hoc expressis verbis tradit Caesar; non igitur est error, ut ait Drumann in Ersch et Gruber Encycl. v. Achillas, ex Orosio 6, 15. propagatus.) A Pothino omnibus Ptolemaei copiis praefectus. Ibid. 108. Eum Arsinoe per Ganymeden eunuchum interfecit. Bell. Alex. 4.

Achilles. Ei Phoenix a Peleo patre comes datus. de Or. 3, 15, 57. — Apud Homerum queritur: *Corque meum penitus turgescit tristibus iris.* Tuscul. 3, 9, 18. — Quid Achille Homerico foedius, quid Agamemnone in iurgio? Tuscul. 4, 23, 52. — Homericus Hector moriens propinquam mortem Achilli denuntiat. de Divin. 1, 30, 65. — Trahit Hectorem ad currum religatum. Tuscul. 1, 44, 105. — Achillis Memnonisque congressus. Bell. Hispan. 25. — Eius tumulus in Sigeo. pro Archia 10, 24. — Eum Astypalaeenses sanctissime colunt. de Nat. D. 3, 18, 45. — Achilles primus Graecorum. Sal. Hist. 3. p. 217. (Ed. Gerl. min.) — ad Fam. 5, 12, 7. ad Att. 9, 5, 3.

Achilleus, M. Bruti libertus. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6.

Achivi: eorum profectio ab Ilio. de Divin. 1, 14, 24.

Achradina, altera urbs Syracusis; eius *τοποθεσία*. Verr. Accusat. 4, 53, 119. — Achradinae portae Syracusarum; ad quas magna frequentia sepulcrorum. Tuscul. 5, 23, 65. (Alii legunt *Agragianae*, *Acragianae* quasi Agrigentum versus collocatae.)

Acidini. v. Manlii Acidini.

Acilia gens. Fuere Acilii cognomine Aviolae, Balbi, Glabriones, quorum duo posteriores propter tribunatum plebis, quo functi sunt, certo plebeii.

Acilia lex. Verr. Accusat, 1, 9, 26. — Cfr. Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 149. Spangenberg in Ersch et Gruber Encycl. in v. *Acilia lex.*

L. Acilius falsa lectio pro L. Atilius (ubi vide) de Legg. 2, 23, 59. Lael. 2, 6.

M'. Acilius L. F. K. N. Balbus et T. Quintius Flamininus coss. a. u. c. 604.; quibus coss. fingitur habitus sermo de senectute inter Catonem, Laelium et Africanum minorem. Cato 5, 14.

C. Acilius Glabrio. Graece scripsit historiam. Quid de decem captivis ab Hannibale post pugnam Cannensem ad senatum missis tradiderit. de Off. 3, 32, 115. Trib. pl. 557. A. u. c. 599. Carneades, Diogenes, Cri-

tolaus in senatum introducti interprete usi sunt C. Acilio senatore. Gell. 7, 14, 9. Cfr. de eo Krause Fragmm. Hist. p. 84. Heusinger et Beier ad Off. l. l. „Vixit aetate Catonis Censorii, memoratus Plutarcho in Cat. c. 22. Macrobio Sat. 1, 5. Cum Caii praen. citatur a Plutarcho in Romulo c. 21 et a Dionysio 3, 77. Eius *annales ex Graeco in Latinum sermonem vertit* (Q.) *Claudius* (*Quadrigarius* (?) teste Livio 25, 39. 35, 14." Beier. Chapmannus quidem ad Off. in Pearciana editione centum annis Glabrione trib. pl. 557. iuniorem facit; putans fuisse Graecum natione et a Romano nomen accepisse, quod Cicero in Bruto commemorans omnes historicos Romanos, in his Albinum, qui et ipse Graece scripsit, eius nullam mentionem facit. Ab eius opinione dissentit Dukerus ad Liv. 25, 39.

M'. Acilius Glabrio cos. a. u. c. 563. apud Thermopylas depugnavit cum Antiocho Magno. Cato 10, 32.

M'. Acilius (Glabrio), trib. pl., pater praetoris, legem Aciliam tulit de pecuniis repetundis severissimam: in qua ne comperendinari quidem licet. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 149. Act. II. Verr. p. 165.

M'. Acilius Glabrio praetor a. u. c. 684. in Verrem iudicium exercebat. Verr. Act. 1, 2, 4. homo in quaerendo diligens, serviens populi existimationi. Ibid. 10, 29. Ibid. 14, 41. Graviter eum exhortatur Cicero, ut suscipiat causam iudiciorum, severitatis, fidei, religionis, capiatque Glabrionis patris (trib. pl. de quo nihil praeterea constat) vim et acrimoniam, avi (Publii, cos. a. u. c. 621. potius quam Quinti Mucii Scaevolae cos. a. u. c. 637.) prudentiam, soceri (Marci Aemilii Scauri, cos. a. u. c. 639 et 647.) constantiam Ibid. 17, 51 et 52. (Pro Glabrione Scaevola tutor fenus et impendium recusavit. ad Att. 6, 1, 4.) — Sapientissime fecit, ut in Verris iudicio repente consilium in medio C. Numitorii testimonio dimitteret. Verr. Accusat. 5, 63, 163. — Verr. Accusat. 5, 29, 76. — Aequalis et collega C. Pisonis in consulatu a. u. c. 687. Eum bene institutum avi P. Scaevolae (cos. a. u. c. 621.) diligentia socors ipsius natura negligensque tardaverat. Brut. 68, 239. — L. Lucullus partem militum M'. Glabrioni tradidit. pro lege Manilia 9, 26. — Ciliciae praeerat. Schol. Gronov. ad Manil. p. 438 et 442. — Consul a. u. c. 687. Qui L. Lucullo successit, non satis erat paratus ad bellum Mithridaticum administrandum (a. u. c. 688.) pro lege Manilia 2, 5. — Ei lege Gabinia Bithynia et Pontus data. Sal. Hist. 5. p. 235. — Ei placuit meus consulatus. Philipp. 2, 5, 12. — De animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. (ad Q. Fr. 2, 1, 1.) — In matrimonio habebat sororem M. Aemilii Scauri. Ascon. in Scaur. p. 29.

M'. Acilius (Glabrio), filius eius, qui consulatum gessit cum C. Pisone a. u. c. 687. et sororis Scauri, iudices rogavit pro M. Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29. Idem videtur cum seq.

M'. Acilius, (Glabrio), Caesaris legatus a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 15. Orico praeerat. 16, 39. (ubi male Edd. recentiores C. Acilius.) Idem est — Acilius, proconsul Siciliae a. u. c. 708., ad quem scriptae sunt Epp. 30 — 39. Lib. 13. ad Fam. omnes commendaticiae et — Acilius, qui in Graeciam cum legionibus missus est (a. u. c. 710.), maximo meo beneficio est: bis enim est a me iudicio capitis, rebus salvis, defensus, et est homo non ingratus meque vehementer observat. ad Fam. 7, 30, 3. Ibid. 31, 1. Successor Sulpicii fuit in provincia Achaia. — Huius videtur esse nummus memoratus ab Havercampio Thes. Morell. p. 4. Eckhel D. N. 5. p. 119; unde constat de praenomine Manii. (— De praenomine Aciliorum Glabrionum *Manio* (saepe confuso cum *Marco*) v. H. Relandi praefat. ad P. Relandi Fastos. p. 13. et Relandi Fastos ipsos. p. 13. Ern. Havercamp Thes. Mor. p. 4.) Ceterum ad Fam. 13, 30. Lallemand et Schuetz pro Aucto reponentes Acilio eundem hunc Caesarianum intelligunt.

Acmonenses, incolae Acmoniae, urbis Phrygiae magnae. pro Flacco 15. 34. Schol. Bob. pro Flacco p. 238, — In Hieroclis Synecdemo Ἀκμῶνα dicitur, ad quem locum v. Wesselingius p. 668. Alia est *Acmonia* Daciae Traiani. Vitiose Edd. vett. quaedam *Aemonenses*. Ern.

Acradina. Vide Achradina.

Acragianae. Vide Agragianae et Achradinae.

Acrion, Echecrates, Timaeus, Pythagorei Locris. de Finn. 5, 29, 87. — Nemini praeter Ciceronem memoratur, quod sciam, nisi Valerio Max. 8, 8. ext. 3. ex hoc ipso Ciceronis loco. Etsi ibi Codd. et Edd. habent *Arion*, plus tribuo Ciceroni eiusque Codd. quam compilatori Valerio. Nomen *Arion* notius est quam *Acrion*, id quod corruptioni locum fecit. Ern.

Acronoma saxa. ad Att. 13, 40, 2. locus incertus. Pithoeus volebat *saxa Acherontia*; — quod sive ex ingenio sive ex libro est, non absurdum puto. Nam *Acherontia* urbs Apuliae in alto saxo iacebat; unde *nidum Acherontiae* appellat Horat. 3, 4, 14. Ern.

Actaeon. Varro Fragmm. p. 310. Bip.

Actium, urbs et promontorium Acarnaniae prope sinum Ambracium, pugna inter Octavianum et Antonium nobilitatum. ad Fam. 16, 6. ad Att. 5, 9, 1.

Actium Corcyrae, portus Corcyraeorum. In Actio Corcyrae Alexio me opipare muneratus est. ad Att. 7, 2, 3. (Insulae nomen adiicitur, ne cum Actio Acarnaniae confundatur. Ern.)

Actius. v. Attius.

Aculanum. v. Aeculanum.

C. Aculeo eques Ro. homo acutissimo ingenio, sed minime ceteris artibus eruditus, optime tenebat ius civile. de Or. 1, 43, 191. — Pater C. Visellii Varronis, Ciceronis consobrini, doctus et iuris peritus. Brut. 76, 264. — In matrimonio habebat sororem Helviae, matris Ciceronis. de Or. 2, 1, 2. Defensus a L. Crasso. Ib. 65, 262.

Acusilas (s. Acusilaus) Argivus, Hesiodum maxime secutus genealogias scripsit: iudicium de eo. de Or. 2, 12, 53. *Τὰ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος οἱ ἱστοριογράφοι.* Clemens Alex. Strom. 6. p. 629. A. *Τὰ Ἀκουσιλάου νοθεύεται.* Suidas in v. Vixit ante bellum Peloponnesiacum (circa a. 500 a. Chr. Clinton F. H. p. 380.) auctore Dionysio Hal. Thucyd. iud. p. 818. Diogenes Laërt. 1, 41. Cabae s. Scabrae filium facit et a nonnullis annumeratum septem sapientibus tradit. Vide de eo Ionsium de scriptt. H. Ph. 1, 1, 6. Menag. ad Laërt. p. 24. Voss. de hist. Gr. 1, 1, 2. 4, 2. Ern. Fragmenta collegit Sturzius. Lips. 1824.

Acusius quidam (a. u. c. 707.) Rhodius Rhodo veniens nuntiat Q. Ciceronem Filium ad Caesarem profectum. ad Att. 11, 23, 2.

Acutiliana controversia, i. e. Attici negotium cum Acutilio quodam, homine molesto. ad Att. 1, 4, 1. Ib. 5, 4.

Acutilius, homo molestus, quocum Atticus varias habebat controversias. ad Att. 1, 4, 1. Ibid. 5, 4. Ibid. 8, 1.

Adherbal, Micipsae filius, Masinissae nepos, victus a Iugurtha Romam contendit. Sal. Iug. 13. Eius oratio in senatu. Ib. 14. Cirtae a Iugurtha obsidetur. Ib. 21. Epistola ad senatum. Ib. 24. Interficitur a Iugurtha. 26. — Adherbal, Hiempsal et Iugurtha inter se diviserunt Micipsae regnum. Schol. Bob. in or. de rege Alex. p. 351.

Adiatorix, Comanorum rex, de quo Strabo Lib. XII. p. 543 et 558. Cas. ad Fam. 2, 12, 2. (Post Actiacam victoriam in triumpho ductus et una cum filio occisus ab Octaviano. Strabo l. l.)

Adonis: ei Venerem quartam sive Astarten nupsisse proditum est. de Nat. D. 3, 23, 59.

Adramitenus: pro Flacco 13, 31., si vera lectio esset, esset ab Adramitis parte Sabaeorum in Arabia felici. Vid. Bochart G. S. P. 1. L. 2. c. 13. Sed non est dubium, quin auctoribus doctis viris legendum sit:

Adramyttenus ab Adramytteo s. Adramyttio, nobili Mysiae urbe in maritima ora. Ern.

Adramyttium, urbs Mysiae maioris. (hodie *Endramit.*) pro Flacco 28, 68.

Adrastus Cyzicenus, mathematicus nobilis. Varro Fr. p. 235. Bip.

Adria. Varro Fr. p. 302. Bip.

Adrianum marc. v. Hadrianum.

Adrianus. v. C. Fabius Adrianus.

Adrumetum. vide Hadrumetum.

Aeacida: *Aio te, Aeacida, Romanos vincere posse.* de Divin. 2, 56, 116. Est Pyrrhus. — *Stolidum genus Aeacidarum:* Ennius. de Divin. 2, 56, 116.

Aeacidae, Pyrrhi maiores. de Off. 1, 13, 39.

Aeacus. de Off. 1, 28, 97. Tuscul. 1, 41, 98. — Aeacus, templorum fabricator. Varro Fr. p. 253. Bip.

Aebutia lex. de lege agr. 2, 8, 21. diversa ab ea, cuius mentionem facit Gellius N. A. 16, 10. Cfr. Spangenberg in Erschii et Gruberi Encycl. in hoc v.

Aebutius. De Aebutio non credo; nec tamen curo plus quam tu. ad Att. 16, 2, 5.

M. Aebutius, constantissimus et pudentissimus homo. pro Flacco 37, 93.

Sex. Aebutius, adversarius A. Caecinae, homo impudens et audax. pro Caecina 1, 1. cet. (Ita scrib. esse, non *Aebucius* nec *Ebutius*, demonstrant nummi apud Haverc. Thes. Mor. p. 6.)

Aeculanum, s. Aeclanum, Hirpinorum oppidum. ad Att. 7, 3, 1. ad Att. 16. 2, 4. — (Acculanum ad Att. 16, 2, 1. putant esse idem cum Aeculano, quod est oppidum in Hirpinis. Sed Manutius negat locum sanum esse et conicit *Herculanum*, quod non longe abest a Pompeiano. Pro *Aeculanum* dicitur et *Eclanum* in Itiner. Anton. p. 120; ubi vide Wesselingium. Cfr. Goesii Ind. in Scriptt. R. Agr. Ern.) Equidem edidi Aeculanum. Vide Romanelli *Topogr. del regno di Napoli* T.2. p. 523.

Aedui (populi in Gallia Lugdunensi), fratres nostri, pugnant cum Sequanis (a. u. c. 694.) ad Att. 1, 19, 2. — Aedui fratres nostri. ad Fam. 7, 10, 4. Cfr. Caesar Gall. 1, 11. cet. (Al. scribunt *Haedui.*)

Aee. Circe et Pasiphaë et Aee e Perseide, Oceani filia, natae, patre Sole. de Nat. D. 19, 48. falsa lectio ex geminatione. Delenda sunt vv. *et Aee.*

Aeetes et Circe Colchis a Sole quinto procreati. de Nat. D. 3, 21, 54. — Aeetes, Solis filius, pater Medeae et Absyrti. de Nat. D. 3, 19, 48. Tuscul. 3, 12, 26. Ibid. 18, 39. Colchidis rex. Varro RR. 2, 1, 6.

Aegaeum mare; *Αἰγαῖον πέλαγος* (pro lege Manilia 18, 55.) inter Asiam et Europam, hinc Graeciam Macedoniamque, illinc Cariam et Ioniam alluens. de Legg. 3, 16, 36. ubi tropice ponitur hoc sensu: Gratidius Arpini in exiguo oppido turbas excitavit, quas postea Marius Gratidianus longe maiores in urbe Roma domicilio imperii excitavit. Schuetz. — Aegaeum fretum apud Pacuvium. Varro LL. 7, 2. p. 308. — Aegaeum mare a capris dictum. Varro RR. 2, 1, 8.

Aegaeus fluctus. Varro Fragmm. p. 268. Bip. — Aegaeus gurges, mare Aegaeum. Arat. v. 670.

Aegialeus. Absyrtus est apud Pacuvium Aegialeus. de Nat. D. 3, 19, 48. Iustinus 42, 3.

Aegina, insula in sinu Saronico, inter insulas Graeciae minores, circa Peloponnesum. „Post me erat Aegina: ante Megara: dextra Piraeeus: sinistra Corinthus; quae oppida quodam tempore florentissima fuerunt, nunc prostrata et diruta ante oculos iacent." cet. Sex. Sulpicius ad Fam. 4, 5, 4.

Aeginetae: iis pollices praecisi iussu Atheniensium; nimis enim imminebat Aegina Piraeeo. de Off. 3, 11. 46.

Aegisthus, Agamemnonis interfector. Eius libido. de Nat. D. 3, 38, 91.

Aegritomarus (al. Egritomarus.) Transalpinus homo. Nuper Cn. Domitium trib. pl. a. u. c. 658. scimus M. Silano (cos. a. u. c. 645.) diem dixisse propter unius hominis Aegritomari, paterni amici atque hospitis, iniurias. Divinat. 20, 67. Verr. Accusat. 2, 47, 118.

Aegus. Vide Roscillus. Caesar Civ. 3, 59. Interfectus. Ib. 84.

Aegypta, servus et deinde libertus Ciceronis. ad Fam. 16, 15, 1. ad Att. 8, 15, 1. Ib. 12, 37, 1.

Aegyptii: Illa incorrupta maxime gens Aegyptiorum, quae plurimorum seculorum et eventorum memoriam litteris continet, bovem quendam putat deum, quem Apim Aegyptii nominant; multaque alia portenta apud eosdem et cuiusque generis beluae numero consecratae deorum. de Rep. 3, 9, 14. — Aegyptii et Syri: firmiores videas apud eos opiniones esse de bestiis quam apud nos de sanctissimis templis et simulacris deorum. de Nat. D. 1, 29, 81. Excusati. Ibid. 36, 101. Apis deus videtur Aegyptiis. Ibid. §. 82. — Aegyptiorum imbutae mentes pravitatis erroribus quamvis carnificinam prius subierint, quam ibim aut aspidem aut felem aut canem aut crocodilum violent; quorum etiam si imprudentes quippiam fecerint, poenam nullam recusent. de Nat. D. 1, 29, 82. — Eorum portenta ac dementia. de Nat. D. 1, 16, 43. — De Divin. 2, 9, 22. Aegyptii haruspices. Ibid. 12, 28. — Aegyptii sacerdotes: Plato Aegyptum

peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et caelestia acciperet. de Finn. 5, 29, 87. — Aegyptii omne fere genus bestiarum consecraverunt. de Nat. D. 3, 15, 39. — Aegyptii in camporum patentium aequoribus habitantes, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. de Divin. 1, 42, 93. astrologiae cultores. Ibid. 1, 1, 2. — Mercurius quintus Argum dicitur interemisse ob eamque causam Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges et litteras tradidisse. Hunc Aegyptii Thoth appellant eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. de Nat. D. 3, 22, 56. Nefas habent nominare Mercurium quintum, Nili filium. Ibid. — Aegyptii condiunt mortuos et eos domi servant. Tuscul. 1, 45, 108. — Aegyptii pro annis menses habent. Varro Fr. p. 367. Bip. — Aegyptiae ibes. de Nat. D. 2, 50, 126. — Aegyptium acetum. Fragmm. p. 485.

Aegyptus: in Aegypto plerumque obaerarii rura colunt. Varro RR. 1, 17, 2. cfr. Varro Fragm. p. 378. Bip. — Eius custos Phthas s. Vulcanus secundus. de Nat. D. 3, 22, 55. — Eam Nilus irrigat. de Nat. D. 2, 52, 130. — Aegypti reditus. de rege Alex. Fragmm. III. 4. p. 458. — Hannibal consultare fingitur, in Italia remaneat, an in Aegyptum profectus occupet Alexandriam. Her. 3, 2, 2. Eam se cupere visere scribit Cicero. ad Att. 2, 5, 1. Eo Pompeius cogitare dicitur. Ibid. 9, 11, 4.

Aelia gens. C. Aelius Staienus Paeti sibi cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis magis quam generis uti cognomine videretur. pro Cluentio 26, 72.

Aelia et Fufia lex, quam centum prope annos tenueramus, a P. Clodio a. u. c. 696. eversa est. in Pison. 4, 8. Ibid. 5, 10. Schol. Bob. in Vatin. p. 319. Vide Ind. Leg.

Aelia Sentia lex; in loco mature corrupto Topic. 2, 10. et ex ea corruptela Boëthius I. p. 291. Lata haec est demum a. u. c. 757.

Aeliana studia antiquitatis: ex optima Madvigii coni. de Or. 1, 43, 193. sunt studia L. Aelii Stilonis.

Aelii: pro Cluentio 26, 72., gens Romana plebeia, cuius cognomina apud Ciceronem (Catus), Lamia, Ligur, Paetus, Praeconinus Stilo, Staienus. In nummis praeter Lamias et Paetos inveniuntur Aelius Bula et Aelius Seianus. Eckhel D. N. 5. p. 120. Antique Ailii. Allia gens itidem in nummis diversa utique videtur. (Opinionem Pighii, Norisii et aliorum nomen hoc derivantium ab *allio*, unde primum *Allii*, deinde *Ailii* et tandem *Aelii* facti sint, bene refellit Duker ad Liv. 32, 7. De gente Aeliorum v. Reines. Ep. ad Hofm. et Rup. Ep. 48. et Rupert. ad Pompon. Enchir. III., 4. Ern.)

M. Aelius (a. u. c. 710.) metuit, ne sibi ex aquae ductibus in fundo Ciceronis servitutis aliquid oriatur. Cura eum libera. ad Att. 15, 26, 4. Ib. Ep. 29, 1.

P. Aelius heredem instituit Cluentium. pro Cluentio 59, 161. Larinas videtur fuisse. Alium ab hoc esse P. Aelium Paetum (Sexti fratrem cos. a. u. c. 553.) ex temporis ratione intelligitur.

C. Aelius Lamia. Eius in senatu vox paullo ferocior (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 13, 2. Manutius et Lambinus legunt: *L. Lamia.*

L. Aelius Lamia, homo deformis carpitur a Crasso oratore. De Or. 2, 65, 262. De eo nihil memoriae proditum est.

L. Aelius Lamia, eques Romanus ab A. Gabinio consule a. u. c. 696. in contione Româ relegatus est (quod manifestata coniuratione Catilinae inprimis senatum defenderat et in clivo Capitolino steterat) pro Sestio 12, 29. Schol. Bob. pro Plancio p. 271. pro Sestio p. 296. — Pisone consule (a. u. c. 696.) relegatus. in Pison. 27, 64. Ascon. in Pison. p. 10. — Praestanti dignitate homo. Eum A. Gabinius, consul imperiosus exire urbe iussit. post red. in sen. 5, 12. — Fuit apud me Lamia (aedilis a. u. c. 709.) epistolamque ad me attulit missam sibi a Caesare; in qua extrema scriptum erat, ut ad ludos omnia pararet neve committeret, ut frustra ipse properasset. ad Attic. 13. 45, 1. — „Clodianis temporibus, cum equestris ordinis princeps esset proque mea salute acerrime propugnaret, a Gabinio Consule relegatus est: quod ante id tempus civi Romano Romae contigit nemini." Commendatur his verbis a Cicerone D. Bruto in praeturae petitione a. u. c. 709. ad Fam. 11, 16. et rursus Ep. 17. Praeturam a. u. c. 711. gessit, unde prae-

torius dicitur Plinio 7, 52. et Valerio Max. 1, 8. — Negotia in Asia habet; commendatur Q. Cornificio (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 29, 1. Ib. 13, 62. ad Att. 11, 7, 2.

Aelius Ligur trib. pl. a. u. c. 697. „additamentum inimicorum meorum" intercessit senatus decreto de Ciceronis reditu. pro Sestio 31, 68. (Pighio 3. p. 361. est *Publius*, Ernestio et Schuetzio in Ind. *Sextus*.) Ibid. 32, 69. Numerius, Serranus, Aelius, quisquiliae seditionis Clodianae. Ibid. 43, 94. Pisonis cos. socer. — Aelius Ligur, venalis adscriptor et subscriptor P. Clodii, cum M. Papirii, sui fratris, esset testamento et iudicio improbatus, mortem eius se velle persequi dixit: nomen Sex. Propertii detulit; accusare propter calumniae metum non est ausus. Pro domo 19, 49. — Aelius Ligur pecus ac belua, pabulo inimicorum et glande corruptus. de Harusp. resp. 3, 5. Ligur est cognomen etiam Octaviorum, ubi vide.

Q. Aelius Paetus, consul cum M. Iunio Penno a. u. c. 587. Brut. 28, 109.

Sex. Aelius Paetus Catus, consul a. u. c. 556. censor a. u. c. 560. Ascon. in Cornel. p. 69. Iuris peritissimus „post Cn. Flavium alias actiones composuit et librum populo dedit, qui appellatus est ius Aelianum." Pompon. L. 2, 7. D. de Orig. iur. 1, 2. — *Catus* dictus ab Ennio propter hanc iuris civilis scientiam. de Or. 1, 45, 198. Ib. C. 48, 212. — eius Commentarii de iure civili. Ib. C. 56, 240. iidem cum libro memorato a Pomponio l. l. et Tripertitis ib. 2. §. 38. — Sex. Aelius iurisconsultus vere nominandus. de Or. 1. 48, 212., ubi componitur cum M'. Manilio et P. Mucio. — Ab omnibus de rebus omnibus consulebatur. de Or. 3, 33, 133. — Iuris quidem civilis omnium peritissimus, sed etiam ad dicendum paratus. Brut. 20, 78. — Sextus Aelius Catus, egregie cordatus homo. Tuscul. 1, 9, 18. — Sex. Aelius: cordatus et catus fuit et ab Ennio dictus est. de Rep. 1, 18, 30. — Sex. Aelius, Ti. Coruncanius, P. Crassus: ab iis iura civibus praescribebantur: eorum usque ad extremum spiritum est provecta prudentia. Cato 9, 27. — Sex. Aelius, L. Acilius, veteres XII. Tabularum interpretes non satis se intelligere dicebant, quid in iis significaret Lessus, sed suspicari vestimenti aliquod genus funebris: L. Aelius, *lessum* quasi lugubrem eiulationem. de Legg. 2, 23, 59. Cfr. ad Fam. 7, 22. — Locuples est assiduus, ut ait Aelius, appellatus ab aere dando. Topic. 2, 10. Cfr. Varro LL. 7, 3. p. 332.

C. (Aelius) Staienus, iudex in causa Scamandri, solus reum absolvit. pro Cluentio 20, 55. Ibid. 23, 62. Ei pecuniam grandem Statius Albius Oppianicus ad corrumpendum iudicium dedit. Ibid. 24, 65. — Egens sumptuosus, audax callidus, perfidiosus. Ibid. 26, 70. Paeti sibi cognomen ex imaginibus Aeliorum delegerat, ne, si se Ligurem fecisset, nationis magis quam generis uti cognomine videretur. Ibid. §. 72. — Maiestatis condemnatus, cum planum factum esset, maxime eius opera, cum quaestor esset, in exercitu seditionem esse conflatam. Ibid. 36, 99. — Ea locutus est, bonis viris subauscultantibus pariete interposito, quibus patefactis in iudiciumque prolatis ille rei capitalis iure damnatus est. Topic. 20, 75. — Staienus, qui se ipse adoptaverat et de Staieno Aelium fecerat, fervido quodam et petulanti et furioso genere dicendi: quod quia multis gratum erat et probabatur, ascendisset ad honores, nisi in facinore manifesto deprehensus poenas legibus et iudicio dedisset. Brut. 68, 241. Ibid. 69, 244. — Staienus (*Stalenus* male plerique, etiam Zumpt.) et Bulbus: iudices, quos fama popularis in causa Oppianici pecunias a reo cepisse, post eundem accepta alia pecunia ab accusatore damnasse ferebat. (Zumpt.) Verr. Accusat. 2, 32, 78. — Boëth. VI. p. 388. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 146.

C. Aelius Stilo: quid de Curtio tradiderit. Varro LL. 5, 32. p. 148. et p. 150. Crebra eius mentio apud Festum. Cfr. Hadr. Iunii Animadvv. 6, 11. p. 354. — Eius commentarium. Varro LL, 7, 3. p. 325.

L. (Aelius) Stilo Praeconinus, Lanuvinus, studii grammatici paene princeps inter Romanos, Varronis magister. Cfr. Madvigii *Comment. de L. Attii didascalicis.* Hauniae 1831. p. 19. Suet. Gramm. 3. Quintil. 10, 1, 99. Gell. N. A. 10, 21. Carrion. Lect. ant. 1, 8. et collecta ab Harduino in Ind. Auctorum ad Plin. H. N. — Orationem

Cottae pro se lege Varia, scripsit Cottae rogatu; fuit is omnino vir egregius et eques Romanus cum primis honestus idemque eruditissimus et Graecis litteris et Latinis, antiquitatisque nostrae litterate peritus. Idem Stoicus esse voluit, orator autem nec studuit unquam nec fuit. Scribebat tamen orationes, quas alii dicerent, ut Q. Metello F, ut Q. Caepioni, ut Q. Pompeio Rufo: quamquam is etiam ipse scripsit eas, quibus pro se est usus, sed non sine Aelio. His enim scribendis etiam ipse interfui, cum essem apud Aelium adolescens cumque audire perstudiose solerem. Cottam autem miror Aelianas leves oratiunculas voluisse existimari suas. Brut. 56, 205—207. — Scriptitavit orationes multis. Brut. 46, 169. — Eius scripta de antiquitate Romana (quem locum Ernestius in annotatt. falso de philosophia accepit.) Acad. 1, 2, 8. — Magister Varronis, litteris ornatissimus memoria nostra erravit aliquoties (in etymologiis). Varro Fragmm. p. 185. Bip. — Interpres XII. Tabularum, LESSUM significare dicit quasi lugubrem eiulationem. de Legg. 2, 23, 59. de Or. 1, 43, 193. — Homo in primis in litteris Latinis exercitatus; eius interpretatio carminum Saliorum. Varro LL. 7, 1. p. 283. — Ei Lucilius priorem Satirarum librum inscripsit: *Has res ad te scriptas, Luci, misimus, Aeli.* (Versum hunc Dousa non affert.) ad Herenn. 4, 12, 18. — Q. Scaevolae auguris amicus. de Or. 1, 62, 265. — Ex eius iudicio Musae Plautino sermone locuturae fuissent. Varro Fr. p. 345. Bip. — Putabat ab eo dictum *leporem*, quod *levipes* esset. Varro LL. 5, 12, 6. — Quid tradiderit de usu v. *novissimus.* Varro LL. 6, 7. p. 236. — Variae etymologiae ab eo propositae. Varro LL. 5, 3. p. 28. Ibid. 5, 4. p. 30. Ib. 5, 5. p. 42. Ib. 10. p. 72. Ib. 20. p. 103. Ib. 6, 2. p. 190. — Varro Fr. p. 241. Bip.

L. AELIUS. Pueris nobis audisse videor L. Aelium libertinum hominem, litteratum ac facetum, cum ulcisceretur patroni iniurias, nomen Q. Muttonis, hominis sordidissimi, detulisse. A quo cum quaereretur, quam provinciam aut quam diem testium postularet, horam sibi octavam, dum in foro bovario inquireret, postulavit. pro Scauro 2, 23. Diversus a praecedente et fortasse eius libertus.

L. (AELIUS) TUBERO, pater Q. Tuberonis, homo cum ingenio, tum etiam doctrina excellens. pro Ligario 4, 10. Domi una eruditi (Cicero et Tubero), militiae contubernales, post affines, in omni denique vita familiares: magnum etiam vinculum, quod iisdem studiis semper usi sumus. Ibid. 7, 21. — Legatus Q. Ciceronis in provincia Asia (a. u. c. 694.) — Scribit historiam. ad Q. Fr. 1, 1, 3, 10. — L. Tubero, meus necessarius, qui fratri meo legatus fuerat, decedens ex Asia eas insidias, quas mihi paratas ab exulibus coniuratis audierat, ad me animo amicissimo detulit. pro Plancio 41, 100. — Sortitus belli civilis initio ex S. C. Africam provinciam, quam C. Considius obtinuerat, cum eam a P. Atio Varo iam occupatam invenisset, ad Cn. Pompeium in Macedoniam se contulit. Restitutus est post a Caesare cum filio Quinto, de quo mox. pro Ligario 8, 23. seqq. Huic L. Tuberoni, Academico, Aenesidemus *Πυῤῥωνίους λόγους η'* inscripsit. Photii Bibl. 212. Vol. I. p. 169. Bekk.

Q. (AELIUS) TUBERO, Aemiliae Africani minoris sororis filius, L. Paulli nepos. — Stoicus, nullo in oratorum numero, sed vita severus et congruens cum ea disciplina, quam colebat. — In triumviratu (fort. in tribunatu) iudicavit contra P. Africani, avunculi sui, testimonium; in primis Ti. Graccho molestus. — Eius orationes in Gracchum. Brut. 31, 117. nulla in eo eloquentia. Ibid. §. 118. — Ti. Gracchum rem publicam vexantem a Q. Tuberone aequalibusque amicis derelictum videbamus. (Laelius est, qui loquitur.) Lael. 11, 37. Cfr. ibid. 27, 101. — Stoicus, honestus homo et nobilis. Eius perversam sapientiam in funere Africani aegre fert populus propterea que practura excidit. (Haedinis pelliculis practura deiectus.) pro Murena 36, 75. — Q. (male vulgo P.) Tuberoni Africanum (minorem) laudanti laudationem scripsit C. Laelius. de Or. 2, 84, 341. — Dies et noctes virum summa virtute et prudentia videbamus philosopho (Panaetio) cum operam daret, Q. Tuberonem. Ib. Lib. 3, 23, 87. — Ei Panaetius commendavit Crantoris libellum de luctu. Acad. 2, 44, 135. — Ad eum scripsit Panaetius de dolore patiendo. de Finn. 4, 9, 23. — Panaetii ad eum epistola. Tuscul. 4, 2, 4. —

Ei libros de officiis scripsit Hecato Rhodius. de Off. 3, 15, 63. — Loquens inducitur in libris de Rep. de Rep. 1, 9, 14. Ibid. 19, 31. — Persona librorum de re publica. ad Att. 4, 16, 2. (Cum Catonibus vive, cum Laelio, cum Tuberone Seneca Ep. 104, 21.) — (Ex Bruti 31, 117. colligit Pighius eum trib. pl. a. u. c. 620 [621.] fuisse. De patre, L. Paulli genero, vide Plinium H. N. 33, 11. Val. Max. 4, 4. Ern.)

Q. (Aelius) Tubero, propinquus Ciceronis, accusator Q. Ligarii. pro Ligario 1, 1. Contra ipsum Caesarem est congressus armatus in pugna Pharsalica. Ib. 3, 9. — Affert quaedam e Q. Tuberonis orat. in Ligarium Quintil. 11, 1, 80. cfr. Suet. Caes. 83. Pomponius de orig. iuris Digest. 1, 2, 46. Meyer Oratt. fragm. p. 210. Lachmann de Livii fontt. 1. p. 40. Krause Fragmm. Hist. p. 321. — Valde est φιλαίτιος. ad Att. 13, 20, 2. — Scientia iuris maioribus suis non defuit, doctrina etiam superfuit. Fragmm. p. 478. — Dicebatur Tubero sororem Ciceronis duxisse uxorem. Schol. Gronov. ad Ligar. p. 415 et 417.

Aemilia gens patricia; cognomina Buca, Lepidus, Lepidus Porcina, Papus, Paullus, Scaurus. Antiqua scriptura Aimilia.

Aemilia basilica. ad Att. 4, 16, 14. Varro LL. 6, 2. p. 187. aedificata a L. Aemilio Paullo cos. a. u. c. 704. Eckhel D. N. 5. p. 126.

Aemilia tribus. ad Att. 2, 14, 2.

Aemilia via ab Aemilio Lepido a Placentia per Bononiam Ariminum versus strata. ad Fam. 10, 30, 4.

Aemilia, virgo Vestalis, propter incestum damnata a L. Metello pontif. max. Ascon. in Milon. p. 46. Vide L. Cassius.

Aemilia Tertia, L. Aemilii Paulli Macedonici filiola, omen de Persa patri obtulit. de Divin. 1, 46, 103. Ibid. 2, 40, 83.

Aemiliana: in vicinia diribitorii prope saepta in campo Martio. Varro RR. 3, 2, 6.

Aemilianus Scipio. v. Cornelius Scipio.

Aemilius Alba scurra, amicus et amator C. Verris. Verr. Accusat. 3, 62, 145. Ibid. 63, 148.

M. Aemilius Avianius, patronus C. Avianii Evandri, Ciceronis familiaris. ad Fam. 13, 2. commendatur Ser. Sulpicio. Ibid. 21, 1. Ibid. 27, 2.

L. Aemilius Buca filius, rogavit iudices pro M. Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29. Idem videtur, cuius exstant nummi apud Eckhel D. N. 5. p. 122.

L. Aemilius, decurio equitum Gallorum a. u. c. 696. Caesar Gall. 1, 23.

M. Aemilius Lepidus: facetum eius dictum. de Or. 2, 71, 287. Ambigitur, utrum sit M. Aemilius Lepidus Porcina cos. a. u. c. 617. an M. Aemilius Lepidus censor (a. u. c. 575.) ibidem mox memoratus.

M. Aemilius Lepidus. An vero non M. ille Lepidus, qui bis consul (a. u. c. 567 et 579.) et pontifex maximus (a. u. c. 574.) fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poëtae voce laudatus est, quod cum M. Fulvio collega, quo die censor est factus (a. u. c. 575.), homine inimicissimo, in Campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent? de prov. cons. 9, 20. — Proavus fuit M. Lepidi triumviri. Philipp. 13, 7, 15. pro domo 53, 136. De hoc Lepido praeter ceteros cfr. Eckhel D. N. 5. p. 123. seqq. — Quem huc referunt Ern. et Schuetz M. Aemilium, principem senatus, pro Rab. perd. 7, 21., is est M. Aemilius Scaurus.

M. Aemilius M. F. Lepidus Porcina consul cum C. Hostilio Mancino a. u. c. 617. iisdem temporibus fere, quibus Galba (a. u. c. 610.), sed paullo minor natu, et summus orator est habitus et fuit, ut apparet ex orationibus, scriptor sane bonus cet. Brut. 25, 95. Cassiae tabellariae restitit. Ib. §. 97. Ibid. 27, 106. Ibid. 86, 295. Ib. 97, 333. — Memoria teneo M. Aemilium Porcinam ignarum legum, haesitantem in maiorum institutis, rudem in iure civili. de Or. 1, 10, 39. Cfr. Tuscul. 1, 3, 5. Ellendt prolegg. ad Br. XXXIII. seqq. Meyer Oratt. p. 108. Laudatur a Prisciano p. 863. P. T. 1. p. 456. Krehl. eius oratio „uti lex Aemilia abrogetur."

M. Aemilius Q. F. M. N. Lepidus, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Propraetor Siciliae a. u. c. 673. et sequenti; a quo graviter vexati sunt Siculi. Verr.

Accus. 3, 91, 212. — Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro, Q. Catulo. Attulit non tam ipsius interitus rei publicae luctum quam ceterorum. in Catil. 3, 10, 24. — Cos. a. u. c. 676. Eius adversum tyrannidem L. Sullae oratio. Sal. Hist. 1, 15. Tacit. Ann. 3, 27. Suet. Caes. 3. Florus 3, 23. (Inimicus L. Sullae, de cuius actis rescindendis tulit.) — L. Marcii Philippi oratio adversus eum. Sal. Hist. 1, 19. M. Aemilius, omnium flagitiosorum postremus, qui peior an ignavior sit, deliberari non potest cet. Ibid. Fragmenta nonnulla ad eum pertinentia v. in Gerlachii Ed. min. p. 190. — M. Lepido cum omnibus copiis Italia pulso, segnior neque minus gravis et multiplex cura Patres exercebat. Victorin. p. 59, 41. ex Salustii Lib. 1. Historiar. N. 21. p. 223. Ed. Gerl. mai. vel L. 2, 1. Ed. min. p. 200. — Contra eum in Sardinia Valerius Triarius (pater accusatoris Scauri). arma tulit. Ascon. in Scaur. p. 19.

Mam. Aemilius Mam. F. M. N. Lepidus Livianus. Cos. cum D. Iunio Bruto a. u. 677. Brut. 47, 175. Suet. Caes. 1. Memorari videtur pro Cluentio 56, 99. Ascon. in Cornel. p. 81. — Praetor accusari coeperat a duobus Metellis, Celere et Nepote: qui cum legibus interrogassent, victi eius apud populum gratia destiterunt. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 206. — Consul cum L. Volcatio Tullo a. u. c. 688. Catil. 1, 6, 15. A. u. c. 689. testimonium dixit in C. Cornelium. Ascon. in Cornel. p. 60. — Ei placuit meus consulatus. Philipp. 2, 5, 12. — ad Q. Fr. 2, 1, 1. (a. u. c. 697.) — Scribas maxime, si Pompeius Italia cedit, quid nobis agendum putes. Mam. quidem Lepidus eum finem statuit, L. Torquatus eundem (i. e. aiunt, dum Pompeius in Italia sit, nos eum sequi debere; si cedat Italia, finem nobis esse faciendum.) ad Att. 7, 12, 4. Cum Cicerone erat V. Id. Febr. (705.) Ib. Ep. 23, 1. Lib. 8, 1, 3. Ib. 6, 1. — Primum Pompeianus. Lepido (nam fere συνδιημερεύομεν, quod gratissimum illi est) nunquam placuit ex Italia exire. (a. u. c. 705.) ad Att. 8, 9, 3. De Lepido et Tullo: illi vero non dubitant, quin Caesari praesto futuri in senatumque venturi sint. Ib. Ep. 15, 2. Romam reverti cogitat. Lib. 9, 1, 2.

M. Aemilius Lepidus. Oppugnatio aedium M. Lepidi facta a P. Clodio. (702.) pro Milone 5, 13. — Post biduum quam Clodius occisus erat interrex primus proditus est. Eius domus oppugnata a Clodianis. Eius uxor Cornelia, cuius castitas pro exemplo habita est. Ascon. in Milon. p. 43. — Cum interregno fungeretur et plerique inita conspiratione hoc ab eo postularent, maxime urgentibus Milonis competitoribus, ut haberet comitia consularia, respondit civiliter non posse per se comitia haberi, quoniam primus interrex illo tempore esset proditus biduo post interemptionem P. Clodii; et erat in vetere consuetudine, ut non is, qui primus interrex, sed qui loco secundo crearetur, comitia haberet. Schol. Bob. pro Milone p. 281. — Praetor a. u. c. 705. Cos. a. u. c. 708. cum Caesare. — Proconsul Hispaniae citerioris. Bell. Alex. 59. componere tentat Q. Cassium Longinum et M. Marcellum Caesarianos inter se armis contendentes. Ib. 63. — Mag. eq. Caesaris dictatoris (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 42, 3. Rogat magno opere, ut sim Kal. in senatu. Ib. Ep. 47, 2. — Vidit eius maestitiam atque lacrimas populus Romanus Lupercalibus (a. u. c. 710.), vidit quam abiectus, quam confectus esset, cum Caesari diadema imponens Antonius servum se illius quam collegam esse malebat. Philipp. 13, 8, 17. A. u. c. 710. in occisi Caesaris locum fit pontifex maximus, quo nomine appellatur Philipp. 5, 15, 40. „In confusione rerum ac tumultu Lepidus pontificatum maximum intercepit." Liv. Epit. 117. Vellei. 2, 63, 1. — Decretum de eo honorificum a Cicerone propositum, quod Sextum Pompeium civitati restituisset. Philipp. 5, 15, 40. — M. Lepidus, imperator iterum, pontifex maximus, optime proximo civili bello de re publica meritus, nos ad pacem cohortatur. — Magnum Pompeium (Sextum Cn. F.) auctoritate adduxit ad pacem remque publicam sine armis maximo civilis belli periculo liberavit. — Summa nobilitas est hominis, summi honores, amplissimum sacerdotium; - - res familiaris cum ampla, tum casta a cruore civili cet. Philipp. 13, 4, 7. seqq. — Lepidum ego metuam nunquam, bene sperabo, dum licebit. Philipp. 13, 19, 43. — Eius de pace litterae (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 6, 1. Ibid. 9, 2. De eo legenda L. Planci Epistola ad Fam. 10, 11, 2. — Sperabam Lepidum rei publicae temporibus admonitum tecum, Plance, et

cum re publica esse facturum. Ibid. 14, 2. — Ibid. Ep. 15. a Planco scripta tota. — frigidae et inconstantes litterae Lepidi. Ibid. 16, 1, — ad Forum Voconii castra habet. Ibid. 17, 1. Apellam obsidem mittit ad L. Plancum. Ibid. §. 3. Ibid. Ep. 18. tota. Ep. 20. tota. Ep. 21. tota. Item Ep. 23. Ep. 24. Ad eum est Ep. 27. ad Fam. Lib. 10. — Alpes eius praesidio tenebantur. Ibid. Ep. 31, 4. Lepidus Asinium Pollionem ursit. ut legionem XXX. mitteret sibi. Ibid. 32, 4. Pollionis tabellarios IX. dies retinuit. Ibid. 33, 1. — Senatus consulto in Italiam arcessitus. Ibid. Eius Epistola ad Ciceronem. Ibid. 34. — ad Senatum Populum Plebemque Ro. Ibid. 35. — „Homo ventosissimus" — D. Brutus ad Fam. 11, 9, 1. — Cfr. ad Fam. 11, 11, 1. Ibid. 13, 3. Ibid. 14, 3. Ibid. Ep. 18. tota. — „Commode de nobis sentire videtur." (IIX. Kal. Iun. a. u. c. 711.) D. Brutus ad Fam. 11, 23, 1. Ibid. 24, 1. — Sororem M. Bruti unam habebat in matrimonio, alteram C. Cassius. Hinc Cic. ad Cassium: (ad Fam. 12, 2, 2.) „Tuus necessarius affinitate nova delectatur", quia M. Antonii filiam Lepidi filius uxorem duxerat. Per eius scelus renovatum bellum a. u. c. 711. ad Fam. 12, 8, 1. Ibid. 9, 2. — Pridie Kal. Quintil. (711.) sententiis omnibus hostis a senatu iudicatus. Ibid. 10, 1. — Nunquam tanto odio civitati fuit Antonius, quanto est Lepidus. Ibid. §. 3. Memoratur ad Fam. 13, 26, 3. Cfr. Cic. Fragmm. p. 463. — Datum Lepido tempus est, in quo levitatem eius saepe perspectam maioribus in malis experiremur. Pseudocic. ad Brut. 1, 10. Eius scelus et amentia. Ibid. Ep. 12. Ibid. Ep. 13. Ep. 14. — Instrumentum regni delatum ad Lepidum et Antonium: quorum alter inconstantior, alter impurior, uterque pacem metuens, inimicus otio. Pseudocic. ad Brut. 1, 15. Statua ei decreta. Ibid. — Eius liberos, cum hostis esset iudicatus bonisque omnibus exactus, ad inopiam redactos necessariis rebus sustentasse videri vult Pseudocic. ad Brut. 1, 15. in fine. — Ita eius puerorum causam egi in senatu, ut te arbitror e matris (sororis tuae) litteris potuisse cognoscere. Pseudocic. ad Brut 1, 18. — Lepidus secundum fratrem (L. Paullum consulem cum Marcello, a fratre ad necem traditum) affines (Brutum et Cassium) habet quos oderit proximos. Idem 2, 2.

Mamercus (Aemilius.) Mamerco, homini divitissimo, praetermissio aedilitatis consulatus repulsam attulit. de Off. 2, 17, 58. — Est fortasse pater consulum anni 677. et 688.

Mamercus ex Aemiliis, pro S. Roscio 32, 89., bello civili Sullano occisus, accusator.

STEMMA AEMILIORUM LEPIDORUM

ORDINATUM A

CLEMENTE CARDINALI

(Memorie Romane di antichità Roma 1825. Vol. 1. p. 182.)

M. Aemilius Lepidus
Cos. a. 468.

M. Aemilius M. F. Lepidus

(A)

M. Aemilius M. F. M. N. Lepidus
Augur, Cos. a. 522. 534.

L. Aemilius. M. F. M. N. Lepidus

M. Aemilius M. F. M. N. Lepidus, Praetor a. 541.

Q. Aemilius M. F. M. N. Lepidus


M. Aemilius M. F. M. N. Lepidus
Censor, Pontifex Maximus
Cos. a. 567. 579.

(B)

Man. Aemilius M. F. M. N. Lepidus

Man. Aemilius Man. F. M. N. Lepidus.

M. Aemilius Man. F. Man. N. Lepidus
Cos. a. 596.



M. Aemilius Philemo, libertus M. Lepidi. Ascon. in arg. Milon. p. 38. Idem nomen videtur corruptum in *Metrilius Philemo*. ad Fam. 7, 18, 3.

Q. Aemilius Papus. Videmus eum C. Fabricio Luscino familiarem fuisse, bis una consules (a. u. c. 472. et 476.) collegas in censura (a. 479.) Lael. 11, 39.

L. Aemilius Paullus, Macedonici pater, consul cum Varrone a. u. c. 538. iterum, primum enim fuerat a. 535. cum M. Livio. Habuit tres filios, L. M. Q. Vide Liv. 23, 30. De eius morte vide eundem 22, 49. Ern. — Avus Africani minoris, cos. iterum 538. morte luit collegae (C. Terentii Varronis) in Cannensi ignominia temeritatem. Cato 20, 75. Ibid. 23, 82. — Etsi paruit auspiciis, nihilo minus cecidit in Cannensi pugna cum exercitu. de Divin. 2, 33, 71. — Eum Cannae sustulerunt. de Nat. D. 3, 32, 80. Tuscul. 1, 37, 89. de Offic. 3, 32, 114.

L. Aemilius Paullus, Macedonicus, Africani minoris pater naturalis. Eius filium ab eo adoptavit Scipionis Africani maioris filius. Brut. 19, 77. L. Paullus, Africani pater, personam principis civis facile dicendo tuebatur: et vero etiam tum Catone vivo. Brut. 20, 80. Cos. a. u. c. 572., iterum a. u. c. 586. — Socer filii Catonis Censoris. Cato 6, 16. — Consul iterum, cum ei, bellum ut cum rege Perse gereret, obtigisset, ut ea ipsa die domum ad vesperam rediit, filiolam suam Tertiam, quae tum erat admodum parva, osculans animadvertit tristiculam. Quid est, inquit, mea Tertia? quid tristis es? Mi pater, inquit, Persa periit. Tum ille artius puellam complexus, Accipio, inquit, mea filia, omen; erat autem mortuus catellus eo nomine. de Divinat. 1, 46, 103. Ib. 2, 40, 83. — Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum quam olim aequalem eius (item sexagenarium) L. Paullum, iterum consulem. ad Att. 4, 13, 2. — Eius legatus erat C. Sulpicius Gallus, qui lunae subita defectione perturbato exercitui inanem religionem timoremque deiecit. de Rep. 1. 15, 23. — Paulli pugnam (de Or. 2, 67, 272.) putant esse proelium ad Pydnam, quo a. u. c. 586. L. Aemilius Paullus cum Perse conflixit. Liv. 44, 37. — Persen devicit. de Nat. D. 2, 2, 6. — Regem Persen vi ac virtute superavit. Verr. Accusat. 1, 21, 55. — Paullus Persae deprecanti, ne in triumpho duceretur, *in tua id quidem potestate est.* Tuscul. 5, 40, 118. — Eius filii duo, fratres Africani minoris, „ex-

spectati ad amplissimam dignitatem", immatura morte abrepti. Cato 19, 68. Vellei. 1, 10. — Septem diebus inter duorum exequias filiorum triumphans urbem ingressus est. Fragmm. p. 490. — Duos paucis diebus amisit filios. Tuscul. 3, 28, 70. Constanter filiorum mortem tulit. Lael. 2, 9. — Eius triumphus de rege Perse; pro Murena 14, 31. — Eius currum rex potentissimus quondam et nobilissimus Perses honestavit. in Catil. 4, 10, 21. — Triumphavit ex Macedonia a. u. c. 587. in Pison. 25, 61. Quem Tiberina decursio festo illo die tanto gaudio affecit, quanto L. Paulum, cum regem Persen captum adduceret, eodem flumine invectio? de Finn. 5, 24, 70. — Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus est Paulus; tantum in aerarium pecuniae invexit, ut unius imperatoris praeda finem attulerit tributorum. At hic nihil domum suam praeter memoriam nominis sempiternam detulit. de Off. 2, 22, 76. — Ornamentis villarum (statuis cet.) Urbem Italiamque omnem refersit. Orat. 70. 232. Cornel. II. Fragmm. 8. p. 455. — Eius ratio ac disciplina. Verr. Accusat. 5, 10, 25. — Personam principis civis facile dicendo tuebatur. Brut. 20, 80. — Eius summa auctoritas. Cato 17, 61. — Comitatu nobilium iuvenum fortunatus. Cato 9, 29. — De lege agraria 1, 2, 5. Lael. 27, 101. ad Att. 4, 13, 2. Fragmm. p. 479.

L. Aemilius Paulus a. u. c. 691. L. Catilinam interrogavit lege Plautia. Sal. Catil. 31. (in Vatin. 10, 25. pro Mil. 9, 24. ad Fam. 15, 12 et 13.) — L. Aemilius Paulus, qui consulatum cum M. Marcello gessit (a. u. c. 704.) accusare instituerat de vi L. Catilinam et ut quidam memoriae tradiderunt C. Cethegum. Sed enim Catilina deficiens ab re p. se ad arma contulerat; Cethegus quoque in eadem perseveratione consumptus est. Schol. Bob. in Vatin. p. 320. — A. u. c. 695. quaestor Macedoniam obtinebat. Eum, qui duos nefarios patriae proditores, domesticos hostes (sc. Catilinam, Salust. Cat. 31, 4. et, ut videtur, Autronium) legibus exterminarat, hominem ad conservandam rem publicam natum, in L. Vettii iudicium congregavit P. Vatinius trib. pl. a. u. c. 695. in Vatinium 10, 25. — A Vettio indice a. u. c. 695. coniurationis in Pompeium insimulatus. ad Att. 2, 24, 2. — Paulus noster, cum testis productus esset in Sestium, confirmavit se nomen Vatinii delaturum. a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 4, 1. — Paulus in medio foro basilicam iam paene texuit iisdem antiquis columnis: illam autem, quam locavit, facit magnificentissimam. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 14. De quo adi Lips. ad Tacit. Ann. 3, 72. Plin. H. N. 36, 15., ubi vid. Harduin. Ern. Eckhel D. N. 5. p. 126. — L. Paulum collegam in praetura effugere voluit P. Clodius, singulari virtute civem. pro Milone 9, 24. — A. u. c. 701. praetor. Brut. 96, 328. Brut. 64, 229. — Paulus porro non humane de provincia (Caesari edimenda) loquitur: huius cupiditati occursurus est Furnius noster. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 10, 3. — Furor Paulo obiectus a Curione. Ibid. 11, 1. — Paulus favit Ciceroni. Ibid. ead. §. — Plutarchus in Caesare C. 29. talentis argenti MD. eum a Caesare suas in partes tractum refert, qua pecunia exaedificarit basilicam Aemiliam. — Ad Att. 6, 1, 7. — Huc odiosa afferebantur de Curione, de Paulo: eorum vicem doleo. Ib. Ep. 3, 4. — Consul designatus a. u. c. 703. (cos. 704.) Caelius ad Fam. 8, 4, 4. Ib. 8, 5. — Ad eum scriptae sunt Epp. 12 et 13. Lib. 15. ad Fam. — Cupidissimus Ciceronis. Ibid. 15, 5. Cfr. ad Fam. 11, 19, 1. — Legatus missus ad Sex. Pompeium. Philipp. 13, 6, 13. — Vidi Paulum in Caieta (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 7, 1. Ib. 8, 1. — Fratrem adoptivum fuisse M. Aemilii Lepidi (quo triumviro proscriptus est:) probatum ivit post Manutium Perizonius Animadv. hist. p. 121. Elucet id potissimum ex verbis Philipp. 13, 4, 8: „Summa nobilitas est M. Lepidi — amplissimum sacerdotium, plurima Urbis ornamenta, ipsius, Fratris maiorumque monumenta. Quibus significatur manifesto Aemilia Basilica. Vide supra in h. v. Alii, ut Pighius, pro fratre (adoptivo) Lepidi triumviri habuerunt Paulum Aemilium Lepidum; de quo cfr. Eckhel D. N. 5, p. 127.

M. Aemilius M. F. L. N. Scaurus cos. a. u. c. 639. cum M. Caecilio Metello; princeps senatus eodem anno (v. infra), censor a. u. c. 645, consul iterum a. u. c. 647. L. Cassio Longino in proelio occiso suffectus, cum C. Mario. (Confundit Schuetz M. Aurelium

Scaurum cos. suffectum Q. Hortensio a. u. c. 646. cum M. Aemilio Scauro.) — Socer M'. Glabrionis. Verr. Act. 1, 17, 52. Eius constantia, ut ne quis eum de vera et certa posset sententia demovere. Ibid. M. Aemilii Scauri ex Caecilia filiam a vitrico Sulla Glabrioni ereptam et Cn. Pompeio collocatam esse Plutarchus in Sulla C. 33. tradit. Ea tamen in domo Glabrionis pepererat M'. Glabrionem, cuius mentionem facit Asconius in Comment. ad or. pro Scauro. Zumpt. — Mihi nunquam minus in Q. Pompeio, novo homine et fortissimo viro, virtutis esse visum est quam in homine nobilissimo M. Aemilio. Etenim eiusdem animi atque ingenii est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere, et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare. pro Murena 7, 16. — Ei (quaestori, certe non ante a. u. c. 627.) in L. (Valerium) Flaccum (praetorem suum, ceteroquin ignotum) nominis deferendi potestas non est data. Divinat. 19, 63. — L. Calpurnio Bestiae (cuius quaestor fuerat) reo adfuit. de Or. 2, 70, 283. — Quis M. Scaurum, hominem gravissimum, civem egregium, fortissimum senatorem a Q. Maximo (Q. Fabio Maximo Eburno cos. a. u. c. 638.) superari posse arbitratus est? pro Murena 17, 36. — Homo nobilis, impiger, factiosus, avidus potentiae, honoris, divitiarum; ceterum vitia sua callide occultans. Sal. Iug. 15. In Africam legatur. Ib. 25. Eum sibi legat in Africam profectus L. Calpurnius Bestia cos. a. u. c. 643. Ib. 28. Corruptus a Iugurtha. Ib. 29. Cum ex Mamilii rogatione tres quaesitores rogarentur, effecerat, uti ipse in eo numero crearetur. Sed quaestio exercita aspere violenterque ex rumore et lubidine plebis. Ib. 40. — Vir regendae reip. scientissimus — prudentia tamen rerum magnarum magis quam dicendi arte nitebatur. de Or. 1, 49, 214. — M. Aemilius Scaurus et P. Rutilius Rufus: neuter summi oratoris habuit laudem et uterque in multis causis versatus erat. Brut. 29, 110. Eius laudes Ibid. §. seqq. Scaurus et Rutilius cum una consulatum petivissent, non ille solum, qui repulsam tulerat, accusavit ambitus designatum competitorem, sed Scaurus etiam absolutus Rutilium in iudicium vocavit. Ibid §. 113. Lepide notatus a C. Canio. de Orat. 2, 69, 280. Eius et orationes sunt et tres ad L. Fufidium libri scripti de vita ipsius acta; quos nemo legit. Brut. 29, 112 et 35, 132. — Cos. fuit a. u. c. 639. eodemque anno senatus princeps lectus a L. Metello Dalmatico et Cn. Domitio censoribus. Ib. cfr. Wesseling Obss. 1, 11. — Habemus in Stoicis oratoribus Rutilium, Scaurum in antiquis. Ibid. 30, 116. — Non saepe dicebat, sed polite; Latine vero in primis est eleganter locutus. Brut. 35, 135. — L. Saturninus, quod a se quaestore Ostiensi per ignominiam ad principem et senatus et civitatis, M. Scaurum, rem frumentariam translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur. pro Sestio 17, 39. Saturninum, quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratione senatus amovit eique rei M. Scaurum praefecit, scimus dolore factum esse popularem. de Harusp. resp. 20, 43. — Princeps senatus, eo die, quo interfectus est Saturninus (a. u. c. 651.), armatus in Comitio constitit; qui cum ingredi vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum, sed ad fugiendum impedimento fore putabat. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Vir illa gravitate, illo consilio, illa prudentia, (a. u. c. 654.) arma contra Saturninum tulit. pro C. Rabirio perd. 9, 26. — A C. Graccho usque ad Q. Varium (a. u. c. 630 —663.) seditiosis omnibus restitit; quem nunquam ulla vis, ullae minae, ulla invidia labefecit. pro Sestio 47, 101. — Eius singularis severitas. de Off. 1, 30, 108. — M. Scaurus singularis vir; tamen a Q. Metello Numidico constantia et gravitate superatus. ad Fam. 1, 9, 16. — Ecquem hominem vidimus parem consilio, gravitate, constantia, ceteris virtutibus, honoris, ingenii, rerum gestarum ornamentis M. Aemilio Scauro fuisse. Tamen huius, cuius iniurati nutu prope terrarum orbis regebatur, iurati testimonio neque in C. Fimbriam neque in C. Memmium creditum est. pro Fonteio 7, 14. — M. Aemilium Scaurum, summum nostrae civitatis virum, scimus accusatum a M. Bruto. Exstant orationes, ex quibus intelligi potest, multa in illum ipsum Scaurum esse dicta: falso, quis negat? verum tamen ab inimico dicta et obiecta. pro Fonteio 13, 28. — Subiit populi iudicium inquirente Cn. Domitio, tribuno pl. pro Scauro 1, 1. (Schol. Gronov. ad Deiot. p. 423.) Reus est factus a Q. Ser-

vilio Caepione lege Servilia. Ab eodem etiam lege Varia custos ille rei publicae proditionis est in crimen vocatus: vexatus a Q. Vario tribuno pl. est non multo ante. Ibid. 2 et 3. Primus ille me flagrantem studio laudis in spem intulit, posse virtutem sine praesidio fortunae, quo contendisset, labore et constantia pervenire. Ibid. 4. a. Gravissimus eius principatus (senatûs) fortissimusque. Ibid. 2, 47. — Cn. Domitius Aënobarbus, qui consul fuit cum C. Cassio Longino (a. u. c. 658.), iratus Scauro, quod eum in augurum collegium non cooptaverat, diem ei dixit apud populum et multam irrogavit, quod eius opera sacra multa populi Romani deminuta esse diceret. Crimini dabat sacra publica populi Romani deum Penatium, quae Lavinii fierent, opera eius minus recte casteque fieri. Quo crimine absolutus est Scaurus. (Postea) Q. Servilius Caepio Scaurum ob legationis Asiaticae invidiam et adversus leges pecuniarum captarum reum fecit repetundarum lege, quam tulit Servilius Glaucia. Scaurus tanta fuit continentia animi et magnitudine, ut Caepionem contra reum detulerit et breviore die inquisitionis accepta effecerit, ut ille prior causam diceret, M. quoque Drusum trib. pl., cohortatus sit, ut iudicia commutaret. Italico bello exorto, cum ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia esset, Q. Varius tribunus pl. legem tulit, ut quaereretur de iis, quorum ope consiliove socii contra populum Romanum arma sumpsissent. Tum Q. Caepio, vetus inimicus Scauri, sperans invenisse occasionem opprimendi eius egit, ut Q. Varius belli concitati crimine adesse apud se Scaurum iuberet anno LXXII. Ille per viatorem accersitus, cum iam ex morbo male solveretur, dissuadentibus amicis, ne se in illa valetudine et aetate invidiae populi obiiceret, innixus nobilissimis iuvenibus processit in forum, deinde accepto respondendi loco dixit: „Q. Varius Hispanus M. Scaurum principem senatus socios in arma ait convocasse; M. Scaurus princeps senatus negat; testis nemo est: utri vos, Quirites, convenit credere?" Qua voce ita omnium commutavit animos, ut ab ipso etiam tribuno dimitteretur. — Scaurus ita fuit patricius, ut tribus supra eum aetatibus iacuerit domus eius fortuna. Nam neque pater neque avus neque etiam proavus (ut puto) propter tenues opes et nullam vitae industriam honores adepti sunt. Itaque Scauro aeque ac novo homini laborandum fuit. Ascon. in Scaur. p. 21. 22. — Scaurus princeps et senatus et civitatis lapide percussus in seditione orta propter Q. Caepionis causam. de Or. 2, 47, 197. — Fidem et Mentem in Capitolio dedicavit. de Nat. D. 2, 23, 61. — Minime cedebat (meritis de re publica) C. Mario. de Off. 1, 22, 76. Falso hunc locum Ern. in Clavi explicat: „restitit C. Mario." Cfr. van Dam Specimen in Sestianam p. 14. — Reprehensus a Gallo in causa Pisonis. de Or. 2, 66, 265. — Scaurus de vita sua, *Sagittis*, inquit, *confictus*. Varro LL. fragm. Lib. 3. p. 595. Speng. — Archias audiebatur a M. Aemilio. pro Archia 3, 6. — Caecilii Statii comici in eum dictum. De Or. 2, 64, 257. — Eius Tusculanum. pro Caecina 19, 54. — (De pluribus rebus simul ferre contra legem Didiam ausus non obtinuit. pro domo 19, 50. Ern.)

M. Aemilius Scaurus, M. principis senatus filius. De eo cfr. totam Scaurianam. — Adolescens accusavit Cn. Dolabellam. Verr. Accusat. 1, 38, 97. — Cfr. omnino Asconii argumentum Scaurianae p. 18. seqq. Cn. Dolabellam accusavit et damnavit. Ibid. p. 26. — Cfr. Schuetzium ad Pseudoascon. p. 169. — De Scauro eiusque expeditione in Aretam Arabiae Petraeae regem a. u. c. 692. disputat Eckhel D. N. 5. p. 131. ad eius nummum rarissimum: M. Scaur. ex S. C. Rex Aretas. Cn. Octavii (cos. a. u. c. 589.) praeclaram domum in Palatio demolitus accessionem adiunxit aedibus. de Off. 1, 39. 138. — Eius aedilitas magnificentissima a. u. c. 696. de Off. 2, 16, 57. — Imitatur P. Lentuli magnificentiam aedilitatis; de qua vide Plin. H. N. 36, 15., ubi privignus Sullae vocatur. Nam Sulla duxit viduam Scauri, principis senatus, Metellam, ut auctor est Plutarch. in Sulla c. 6.; quam proscriptionum sectricem Plinius appellat: unde huic Scauro tantae illae divitiae. pro Sestio 54, 116. et Pigh. ad a. u. c. 695. (696.) — De aedilitate (curuli) M. Scauri et opulentia ludorum Cicero plenissime dixit in ea oratione, qua ipsum quoque Scaurum defendit. Schol. Bob. pro Sestio p. 304. — Pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Apud eum praetorem, quaestionem inter sicarios sortitum, a. u. c. 698. Cicero

Sestii causam egit. pro Sestio 47, 101. — Eum iampridem Pompeius abiecit. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 8, 3. — Eius petitio et ambitus. ad Q. Fr. 2, 15 b. 4. Scauri iudicium statim exercebitur, cui nos non deerimus (a. u. c. 700.) Ibid. 16, 3. — Pompeius Scauro studet in petitione consulatus. a. u. c. 700. ad Att. 4, 15, 7. Ad eius defensionem se expedit Cicero. Ibid. §. 9. Scil. de repetundis accusatus est e praetura Sardiniae. — Scaurus candidatus consularis a. u. c. 700. Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvi (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1. Cap. 4, 11. — Scaurum beneficio defensionis valde obligavi. Ibid. Cap. 5, 16. De ambitu postulatus a Triario. Ibid. Ep. 2, 3. — M. Scaurus absolutus (de repetundis), cum ego partem eius ornatissime defendissem. Eius liberalitas in populum (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 7. Eum denuo (de ambitu) accusaturi putabantur Triarius aut L. Caesar. Ib. §. 8. Scaurum Triarius reum fecit. Nulla est magno opere commota συμπάθεια. Sed tamen habet aedilitas eius memoriam non ingratam et est pondus apud rusticos in patris memoria. Ib. Ep. 17, 2. — De ambitu damnatus exulavit. Cfr. Beier ad Offic. 1, 39, 138. — „Perpendenti, quae quasi nutu quodam significantur in Epistolis tum ad Atticum, tum ad Q. fratrem, vix dubium erit Scaurum etiam ambitus reum Triario a Cicerone patrono ereptum esse. Sed, ut aperte tradit Appianus B. C. 2, 23. a. u. c. 701. in iudicium revocatus est lege Cn. Pompeii III. cos. de ambitu, cuius meminerunt etiam Dio Cassius 40, 52. Plutarchus in Pompeio c. 55. et praecipue in Catone minore c. 48." Beier. Fragm. Cic. p. 228.

Aenaria insula. ad Att. 10, 13, 1. insula opposita Campaniae, quae et Pithecusa dicitur. Bochart G. S. P. 2. L. 1, 33. mavult Enaria scribi ab enaribus i. e. simiis, quod et Salmasio placebat, reprehenso a Vossio ad Melam p. 519., qui a fodinis aerariis dictam putat. Plinius H. N. 3, 6. a figlinis doliorum Pithecusam dictam putat. Ern. (Hodie *Ischia*.)

Aeneas: ei sus Lavinii XXX. porcos peperit. Varro RR. 2, 4, 18. — Aeneas Troia profectus Veneris per diem stellam semper vidit, donec in Laurentem agrum venit. Varro Fr. p. 215. Bip. — Aeneas de Troiano excidio Penates liberavit. Varro Fr. p. 230. Bip. cfr. Sal. Catil 6. — Eius somnium in N. Fabii Graecis annalibus. de Divin. 1, 21 43. Cfr. Herenn. 4, 31, 46. Fragmm. p. 205. p. 351. Varro LL. 5, 32. p. 146. Speng. 6, 7. p. 237. Speng. Schol. Bob. pro Plancio p. 256. Vide Dardanus. Latinae Feriae.

Aeneas Halesinus, homo summo ingenio, summa prudentia, summa auctoritate praeditus. Verr. Accusat. 3, 73, 170.

Aenianes in Thessalia ad utramque Sperchii superioris ripam, Homero iam noti, Iliad. β, 749. item Herodoto 7, 198. Aenianes et Dores et Dolopes extra Peloponnesum soli absunt a mari. de Rep. 2, 4, 8.

Aenus ex emendatione Turnebi Advers. 20, 28. pro Flacco 14, 32. Thraciae urbs Aeolica antiquissima, Homero Iliad. δ, 520. laudata, ad ostium orientale Hebri. Locis de hac urbe a Cellario G. A. T. 1. p. 1061. allatis addendus hic Plinii H. N. 17, 4. *Vites aduri ... Aenos sensit admoto Hebro.* Pro *Aeno* apud Cic. olim lectum *Aemo* et inde *Haemo* non est mirum, cum facilis confusio sit. In Actis Concil. Constantinop. II. Coll. 8. p. 240. subscribit Paulus episcopus *Aemorum* pro *Aeniorum.* Vide Wesseling ad Hierocl p. 634, ubi plures de auctore urbis scriptores laudantur. Ern.

Aeoles. Tria Graecorum genera sunt vere; quorum uni sunt Athenienses, quae gens Ionum habebatur: Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur. pro Flacco 27, 64. Aeoleis Boeotii in Graecia. Varro RR. 3, 1, 6. Ibid. 12, 6. — Aeoles dicebant πύταμον τὸν ποταμόν. Varro LL. 5, 5. p. 41. — Aeoles μᾶλον dicunt; hinc *malum.* Varro LL. 5, 21. p. 104.

Aeolia s. Aeolis, regio Asiae minoris maritima, quae a Lydia usque ad Hellespontum atque Propontidem adeo pertinet. Ibi Aeoles. (pro Flacco 27, 64.) Ern.

Aeolus, rex Vulcaniarum insularum. Varro Fr. p. 358. Bip.

Aequi, populi Latii Sabinis et Marsis confines. Aequorum magna gens et ferox a L. Tarquinio Prisco bello subacta. de Rep. 2, 20, 36. In civitatem recepti. de Off. 1, 11, 35.

Aequimaelium, locus in urbe, quo Sp. Maelii, qui regnum affectaverat, domus fuerat, quae solo *aequata* est.

Ibi hostiae venales. de Divin. 2, 17, 39. (Liv. 4, 16.) — Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata. *Aequum* accidisse *Maelio* populus Romanus iudicavit: nomine ipso *Aequimaelii* stultitia poena comprobata est. Pro domo 38, 101. Eandem notationem sane perquam ineptam significat etiam Val. Max. 6, 3, 1, vera cum sit Varronis L. L. 5. p. 156. Spengel. *Aequimelium* (sic), *quod aequata Meli domus publice*, *quod regnum occupare voluit is.* Item Aurelius Victor. C. 17.

Aeschines Socraticus: in eius libris Socrates ironia utitur faceta et eleganti. Brut. 85, 292. — Locus ex aliquo eius dialogo in Latinum conversus. de Inv. 1, 31, 51. — Multa scripsit. Victorinus I. p. 98.

Aeschines (orator), vir eloquentissimus, cum adolescens tragoedias actitavisset, rem publicam capessivit. de Rep. 4, 11, 13. — Sonitum habuit. de Or. 3, 7, 28. — Demosthenis oratio contra Aeschinem falsae legationis. Orat. 31, 111 — Aeschinis et Demosthenis nobilissimas orationes inter seque contrarias convertit Cicero. Opt. gen. or. 5, 14. — Aeschines comparatur cum Aeserninο. Ibid. 6, 17. — Aeschines multam a Ctesiphonte petivit quadriennio ante Philippi mortem; sed iudicium factum est aliquot annis post, Alexandro iam Asiam tenente. Ib. 7, 22. — Aeschines in Demosthenem invehitur, quod is septimo die post filiae mortem hostias immolavisset. At quam rhetorice! quam copiose! quas sententias colligit! quae verba contorquet; ut licere quidvis rhetori intelligas. Tuscul. 3, 26, 63. — Aeschines et Demosthenes alter alteri obiicit vocis flexiones. Orat. 18, 57. — Aeschini ne Demosthenes quidem videtur Attice dicere. Orat. 8, 26. — Aeschinis, Rhodi exulantis, lepidum dictum de Demosthenis or. pro Ctesiphonte. de Or. 3, 56. 213. — De Or. 2, 23, 94. (vide Hyperides.) — Brut. 9, 36. 82, 285. 84, 290. — de Finn. 5, 2, 5. — Iulius Victor p. 212. 261.

Aeschines Milesius, Asiaticus orator, quo genere orationis usus sit. Brut. 95. 325. Aequalis Ciceronis, memoratur etiam Straboni. L. 14, p. 635. Cas (καθ' ἡμᾶς Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ, ὃς ἐν φυγῇ διετέλεσε παῤῥησιασάμενος πέραν τοῦ μετρίου πρὸς Πομπήϊον Μάγνον.) et Senecae Controv. 1, 8; quos locos iam vidit Menag. ad Diog. Laërt. 2, 64. Ern.

Aeschines, Neapolitanus, Academicus, Carneadis discipulus. Significari videtur in verbis corruptis Acad. 2, 6, 16. *ingenii non minus in* ***. — Cum Charmada et Aeschine caput Academiae post Carneadem circa a. u. c. 645. de Or. 1, 11, 45. (Melanthii Rhodii nominat discipulum Diog. Laërt. 2, 64.)

Aeschrio Syracusanus: eius uxor Pipa amata a Verre. Verr. Accusat. 5, 12, 31. Ibid. 31, 81. — Aeschrio et Cleomenes κατ' εἰρωνείαν Verris affines nominantur, quod ille eorum uxores nunquam alienas existimarat. Verr. Accusat. 2, 14, 36. Ibid. 21, 50. — Aeschrio, vir Pipae adumbratus, in Herbitensibus decumis novus instituitur publicanus. Verr. Accusat. 3, 33, 77. Fragm. p. 461.

Aeschrio: de agricultura scripsit Varro RR. 1, 1, 9.

Aeschylus, Sophocles, Euripides inter se dissimiles. de Or. 3, 7, 27. — Aeschylus, non poëta solum, sed etiam Pythagoreus; sic enim accepimus: quomodo fert apud eum Prometheus dolorem quem excipit ob furtum Lemnium? Tusc. 2, 10, 23. — Versus e Prometheo vincto, 377. seqq. a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 3, 31, 76. — Versus ex eius Prometheo λυομένῳ a Cicerone (neutiquam ab Accio) in Latinum conversi. Tuscul. 2, 10, 23. — Versus ex eius Epigonis. Tuscul. 2, 25, 60.

Aeschylus Cnidius, Dionysius Magnes, Adramyttenus Xenocles; cum iis Cicero adolescens (a. u. c. 675—677.) totam Asiam peragravit. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Brut. 91, 316. Cfr. Ibid. 95, 325.

Aeschylus Tyndaritanus: ei pateram abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 22, 48.

Aesculapius. Vide Apollo. V. de Nat. D. 2, 21, 64. Ib. 3, 15, 39. Aesculapiorum primus Apollinis, quem Arcades colunt, qui specillum invenisse primusque volnus dicitur obligavisse; secundus secundi Mercurii frater; is fulmine percussus dicitur humatus esse Cynosuris: tertius Arsippi et Arsinoae, qui primus purgationem alvi dentisque evulsionem, ut ferunt, invenit, cuius in Arcadia non longe a Lusio flumine sepulchrum et lucus ostenditur. de Nat. D. 3, 22, 57. Ib. 38, 91. — Aesculapius

et Serapis (ex volgi opinione) potest nobis praescribere per somnium curationem valetudinis. de Divin. 2, 59, 123. — Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. — Aesculapius, Hercules, Liber, Castor, Pollux coluntur aeque atque Apollo, Volcanus, Mercurius; apud quosdam etiam multo magis. de Nat. D. 3, 18, 45. — Aesculapio Epidauri Dionysius barbam auream demi iussit. de Nat. D. 3, 34, 83. — Simul cum eo Syracusis colebatur Paean. Verr. Accusat. 4, 57, 128. — Eius religiosissimum fanum Agrigenti. Verr. Accusat. 4, 43, 93. — Aesculapii aedes vetus. Varro LL. 7, 3. p. 341. Fragmm. p. 228. Bip. — Aesculapii liberi, Podalirius et Machaon. Tuscul. 2, 16, 38. Orat. 46, 155.

Aesculetum, (al. Esculetum) Romae. Varro LL. 5, 32. p. 152.

Aesernia (rectius quam Esernia.) oppidum Samnitium ad laevam Volturni. ad Att. 8, 11, D. 2.

Aeserninus. Cum Aesernino Samnite Pacideianus comparatus viderer. ad Q. Fr. 3, 4, 2. — Est gladiator Lucilio memoratus. Opt. gen. or. 6, 17.

Aeserninus. Brut. 36, 136. cognomen M. Claudii Marcelli, filii M. Claudii Marcelli.

Aesopus, histrio nobilissimus. Vidi (*Q. Cicero loquitur*) in Aesopo, familiari tuo, tantum ardorem vultuum atque motuum, ut eum vis quaedam abstraxisse a sensu mentis videretur. de Divin. 1, 37, 80. — Num egisse unquam iratum Aesopum existimamus? Tuscul. 4, 25, 55. — Aesopus summus artifex et semper partium tam in re publica, quam in scena optimarum Accii Eurysacen agens, summi poëtae ingenium non solum arte sua, sed etiam dolore exprimebat. pro Sestio 56, 120. — Actor nobilissimus tragicarum fabularum; inter alias egit Accii Eurysacem. Schol. Bob. pro Sestio p. 305. — Aesopus egit in Iphigenia Agamemnonem. Her. 3, 21, 34. Tuscul. 2, 17, 39. — Non saepe Aiacem agebat. de Off. 1, 31, 114. Varro LL. 7, 5. p. 381. Speng. — (A. u. c. 695.) magno dolore affectus propter servi Licinii fugam, scelus et audaciam. ad Q. Fr. 1, 2, 4, 14. (Comprehensus servus is a Platone Sardiano.) — Nos raucos saepe attentissime audiri video; at Aesopum, si paulum irrauserit, explodi. de Or. 1, 61, 259. — A. u. c. 699. in ludis a Cn. Pompeio editis eiusmodi fuit in scena, ut ei desinere per omnes homines liceret. Is iurare cum coepisset, vox eum defecit in illo loco: *si sciens fallo*. ad Fam. 7, 1, 2. Facilem habuit populum. Ibid. §. 4.

Aesopus filius. Etiam Aesopi filius me excruciat. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 15, 3. „Socius Dolabellae in adulteriis cum pellicibus Tulliae: excruciat Ciceronem vita sc. flagitiosa et deperdita." Ern.

Aether: pater Iovis primi. de Nat. D. 3, 21, 53. — Aether et Dies, Caeli parentes, an dii? de Nat. D. 3, 17, 44. — Eius nepos Sol primus. de Nat. D. 3, 21, 54.

Aethiopes. de Divin. 2, 46, 96.

Aethiops, servus ex Aethiopia, quod genus habere magnificum erat. Her. 4, 50, 63. Aethiops stipes. post red. in Sen. 6, 14.

Aetidemus (al. Aetidenus) Trallianus, homo nobilis. pro Flacco 22, 52. Niebuhr coniecit: Archidemus.

Aetion. Vide Echion.

Aetna. Eam Typhonis anhelitu ardere dicunt. pro Scauro 2, 29. — Officina Cyclopum. de Divin. 2, 19, 43. Eam Cyclops tenuisse dicitur. Verr. Accusat. 5, 56, 146. (Cfr. Verr. Accusat. 4, 48, 106.) — Aetnaeorum ignium eruptione tenebrae per biduum finitimas regiones obscuravisse dicuntur. de Nat. D. 2, 38, 96. „Onus Aetna gravius", proverbium. Cato 2, 4.

Aetna, Siciliae oppidum. Verr. Accusat. 3, 23, 57.

Aetnenses, incolae Aetnae opp. ad montem Aetnam, *Αἰτναῖοι*, qui reperiuntur in nummis. Eckhel D. N. I. p. 190. A Verre et C. Apronio vexati. Verr. Accusat. 3, 44, 104. Ibid. 4, 51, 114.

Aetoli. Cum Aetolis bellavit M. Fulvius Nobilior. pro Archia 11, 27. Eius triumphus de Aetolis. pro Murena 14, 31. — Aetoli et Cretes latrocinari honestum putant. de Rep. 3, 9, 15. — Propter socios, nulla ipsi iniuria lacessiti, maiores nostri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt. pro lege Manilia 6, 14.

Aetolia. Brut. 20, 79. Tuscul. 1, 2, 3. — Aetoliam, quae procul a barbaris disiuncta gentibus in sinu pacis posita, medio fere Graeciae gremio continetur, L. Piso decedens miseram

perdidit. in Pison. 37, 91. Aetolia amissa a L. Pisone. Ib. 40, 96.

Afrania gens plebeia. In nummis reperiuntur M. et S. Afranii, alioquin ignoti. Eckhel D. N. 5. p. 132.

L. Afranius, poëta, homo perargutus, in fabulis quidem etiam disertus, C. Titium studebat imitari. (circa a. u. c. 660.) Brut. 45, 167. — Multa a Menandro transtulit. de Finn. 1, 3, 7. — Afranius in Togata *Puticulos*, *Putiluculos* appellat. Varro LL. 5, 5, p. 42. — Versus ex eius fabula togata, quae Simulans inscribebatur. pro Sestio 55, 118. Eius versus: Fragmentum ex eius Consobrinis: „cum mithris, calauticis." Schol. Bob. in Clodium p. 336. Cfr. Neukirch de fabula togata Romanorum. Lipsiae 1833. p. 165.

L. Afranius consul a. u. c. 694. cum Q. Metello Celere. Auli filius dicitur ad Att. 1, 1, 1. — In comitia omnibus invitis trudit noster Magnus Auli filium. (a. u. c. 693.) Ibid. 16, 12. — Quam ignarus ac sine animo miles! quam dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum quotidie praebeat! ad Att. 1, 18, 5. — Auli filius ita se gerit, ut eius consulatus non consulatus sit, sed Magni nostri ὑπώπιον. ad Att. 1, 20, 5. — In eius sententiam fit senatus consultum de ambitu. ad Q. Fr. 2, 9, 3. — Memoratur eius triumphus ceteroquin ignotus, in Pison. 24, 58. — Consularis a. u. c. 697. ad Att. 4, 1, 6. Eius sententia in causa Ptolemaei Auletae. ad Fam. 1, 1, 3. — (A. u. c. 705.) in Hispania legatus Pompeii. ad Att. 10, 9, 1. — Summus dux. Philipp. 13, 14, 29. — Caesar ex Hispania sex legiones et magna auxilia, Afranio et Petreio ducibus, habet a tergo. (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 12, 4. — Praeclara de Afranio fama est. (a. u. c. 705.) ad Att. 7, 26, 1. Afranium exspectabimus et Petreium. Ib. Lib. 8, 2. 3. Ib. Ep. 3, 7. — In Hispania superatus. ad Fam. 9, 13, 1. — foede periit. Ibid. 18, 2. Cfr. Suet. Caesar. 75. — L. Afranius et Petreius, legati Pompeii in Hispania, constituunt communi consilio bellum ad Ilerdam gerere. a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 38. seqq. Proelium cum Caesare factum. Ib. 46. Castra movent ab Ilerda. Ib. 63. Eos Caesar persequitur. Ib. 65. seqq. Ab eo in angustias redacti, de compositione agit Afranius, quam certis condicionibus impositis Caesar init. Ib. 84. 85. Milites dimittere iubentur. Ib. 85. — Cum Labieno et Scipione Metello erat in Africa a. u. c. 707. Bell. Afric. 69. Captus a P. Silio et paucis post diebus interfectus. Ib. 95. — Dio L. 37. p. 50. dicit eum melius saltare potuisse quam res gerere. Ern.

Afranius L. F. adolescens de sua ac parentis sui salute cum Caesare per Sulpicium legatum egit. Caesar Civ. 1, 74. Datur obsidis loco Caesari. Ibid. 84.

Afri. Vide Sardi.

Afri, Hispani, Galli, immanes ac barbarae nationes. ad Q. Fr. 1, 1, 9, 27. — Afri foedifragi. de Rep. Fragmm. incert. N. 9. — Afris, agris stipendioque multatis, virtute adipisci licet civitatem. pro Balbo 18, 41. — Alia nobis Capitolini, alia Afris Ammonis Iovis species. de Nat. D. 1, 29, 82.

Africa. Eius situs. Sal. Iug. 17. — Africa ipsa parens illa Sardiniae, quae plurima et acerbissima cum maioribus nostris bella gessit, non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate Punicorum bellorum Utica teste defendit. pro Scauro 2, 45. — Africa „horrida" (in Ennii versiculo ubi per metonymiam pro Afris est sumpta Africa) de Or. 3, 42, 167. Orat. 27, 93.

Africa provincia. Pleraque ex Punicis oppida et finis Karthaginiensium, quos novissime habuerant, populus Romanus per magistratus administrabat. Sal. Iug. 19. — Africa, arx omnium provinciarum, nata ad bellum contra hanc urbem gerendum. pro Ligario 7, 22. — Una ex omnibus Caesarianae victoriae maxime infesta. Ibid. 8, 24.—In Africam non ivi. Iudicio hoc sum usus, non esse barbaris auxiliis fallacissimae gentis rem publicam defendendam. ad Att. 11, 7, 3. — Saturi(nunc) simus (nos Romani) ex Africa et Sardinia. Varro RR. 2, Praef. 3.

Africanae bestiae. Varro RR. 3, 13, 3. — Africanae ferae. ad Fam. 8, 8, 10. Ibid. 9, 3.

Africanus maior et minor. Vide in Corneliis Scipionibus.

Africus ventus. de Nat. D. 1, 36, 101.

Africus vicus. v. Vicus Africus.

Agamedes et Trophonius. Tuscul. 1, 47, 114.

Agamemnon Dianae immolavit Iphigeniam. de Off. 3, 25, 95. — Agamemnon obvoluto capite in immolanda Iphigenia. (Timanthis tabula.) Orat. 22, 74. — Agamemnon apud Pacuvium solvere ex Aulide imperat, secundo rumore adversaque avi. de Divin. 1, 16, 29. — Longe a Tiberi ad Caïcum; quo in loco etiam Agamemno cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum invenisset. pro Flacco 29, 72. — Agamemnon apud Ennium. Varro LL. 5, 3. p. 29. — Agamemno Homericus et idem Accianus *Scindens dolore identidem intonsam comam.* Tuscul. 3, 26, 62. — Quid Achille Homerico foedius, quid Agamemnone in iurgio? Tuscul. 4, 23, 52. — Agamemnoni, regum regi, fuit honestum habere aliquem in consiliis capiundis Nestorem. ad Fam. 9, 14, 2. ad Attic. 14, 17, 2. — Eiusdictum de Nestore apud Homerum. Cato 10, 31. — Agamemno per iocum dicitur L. Lucullus. ad Att. 1, 18, 3. (Male pro servi vel liberti nomine habet Ern. in Clavi.) — Cfr. Tuscul. 1, 37, 90. — Summus rex, qui maximas copias duxit ad Troiam. Ibid. 41, 98. Si quis doleat eius rebus secundis, a quo ipse laedatur, non recte dicatur invidere; ut si Hectori Agamemno. Ibid. 4, 8, 17. Her. 1, 10, 17. Ibid. 3, 21, 34. Ibid. 4, 34, 46. de Inv. 1, 13, 18. Ibid. 22, 31.

Agathinus Thermitanus, homo nobilis, Sthenii inimicus. Verr. Accusat. 2, 36, 89.

Agathocles. Pugna erat equestris Agathoclis regis in tabulis picta praeclare. Verr. Accusat. 4, 55, 122. Agathocles e figulo notissimus Siciliae rex, de quo vide Polyb. Lib. 9, 23. in primisque Diodor. Sic. 19, 20. Ern.

Agathocles Chius: de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Agathocles Cyzicenus, aliis Babylonius, de rebus patriis scripsit: Athenaeus XIV. p. 649 f. p. 1446. Dind. Attigit etiam res Italicas et Siculas. de Divin. 1, 24, 50. — Agathocles historici duo sunt, Babylonius, qui et Cyzicenus dicitur, quod de Cyzico scripsit: et Samius, qui de re publica Pessinuntiorum scripsit. Sed hunc locum de Babylonio accipiendum putat Vossius de Hist. Gr. I. III. p. 158. T. IV. Opp. Utrum ea historia, quam Cicero affert, ex libris de Cyzicenorum rebus, an vero ex alio sumpta sit, non dixerim. Quattuordecim hoc nomine viros ex antiquitate collegit Fabric. Bibl. Gr. III. II. p. 273.; quibus adde quintum decimum Agathoclem, archontem Atheniensem Olymp. CV. eo ipso tempore, quo Delphici Apollinis fanum diripere aggressi sunt Phocenses. Vid. Pausan. 10, 2. Ern.

Agerensis ager. de lege agr. 2, 19, 50. in Asiae regione fuit, quae a P. Servilio Isaurico imperio Ro. adiuncta est; si quidem sana lectio est; sed Turnebus, Graevius aliique legi volunt *Sagalassensis* vel *Agalassensis*, a Sagalasso, urbe Pisidiae, in ea regione, quam sub populi Ro. potestatem Servilius redegit. Ern.

Agesilaus institutus a Xenophonte. de Or. 3, 34, 139. de Finn. 2, 35, 116. — Agesilaus et Cyrus Xenophontis: quorum regum summo in imperio nemo unquam verbum ullum asperius audivit. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 7. — Agesilaus neque pictam neque fictam imaginem suam passus est esse. Unus autem Xenophontis libellus in eo rege laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit. ad Fam. 5, 12, 7. Panaetius negat Themistoclem, Agesilaum cet. sine adiumentis hominum tantas res efficere potuisse. de Off. 2, 15, 16.

Agidon Naevii. Varro LL. 7, 6. p. 386.

Agis: Agin regem, quod nunquam antea apud eos acciderat, necaverunt Lacedemonii. de Off. 2, 23, 80. (Diversus ab eo, qui vixit tempore Lysandri, quo duce Athenienses ad flumen Aegos victi sunt. Ern.) Scil. est Agis IV., cuius vitam scripsit Plutarchus.

Aglaophon maior, Thasius pictor. Olymp. LXX. (ante Chr. 500.) floruit; Aglaoophon minor, maioris nepos, Olymp. XC. (a. Chr. 420.) — Zeuxis, Aglaophon, Apelles, dissimillimi inter se. de Or. 3, 7, 26. Sillig Catal. Art. p. 22. hoc dat stemma:

Aglaophon
|
Polygnotus Aristophon
|
Aglaophon.

Agonales ludi. Varro LL. 6, 3. p. 194.

Agonenses libri Saliorum. Varro LL. 6, 3. p. 196.

Agonia. Varro LL. 6, 3. p. 196.

Agonis Lilybaetana, liberta Veneris Erycinae; inique tractata a Q. Caecilio Nigro, C. Verris quaestore. Divinat. 17, 55.

Agoracritus statuarius, Phidiae discipulus. Varro Fr. p. 354. Bip.

P. Agrasius, publicanus, amicus Varronis. Varro RR. 1, 2, 1.

Agraei (Ἀγραῖοι) Aetoliae natio, non Graeca, Dolopum vicini. in Pison. 37, 91. ibique Garat. Cfr. Poppo Thucyd. Vol. 2. p. 149. — (Agrinae in Pis. 37, 91. sunt populi Thessaliae. Sed pro genit. *Agrinarum* Turnebo *Agrianum* placet, cuius populi mentio apud Liv. 28, 5., ubi v. Sigon. et Gron. item ad 33, 18. *Agriarum* mallem, si quid mutandum. Nam propius accedit ad volgatum, et est idem populus. v. Stephanum in Ἀγρίαις. Ern. Cfr. etiam Schweigh. ad Polyb. 17, 5, 8., qui Agrianes, Agraos, et Agraeos pro iisdem habet.

Agragianae s. Acragianae portae. Tusc. 5, 23, 64. portae Syracusarum, quae imminebant viae, quae Agrigentum ferebat. Ern. Al. melius legunt Achradinae.

Agrigentini de senatu cooptando Scipionis (Africani maioris) leges antiquas habent, in quibus etiam hoc sanctum est: cum Agrigentinorum duo genera sint, unum veterum, alterum colonorum, quos T. Manlius (Livio 27, 36. C. Mamilius) praetor a. u. c. 547. ex S. C. de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum, cautum est in Scipionis legibus, ne plures essent in senatu ex colonorum numero quam ex vetere Agrigentinorum. Verr. Accusat. 2, 50, 123. — In Phalaridem universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. de Off. 2, 7, 26. — Agrigentini, fortissimi viri, diligentissimi aratores. Verr. Accusat. 3, 43, 103. — Phalaridis taurus, ablatus a Karthaginiensibus, deleta Karthagine Agrigentinis restitutus a P. Scipione Africano minore. Verr. Accusat. 4, 33, 73.

Agrigentum, oppidum Siciliae in maritima ora versus meridiem. Verr. Accus. 2, 26, 63. Ib. 4, 12, 27. Aesculapii fanum et Herculis templum Agrigenti a Verre spoliata. Verr. Accusat. 4. 43, 93 et 94. — Ibi cum tyranni essent, nulla erat res publica. de Rep. 3, 33, 45. Ibi negotiatores Romani. Verr. Accusat. 2, 62, 153. — Dicitur Acragas et Agragas de Graeco. Eius urbis accuratissima descriptio est apud Polybium L. 9, 27. Ern.

Agrinae falsa lectio in Pis. 37, 91. pro Agraei; ubi vide.

C. Agrius, eques Ro., Socraticus, Varronis amicus. Varro RR. 1, 2, 1.

L. Agrius, eques Romanus, testis in causa Flacci. pro Flacco 13, 31.

T. Agusius „comes meus illo miserrimo tempore et omnium itinerum navigationum, laborum periculorum meorum socius," commendatur P. Servilio. ad Fam. 13, 71.

Agyrinensis ager in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 18, 47.

Agyrinenses, homines honesti et locupletes. Verr. Accusat. 3, 51, 120.

Agyrium, oppidum Siciliae prope fl. Symaethum: est in primis honesta civitas Siciliae, hominum ante C. Verrem praetorem locupletium summorumque aratorum: quomodo a Q. Apronio vexati sint: Verr. Accusat. 3, 27, 67.

Ahala vide: Servilius Ahala.

Aiax, Telamonis filius; apud Homerum progreditur multa cum hilaritate, cum depugnaturus esset cum Hectore. Tuscul. 4, 22, 49. — Aiax cum Hectore congrediens. Fragmm. p. 488. — Aiax Homericus apud Achillem querens de ferocitate Troianorum: de Divin. 2, 39, 82. σφάλμα μνημονικὸν pro *Ulixe*. Iliad. 9, 236. — Aiax iudicio iniquorum circumventus. Tuscul. 1, 41, 98. — „Ignominiae dolore victor insolens se victum non potuit pati." (Pacuvius) pro Scauro 2, 3. — Aiax furiosus. Tuscul. 3, 5, 11. — Eum ira ad furorem mortemque perduxit. — — Semper Aiax fortis, fortissimus tamen in furore. Tuscul. 4, 23, 52. — Eius mors a rhetoribus tractata. Her. 1, 11, 18. Ibid. 1, 17, 27. Ibid. 2, 19, 28. de Inv. 1, 8, 11. Ibid. 1, 49, 92. — Aiax, (pictus a Timomacho:) apud Cyzicenos. Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Aiax: de Off. 1, 31, 114. Ennii potius quam Livii videtur intelligi fabula. — Aiax: in Ennii fragm. Varro LL. 6, 2. p. 189. — de Off. 1, 31, 113. — de Off. 3, 26, 98. — Cato 10, 31.

Aiax Oileus vim intulit Cassandrae. de Or. 2, 66, 265. Tuscul. 3, 29, 72.

— In Aiacis navem crispisulcans igneum fulmen iniectum est. Topic. 16, 61.

Aius Loquens. Ei adversus lucum Vestae ara, quam saeptam videmus, consecrata est. de Divin. 1, 45, 101. Ibid. 2, 32, 69. — Aius, deus: eius ara in infima nova via. Varro Fr. p. 231. Bip. Aium Locutium vocat Liv. 5, 30. Ern.

Alabandenses sanctius Alabandum colunt, a quo est urbs illa condita, quam quemquam nobilium deorum: (Stratonici non inurbanum dictum de Alabando deo.) de Nat. D. 3, 19, 50. — Alabandis (Ἀλαβανδεῖς) s. Alabandenses, incolae Alabandorum s. Alabandae, urbis Cariae. ad Fam. 13, 56, 1. C.

Alabandus heros, pro deo cultus ab Alabandensibus. de Nat. D. 3, 15, 39.

Alabarches ironice vocatur Pompeius ad Att. 2, 17, 3. (Male alii ad M. Antonium rettulerunt. Cfr. Forcell. in v. *Arabarches.*) — Alabarches l. l. est Pompeius, qui iactabat se vectigalia populi Romani valde auxisse. Quam autem accommodatum sit hoc nomen, ex eo intelligi potest, quod Plinius tradit, quia olim vectigalia in solis pascuis fuerint, propterea servatum esse a censoribus, ut omnia vectigalia rei publicae pascuorum nomine in tabulis et in pactionibus censores complecterentur. Vectigal enim e pascuis scriptura dicitur, et alabarches, ut docet Cuiacius, qui hanc vocem Ciceroni reddidit Obss. 8, 37., dicitur ab ἄλαβα, atramentum, estque adeo magister scripturae. Sed alii praeferunt *Arabarcha*, ut in hoc Ciceronis loco, ita in aliis, ubi huius magistratus mentio; in his Wesselingius de archontibus Iudaeorum c. 8., dictum putans ab Aegypti nomo Arabiae; quae refellere longioris est disputationis. Libri quidem et res stant pro priore opinione. Ern.

Alauda. Legio ex Transalpinis a Caesare conscripta, vocabulo quoque Gallico: Alauda enim appellabatur; quam disciplina cultuque Romano institutam et ornatam postea universam civitate donavit. Suet. Caes. 24. — Alaudarum legio V. ad Att. 16, 8, 2. — Philipp. 1, 8, 20. — Alaudae iudices constituti ab Antonio. Philipp. 5, 5, 12. Ib. 13, 2, 3. In tertia decuria iudicabant. Ib. C. 18, 37.

Alba Longa condita a Laviniensibus. Varro RR. 2, 4, 18. — Alba Longa a sue alba. Varro LL. 5, 32. p. 146. — Alba Longa s. Longa Alba, valida urbs et potens temporibus Romuli. de Rep. 2, 2, 4. De Alba Longa consule in primis Nibby *Viaggio ne' contorni di Roma, Roma* 1819. Vol 2. p. 83. — Albanorum arae, sacrorum populi Romani sociae et aequales, obrutae a P. Clodio. pro Milone 31, 85. (Fragmm. Nota 5.) p. 464.

Alba ad lacum Fucinum, Marsorum oppidum. Philipp. 3, 3, 6. Municipium fidelissimum et fortissimum. Ibid. 15, 39. — ad Att. 8, 12, A. 1. est Alba Fucentis ad lacum Fucinum, colonia Romana in Marsis. Nam ea est non procul Sulmone, cui l. l. a Cicerone iungitur. Cfr. ibid. 9, 6, 1. et ibi Malaspinam. Ern. — Cum duae sint Albae, ab una (Alba Longa) dicuntur Albani, ab altera (Alba Fucente) Albenses. Varro LL. 8, 18, p. 418. Cfr. Charis. p. 81. Putsch.

Alba Aemilius, scurra, amicus et amator C. Verris. Verr. Accusat. 3, 62, 145. Ibid. 63, 148.

Albana, vicus unguentarius Capuae. de lege agr. 2, 34, 94.

Albana aqua s. lacus Albanus: (in Latio prope Albam Longam ab Ascanio conditam Liv. 1, 3.) in Veienti bello illa admirabilis a maioribus facta deductio est. de Divin. 1, 44, 100. Deducta est ad utilitatem agri suburbani. Ibid. 2, 32, 69. — Cfr. Livium 5, 15. Item „*der Emissar in dem Albanersee in Sickler Almanach aus Rom, Leipzig* 1810. p. 13.

Albanae columnae. (ex lapide Albano.) pro Scauro 2, 45. l.

Albanae virgines, id est, Vestales Albanae. Ascon. in Mil. p. 41. Cfr. Inscriptt. meas Latinas N. 2240.

C. Albanius (a. u. c. 709.), vicinus hortorum Scapulanorum, quos emere volebat Cicero. ad Att. 13, 31, 4.

Albanum Pompeii in agro prope Albam Longam. ad Att. 7, 5, 3. in Pison. 31, 77. Villa Bruti ICti de Orat. 2, 55, 224. Villa Curionis. ad Att. 9, 15, 1.

Albanus ager in Latio. de lege agr. 2, 25, 66.

Albanus mons. Feriae Latinae in montem Albanum hostias adducunt. ad Att. 1, 3, 1. — *Tumulos Albano in monte nivalis Lustrasti* (Cicero consul, ferias Latinas celebrans.) de Divin. 1, 11, 18. — Varro LL. 6, 3. p. 206. — Nomen habet ab Alba longa. In eo quotannis feriae Latinae (Liv. 1, 45.) celebrabantur a Romanis et Latinis in memoriam foederis olim inter eos icti. Curatio erat consulum. Cfr. pro Mil. 31, 85. Ern.

Sex. Albedius: Eum non novi; sed tamen neminem tam maledicum offendi, qui illum negaret dignum Antonii senatu. Philipp. 13, 13, 28.

Albenses. Her. 2, 28, 45. incolae Albae Fucentis. Vide supra Alba.

Albianum iudicium, id est Statii Albii Oppianici; pro Caecina 10, 28.

C. Albinius (al. Albinus) senator, socer P. Sestii; pro Sestio 3, 6. Commendatur (a. u. c. 709.) M. Rutilio, ut eius praediis parcatur. ad Fam. 13, 8, 1.

L. Albinius C. F. Paterculus primus tribunus pl. creatus cum L. Sicinio L. F. Belluto a. u. c. 260. Ascon. in Cornel. p. 76.

Albinovanus. Vide M. Tullius Albinovanus.

Albinus. v. Postumius Albinus.

Albium (al. Album) Ingaunum (*Albengo*) Varro RR. 3, 9, 17.

L. Albius, Sex. F. Quirina, vir bonus (a. u. c. 671.) proficiscitur cum Quintio in Galliam. pro Quint. 6, 24. homo cum primis honestus. Ibid. 18, 58. — Idem videtur, qui memoratur de Orat. 2, 70, 281. (ubi alii *Albucium* legunt.) Valens (Vaillantius) in nummis Fam. Rom. p. 59. pro *Quirina* coniicit *Carinas*. Male: non vidit *Quirina* h. l. esse nomen tribus, quod saepe apud Ciceronem adiicitur nominibus propriis, non cognomen. Ern.

T. Albius Carrinas (s. Carinas.) Ciceronem in Tusculano invisit a. u. c. 709. (Homo Ciceroni minime acceptus.) ad Att. 13, 33, 4. Notus est C. Albius Carrinas cos. suffectus a. u. c. 711. Cfr. Havercamp. Morel. p. 497.

Statius Albius (al. Sex. Attius) colonus, quo Sassia familiariter utebatur. pro Cluentio 62, 175.

Statius Albius Oppianicus Larinas. Corrupisse dicitur A. Cluentius iudicium pecunia, quo inimicum innocentem, Statium Albium, condemnaret. pro Cluentio 4, 9. Venenum cum paravisset privigno Cluentio, hic eum accusavit. Ibid. 7, 20. — Singulari scelere et audacia. Ibid. 8, 23. Eius facinora Larini perpetrata. Ibid. §. 25. In matrimonium post Noviam et Papiam ducit Sassiam. Ibid. 9, 27. seqq. Eius mors. Ibid 62, 175.

Albius Sabinus coheres Ciceronis (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 14, 1. Ad hunc pertinet Albianum negotium, id est, auctio hereditatis: ad Att. 14, 18, 2. Ib. Ep. 20, 2.

T. Albucius doctus Graecis litteris vel potius paene Graecus; — fuit Athenis adolescens, perfectus Epicureus evaserat. Eius orationes exstabant. Brut. 35, 131. — Repetundarum postulavit Q. Mucium Scaevolam augurem. Ibid. 26, 102. — Q. Mucium Scaevolam repetundarum postulavit, qui tamen absolutus est. de Or. 2, 70, 281. — Propraetor Sardiniae a. u. c. 649. Ei supplicatio a senatu denegata est. Verum is, quod a senatu petebat, ipse sibi in Sardinia ante decreverat. Constabat enim Graecum hominem ac levem in ipsa provincia quasi triumphasse. — Hac una plaga concidit, ignominia senatus. de prov. cons. 7, 16. — Cum in Sardinia triumphasset, Romae damnatus est. in Pison. 38, 92. — Repetundarum postulatus a C. Iulio Caesare Strabone. de Off. 2, 14, 50. — Cn. Pompeio Straboni in T. Albucium nominis deferendi potestas non est data. Atque ille Cn. Pompeius ita cum C. Iulio Caesare contendit, ut tu, Caecili, mecum. Quaestor enim Albucii fuerat, ut tu Verris. Iulius hoc secum auctoritatis ad accusandum afferebat, quod, ut hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille a Sardis rogatus ad causam accesserat. (a. u. c. 651.) Divinat. 19, 63. — Damnatus est T. Albucius, C. Megaboccus ex Sardinia nonnullis etiam laudantibus Sardis. pro Scauro 2, 40. — Animo aequissimo Athenis exul philosophabatur. Tuscul. 5, 37, 108. — Propter Graeci sermonis affectationem salse sub persona Q. Mucii Scaevolae, tum a. u. c. 633. propraetoris Asiae, irrisus a Lucilio. de Finn. 1, 3, 9. — Albucii ineptiae a Scaevola apud Lucilium exagitatae. Orat. 44, 149. — Epicureus.

de Nat. D. 1, 33, 93. — L. Albucius, homo apprime doctus, cuius Luciliano charactere sunt libelli (Satirae.) Varro RR. 3, 2, 17. — Idem est cum Tito. De mira controversia utrum Albucii praenomen fuerit *Titus*, quod certum est ex versiculo Lucilii, an *Lucius*, an denique *Marcus*, vide interpretes ad Scaurianam p. 202. Beier, et ad Offic. 2, 14, 50. ubi olim legebatur *Marcus*. — „Sed recte viderunt viri docti legendum *T. Albucius*. Nam dicitur post praeturam Sardiniae accusatus esse a Iulio; quod manifeste in T. Albucium convenit. Pearcius autem coniicit ibi legendum: *pro Sardis Mucius et Iulius;* eleganter." Ern.

Albula, Tiberis priscum nomen Latinum. Varro LL. 5, 5. p. 46. Fragmm. p. 525.

Albunea, Sibylla Tiburs, Tiburi colitur ut dea iuxta ripas Anienis. Varro Fr. p. 217. Bip.

Alcaeus. Fortis vir in sua re publica cognitus, quae de iuvenum amore scribit Alcaeus! Tuscul. 4, 33, 71. — Eum naevus in articulo pueri (Lyci) delectavit. de Nat. D. 1, 28, 79.

Alcamenes. Athenis laudamus Volcanum eum, quem fecit Alcamenes, in quo stante atque vestito leviter apparet claudicatio non deformis. de Nat. D. 1, 30, 83. Val. Max. 8, 11. ext. 3. Sillig Catal. Art. p. 30. (Floruit Olymp. 83.) — „Vixit Phidiae temporibus. Opera eius, quae apud veteres commemorantur, enumerat Iunius in Catal. Pictor. et Statuar.; in quibus in primis nobilis Venus Hortensis (ἐν Κήποις, quae fuit regio Athenarum); cuius mentio apud Lucian. Imagg. T. 2. p. 464. R." Ern.

Alcibiades. Vide Critias. Quis non dixit Εὔπολιν ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes. ad Att. 6, 1, 18. — Memorabile eius somnium paullo ante interitum. de Divin. 2, 69, 143. — Cachinnum sustulit, audito Zopyri de Socrate iudicio. de Fato 5, 10. — Alcibiades, Pericles, Thucydides, antiquissimi sunt, quorum quidem scripta constent, subtiles, acuti, breves. de Or. 2, 22, 93. (Quod ad Alcibiadem et Periclem attinet, suspicor Ciceronem deceptum esse a Graeculis sophistis, uti a Pseudoplatonis et Pseudodemosthenis epistolis.) — Eius dicendi genus. Brut. 7, 29. Socraticis disputationibus eruditus. de Or. 3, 34, 139. — Socrates Alcibiadi persuasit eum nihil hominis esse. Propterea Alcibiades se afflictavit lacrimansque Socrati supplex fuit, ut sibi virtutem traderet turpitudinemque depelleret. Tuscul. 3, 32, 77. — Fragmm. p. 477. Schol. Bob. pro Flacco p. 236. Cfr. De Cornelii Nepotis Alcibiade quaestiones criticae. Scripsit Iulius Wiggers. Lipsiae 1833. 8.

Alcidamas, rhetor antiquus in primis nobilis, scripsit etiam laudationem mortis, quae constat ex enumeratione humanorum malorum; cui rationes eae, quae exquisitius a philosophis colliguntur, defuerunt, ubertas orationis non defuit. Tuscul. 1, 48, 116. Male olim legebatur *Alcidamus;* correxit Bentleius, recte probante Buherio, sic rescribendum existimante etiam apud Quintil. 3, 1, 10. sicque nunc editur.

Alcmaeo Crotoniates, Pythagoricus, soli et lunae reliquisque sideribus animoque praeterea divinitatem dedit. de Nat. D. 1, 11, 27. De eo et eius scriptis cfr. Menag. ad Diog. Laërt. 8, 83. et M. A. Unna in Petersen *phil. hist. Studien auf dem acad. Gymnasium in Hamburg*. 1832. 1. Heft p. 41.

Alcmaeo, Eriphylae parricida furiosus. Tuscul. 3, 5, 11. Schol Gronov. ad Roscianam p. 432. — Alcmaeo Ennii. de Finn. 4, 23, 62. Acad. 2, 17, 52. Ibid. c. 27, 88. Ibid. §. 89.

Alco, Melampus, Tmolos, Atrei filii, tertii Dioscuri. de Nat. D. 3, 21, 53. Male olim legebatur Aleo.

Alcumena, mater Herculis sexti ex Iove tertio. de Nat. D. 3, 16, 42.

Alcyon. Fragmm. p. 566.

Alcyone, Pleias. Arat. v. 269.

Aledius al. Alledius. al. Atedius. Horum (M. Catonis laudationem intelligit:) quid est, quod Aledio probare possimus? (a. u. c. 708.) ad Att. 12, 4, 2. homo molestus. Ib. Ep. 23, 1. Ep. 24, 1. Ep. 27, 2. — Amicus Caesaris et Attici. Alii putant Caesarem, Tunstallus Ep. ad Middletonum p. 160., Balbum maiorem tecto nomine dici, ut ex *Arredio*, id est, qui non διαῤῥήδην loquitur, balbutiendo sit *Alledius*, ut pro *Hirro Hillus*. Sed nomen hoc reperitur etiam alibi. Lipsius ad Tacit. Ann. 1, 10. legi volt *Atedius* et putat esse eum, cuius ibi mentio: cui

opinioni favet I. Fr. Gronovius; et sic habet Ed. Romana et P. Manutius edidit. ERN.

ALEI campi: in iis errabat Bellerophon. Tuscul. 3, 26, 63.

ALENTINUS. Vide HALENTINUS.

L. ALENUS (al. ALLIENUS.) transcripsit tabulas publicas, cum chirographum Sex-primorum imitatus esset. de Nat. D. 3, 30, 74.

ALEO. Vide ALCO.

ALES, sidus. Arat. v. 281. 376.

ALETRINAS municipium. pro Cluentio 16, 46. Est Aletrium oppidum Latii in Hernicis; eorum cum Cicerone vicinitas. Ibid. 17, 49.

ALETRINENSIS: nomen corruptum. pro Balbo 22, 50.

ALEXANDER, id est, Paris, Priami et Hecubae filius; occiditur a Philocteta sagitta. ad Her. 4, 30, 41. Cfr. Quintum Smyrn. 10, 224. — de Fato 15, 34. — Ennii fabula. Varro LL. 6, 8. p. 260. Speng. Ib. 7, 5. p. 360.

ALEXANDER Magnus, Iovis Hammonis filius. Varro Fr. p. 324. Bip. — Natus ex Olympiade, eadem nocte, qua templum Ephesiae Dianae deflagravit. de Divin. 1, 23, 47. — Qua nocte natus est, Dianae Ephesiae templum deflagravit. de Nat. D. 2, 27, 69. — Reprehensus a Philippo patre. de Off. 2, 15, 53. Doctorem habuit Aristotelem. de Or. 3, 35, 141. — Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον. ad Att. 12, 40, 2. — Non vides ipsum illum Aristoteli discipulum summo ingenio, summa modestia, posteaquam rex appellatus sit, superbum crudelem immoderatum fuisse? Ibid. Lib. 13, 28, 3. — Eius comes Callisthenes. de Or. 2, 14, 58. — Callisthenes doctus homo, comes Magni Alexandri, ab Alexandro necatus. pro Rab. Postumo 9, 23. — Theophrastus interitum deplorans Callisthenis, sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret. Tuscul. 3, 10, 21. — Alexander rex, cum interemisset Clitum, familiarem suum, vix a se manus abstinuit: tanta vis fuit poenitendi. Tuscul. 4, 37, 79. — Eius legati ad Xenocratem. Tuscul. 5, 32, 91. Eius colloquium cum Diogene. Ibid. §. 92. — Eius colloquium cum Calano Indo. de Divin. 1, 23, 47. — Alexander (ὁ κεραυνοφόρος ab Apelle pictus) in aede Dianae Ephesiae. Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Eius imago a Lysippo facta. Acad. 2, 26, 85. — Minime Alexander ille gratiae causa ab Apelle potissimum pingi et a Lysippo fingi volebat; sed quod illorum artem cum ipsis, tum etiam sibi gloriae fore putabat. ad Fam. 5, 12, 7. — Cum Persis et Philippus, qui cogitavit, et Alexander, qui gessit, hanc bellandi causam inferebat, quod vellet Graeciae fana poenire. de Rep. 3, 9, 15. — Quam multos scriptores rerum suarum magnus ille Alexander secum habuisse dicitur. Atque is tamen, cum in Sigeo ad Achillis tumulum adstitisset, O fortunate, inquit, adolescens, qui tuae virtutis Homerum praeconem inveneris! pro Archia 10, 24. — Praeconium, cum in Sigeum venisset, Alexander ab Homero Achilli tributum esse dixit. ad Fam. 5, 12, 7. — Cum quaereret ex archipirata quodam, quo scelere impulsus mare haberet infestum uno myoparone: eodem, inquit, quo tu orbem terrae. de Rep. 3, 12, 20. Cfr. Ibid. §. 21. — Dareus apud Issum ab Alexandro superatus. ad Fam. 2, 10, 3. — Castra paucos dies habuimus, ea ipsa, quae contra Dareum habuerat ad Issum Alexander, imperator haud paulo melior quam aut tu aut ego. ad Att. 5, 20, 3. — Alexander in Cilicia deposuisse apud Solos in delubro pecuniam dicitur. de Legg. 2, 16, 41. — Eius somnium memorabile de sanando Ptolemaeo. de Divin. 2, 66, 135. Ibid. 68, 141. Strabo L. 15. p. 1052. Diodorus Sic. L. 17. p. 570. Curtius 9, 8, 26. — Philippum rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate et humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter saepe turpissimus. de Off. 1, 26, 90. — Alexander Asiam tenens. Opt. gen. Or. 7, 22. — Alexander Macedo, cum ab ineunte aetate res maximas gerere coepisset, tertio et tricesimo anno mortem obiit, quae est aetas nostris legibus decem annis minor quam consularis. Philipp. 5, 17, 48. — Eius laudes in exemplum figurae annominationis propositae. Her. 4, 22, 31. Thebas diruit. de Inv. 1, 22, 30. Memoratus Ib. 60, 93. de Finn. 2, 35.

116. de Off. 2, 5, 16. Varro LL. 9, 47. p. 514.

Alexander III., rex Aegypti. Saepe dictum est, post L. Sullam, Q. Pompeium coss. (a. u. c. 666.) regis Alexandri testamento regnum illud (Aegypti) populi Ro. esse factum. de lege agr. 1, 1, 1. Furtim tota Aegyptus decemviris traditur. Quis enim vestrûm hoc ignorat, dici illud regnum testamento regis Alexandri populi Ro. esse factum. Ibid. 2, 16, 41. „Alexandro II. successit filius, Nothus Ptolemaeus Alexander III. Philadelphus, cuius meminit Trogi Prologus Lib. 39. *Post Lathurum filius Alexandri regnavit, expulsoque eo suffectus Ptolemaeus Nothus.* Is est Alexander III. Nam Secundi Prologus non meminit propter brevitatem imperii, cum tantum XIX. dierum rex fuisset. Philadelphum eundem Alexandrum III. appellat Porphyrius apud Eusebium. Ad regnum pervenit Decula et Dolabella coss. (a. u. c. 673.) Expulsus ab Alexandrinis Romanorum auxilium imploravit.. Eum restituere volebat Caesar aedilis. Sueton. Iul. 11. Inde eiectus Aegypto Tyrum se recepit, fama sparsa testamento illius populo Ro. regnum Aegypti fuisse relictum." — Haec disputavit Graevius. Contra Champollion Figeac *Annales des Lagides* T. 2. p. 247. negat ullum extitisse Alexandrum tertium, sed ad alterum referendos esse Ciceronis locos; eius autem mortem incidisse in a. u. c. 682. ante Chr. 72. — Diversam eamque mihi maxime probabilem rationem sequitur Visconti *Iconographie Gr.* 3. p. 251., qui Alexandrum a. u. c. 689. mortuum statuit. „*Il mourut, dans son exil, à Tyr vers l'an* 65 *avant l'ère chrétienne, et on fit circuler le bruit qu'il avait légué par son testament ses royaumes à la République. Il me paraît évident que le* Ptolemaeus Nothus *des prologues de Trogue Pompée est Ptolémée Aulète, bâtard de Lathyre.* Volgarem Porphyrii apud Eusebium p. 225. et Appiani B. C. 1, 102. narrationem de Alexandro ab Alexandrinis interfecto sequitur Freinsh. Suppl. Liv. 89, 24. Idem cum Ciceronis Alexandro est:

Alexander s. Alexas rex, Tyri exul mortuus. Schol. Bob. in or. de rege Alex. p. 350. (Garat. ad Balb. C. 22. in AppendicePlancianaeEd.Bonon.p.149.)

Alexander, qui apud Pheraeos in Thessalia tyrannidem occuparat: eum uxor sua, Thebe, adiuvantibus fratribus noctu occidit. de Inv. 2, 49, 144. de Off. 2, 7, 25. — Tyrannus Pheras crudeli dominatu tenuit Aristotelis tempore, Olymp. CV. ab uxoris (Thebae) fratribus (Lycophrone et Tisiphono) interfectus. de Divin. 1, 25, 53. Rem totam exponit Diod. Sic. Lib. 16, 14.

Alexander: poëta ineptus, nec tamen scit nihil et est non inutilis. ad Att. 2, 20, 6. Libros Alexandri, negligentis hominis et non boni poëtae, sed tamen non inutilis, tibi remisi. Ibid. 22, 7. — Est Alexander Ephesius cognomine Lychnus, quem Strabo L. 14, p. 642. Casaub. aliique tradunt Cosmographiam versibus scripsisse. Vide Graev. ad h. l. Alexander Polyhistor quoque scripsit Geographica multa (v. Harduin. in Ind. nom.Pliniano :) sed prosa oratione.Ern.

Alexander, Ciceronis libertus et tabellarius. ad Att. 13, 2. 2.

Alexandria condita ab Alexandro M. Varro Fr. p. 378. Bip. — Obsessa ab Antiocho rege. Philipp. 8, 8, 23. — Dabitis Alexandriam clam petentibus iis, quibus apertissime pugnantibus resistitis? de lege agr. 1, 1, 1. — Alexandria cunctaque Aegyptus furtim decemviris traditur. de lege agr. 2, 16, 41. — L. Cotta, L. Torquato coss. (a. u. c. 689.) exstiterunt, qui directo et palam Alexandriam populo Ro. attribuerent. de lege agr. 2, 17, 44. — Alexandria capta ab A. Gabinio (a. u. c. 698.) in Pison. 22, 51. — Eius situs. Bell. Alex. 1. 3. 5. Alexandrini homines ingeniosissimi atque acutissimi. Ib. 3. Aptisissimum genus ad proditionem. Ib. 7. fallax gens semperque alia cogitans, alia simulans. Ib. 24. — Ii, qui Alexandria solent mortuos conservare. Varro Fr. p. 369. Bip. — Alexandrea camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera. Varro LL. 5, 20. p. 102. — Verr. Accusat. 5, 56, 145. de Off. 3, 12, 50.

Alexandrini testes in A. Gabinium et C. Rabirium Postumum. Quod habent os! quam audaciam! pro Rab. Postumo 12, 34.

Alexandrini legati ad senatum adversus Ptolemaeum Auletem. de Harusp. resp. 16, 34.

Alexandrinum bellum: eius nimia mora. ad Fam. 15, 15, 2.

Alexandrinus rex. vide Ptolemaeus Auletes.

Alexas Heracliensis civitate donatus a P. Crasso. pro Balbo 22, 50.

Alexinus, Stilpo, Diodorus, molesti Academicis veteribus, sed minuti philosophi, quorum sunt contorta et aculeata quaedam σοφίσματα. Acad. 2, 24, 75. — Philosophus Megaricus de schola Eubulidae, de quo Diog. Laërt. 2, 109, 110. et ibi Menag. Zenoni Stoico in primis adversarius erat, quem multis sophismatibus et fallacibus conclusiunculis vexabat. — Ex Ciceronis loco intelligi potest eum contra sensus disputasse, quorum certitudinem Zeno defendebat. Ern.

Alexio, servus medicus Ciceronis mortuus magno cum domini luctu et maerore. a. u. c. 710. ad Att. 15, 1, 1. Bene actum cum illo arbitror. Ib. Ep. 2, 4.

Alexio. In Actio Corcyrae Alexio me opipare muneratus est. (a. u. c. 704.) ad Att. 7, 2, 3. Idem, ut opinor, est cum sequente:

Alexio. libertus. (a u. c. 709) procurator negotiorum Attici. ad Att 13, 25, 3.

Alexis, Attici servus, postea libertus et scriba. Alexis quod mihi toties salutem adscribit est gratum. Sed cur non suis litteris idem facit, quod meus ad te Alexis (Tiro) facit? ad Att. 5, 20, 9. — Alexidis manum amabam, quod tam prope accedebat ad similitudinem tuae litterae. Ib. Lib. 7, 2, 3. Alexim, humanissimum puerum, salvere iubeas velim. Ibid. Ep. 7, 7. — Alexis, imago Tironis. ad Att. 12, 10. — In tuis quoque epistolis Alexim videor agnoscere. ad Att. 16, 15, 1. Duos huius nominis suspicatur fuisse Ernestius: sed commode omnes hi loci ad unum eundemque referuntur.

Sex. Alfenus, pro Quint. 5, 21. procurator P. Quintii, familiaris et propinquus Sex. Naevii. Ibid. 6, 27.: Proscriptus a L. Sulla dictatore. Eius bona emerunt P. Quintius et S. Naevius.

Alfius. Vide Aufius.

C. Alfius Flavus, meorum consiliorum in consulatu socius, periculorum particeps, rerum, quas gessi, adiutor. pro Plancio 42, 104. (Flavus non *Flavius* cognomen fuit C. Alfii.) — Tribunus pl. a. u. c. 695. Caesare et Bibulo coss., vir et bonus et innocens et bonis viris semper probatus, parum tamen intellexit in tribunatu, quid vero populo probaretur, et quod illum esse populum Romanum, qui in concione erat, arbitrabatur, non tenuit eum locum, in quem, nisi popularis esse voluisset, facillime pervenisset. (scil. aedilitatem.) pro Sestio 53, 114. — Tribunus pl. obnixae popularitatis, qui vehementer actiones Caesaris adiuvit. Schol. Bob. pro Sestio p. 304. — Eum in praetura petenda praeteritum Caesar permoleste tulit, quod in homine summam fidem probitatemque cognosset. in Vatinium 16, 38. — Tribunus pl. actiones C. Caesaris consulis contra M. Bibulum obnixe adiuverat, qui repulsam meruit in praeturae petitione. Schol. Bob. in Vatin. p. 324. — Praetor a. u. c. 700, quaesitor in causa A. Gabinii de maiestate. ad Q. Fr. 3, 1. 7, 24. — Quaesitor gravis et firmus. Ib. Ep. 3, 3. — Quaesitor in causa Cn. Plancii, gravissimus homo iustissimusque. pro Plancio 17, 43.

Algida terra. Orat. 45, 152. male pro nom. proprio (terram circa Algidum montem et urbem in Latio sitam) accipiunt interpretes nonnulli, cum sit *terra frigida*.

Algidus mons. de Rep. 2, 37, 63.

Alicor sive Halicor, servus P. Clodii. Ascon. in Mil. p. 36.

Aliphera (Arcadiae), Tenea, Tritia Peloponnesi oppida νεόκτιστα· idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat Dionysius (Grammaticus), ubi mentio non fit istorum. ad Att. 6, 2, 3.

Alliensis pugna. Maiores nostri funestiorem diem esse voluerunt Alliensis pugnae quam Urbis captae. ad Att. 9, 5, 2. Alliensis dies infelix. Varro LL. 6, 4. p. 213.

Allienus (rabula), subscriptor Q. Caecilii Nigri, in clamando bene robustus atque exercitatus. Divin. 15, 48.

A. Allienus, legatus Q. Ciceronis in provincia Asia. (a. u. c. 694.) Eius laudes. ad Q. Fr. 1, 1, 3, 10. (Ubi praenomen omittitur, sed videtur sane *Aulus*.) — Praetor a. u. c. 705. ad Att. 10, 15, 3. — Propraetor Siciliae a. u. c. 706. Bell. Afric. 2. Copias et commeatus mittit Caesari in Africam a. u. c. 707. Ib. 34. — Proconsul Siciliae a. u. c. 708. Ad eum sunt Epp. 78 et 79.

ad Fam. L. 15. — Pertinet huc nummus: C. CAES. IMP. COS. ITER. — A. ALLIENUS. PROCOS. Vir nudus dextro pede prorae navis insistens dextra triquetram tenet. Eckhel D. N. 5. p. 154. — Legatus (Trebonii.) Philipp. 11, 12, 30. Allienus, familiaris et necessarius meus, post interitum Trebonii profectus, ne dici quidem se legatum Dolabellae volet. Ibid. 13, 32. — „Quattuor legiones, quas A. Allienus ex Aegypto eduxit, traditas ab eo mihi esse scito." (a. u. c. 711.) Cassius ad Fam. 12, 11, 1. Ibid. 12, 1. (Trebonio a Dolabella occiso IV. legiones ex Aegypto, quo cum Dolabella miserat, ad Cassium in Syriam duxit.)

L. ALLIENUS. Vide: L. ALENUS.

M. ALLIENUS Pelignus in acie a Scipione Africano minore servatus. Tuscul. 4, 22, 50.

ALLIFANUS ager; de lege agr. 2, 25, 66. — tractus; pro Plancio 9, 22. circa Allifas, oppidum Samnitium inter Venafrum et Sebeti confluentem, supra laevam Volturni ripam.

ALLOBROGES, populi Galliae Narbonensis, quorum caput Geneva. — Eorum testimonio fides non habenda. pro Fonteio 8, 16. — Allobroges legati, tempore coniurationis Catilinariae. pro Sulla 13, 36. seqq. — Legati Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa a P. Lentulo sollicitati. in Catil. 3, 2, 4. Allobrogum senatus et populus. Ibid. 5, 10. Ibid. 9, 22. Ib. 4, 6, 13. Ad pontem Mulvium comprehenduntur. Ib. 3, 2, 6. — *Clades patriae Vocibus Allobrogum patribus populoque patebat.* de Divin. 1, 12, 21. — Allobroges involgarunt coniurationem Catilinae. ad Att. 2, 1, 3. Praemia iis dantur. Catil. 4, 3, 5. — Allobrogum tempus (in coniuratione Catilinae.) ad Att. 2, 25, 1. — Allobrogum legati in coniuratione Catilinaria. Sal. Catil. 40. Allobroges publice privatimque aere alieno oppressi. Ibid. Seqq. — Modo (ante a. u. c. 698.) C. Pomptinus ortum repente bellum Allobrogum atque hac scelerata coniuratione excitatum proeliis fregit eosque domuit, qui lacessierunt. de prov. cos. 13, 32. — Allobrogum pacificator ad Att. 1, 13, 2. est C. Calpurnius Piso. — Ab Allobrogibus et totius Galliae legatos exspecto. (a. u. c. 711.) D. Brutus ad Fam. 11, 11, 1. Cfr. ib. 13, 4. — ad Fam. 10, 11, 2. Ibid. 15, 3. Ibid. 25, 7.

ALMO: in augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum fl. videmus. de Nat. D. 3, 20, 52.

ALPES. Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum. in Pison. 33, 81. — Alpibus Italiam munierat ante natura, non sine aliquo divino numine; nam, si ille aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nunquam haec urbs summo imperio domicilium ac sedem praebuisset. Quae iam licet considant! Nihil est enim ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit Italiae pertimescendum (post Caesaris victorias, a. u. c. 698.) de prov. cons. 14, 34. Pro Quintio 3, 12. *trans Alpes* est *in Galliam transalpinam.*

ALPHENUS. Vide ALFENUS.

ALPHEUS fluvius Achaiae. ad Att. 12, 5, 1.

ALSIENSE praedium. ad Fam. 9, 6. 1. et Alsiensis villa Pompeii, prope Alsium. pro Milone 20, 54.

ALSIUM Etruriae oppidum. ad Att. 13, 56, 2.

ALTOR (deus): ei pontifices faciunt rem divinam. Varro Fr. p. 226. Bip.

ALYZIA, oppidum Acarnaniae, citra Leucadem stadia CXX. a Patris Italiam versus. ad Fam. 16, 2. Ibid. 3, 1. (Eo venit Cicero e Cilicia rediens.)

C. AMAFANIUS (al. AMAFINIUS) Epicureus, malus scriptor philosophus Latinus, cuius praeter Cic. nemo antiquorum meminit. Acad. 1, 2, 5. Physica (Epicurea) scripsit. Ibid. §. 6. — Amafanius tangitur Tuscul. 1, 3, 6. Ibid. 2, 3, 7. — Stoicis et Academicis (Latinis) silentibus C. Amafanius exstitit dicens; cuius libris editis commota multitudo contulit se ad eandem potissimum disciplinam, sive quod erat cognitu perfacilis, sive quod invitabatur illecebris blandae voluptatis, sive etiam, quia nihil prolatum erat melius, illud, quod erat, tenebant. Tusc. 4, 3, 6.

AMALTHEA, *Amaltheum*, Ἀμάλθεια, Ἀμαλθεῖον. ad Att. 1, 13, 1. — Epigrammatis his, quae in Amaltheo posuisti, contenti erimus. Ib. 16, 15. — Velim ad me scribas, cuiusmodi sit Ἀμαλθεῖον tuum, quo ornatu, qua τοποθεσίᾳ; et quae poëmata quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. Lubet

mihi facere in Arpinati. Ib. §. 18. — Si quies dabitur, ab Amalthea te non commovebo. Ib. 2, 20, 2. — Huic amoenitati (Arpinati ad Lirem) Thyamis Epirotes tuus ille nihil, opinor, concesserit. Q. Est ita, ut dicis. Cave enim putes Attici nostro Amaltheo platanisque illis quidquam esse praeclarius. de Legg. 2, 3, 7. — Amalthea mea te exspectat et indiget tui. ad Att. 2, 1, 11. — „Est praedium Attici, cui nomen imposuit ab Ἀμαλθεία; Amalthea in fabulis quae sit, notum est; sed ad Att. 1, 16, 15. est gymnasium aut diaeta praedii Epirotici. Lib. 2, 1, 11. Cicero dicit *Amalthea mea te exspectat.* Eam fuisse gymnasium in Arpinati, ut Corradus ait, verisimile est, aut diaetam, quam imitaturus Atticum Cicero exstruxerat. In hac Amalthea I. F. Gronovius putavit posuisse Atticum imagines virorum illustrium, a quibus ut ab Amalthea Iuppiter, ita imperium Romanum tamquam nutritum ad tantam magnitudinem pervenisset; his adiecisse versus, qui facta eorum et magistratus continerent, de quibus Nepos vit. Attic. c. 18. Ern. in Ind. Graeco. Tota res simplicius sic informanda videtur: in Attici villa Epirotica ad Thyamin fl. sacellum erat antiquum AmaltheaeNymphae, quod ille platanis circum consitis, epigrammatis graecis et historicis, i. e. anaglyphis μύθους ad Amaltheam pertinentes exprimentibus ornavit: simile sacellum, ut Attici in hoc quoque memor esset, Tullius in Arpinati suo exstruxit.

Amalthea Sibylla. Varro Fr. p. 217. Bip.

Amanienses: incolae Amani montis, Romanorum hostes sempiterni. (a. u. c. 703.) a Cicerone devicti. ad Fam. 2, 10, 3.

Amantia, oppidum Orestidis in Epiro. Philipp. 11, 11, 26.

Amanus mons Ciliciae a Tauro procurrens et eius quasi ramus, ab oriente Ciliciam claudit et a Syria dirimit, divisus aquarum divortiis inter Ciliciam et Syriam. ad Fam. 2, 10, 3. — Tarso Non. Octobr. Amanum versus profecti sumus. Ibid. 3, 8, 10. — Amanus mons Syriam a Cilicia aquarum divortio dividit. Ib. 5, 20, 3. ad Fam. 12, 15, 7. Eius natura Ib. 15, 4, 4. — Bibulus in Amano coepit laureolam in mustaceo quaerere. ad Att. 5, 20, 4. — In eo Bibulus aliquot cohorticulas amisit. ad Fam. 8, 6, 4.

Amatius Pseudomarius. Uncus impactus est a M. Antonio et P. Dolabella fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat. (a. u. c. 710.) Philipp. 1, 2, 5. Is se C. Marii nepotem esse simulabat. Appian. B. C. 3, 2. Vide etiam Marius. Pseudomarius.

Amazones campos Themiscyrios habuere. Sal. Hist. 3. p. 217. (Ed. Gerl. min.)

Ambivius, copó de via Latina. pro Cluentio 59, 163.

L. Ambivius Turpio, histrio eximius Terentii et Catonis Censorii aetate. Cato 14, 48.

Ambracia, urbs Thesprotiae in Epiro ad sinum Ambracium. in Pison. 37, 91. direpta a L. Pisone. Ibid. 40, 96. Pseudobrut. Ep. 5. — Varro Fr. p. 322. Bip. Hinc Ambraciota, Tusc. 1, 34, 84.

Ameria, municipium Umbriae, patria Rosciorum, qui inde dicuntur Amerini. Roma aberat LVI. milibus passuum. pro Sex. Roscio 7, 18. — *Decem primi* inter decuriones. Ibid. 9, 25.

Amestratus (Ἀμήστρατος) Siciliae oppidum mare versus ad Halesum fluvium. — Amestratini homines tenues. Verr. Accusat. 3, 39, 88. Ibid. 43, 101. Non *Amastra.* Cfr. Raoul-Rochette *lettre à Mr. Schorn. Paris* 1832. p. 5.

Amianus. De Amiano spei nihil putat esse Dionysius. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 1, 13. (Amianus in Cilicia fortasse Attici debitor. Ern.)

Amisus (nobile Ponti oppidum) atque Sinope; quibus in oppidis erant domicilia Mithridatis a L. Lucullo capta. pro lege Manilia 8, 21.

Amiternini appellati, qui circum Aternum habitant. Varro LL. 5, 5. p. 44.

Amiternum. Varro LL. 6, 2. p. 188.

Ammonius, Cleopatrae reginae libertus, sponsor. ad Att. 15, 15, 2. Ernestio idem videtur cum sequente.

Ammonius s. Hammonius, Ptolemaei Auletae legatus, pecunia oppugnabat fautores P. Lentuli. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 1, 1. (Romam missus erat auxilii contra seditiosos Alexandrinos petendi causa.)

Amor deus. de Nat. D. 3, 17, 44. — Amor parvulus ardifera lampade agit amantes. Varro Fr. p. 281. Bip. — Amores: audax consilium Graecia sus-

cepit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in Gymnasiis consecravit. de Legg. Fragm. incert. apud Lact. 1, 20.

Amphiaraus. Ut in fabulis Amphiaraus, sic ego prudens et sciens ad pestem ante oculos positam sum profectus. ad Famil. 6, 6, 6. — Amphiaraus et Tiresias, clari et praestantes viri, avibus et signis admoniti futura dicebant. de Divin. 1, 40, 88 — Amphiaraum sic honoravit fama Graeciae, deus ut haberetur atque ut ab eius solo, in quo est humatus (Oropi), oracula peterentur. Ibid. — Amphiaraus et Trophonius: an dei? Nostri quidem publicani, cum essent agri in Boeotia deorum immortalium excepti lege censoria, negabant immortales esse ullos, qui aliquando homines fuissent. de Nat. D. 3, 19, 49. — Amphiaraus: de Nat. D. 2, 3, 7. Tuscul. 2, 25, 60. — de Legg. 2, 13, 33.

Amphictyon, Atheniensium rex tertius post Cecropem et Cranaum. Schol. Bob. pro Sestio p. 299.

Amphictyones, commune Graeciae concilium, cuius saepe mentio apud Demosthenem. de Inv. 2, 23, 69.

Amphilochia vendita a L. Pisone. in Pison. 40, 96. Est ager circa Argos, Amphilochorum urbem in Acarnania.

Amphilochus et Mopsus Argivorum reges fuerunt, sed iidem augures; iique urbes in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt. de Divin. 1, 40, 88.

Amphilochus, Atheniensis, scriptor de re rustica. Varro RR. 1, 1, 8.

Amphion, Iovis et Antiopae filius. eodem partu cum Zetho editus, apud Euripidem et Pacuvium cum fratre de musica disputans inducitur ad Her. 2, 27, 43. de Inv. 1, 50, 94. — Lyrae cantu muros Thebanos exstruxisse fertur. de Divin. 2, 64, 133.

Amphion, tragoedus. Varro Fragmm. p. 296. Bip.

Amphitryonis progenies, Hercules. Fragmm. p. 490.

Ampia, T. Ampii Balbi filia. ad Fam. 6, 12, 3. (vel soror, inquit Ern.)

T. Ampius Balbus, Pompeianus, a. u. c. 705. delectum habuit diligentissimum. ad Att. 8, 11. B. 2. — Conatus erat tollere pecunias Epheso ex fano Dianae, sed interpellatus adventu Caesaris profugit a. u. c 706. Caesar Civ. 3, 105. — Ei gratulatur Cicero de reditu per Caesaris familiares impetrato (a. u. c. 708.) ad Fam. 6, 12. — Idem est, qui memoratur a Varrone de vita Po. Ro. Lib. 4. apud Nonium Merc. p. 525. (Varr. Fragmm. p. 219. Bip.) — Male ei volgo Ep. 29. ad Fam. Lib. 10. inscribitur, quae missa est ad Appium Claudium C. F. — Cfr. ad Fam. 1, 3, 2. Ibid. 2, 16, 3. Ib. 13, 70. — De eo cfr. Suet. Caes. 77. Fuit a. 691. trib. pl. Aedilitatem non obtinuit, quamquam suffragante Pompeio Schol. Bob. pro Plancio p. 257. Praetor fuisse videtur a. 695. Nam Ciliciam provinciam obtinuit a. 696. cfr. ad Fam. 1, 3, 2.

T. Ampius Menander, T. Ampii Balbi libertus commendatur P Servilio. ad Fam. 13, 70.

Ampsanctus, lacus in Hirpinis: eius vis mortifera. de Divin. 1, 36, 79. Virg. Aen. 7, 563. et ibi interpretes.

Amulius, rex Albanus, Romulum exponi iussit. de Rep. 2, 2, 4. — ab eo interemptus. Ibid.

Amyclae in Italia a serpentibus deletae. Varro Fr. p. 377. Bip.

Amynomachus et Timocrates, heredes Epicuri. de Finn. 2, 31, 101. Cfr. Diog. Laërt. 9, 16, 17.

Amyntas, pater Philippi Macedonis. — Amyntae filius per iocum appellatur L. Marcius Philippus ad Att. 12, 9.

Amyntas, nobilis Caicensis, a Deciano negotiatore vexatus. pro Flacco 30, 72.

Anaces (al. Anactes) primi tres Dioscuri, Athenis ex rege Iove antiquissimo et Proserpina nati, Tritopatores, Zagreus, Eubuleus, Dionysus. de Nat. D. 3, 21, 53. Lobeckius in *dissert. de Tritopatribus* P. III. p. 9. proponit: *Iove - - et Proserpina nati Britomarte*, *Hyes*, *Eubuleus*, *Dionysus*.

Anacharsis Scythes; eius *αὐτάρκεια*: epistola (subdititia) ad Hannonem missa. Tuscul. 5, 32, 90.

Anacreon. Anacreontis tota poësis est amatoria. Tuscul. 4, 33, 71.

Anagnia, urbs in Hernicis. („dives": Virg. Aen. 7, 565.) Inde Cicero exspectat impedimenta. ad Att. 16, 8, 1. — Eius incolae Anagnini. pro domo 30, 81. — Anagnini contumeliose habiti a M. Antonio. Philipp. 2, 41, 106.

Anagninum, T. Titii villa, prope Anagniam. ad Q. Fr. 2, 7. — Alia Ciceronis. ad Att. 12, 1, 1.

Anaxagoras Clazomenius, physicus, Anaximenis discipulus. de Nat. D. 1, 11, 26. de Divin. 2, 27, 58. — Periclis magister. de Rep. 1, 16, 25. de Or. 3, 34, 138. Brut. 11, 44. Orat. 4, 15. — Item Archelai: Tusc. 5, 4, 10. Euripidis: Tuscul. 3, 14, 29. — Anaxagoras, Pythagoras, Democritus a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt. de Or. 3, 15, 56. — Anaxagoras et Democritus agros et patrimonia sua reliquerunt et discendi quaerendique divinae delectationi toto se animo dederunt. Tuscul. 5, 39, 115. — Anaxagoras primus omnium rerum descriptionem et modum mentis infinitae vi ac ratione designari et confici voluit. de Nat. D. 1, 11, 26. — Materiam infinitam dixit esse, a qua omnia gignerentur; sed ex ea particulas similes inter se minutas; eas primum confusas, postea in ordinem adductas a mente divina. Acad. 2, 37, 118. — Anaxagoras, Democritus, Empedocles nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt. Acad. 1, 12, 44. — Anaxagoras maxima fuit et gravitatis et ingenii gloria: attamen nivem nigram dixit esse. Acad. 2, 23, 72. — Albam esse nivem non modo negabat, sed sibi, quia sciret aquam nigram esse, unde illa concreta esset, albam ipsam esse ne videri quidem. Acad. 2, 31, 100. — Semina in aëre esse dixit. Varro RR. 1, 40, 1. — Eum ferunt nuntiata morte filii dixisse, *Sciebam me genuisse mortalem.* Tuscul. 3, 14, 29. Ibid. 24, 58. — Lampsaci cum moreretur, quaerentibus amicis velletne Clazomenas in patriam, si quid ei accidisset, afferri: „Nihil necesse est," inquit, „undique enim ad inferos tantumdem viae est." Tuscul. 1, 43, 104. Conf. Acad. 1, 12, 44. 2, 5, 14. — Anaxagorae fragmenta collegit et praemissa disputatione de eius philosophia et scriptis edidit Schaubach. Lips. 1827. 8. — Anaxagorae et Diogenis Apolloniatae fragmenta disposita et illustrata ed. Wilh. Schorn. Bonnae 1829. 8.

Anaxarchus, Abderita, Democritius. Cum Cypri in manus Nicocreontis regis (quem coram Alexandro acriter perstrinxerat) incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est neque recusavit. Tuscul. 2, 22, 52. — Comes Alexandri M. a Nicocreonte Cyprio tyranno excarnificatus. de Nat. D. 3, 33, 82. Conf. Philo p. 881. Diog. Laërt. 9, 58. Iustin. 12, 13, 4. Plin. Hist. Nat. 7, 23.

Anaximander physicus: ab eo moniti Lacedaemonii sunt, ut urbem linquerent, quod terrae motus instaret. de Divin. 1, 50, 112. — Eius opinio est nativos esse deos, longis intervallis orientes occidentesque eosque innumerabiles esse mundos. de Nat. D. 1, 10, 25. — Anaximander, Thaletis popularis et sodalis, infinitatem naturae dixit esse, a qua omnia gignerentur. Acad. 2, 37, 118. (Floruit a. Chr. 550.)

Anaximenes, Anaximandri auditor, aëra deum statuit eumque gigni esseque immensum et infinitum et semper in motu. de Nat. D. 1, 10, 26. — Infinitum aëra dixit esse, a quo omnia gignerentur; sed ea, quae ex eo orirentur, definita; gigni autem terram, aquam, ignem, tum ex his omnia. Acad. 2, 37, 118. (Floruit a. Chr. 550.)

Anaxipolis Thasius de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Ancharius. Eius pastoribus Cluentii villicus vim et manus attulisse dicebatur. pro Cluentio 59, 161.

C. **Ancharius Rufus** fuit e municipio Fulginate. Varen. Fragmm. 3. p. 445. — Ab eius familia (i. e. servis) C. Varenus occisus. Ibid. 5.

Q. **Ancharius** Q. F., tribunus pl. a. u. c. 695. Caesare et Bibulo coss., quo usus Bibulus in impediendá Caesaris lege agraria. Eius fides ac fortitudo in tribunatu in causa fuit ut postea praetor fieret. pro Sestio 53, 113. Schol. Bob. pro Sestio p. 304. in Vatin. p. 317. Successit L. Pisoni in provincia Macedonia a. u. c. 699. in Pison. 36, 89. — Ad eum scripta est Epistola 40. ad Fam. Lib. 13.

Anchialus, servus L. Egnatii Rufi, equitis Ro., commendatur Appuleio. ad Fam. 13, 45.

Anchises. Varro Fr. p. 351. Bip.

Ancon eadem, quae volgo Ancona, urbs maritima in agro Piceno. Ancon autem est usitatius veteribus. v. Oudendorp. ad Caes. B. C. 1, 12. — Anconem Caesar occupavit a. u. c. 705. ad Att. 7, 11, 1. ad Fam. 16, 12, 2.

Philipp. 12, 9, 23. Fragmm. p. 464. Hinc Anconitanus. pro Cluent. 14, 40.

Ancus Marcius: eius res gestae expositae. de Rep. 2, 18, 33. — In ostium Tiberinum coloniam deduxit. Ib. Cap. 5, 5. — In Palatio ad portam Mugionis sepultus. Varro Fr. p. 241. Bip.

Andria fabula Terentii (a puella in Andro Cycladum insula nata) laudatur de Inv. 1, 23, 33. cet. Vide Terentius.

Andricus, servus Ciceronis. ad Fam. 16, 14, 1. (Idem fortasse qui ibid. Ep. 13. Menander dicitur.)

Andro s. Andron, Centuripinus, homo nobilissimus, legatus et publice testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 2, 64, 156. — Ibid. 5, 45, 108. Ibid. 48, 114.

Andro Sextilius. pro Flacco 34, 84. — (Sestullius Scholiastae) Schol. Bob. pro Flacco p. 244.

Andro, Artemonis filius, Laodicensis, commendatur P. Servilio. ad Fam. 13, 67, 1.

Andromacha Ennii, data a. u. c. 700. ad Att. 4, 15, 6. — Eadem memoratur: Opt. gen. or. 6, 18. Acad. 2, 7, 20. Varro LL. 7, 2. p. 288. Varro LL. 7, 5. p. 360. cet. Vide Ennius.

Andromeda vincta et ceto proposita. Varro Fr. p. 301. Bip. — Eius filius Erythrus. Varro Fr. p. 365. Bip.

Andromeda Ennii tragoedia. Varro LL. 5, 3, p. 28. Vide Ennius.

Andromeda, sidus. Arat. v. 202. 239. 252. 384. — de Nat. D. 2, 43, 111.

Andromenes, servus s. libertus a. u. c. 709. ad Att. 13, 24. Ib. Ep. 25, 1.

Andron v. Andro.

C. Andronicus, Puteolanus, familiaris homo ac domesticus. ad Att. 5, 15, 3.

Andronicus. Vide Cyrrhestes.

Androsthenes, praetor Thessaliae, cum se victoriae Pompeii comitem esse mallet quam socium Caesaris in rebus adversis, Gomphorum portas Caesari praeclusit a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 80.

Androtion; de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

. Anemo: de Nat. D. 3, 20, 52. falsa lectio pro: Almo.

Angeronalia ab Angerona. Varro LL. 6, 3, p. 204.

Anguis sidus. Arat. v. 86. de Nat. D. 2, 42, 109.

Anguitenens, Graecis Ophiuchos. Arat. v. 76. de Nat. D. 2, 42, 109.

Anicatus amicus Attici. Anicato, ut te velle intellexeram, nullo loco defui. ad Att. 2, 20, 1.

Aniciana (al. *Asitiana*) sella regis Ptolemaei, octophoros. ad Q. Fr. 2, 10, 2.

C. Anicius senator, familiaris Ciceronis. Apud Anicium (in eius villa) videbimus, ut paratum sit. Nos enim ita philologi sumus, ut vel cum fabris habitare possimus. ad Q. Fr. 2, 10, 3. — Vidit me nauseantem ex augurali coena apud Lentulum. ad Fam. 7, 26, 2. — Cum legatione libera in Africam profecturus commendatur Q. Cornificio Africam obtinenti a. u. c. 710. ad Fam. 12, 21.

L. Anicius Gallus cos. cum M. Cethego a. u. c. 594. — Nota (vini) Aniciana. Brut. 83, 287.

T. Anicius, homo suspectus et fallax, suburbanum Q. Ciceroni se empturum pollicetur. ad Q. Fr. 3, 1, 7, 23. (a. u. c. 700.)

Aniensis Tribus. ad Fam. 8, 8, 5. pro Plancio 22, 54.

Anio s. Anien, fluvius Sabinorum, hodie *Teverone*. — Trans Anienem Mons Sacer. Cornel. 1. Fragmm. 23. p. 451. — Paucis annis post reges exactos plebes prope ripam Anienis consedit cet. Brut. 14, 54. — Hostis est non apud Anienem, quod bello Punico gravissimum visum est, sed in urbe, in foro. pro Murena 39, 84. Cfr. de Fin. 2, 22, 73. De forma *Anionem* cfr. Oudend. ad Suet. Tib. 1.

Anna Perenna. Varro Fr. p. 304. Bip.

Annaea (al. Annia:) de multorum propinquorum sententia pecuniosa mulier, quod censa non erat, testamento fecit heredem filiam. Verr. Accusat. 1, 43, 111.

C. Annaeus (al. Anneius) Brocchus, senator Romanus, (non Panormitanus ut ait Schuetz:) Symmacho Venerio quaestui fuit. Verr. Accusat. 3, 40, 93.

Annales maximi a Pontifice max. confecti. de Or. 2, 12, 52. Vide P. Mucius Scaevola. — Annales Pon-

tificum maximorum; quibus nihil potest esse iucundius. de Legg. 1, 2, 6. Cfr. de Rep. 1, 16, 25. — Annales veteres. Varro LL. 5, 20. p. 103.

Annalis. Vide Villius Annalis.

C. Anneius. (a. u. c. 711.) heres Q. Turii. ad Fam. 12, 26, 1.

M. Anneius, legatus Ciceronis in Cilicia a. u. c. 703. commendatur Thermo. ad Fam. 13, 55, 1. et 57, 1. Ib. 15, 4, 2. Ibid. §. 9. ad Att. 5, 4, 2., ubi male relictum est *M. Annius.*

Annia pupilla filia C. Annii Aselli senatoris. Verr. Accusat. 1, 58, 153. et Accusat. 2, 7, 21.

Anniana Milonis domus. ad Att. 4 5, 3.

Annianus ad Att. 15, 13, 4. „videtur homo fuisse, cui Cicero bene cupiebat quemque ut Balbilium incolumem in bello videre cupiebat, ob Viselliam, eius, ut videtur, uxorem, a qua se dicit valde observari." Schuetz. Mihi videtur potius de Anniano (Milonis) aliquo praedio sermo esse. Scil. vv. *de Anniano item* referenda sunt non ad proxima de Balbilio, sed ad superiora: *Res Hispanienses valde bonae*, ex hisque supplendum: *de Anniano item valde bonum.* Or.

Annibal. Vide Hannibal.

Anniceri philosophi (ut Cyrenaici) omne bonum in voluptate posuerunt virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere adiutor auctorque sententiae. de Off. 3, 33, 116. Nomen habent ab Anniceride Cyrenaico, discipulo Hegesiae, qui est Aristippi discipulus. Ern. Ἀννικερία αἵρεσις. Strabo 17. p. 857.

Annii Caprae dicti a *capris.* Varro RR. 2, 1, 11.

Annius. Vide etiam Annaeus et Anneius.

Annius „quidam." Macrob. Sat. 1, 11. p. 209. Vulpii: significatur de Divinat. 1, 26, 55. verbis „cuidam rustico Romano." — Aliis est Ti. Atinius, aliis Ti. Latinius. Cfr. Giese ad l.l.

Annius (nomen fortasse corruptum ex: Asinius Pollio. Quid legiones, quas Annius transportavit? Caninium volui, sed μνημονικὸν ἁμάρτημα, (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 5, 1.

Annius, senator, amicissimus Catilinae. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10. Idem, ut videtur, cum Q. Annio a Salustio Cat. 17. memorato.

C. Annius, avus maternus Milonis. Ascon. in Milon. p. 53. nisi potius leg. T. Annius.

C. Annius (al. Canius) poëta. Varro LL. 6, 8. p. 257.

L. Annius et P. Lucullus tribb. pl. a. u. c. 644. resistentibus collegis continuare magistratum nitebantur. Sal. Iug. 37.

L. Annius, propinquus C. Annii Aselli, ab eo heres institutus secundum filiam. Verr. Accusat. 1, 41, 105.

M. Annius, eques Ro., homo gravissimus atque ornatissimus, testis contra Verrem (a. u. c. 684.). Verr. Accusat. 1, 5, 14. Ib. 5, 29, 73. — gravissimus atque honestissimus vir. Ib. 60, 156.

M. Annius, legatus Ciceronis in provincia Cilicia. ad Att. 5, 4, 2. Melius scribitur M. Anneius.

Q. Annius, senator, Catilinarius. Sal. Catil. 17. Ibid. 50. Cfr. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10.

M. Annius Appius (al. Apius) Camers, fortissimus vir, summa virtute praeditus. Eum C. Marius civitate donavit, cum Camertium foedus sanctissimum atque aequissimum sciret esse. pro Balbo 20, 46.

C. Annius Asellus, senator. Is cum haberet unicam filiam neque census esset, filiam bonis suis heredem instituit. Hereditas haec, ut legi Voconiae repugnans, intercepta est a C. Verre, praetore urbano. Verr. Accusat. 1, 41, 104. Cfr. Ibid. 58, 153. et Accusat. 2, 7, 21. — Vulgo praenomen ei dant *Publii*, sed ex melioribus libris Zumpt dedit *C.*

(Annius) Bellienus, verna Demetrii, qui Intemelii cum praesidio erat, (a. u. c. 705.) Domitium quendam, nobilem illic Caesaris hospitem, a contraria factione nummis acceptis comprehendit et strangulavit. ad Fam. 8, 15, 2. Idem videtur cum sequente, id est, L. Annio Bellieno minore.

Annius Bellienus (al. Billienus) homo molestus, cui confertur Demetrius. ad Fam. 16, 22, 2.

C. (Annius) Bellienus, homo per se magnus prope simili ratione (ut Sex. Pompeius et M. Brutus, scientia

scilicet iuris civilis) summus evaserat: qui consul factus esset, nisi in Marianos consulatus et in eas petitionis angustias incidisset. Brut. 47, 175. *Bellienus* scripsi etiam cum Ed. princ. Romana. Volgo *Bilienus*.

C. Annius Bellienus, legatus M. Fonteii (a. u. c. 682.) pro Fonteio 4, 8. — Hunc non diversum a C. Bilieno (*vide praeced.*) putant Corradus ad Bruti c. 47. et Tristanus *Comm.* P. 1. p. 90.; id quod mihi temporum ratio permittere non videtur. Nec verum est eum habuisse duarum gentium nomina per adoptionem. Bellienus est cognomen. Nec denique Betilienus reponendum pro Bellienus, etsi est in nummo apud Haverc. p. 46. et Senecae (de Ira 3, 18.) reddendum videtur. Nimis saepe hoc nomen in libris reperitur. Ern.

L. (Annius) Bellienus praetor a. u. c. 647. militat in Numidia sub Mario. Sal. Iug. 104.

L. Annius Bellienus damnatus a. u. c. 690., quem Cicero ait avunculum esse Catilinae. Hic autem Lucretium Ofellam consulatum contra voluntatem Sullae ad turbandum statum civitatis petentem occiderat iussu Sullae tunc dictatoris. Ascon. in tog. cand. p. 92.

L. (Annius) Bellienus, Pompeianus, cuius domus post caedem Caesaris incensa est et deflagravit. Philipp. 2, 36, 91. Filius fortasse praecedentis et idem, qui memoratur ad Fam. 16, 22, 2. Item ad Fam. 8, 15, 2.

C. Annius Cimber, Lysidici filius, Lysidicus ipse Graeco verbo, quoniam omnia iura dissolvit; nisi forte iure Germanum Cimber occidit. Philipp. 11, 6, 14. — Homo nequam. ad Att. 15, 13, 3. — Philadelphus per ironiam dicitur Philipp. 13, 12, 26. Praetorius (a. u. c. 711.) Ibid. Caesaris scil. beneficio. Cfr. Suet. Oct. 86. — Cfr. Quintil. 8, 3, 27. Ruhnk. ad Vellei. 2, 67, 4. p. 296. Famosus M. Antonii administer, rhetor, historicus et poëta perquam ineptus, derisus etiam a Virgilio in Epigr. apud Quintil. l. l. (Vocat eum *Thucydidem Britannum*.) Philipp. 13, 12. idem ironice dicitur *Philadelphus Annius*, id est, fratricida. Cfr. ad Attic. 15, 13, 3. Ut Huschke minus probabiliter opinatus est, eiusdem nomen latet etiam ad Fam. 2, 17, 1. in vv. *Caninio Salustio*. Vide omnino Commentat. de C. Annio Cimbro, Lysidici F. Scripsit I. G. Huschkius. Rostochii 1824. 4. et Wagneram ad Virgilii Catalecta p. 377. seq.)

Anniorum Luscorum hoc stemma elaboravit Drumannus:

1. Titus Annius Luscus. (a. u. c. 536.)
2. T. Annius Luscus. (a. 582.)
3. T. Annius Luscus. (cos. a. 601.)
4. T. Annius Luscus Rufus. (cos. a. 626.)
5. T. Annius Luscus. 6. C. Annius Luscus propraetore Hispaniae (post a. 673.) 7. Annia.
8. Annia — Eius maritus: 9. C. Papius Celsus.
10. T. Annius C. F. Milo Papianus: Eius uxor: Fausta Sullae. Tr. pl. a. 697.

Scilicet cum Milonis avo materno in Asconii Ed. princ. Caii praenomen tribuatur, Manutii correctionem *ab Tito* propter notum Milonis praenomen praefert.

C. Annius T. F. (cos. a. u. c. 626.) T. N. Luscus (in nummis v. Havercamp. Thes. 1. p. 15), praefectus cohortium Ligurum quattuor missus Leptin a Q. Metello Numidico a. u. c. 647. Sal. Iug. 77. Post praeturam a. 673. a Sulla adversus Sertorium in Hispaniam missus. Cfr. Plut. Sert. 7. Havercamp. l. l. Drumann I. p. 42.

T. Annius Luscus (consul cum Q. Fulvio Nobiliore a. u. c. 601.) non indisertus fuit. Brut. 20, 79. (Adversarius fuit Ti. Gracchi legem agrariam ferentis. Liv. Epit. 58., ubi v. Drakenb.)

T. Annius, (Luscus?) „homo honestissimus, necessarius et amicus meus" (a. u. c. 688.) pro Cluentio

28, 78. Ibid. 65, 182. (Hunc Sylvius coniicit eum fuisse, a quo Milo adoptatus sit.)

T. Annius T. F. Milo Papianus. Nam e Papia fuisse familia et ab avo materno C. (sive potius T.) Annio adoptatum Asconius Pedianus testatur;) Lanuvio oriundus, ubi etiam dictator, i. e. primus magistratus municipalis fuit. Quando quaestor fuerit, incertum est; ut putant a. u. c. 692. Tribunus pl. a. u. c. 697. quo Ciceronem tuitus inexpiabiles cum P. Clodio inimicitias suscepit. Aedilitatem praetermisisse videtur. Nam etsi aedilem fuisse Manutius putat a. 699. Pompeio et Crasso coss., nullum huius rei vestigium remanet; *) praeturam si gessit, gessit certe ante a. 700. (non hoc ipso anno, ut existimavit Pighius.) A. 701. magnificos ludos edidit, consulatum petens in a. 702.; quo tempore habita est Ciceronis interrogatio de aere alieno Milonis; XIII. Kal. Ian. (20. Dec.) huius a. 701. P. Clodius ab eius comitatu occisus est. Pompeius per interregem consul sine collega creatus ex SCto legem de vi, qua nominatim caedes in Via Appia comprehendebatur, tulit; qua perlata Milo de vi, de ambitu, de sodalitiis accusatus est mense Aprili ineunte. De vi, id est de caede Clodii, accusarunt eum III. Id. Apr. Appius Claudius maior, M. Antonius, P. Valerius Nepos. Defendit eum Cicero; qui, cum dicere inciperet, exceptus acclamatione Clodianorum, non ea qua solitus erat constantia dixit. Itaque Milo condemnatus Massiliam in exilium profectus est. Orationem pro Milone, quae exstat, Cicero postea demum scripsit. Ferturque Milo in exilium actus, cum missam hanc sibi a Cicerone orationem legisset, Ciceroni rescripsisse: bene sibi evenisse, quod eam ita in iudicio non pronuntiasset: nunquam enim futurum fuisse, si hoc modo pro se dictum esset, tam sapidos ut mullos ederet Massiliae. (Dio 40, 54.) — Post Milonis discessum eius bona vendita sunt. Is cum quaestus esset Philotimum Ciceronis nomine socium esse in bonis quibusdam eius emendis, Cicero se excusat ad Att. 5, 8, 2. (In toto hoc negotio explicando suspicacior et iniquior, ut solet, in Ciceronem est Drumannus.) Eius exitum narrat Caesar: — A M. Caelio Rufo a. u. c. 706. in Italiam evocatus, quod magnis muneribus da-

*) Schnetzius de hac re ita disputavit: Eum a. 700 praetorem fuisse Pighius ad h. a. coniectura collegit, quod Milo praetermissa aedilitate in hoc magistratu ludos fecerit ac munus splendidum dederit, ut Praetorum urbanorum mos erat. Qua de re putat intelligendum esse Ciceronem, ubi ad Fam. 2, 4. Curioni Milonem consulatum petentem his verbis commendat: *Habemus haec omnia, bonorum studium* (Miloni) *conciliatum ex tribunatu propter nostram (ut spero te intelligere) causam; volgi ac multitudinis propter magnificentiam munerum, liberalitatem naturae.* Quorum quidem munerum etiam in or. pro Milone c. 35. mentionem facit ac tria in iis patrimonia exhausisse Milonem dicit. Attamen ex his muneribus populo datis pro certo colligi non potest praetorem fuisse Milonem; eaque in praetura data fuisse. Nam eodem a. 700., quo Pighius Milonem praeturam gessisse putat, Cicero ad Q. fr. 3, 8. ita scribit: *Ludos apparat Milo magnificentissimos: sic, inquam, ut nemo sumptuosiores; stulte bis terque, non postulatus* (id quod profecto Cicero non dixisset, si de ludis, quos aediles ex more, vel de ludis Apollinaribus, quos praetor urbanus edere solebat, intelligi voluisset).

Itaque munera et ludi intelligendi sunt, quos Milo suapte sponte vel hereditatis nomine edebat. Id quod e seqq. etiam Ciceronis verbis intelligitur: *vel quia munus magnificum dederat; vel quia facultates non erant, vel quia magister* (scil. hereditatis) *vel quia potuerat magistrum se, non aedilem putare.* (quae vv. simplicius, quam fecit Schützius; („i. e. quod etiamsi heres esset aedilis cuiusdam in magistratu mortui, non tamen ab eo expectari poterat munus tam magnificum ac si ipse aedilis fuisset:) — sic sunt interpretanda: potuerat cogitare sibi non ut aedili alicui, quem magistratum non gerebat, magnificentissimum munus esse edendum, sed sufficere eiusmodi munus, ut magistri hereditatum faciebant in honorem eius, qui ipsos heredes scripserat, ut Scipio, Pompeii socer, Q. Metello Pio, pro Sestio 58, 124." — (Opponit Drumannus, illo tempore neminem nisi praetura ante gesta consulatum obtinere potuisse; sed num illis ipsis annis 699 — 702. tam turbulentis idem prorsus necessarium fuerit, in medio relinquendum erit. Et qua potissimum nitor ratione, hoc mihi quidem persuasum est, ex praetura a Milone etiam mediocriter, etiam male administrata, vel laudis aliquid Ciceronem eum defendentem pro certo deducturum, vel saltem accusatoribus, qui occasionem eius carpendae vix unquam neglexissent, callide et versute, ut solebat, responsurum fuisse.)

tis gladiatoriae familiae reliquias habebat, dimissis circum municipia litteris ea, quae faceret, iussu atque imperio facere Pompeii, quae mandata ad se per Bibulum delata essent, quos ex aere alieno laborare arbitrabatur, sollicitabat. Apud quos cum proficere nihil posset, quibusdam solutis ergastulis, *Cosam* in agro Thurino oppugnare coepit. Eo cum a Q. Pedio praetore cum legione * * * lapide ictus ex muro periit. Caesar Civ. 3, 22. — Ubi Cluverius (Ital. ant. 2. p. 1205.) probante Drumanno I. p. 51. *Cassanum*, (castellum agri Thurini) a Caesare scriptum esse contendit. Velleius 2, 68. Dio 42, 25. — Milonis laudes insignes. pro Sestio 40, 86. seqq. — Honori summo ei fuit, qui gladiatoribus emptis rei publicae causa omnes P. Clodii conatus furoresque compressit. de Off. 2, 17, 58. — De novis tribunis pl. est ille quidem in me officiosissimus Sestius, et, spero, Curius, Milo, Fadius, Fabricius. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 4, 3. — Milonis domus in Germalo et Anniana. ad Att. 4, 3, 3. — Milonis contentiones cum P. Clodio et Q. Metello Nepote a. d. XII. Kal. Dec. a. u. c. 697. Ibid. §. 4. — Clodium occisum iri ab ipso Milone video. Ibid. §. 5. Ibid. Ep. 12. — Exspectatione omnium fortissimo et clarissimo viro, T. Annio, devota et constituta ista hostia (P. Clodius) esse videtur. de Harusp. resp. 3, 6. — Tribunus pl. a. u. c. 697. P. Clodium de vi postulavit. Amplissimae eius laudes. Post red. in sen. 8, 19. Ibid. 12, 30. Post red. ad Quir. 6, 15. — Unum accidit imprudentia Milonis incommode, de Sexto Clodio: quem neque hoc tempore neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 6. Cfr. Ibid. Ep. 7. — A. u. c. 698. de vi accusatus a P. Clodio. pro Sestio 44, 95. Ibid. 69, 144. — A P. Clodio aedile de vi accusatus apud populum mense Febr. a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 1. — Pro eo dixit Pompeius a. u. c. 698. ad Fam. 1, 5. b. 1. — De Milonis familiaritate P. Lentulus Spinther gratulabatur Ciceroni. Ibid. 7, 7. — Cum eo in gratiam rediit C. Cato. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 5. — Eum Cicero cum commendasset Caesari circa a. u. c. 700., verba Ciceronis lusit Caesar. ad Fam. 7, 5, 3. — Cic. interrogatio de aere alieno Milonis. Fragmm. p. 456. seqq. — Maximus plausus ei datus est (a. u. c. 700.) et tamen ille plausus, qui illi datur, quodam modo nobis videtur dari. ad Q. Fr. 3, 1, 4, 13. — Ego (a. u. c. 701.) omnia mea studia, omnem operam meam, industriam, cogitationem, mentem denique omnem in Milonis consulatu fixi et locavi statuique in eo me non officii solum fructum, sed etiam pietatis laudem debere quaerere. ad Fam. 2, 6, 3. — Pompeius Miloni nihil tribuit et omnia Guttae, (Milonis competitori in consulatu:) dicitque se perfecturum, ut illo Caesar incumbat. Hoc horret Milo, nec iniuria: et si ille dictator factus sit, paene diffidit. — Ludos apparat magnificentissimos, sic, inquam, ut nemo sumptuosiores; stulte bis terque. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 8, 6. Ὁ δὲ μαίνεται οὐκ ἔτ' ἀνεκτῶς, qui ludos HS C. comparet. Ibid. 9, 2. — Cfr. totam Milonianam. — Dictator erat Lanuvii Milo. pro Milone 10, 27. — P. Clodium in iudicium bis, ad vim nunquam vocavit. Ibid. 15, 40. — Cic. oratio pro eo re vera habita. Fragmm. p. 459. — Miloniana. Orat. 49, 165. — Quomodo pro eo dici decuerit. Opt. gen. or. 4, 10. — (In Pompeio) beneficium sequor, non causam, ut in Milone. ad Att. 9, 7, 3. — Nolo cum Pompeio pugnare de Gabinio; satis est, quod instat de Milone. a. u. c. 700. ad Q. Fr. 3, 2, 2. — Milonis bona. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 3, 2. — A. u. c. 703. querebatur per litteras iniuriam Ciceronis, quod Philotimus socius esset in bonis suis. ad Att. 5, 8, 2. Ib. Ep. 10, 4. Vocatur Κροτωνιάτης τυραννοκτόνος. Ib. Lib. 6, 4, 3. Ib. Ep. 7, 1. — Caesar querebatur de Milone per vim (a Pompeio) expulso. ad Att. 9, 14, 2. — Qua facilitate, qua humanitate Pompeius tulit contentionem meam pro Milone, adversantem interdum actionibus suis! ad Fam. 3, 10, 10. — In eum falsum testimonium dixit P. Vatinius; eundem postea laudavit. in Vatinium 17, 40. — In re publica administranda T. Annio cum P. Sestio consiliorum omnium societas fuit. Ibid. §. 41. — Cfr. omnino Asconii argumentum Milonianae p. 31. seqq. Ex Lanuvio oriundus. Ibid. p. 32. Ex familia fuit Papia, deinde adoptatus ab C. (T.) Annio, avo suo materno. Ibid. p. 53. Variae eius

accusationes post primam damnationem de vi. Ibid. p. 54. In exilium Massiliam intra paucissimos dies profectus est. Ibid. — Milo, cui Fausta Sullae ante paucos menses (a. 699.) nupserat dimissa a C. Memmio, (cfr. ad Att. 4, 13, 1.) rogavit iudices pro M. Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29. — Schol. Gronov. ad Milon. p. 443. — Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 341. seqq. — Annius Milo Salustium loris caedit. Varro Fr. p. 324. Bip. Cfr. Gellium N. A. 17, 18.

C. Annius *Salustianus* ex Huschkii sententia leg. pro *Caninio Salustio.* ad Fam. 2, 17, 1.

Annius Saturninus. De Annio Saturnino curasti probe. ad Att. 5, 1, 2.

Annus magnus annorum XIIM-DCCCCLIV. Fragmm. p. 480.

Anseres de Falerno depellentur. Philipp. 13, 5, 11. Significatur malus quidam poëta, Anser cognomine, quem carpi Servius putat a Virgilio Ecl. 9, 36. et viri docti a Propertio quoque 2, 34, 83., de quo denique Ovidius Trist. 2, 435. *Cinna procacior Anser.* Garat. Adde Glossatorem Virgilii apud Barth. Advers. 37, 5. p. 1681. „Anser poëta erat Antonii, de quo Mel in Philippica Ciceronis dixit, quem sibi (ei) agrum donaverat Antonius." Supplent *Melissus;* ut sit C. Melissus Spoletanus, Maecenatis familiaris, nisi tamen altior latet corruptela: v. c. *de quo XIII Philippica Cicero.* Cfr. ante omnes Weicherti commentationem I. de C. Helvio Cinna. in Poët. Lat. cet. p. 162. seqq.

Antaeus, servus librarius Attici. ad Att. 13, 44, 3.

Antandrus, Mysiae oppidum. ad Q. Fr. 1, 2, 4.

Ante-Canis, Graiis Procyon, sidus. Arat. v. 466. de Nat. D. 2, 44, 114.

Antemna, unde nominata? quod ante amnis, qui Anio, influit in Tiberim. Varro LL. 5, 5. p. 45.

Anteros natus ex Marte et Venere tertia. de Nat. D. 3, 23, 59 et 60.

Anteros, Attici servus s. libertus. ad Att. 9, 14, 3. 11, 1, 1.

Antherus (alii Anterus: sed illud praestat.) servus M. Ciceronis filii, quem Tironi commendat ad Fam. 16, 21, 8.

Antho. Plutarchus in Romulo c. 3. τὸ μὲν ἀνήκεστα μὴ παθεῖν τὴν Ῥέαν ἡ τοῦ βασιλέως (Amulii) θυγάτηρ Ἀνθὼ παρῃτήσατο δεηθεῖσα τοῦ πατρός. Haec Antho videtur significari in Ennii versibus ex Annal. Lib. 1. de Divin. 1, 20, 40. verbis *Eurydica prognata.*

Anthropinus praefectus navis Apolloniensis, a praedonibus occisus. Verr. Accusat. 5, 34, 90.

Antias praedium Ciceronis apud Antium. ad Att. 2, 6, 1. Ep. 12, 1.

Antiates: ab Antonio acceperunt beneficium contumeliosum a. u. c. 710. ad Att. 15, 12, 1.

Anticlea, apud Homerum Ulixis mater: Ulixi pedes abluens. Tuscul. 5, 16, 46. Sic Codd. pro Euryclea. Est fortasse σφάλμα μνημονικόν.

Antigenidas tibicen dixit discipulo sane frigenti ad populum: Mihi cane et Musis. Brut. 50, 187.

Antilibanus, mons supra mare Sidonium, qui cum Libano, cui e regione situs est, ubique fere aequalibus distinctus spatiis, Coelesyriam complectitur. Cfr. Strabo 6. p. 1096. — Vectigal nobis in monte Antilibano constituit Pompeius. ad Att. 2, 16, 2.

Antigonus, Asiae rex, pater Demetrii Poliorcetae et Philippi: exstat eius epistola ad Philippum filium. de Off. 2, 14, 48. — Chapman volt esse Antigoni Gonatae nepotem, Demetrii fratrem patruelem, qui Doson et Soter vocatus Philippo Demetrii filio parvulo admodum tutor datus est et in matrimonium accepta matre pupilli fuit ipsi vitricus et in regno Macedoniae antecessor. Polyb. 2. p. 183. Iustinus 28, 3. Potest tamen cum M. Heusingero et Gernhardo satis commode intelligi Antigonus, Asiae rex, Demetrii Poliorcetae et Philippi pater. Plutarch. in Demetrio 23. Beier. l. l. Cfr. Osann in: Hermes Vol. 31, 2, p. 193.

Antigonus, Cn. Otacilii Nasonis libertus. ad Fam. 13, 33.

Antigonus Cymaeus, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Antigonus, Deiotari regis legatus. pro Deiotaro 15, 41.

Antimachus Colophonius, clarus poëta sub belli Peloponnesiaci exitum circa Olymp. 94, a. Chr. 404. florens carminum duorum, alterius epici, Thebaidis, alterius Lydae nomine complures elegias complexi.

auctor celebratissimus. Reliquias eius collegit Schellenbergius. Halae Sax. 1786. 8. Gaisford Poët. Gr. 3. p. 349. Dixisse Antimachum, clarum (non *Clarium*) poëtam, ferunt, qui cum convocatis auditoribus legeret eis magnum illud quod novistis volumen suum (Thebaida) et cum legentem omnes praeter Platonem reliquissent: Legam, inquit, nihilominus; Plato enim mihi instar est centum millium. Brut. 51, 192. (*εἷς ἐμοὶ μύριοι*. ad Att. 16, 11, 1.) — Schol. Bob. pro Archia p. 358.

Antiochea, caput Syriae. ad Fam. 2, 10, 2. Magnus ibi metus erat (a. u. c. 703.) a Parthis. Ibid. 17, 6. et alibi. Hinc Antiochinus: Philipp. 11, 7.

Antiochii, sectatores Antiochi Academici. Acad. 2, 22, 70.

Antiochus III. Magnus, Syriae rex (a. u. c. 534. rex factus.) Eum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt: Asiam, qua illum multarunt, Attalo (sive potius Eumeni II.), ut is regnaret in ea, condonaverunt. pro Sestio 27, 58. — Antiochus Magnus ille, rex Asiae, cum [posteaquam] a L. Scipione devictus Tauro tenus regnare iussus esset, omnemque hanc Asiam, quae est nunc nostra provincia, amisisset, dicere est solitus benigne sibi a populo Romano esse factum, quod nimis magna procuratione liberatus modicis regni terminis uteretur. pro Deiotaro 13, 36. — Dum Romani a Karthaginiensibus premebantur amicitiam simulantes Philippo subvenientem Antiochum concessione Asiae per dolum avortere: ac mox fracto Philippo Antiochus omni cis Taurum agro et decem milibus talentorum spoliatus est. Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 231. Ed. Gerl. min. — Hannibal Karthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venit exul. de Orat. 2, 18, 75. — Vel maximum bellum populus Romanus cum Antiocho gessit. pro Murena 14, 31. — Propter socios, nulla ipsi iniuria lacessiti maiores nostri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt. pro lege Manilia 6, 14. — Classe a Romanis superatus. Ib. 18, 55. — Antiochus, rex potentissimus, victus a L. Scipione Asiatico. (a. u. c. 565.) Verr. Accusat. 1, 21, 55. — pro Rab. Postumo 10, 27. — Schol. Bob. pro Sestio p. 301.

Antiochus IV. Epiphanes (a. u. c. 579. rex Syriae factus.) De hoc intelligenda: C. Popillii ad eum legatio. Philipp. 8, 8, 23. — Antiochi (magni) regis filio obsidi domus publice aedificata. Ascon. in Pison. p. 13.

Antiochus V. Eupator, filius Epiphanis, nepos Antiochi magni (a. u. c. 583.) — Ea fuit legatio Cn. Octavii, in qua periculi suspicio non subesset. Nam cum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populorum, maximeque ut nepotem Antiochi regis, eius, qui cum maioribus nostris bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet, Laodiceae — est interemptus (a. u. c. 591.) Philipp. 9, 2, 4. Cfr. Polyb. Legat. 107.

Antiochus (XIII. Asiaticus) et Seleucus, reges Syriae, regis Antiochi X. *τοῦ Εὐσεβοῦς* et Selenes filii, nepotes Antiochi Cyziceni, Romam venerunt non propter Syriae regnum, nam id sine controversia obtinebant, sed regnum Aegypti ad se et Selenen pertinere arbitrabantur. Cum iter per Siciliam facerent, C. Verres ab eis candelabrum pretiosum, quod Iovi Capitolino dedicaturi erant, abstulit. (intra a. u. c. 681—683.) Verr. Accusat. 4, 27, 61. Idem postea a Pompeio regno exclusus est. Appian. Mithrid. 106. Syr. 9 et 70. Iustin. 40, 2. Visconti Icon. Gr. Ed. Mediol. 2. p. 490. qui simul demonstrat *ὑπερβολὴν* loci Tulliani, ad quem consulendus etiam Zumptius.

Antiochus II. Rex Commagenus. Eius legati primi mihi nuntiarunt Parthorum magnas copias Euphratem transire coepisse. (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 1, 2. Ibid. 3, 1. Ibid. 4, 3. — Contra Frölichium Annal. Syr. p. 69. Viscontius Icon. Graec. Ed. Mediol. Vol. 2. p. 348. demonstravit hunc Antiochum II. Commagenum prorsus diversum esse ab Antiocho XIII. Asiatico, eius aequali (cfr. Appian. Mithr. C. 106 et 117.) eundemque cum eo, qui a. u. c. 725. iussu Augusti damnatus atque supplicio affectus est. Dio 52, 43. Ignotae est originis, non ex Seleucidarum numero. Apud Ern. et Schuetzium uterque confunditur.

Antiochus Ascalonita, Aristi frater (Tuscul. 5, 8, 21 et 22.); eum Athenis audivit Varro. Acad. 1, 3, 12. — Remigravit in Academiam veterem e nova. Ibid. 4, 13. — Cum e philosophis in-

genio scientiaque putaretur Antiochus, Philonis auditor, excellere, cum L. Lucullus secum et quaestor habuit et post aliquot annos imperator. Acad. 2, 2, 4. Ibid. 4, 10. — Homo natura lenissimus (nihil enim poterat eo fieri mitius) stomachabatur tamen de libris Philonis. Ibid. 4, 11. — Antiochus in Syria mortuus est, cum esset cum L. Lucullo. Acad. 2, 19, 61. — Stoicorum adstipulator. Ibid. 21, 67. — Scripsit acutissime. Ibid. 22, 68. — Cum venisset Athenas Cicero a. u. c. 675., sex menses cum Antiocho, veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho fuit. Brut. 91, 305. — Antiochus — quem ego semper dilexi. Fragmm. p. 465. — Eum Athenis in eo gymnasio, quod Ptolemaeum vocatur, audiebat Cicero cum M. Pisone, Q. fratre, T. Pomponio et L. Cicerone, fratre suo patrueli. de Finn. 5, 1, 1. Ibid. 2, 6. — Appellabatur Academicus; erat quidem, si perpauca mutavisset, germanissimus Stoicus. Acad. 2, 43, 132. — Antiochus Atticum deduxit in Academiam perpauculis passibus. Vir iste fuit prudens et acutus et in suo genere perfectus. de Legg. 1, 21, 54. — Ἀντιόχεια valde probat Varro. ad Att. 13, 12, 3. — In Academicis, quae erant contra ἀκαταληψίαν praeclare collecta ab Antiocho, Varroni dedi. Ib. Ep. 19, 2. — Sunt vehementer πιθανὰ Ἀντιόχεια, quae diligenter a me expressa acumen habent Antiochi, nitorem orationis nostrum. Ibid. §. 5. — Antiochinas partes in libris Academicis Varroni dedit Cicero; sibi sumpsit Philonis. ad Fam. 9, 8, 1. — Antiochus, partim Stoicus, partim Academicus. Boëth. de diis p. 392. — Eius liber, ad C. Lucilium Balbum missus, quo contenderat Stoicos cum Peripateticis re concinere, verbis discrepare, ex parte reprehensus. de Nat. D. 1, 7, 16. — Antiochus a Chrysippo pedem nunquam (discedit.) Acad. 2, 46, 143. — Antiochus et Stoici, dialectici. Acad. 2, 30, 97. — Cicero eas vias sequebatur, quas didicerat ab Antiocho. Ibid. §. 98. — Antiochus est Stoicus perpauca balbutiens. Acad. 2, 45, 137. — Ipse Antiochus dissentit quibusdam in rebus ab his, quos amat, Stoicis. Placet Stoicis omnia peccata esse paria; at hoc Antiocho vehementissime displicet. Acad. 2, 43, 133. — Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. Quid Antiochus? Etiam, inquit, beatam, sed non beatissimam. Ibid. §. 134. — Ei praeter honestatem multa bona, praeter turpitudinem multa mala videntur. Acad. 2, 44, 135. — Eius disputatio ad omnes visiones inanes, Stoicis probatas. Acad. 2, 16, 49. — Antiochus antiquorum Peripateticorum sententiam de summo bono mihi videtur persequi diligentissime: quam eandem Aristotelis fuisse et Polemonis docet. de Finn. 5, 5, 14. Ibid. 6, 16. — Antiochus Polemonem probat maxime. Acad. 2, 42, 131. — Eius magister Philo, magnus vir. Ib. — Contra quem Antiochus scripsit. Acad. 1, 4, 13. Cfr. Ibid. 9, 35. Ibid. 12, 43. — Non se tenuit, quin contra suum doctorem (Philonem) librum ederet, qui Sosus inscribitur. Acad. 2, 4, 12. Ibid. 6, 18. Ibid. 34, 109. — Reprehendit Philonem. Ibid. §. 111. — Politissimus et acutissimus omnium nostrae memoriae philosophorum. Ibid. 35, 113. — Antiochus praelatus Staseae. de Finn. 5, 25, 75. Ibid. 27, 81. de Nat. D. 1, 3, 6. Tuscul. 5, 37, 107.

Antiochus Gabinius, nescio quis e Sopolidis pictoribus libertus (et) accensus A. Gabinii, lege Papia condemnatus (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 12.

Antiochus, servus litteratus Attici. ad Att. 13, 33, 3.

Antiochus, servus Sex. Aebutii. pro Caecina 8, 22.

Antiochus, paternus L. Flacci adolescentuli libertus. pro Flacco 36, 89.

Antiopa: tertiae Musae novem Piero natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poëtae appellare. de Nat. D. 3, 21, 54.

Antiopa: Pacuvii tragoedia. Acad. 2, 7, 20. Opt. gen. orat. 6, 18. de Finn. 1, 2, 4.

Antipater Caelius. Vide L. Caelius Antipater.

Antipater Cyrenaicus. Illud Antipatri est quidem paullo obscoenius, sed non absurda sententia est: cuius caecitatem cum mulierculae lamentarentur, *Quid agitis?* inquit: *an vobis nulla videtur voluptas nocturna?* Tuscul. 5, 38, 112. Caecus fuit. Cfr. Diog. Laërt. 2, 86.

Antipater, Derbetes, commendatur Q. Philippo (a. u. c. 700.) ad Fam. 13, 73, 2.

Antipater Sidonius, poëta. de Fato 3, 5. — Aequalis Catulo, (ante Chr. a. 100.) solitus est versus hexametros

aliosque variis modis atque numeris fundere ex tempore. de Or. 3, 50, 194. Huius Antipatri aliquot epigrammata insunt in Anthologia Graeca.

Antipater Tarsensis (ὁ καλαμοβόας) Diogenis Babylonii discipulus. de Finn. 1, 2, 6. (Ibi de Antipatro Sidonio poëta, quemadmodum opinatur Heinrichsen, sermo esse nequit.) — Eius controversia cum Diogene Babylonio magistro. de Off. 3, 12, 51. seqq. Ibid. 23, 91. — Antipater et Archidemus, duo vel principes dialecticorum, opiniosissimi homines, multis in rebus dissentiunt. Acad. 2, 47, 143. — Digladiatus est cum Carneade pluribus voluminibus. Fragmm. p. 469. — Duos libros de divinatione edidit. de Divin. 1, 3, 6. (ubi dicitur Panaetii magister.) — Eius argumentatio de divinatione. de Divin. 1, 39, 84. — Permulta collecta sunt ab eo, quae mirabiliter a Socrate divinata sunt. de Divin. 1, 54, 123. — Eius liber de somniis. de Divin. 2, 70, 144. — Multa et minuta somnia collegit. de Divin. 1, 20, 39. — Multus in eo fuit, ut disputaret cum iis, qui nihil probarent: reprehensus ideo ab Academicis. Acad. 2, 6, 17. — Antipatro, cum diceret, ei, qui affirmaret nihil posse percipi, consentaneum esse unum tamen illud dicere percipi posse, ut alia non possent, Carneades acutius resistebat. Acad. 2, 9, 28. — Antipater reprehensus, quod diceret consentaneum esse ei, qui affirmaret nihil posse comprehendi, id ipsum saltem dicere posse comprehendi. Acad. 2, 34, 109. Cfr. Tuscul. 5, 37, 107. Varro LL. 6, 1. p. 184. Fragmm. p. 289. Bip.

Antipater Tyrius Stoicus, qui Athenis nuper (paullo ante a. u. c. 710.) fuit, duo praeterita censet a Panaetio, valetudinis curationem et pecuniae. de Off. 2, 24, 86. Ex quo loco intelligi potest eum de Officiis scripsisse. — De tribus his Antipatris saepe confusis cfr. Fabric. Bibl. Gr. III. 15.

Antipater, Macedoniae rex. Exstat eius epistola ad Cassandrum filium. de Off. 2, 14, 48. — Dicitur rex, quia potestate regia usus est post Alexandri M. mortem. rege Philippo Aridaeo. Cassander demum diadema sumpsit.

Antiphilus pictor, natus in Aegypto, Alexandri et Ptolemaei I. aetate. Varro RR. 3, 2, 5. ubi Lysippo aequiparatur.

Antipho Rhamnusius, ut Gorgias, singularum rerum laudes vituperationesque conscripsit; quo neminem unquam melius ullam oravisse capitis caussam, cum se ipse defenderet, se audiente, locuples auctor scripsit Thucydides. Brut. 12, 47. — Cfr. Ruhnkenii Disput. de Antiphonte. Opusc. ed. Friedemann I. p. 140. — Quod est apud Ern. et Schuetzium: „Ab hoc boni rhetores dicti Rhamnusii:" desumptum est e Suida v. Ῥάμνος. ἐπὶ τῶν σοφῶν καὶ ἐλλογίμων. Ῥάμνος γὰρ δῆμος Ἀττικός, ἐν ᾧ καὶ Ἀντιφῶν ἤκμασε κατὰ ῥητορικήν. ὃν πολλοὶ μιμήσασθαι θέλοντες παροιμίαν ἔλιπον τῷ βίῳ, ὥστε τοὺς καλοὺς Ῥάμνους (sic Ed. Mediol. non Ῥαμνουσίους) καλεῖν.

Antipho. Somnia Antiphontis interpretatione explicata declarant acumen interpretis. de Divin. 1, 20, 39. — Artificiosa somniorum Antiphontis interpretatio. Ibid. 51, 116. 2, 70, 144. — Atheniensis fuit, τερατοσκόπος καὶ ὀνειροκρίτης, aequalis Socratis, qui libros de interpretatione somniorum scripsit, qui in Oneirocriticis Artemidori 2, 14. et ab aliis memorantur. Cfr. Fabric. B. Gr. II. 26. et Ruhnkenii Opusc. ed. Friedemann. I. p. 148. seqq. p. 169. — Socratis cum hoc Antiphonte τερατοσκόπῳ καὶ σοφιστῇ (non cum Antiphonte Rhamnusio, ut est apud Ern.) contentionem eleganter explicat Xenophon Memorab. 1, 6.

Antipho, histrio (a. u. c. 700.) exagitatur ad Att. 4, 15, 6.

Antipho, persona comica. de Or. 2, 59, 242.

Antipodes. Acad. 2, 39, 123.

Antirrhion maris inundatione demersum. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Antissa circa Maeotin paludem; eam Pontus abstulit. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Antisthenes. (Olymp. 94. 1. a. Chr. 404.): ab eo, qui patientiam et duritiam in Socratico sermone maxime adamarat, Cynici primum, deinde Stoici. de Or. 3, 17, 62. — Κῦρος δ', ἕ mihi sic placuit, ut cetera Antisthenis, hominis acuti magis quam eruditi. ad Att. 12, 38, 4. — De Antisthene cfr. Diog. Laërt. 6, 1, 2. ὅτι ὁ πόνος ἀγαθόν, συνέστησε διὰ τοῦ μεγάλου Ἡρακλέους καὶ τοῦ Κύρου, τὸν μὲν ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων, τὸν δὲ ἀπὸ τῶν βαρβάρων ἑλκύσας. §. 17. τόμος δ, ἐν ᾧ Κῦρος,

Ἡρακλῆς ὁ μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος. τόμος ἕ, ἐν ᾧ Κῦρος ἢ περὶ βασιλείας. — In eo libro, qui Physicus inscribitur, populares deos multos, naturalem unum esse dicit. de Nat. D. 1, 13, 32. Cfr. Tuscul. 5, 9, 26.

Antistia (in nummis et inscript. etiam Antestia) gens plebeia, cuius stemma hoc exhibet Drumann I. p. 53.

1. Sex. Antistius
tr. pl. a. u. 332.
2. L. Antistius
tr. m. c. pot. a. 376.
3. M. Antistius
tr. pl. a. 434.
4. M. Antistius
circa a. 536.
5. Sex. Antistius
circa a. 546.
6. Antistia.
(Eius coniux Appius Claudius
cos. a. 611.)
7. P. Antistius
tr. pl. a. 666.
uxor: 8. Calpurnia.

9. Antistia.
Coniux Cn. Pompeius M.
10. T. Antistius
quaestor a. 704.
11. Antistius Vetus
prpr. a. 686.

12. C. Antistius Vetus
cos. a. 724.

13. C. Antistius Vetus
cos. a. 748.
14. C. Antistius Labeo
circa a. 587.
15. Q. Antistius Labeo.
† a. 712.

16. Antistius Labeo circa a. 719. — 17. Antistius Labeo ICtus.
18. C. Antistius Reginus
vixit circa a. 696.

Antistius Turpio, Pompeianus; eius certamen singulare cum Q. Pompeio Nigro. a. u. c. 709. Bell. Hispan. 25.

C. Antistius, eques Ro., magister scripturae Siciliensis. a. u. c. 684. Verr. Accusat. 3, 71, 167.

C. Antistius Reginus, Caesaris legatus. a. u. c. 696. Caesar Gall. 6, 1.

C. Antistius Vetus. Orationem meam de furore latrocinioque P. Clodii collaudavit satis multis verbis, non mehercule indiserte Vetus Antistius. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 1, 3.; quo loco falso olim legebatur *Severus Antistius*. Notandum in hoc homine iam apud Ciceronem cognomen (*Vetus*) praeponi nomini (*Antistius*). — Cum Apameae circumsideret Caecilium Bassum, hic ei ereptus est a Pacoro Partho. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 9, 3. Dio 47, 27. — (Quaestor a. u. c. 693. in Hispania ulteriore sub Caesare propraetore (Plutarch. Caesar 5.) tribunus pl. a. 698. consul suffectus a. 724. cfr. Vellei. 2, 43.) — Alius Vetus Antistius, M. Bruti amicus, memoratur in subditiciis Epistolis:

Antistius Vetus. Eius talis animus est in rem publicam, ut non dubitem, quin et in Caesare et Antonio se praestaturus fuerit acerrimum propugnatorem communis libertatis, si occasioni potuisset occurrere. Pseudobrut. ad Cic. 1, 11. Pseudocic. ad Brut. Ib. Ep. 12. — Vetus Antistius me pecunia sublevavit. Pseudobrut. ad Cic. 2, 3.

L. Antistius, disertus homo, accusavit T. Matrinium Spoletinum. pro Balbo 21, 48.

M. Antistius,* Pyrgensis (Pyrgi, Etruriae oppidum, ultra Minionem ab oriente); ei M. Aemilius Lepidus censor (a. u. c. 575.) equum ademit. de Or. 2, 71, 287.

P. Antistius, rabula sane probabilis, qui multos cum tacuisset annos, in tribunatu (a. u. c. 666.) contra C. Iulii Caesaris Strabonis illam consulatus petitionem extraordinariam (adversus legem Villiam s. annalem) veram causam agens est probatus cet. Brut. 63, 226. seqq. Ibid. 90, 308. — (A L. Bruto praetore, ut ait Appianus, a L. Damasippo Vellei. 2, 26., ex voluntate C. Marii: Appian. B. C. Lib. 1, 88.) senex occisus ad lacum Servilium. (a. u. c. 672.) pro Sex. Roscio 32, 90. Liv. Ep. 86. Stemmatis est N. 7.

T. Antistius quaestor Macedoniam obtinebat: cum Pompeius in eam provinciam cum exercitu venisset, abdidit se in intimam Macedoniam. Caesar eum post victoriam iussit Romam venire: sed Corcyrae mortuus est. (a. u. c. 708.) ad Fam. 13, 29, 3. (Stemmatis N. 10.)

Antium oppidum veteris Latii ad mare, celebre olim re navali, templo Fortunarum (Inscript. m. Lat. N. 1738.) et sortibus, de quibus in utroque de

Divinat. libro. Cum Cicero libenter ibi degeret, saepe eius oppidi in eius Epp. fit mentio, quos locos singulatim recensere nihil attinet. — Habebat duumviros iuri dicundo. ad Att. 2, 6, 1. — Incolae Antiates.

Antius, iudex a. u. c. 700. ad Att. 4, 16, 6. in senatu libere loquitur. Ib. §. 7.

Sp. Antius, legatus populi Romani interemptus a Larte Tolumnio, Veientium rege. Philipp. 9, 2, 4 et 5. — Apud Plin. H. N. 36, 11, 6. volgo legitur Sp. Nautius; sed cfr. Drakenborch ad Liv. 4, 17., ubi defendit scripturam Tullianam. Refertur res ad a. u. c. Livii 316.

M. Antius Briso tribunus pl. (a. u. c. 617.) L. Cassii legi tabellariae diu restitit: P. Africani (minoris) auctoritate de sententia deductus putabatur. Brut. 25, 97.

Antonia gens. Antonii a Cicerone memorati generis fuerunt plebeii. (Patricii contra T. Antonius Merenda, decemvir a. u. c. 304. Q. Antonius Merenda, trib. mil. cons. pot. a. 332.)

Plebeii: 1. M. Antonius, mag. eq. a. 421.
2. L. Antonius, senatu motus a. 448.
3. Q. Antonius, circa a. 561.
4. A. Antonius, circa a. 586.
5. M. Antonius, trib. pl. a. 587.
6. L. Antonius, circa a. 608.
7. C. Antonius, circa a. 611.

10. M. Antonius orator cos. a. 655.

11. M. Antonius Creticus praetor a. 679. — 12. Numitoria. 13. Iulia. | 31. C. Antonius cos. a. 691. | 34. Antonia.

(ex C. Antonio:) 32. Antonia. 33. Antonia.

(ex M. Antonio Cretico:) 14. M. Antonius IIIVir. — 15. Fadia. 16. Antonia. 17. Fulvia. 18. Octavia. 19. (Cleopatra.) | 29. C. Antonius. Praetor a. 710. | 30. L. Antonius. Consul a. 713.

(ex M. Antonio IIIViro:) 20. Antonia. 21. M. Antonius. (Antyllus.) 22. Iulus Antonius. — L. Antonius. 24. Antonia maior. 25. Antonia minor. 26. (Alexander.) 27. (Cleopatra.) 28. (Ptolemaeus Philadelphus.)

Antonia, filia M. Antonii Cretici, uxor P. Vatinii (Stemmatis N. 34.) Schol. Bob. in Vatin. p. 321.

Antonia, C. Antonii filia (N. 32.), soror (patruelis) M. Antonii eiusdemque uxor, ab eo eiecta, alia conditione (vel Fulvia vel Cytheride) quaesita et ante perspecta. — Non est satis. Probri insimulasti pudicissimam feminam. Frequentissimo senatu Kal. Ianuariis sedente patruo, hanc tibi esse cum Dolabella causam odii dicere ausus es, quod ab eo sorori et uxori tuae stuprum oblatum esse comperisses. Philipp. 2, 38, 99.

Antonius, Sertorianus. Sal. Hist. 3. p. 216. Ed. Gerl. min.

Antonius, nescio quis, erat in cohorte amicorum Q. Ciceronis in Asia provincia. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 4, 13.

Antonius, praefectus evocatorum, vir fortis mihique in primis probatus. ad Fam. 3, 6, 5. Qui fuerit non constat; fortasse idem cum praecedente.

M. Antonius orator, triennio maior L. Crasso, natus a. u. c. 611. Brut. 43, 161. — Quaestor a. u. c. 641. praetor a. 650, consul cum A Albino a. 655. — ad Quir. post red. 5, 11. — Iam adolescens eloquentiae laudem sibi paravit. de Off. 2, 14, 49. — Pro consule in Ciliciam proficiscens Athenas venit, ibique cum Academicis disputavit. de Or. 1, 18, 82. Ibid. 2, 1, 3. — Pro consule Ciliciam administravit. Brut. 45, 168. — A. u. c. 654. extra urbem cum praesidio fuit, et arma contra

Saturninum tulit. pro C. Rabirio perd. 9, 26. — Censor fuit a. u. c. 657. Cfr. de Or. 2, 48, 198. — Tristissimum exitum contentionum civilium iam tum timebat, cum tantum instare malorum suspicabatur. ad Fam. 6, 2, 2. - „Omnium eloquentissimus, quos ego audierim", a Cinna occisus. Tuscul. 5, 19, 55. — *Audierim*] scil.: „Ipse adolescentulus, quantum illius ineuntis aetatis patiebatur pudor, multum ex Antonio saepe quaesivi." de Orat. 2, 1, 3. — Ei illa erat vita, illa secunda fortuna, libertate esse parem ceteris, principem dignitate. Itaque, ut omittam res eius prosperas, acerbissimum eius supremum diem malim quam L. Cinnae dominationem, a quo ille crudelissime est interfectus a. u. c. 667. Philipp. 1, 14, 34. — Eius interitus. pro Scauro 2, 2. — M. Antonii in ipsis Rostris positum (a Mario) caput illud fuit, a quo erant multorum civium capita servata. de Or 3, 3, 10. Brut. 89, 307. Velleius 2, 22. — Audimus aliquem tabulas nunquam confecisse; quae est opinio hominum de M. Antonio falsa; nam fecit diligentissime. Verr. Accusat. 1, 23, 60. („Pessime Pseudoasconius interpretatur de filio, quod de patre verum est." Zumpt.) — Eius voluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune Granius praeco. pro Plancio 14, 33. — Genu M. Antonium vidi, cum contente pro se ipse lege Varia diceret, terram tangere. Tuscul. 2, 24. 57. — Sulpicium persaepe, quae soleret in dicendo observare, docuit: de Orat. 1, 21, 97. — A M. Duronio de ambitu postulatus; facetum ea in re Glauciae dictum. de Or. 2, 68, 274. — Quomodo M'. Aquillium, C. Norbanum, Cn. Manlium, Q. Regem defenderit: de Or. 2, 28, 124. seqq. — Quomodo perorarit pro M'. Aquillio a. u. c. 656.: Verr. Accusat. 5, 1, 3. — Fragmenta ex eius oratione pro Norbano. de Or. 2, 39, 164. et 40, 167. (cfr. Partitt. Oratt. 30, 104.) — Defendit Gratidianum. de Off. 3, 16, 67. — Adolescens accusando nobilitatus est. de Off. 2, 14, 49. — M. Antonius, homo eloquentissimus cum A. Albino collega de Q. Metello Numidico nunquam senatum aut populum est cohortatus. Post red. ad Quir. 5, 11. — Eius de ratione dicendi sane exilis libellus. Brut. 44, 163. — „Scripsi illud quodam in libello, qui me imprudente et invito excidit, *disertos* me cognosse nonnullos, *eloquentem* adhuc neminem." de Or. 1, 21, 94. (Alterum huius libelli fragmentum exstat apud Quintil. 3, 6, 45. cfr. Ellendt Proleg. p. LXVII.) — Is, cui vel primas eloquentiae patrum nostrorum tribuebat aetas, vir natura peracutus et prudens, in eo libro, quem unum reliquit, disertos ait se vidisse multos, eloquentem omnino neminem. Orat. 5, 18. — Eum aiunt solitum esse dicere, idcirco se nullam unquam orationem scripsisse, ut, si quid aliquando non opus esset ab se esse dictum, posset negare dixisse. pro Cluentio 50, 140. — Antonii incredibilis quaedam et divina vis ingenii videtur, etiam si scientia iuris nudata sit, posse se facile ceteris armis prudentiae tueri. de Or. 1, 38, 172. — Iudicium de eius doctrina. Ib. 2, 1, 3. — Sero ac leviter Graecas litteras attigit. Ibid. 1, 18, 81. — Graecorum libros delectationis causa, cum erat otium, legere solebat. Ibid. 2, 14, 59. — Eius genus forte, vehemens, acre, acutum, enucleatum cet. de Or. 3, 8, 32. — Nullum tamen extat ardentis orationis exemplum. Orat. 38, 132. — M Antonius et L. Crassus: Ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos et in his primum cum Graecorum gloria Latine dicendi copiam aequatam. Brut. 36, 138. — Magnificae M. Antonii laudes. Ibid. 37, 139, seqq. Ibid. 57, 207. Ibid. 59, 215. Ibid. 88, 301. Ibid. 89, 304. — Antonius et Crassus magis Cottâ, Sulpicio, Hortensio ad omne genus dicendi apti. Orat. 30, 106. — Summa cum L. Crasso familiaritate coniunctus. de Or. 1, 7, 24. — M. Antonius et L. Crassus nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium afferre oportere. Divinat. 8, 25. — Cfr. Her. 4, 5, 7. ad Q. Fr. 1, 3, 7. Tuscul. 1, 5, 10. cet. — De hoc Antonio, ut et de Caio, Ciceronis collega, et de triumviro cfr. Vaillant in Famil. Rom. T. 1. p. 79. seqq., Ellendt in Prolegg. ad Brutum; Meyerum in Oratt. Rom. Fragm. p. 139. seqq. p. 187. Drumann *Geschichte Roms* cet. Th. 1. p. 58. seqq.

M. Antonius Creticus, oratoris filius, triumviri pater, quaestor a. u. c. 674., praetor a. 679. Propter ignominiosam in Cretam expeditionem per irrisionem nominatus est Creticus. *Οὐχ οὕτω μὲν εὐδόκιμος ἐν τοῖς πολιτικοῖς ἀνὴρ οὐδὲ λαμπρὸς, εὐγνώμων δὲ καὶ χρηστὸς ἄλλως τε καὶ πρὸς τὰς μεταδόσεις ἐλευ-*

θήριος. Plutarch. Anton. 1. — Frater C. Antonii, collegae Ciceronis, socer P. Vatinii. Schol. Bob. in Vatin. p. 321. — Numitoriam Fregellanam, proditoris filiam, habuit uxorem. Philipp. 3, 6, 17. — M. Antonius, Creticus: „Cum praetor in urbe fuisset a. u. c. 679. curator orae maritimae, cum eadem, qua postea Cn. Pompeius, potestate factus, in Sicilia fuit a. u. c. 680. (praetore C. Sacerdote) item anno 681, si non ipse, certe praefectus eius (Divinat. 17, 55.), quo anno iam Verres Siciliae praeerat. Mox male re gesta in bello adversus Cretenses morbo obiit." Zumpt. — Antonium, cum multa contra sociorum salutem, multa contra utilitatem provinciarum et faceret et cogitaret, in mediis iniuriis eius et cupiditatibus mors oppressit. Verr. Accusat. 3, 91, 213. — Eius praefectus quidam ab Agonide Sicula symphoniacos servos abduxit per iniuriam, quibus se in classe uti velle dicebat pro tibicinibus nauticis. Divinat. 17, 55. — Curator tuendae totius orae maritimae, qua Romanum erat imperium, non solum ipse nequam, verum etiam comitibus pessimis, rem inauditam invasit et indicto Cretensibus bello male re gesta ibidem periit, antequam Pompeius contra piratas missus est. Pseudoascon. in Divin. p. 122. — Siculi M. Antonii infinitum illud imperium senserunt. Verr. Accusat. 2, 3, 8. Vellei. 2, 31. Lactant. Institutt. 1, 11. 32. (Infinitum imperium, quod scilicet nactus est in omnes oras maritimas factione Cethegi et gratia Cottae consulis a. u. c. 680. Ern.) — Dissolutissimus curator totius orae maritimae, in Creta mortuus, quem Salustius (Hist. Lib. III.) ait *perdundae pecuniae genitum et vacuum a curis nisi instantibus*. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 176 et 206. — Sal. Hist. 3, 39. (Ed. Gerl. min. p. 219.) — Trium Antoniorum consulum pater. Ibid. (Hoc Scholiastae Iuvenalis testimonio nititur prorsus reiiciendo.) — Ante Q. Metellum Creticum orae maritimae praepositus M. Antonius coeperat piratas persequi, sed rebus nondum confectis morte praeventus est. Schol. Bob. pro Flacco p. 234.

C. Antonius, oratoris alter filius, Ciceronis collega in consulatu a. u. c. 691. — Cum Sulla post victoriam Circenses faceret ita, ut honesti homines quadrigas agitarent, fuit inter eos C. Antonius. Ascon. in tog. cand. p. 89 et 94. — Petit consulatum. ad Att. 1, 1, 1. — Ego, qui trinos ludos aedilis feceram, tamen Antonii ludis commovebar. pro Murena 19, 40. — Catilina inflatus C. Antonii promissis. Ibid. 24, 49. — C. Antonius et Catilina, competitores Ciceronis in consulatu. a. u. c. 690. „ambo a pueritia sicarii, ambo libidinosi, ambo egentes. Eorum alterius (Antonii) bona proscripta vidimus; vocem denique audivimus iurantis se Romae iudicio aequo cum homine Graeco certare non posse; et ex senatu eiectum scimus. Optima vero censorum existimatione in praetura competitorem habuimus, amico Sabidio et Panthera; quod ad tabulam quos poneret, non habebat. Quo tamen in magistratu amicam, quam palam domi haberet, de machinis emit. In petitione autem consulatus caupones omnes hic compilare per turpissimam legationem maluit quam adesse et populo Ramano supplicare. Q. Cic. de Pet. C. 2, 8. — Antonius umbram suam metuit. Ibid. §. 9. Ibid. 7, 28. — Competitor Ciceronis in consulatus petitione. In coitionem Catilinae et Antonii graviter invectus est Cicero oratione in toga candida ante dies comitiorum paucos. Ascon. in toga cand. p. 83. — Novitatem Ciceronis multi contumeliis agitare voluerunt, ut Catilina et Clodius et ipse, quamvis collega fuerit, C. Antonius. Schol. Bob. pro Sulla p. 363. — C. Antonius et L. Catilina: Feruntur orationes nomine illorum editae non ab ipsis scriptae, sed ab Ciceronis obtrectatoribus: quas nescio an satius sit ignorare. Ceterum Cicero consul omnium consensu factus est: Antonius pauculis centuriis Catilinam superavit, cum ei propter patris nomen paulo speciosior manus suffragata esset quam Catilinae. Ascon. in tog. cand. p. 95. — Ego Antonium collegam cupidum provinciae, multa in re publica molientem, patientia atque obsequio meo mitigavi. in Pison. 2, 5. — Nunquam in illo summo timore (coniurationis Catilinariae) ac periculo civitatis neque communem metum omnium nec propriam nonnullorum de ipso suspicionem aut infitiando tollere aut dissimulando sedare voluit. pro Sestio 3, 8. — Homini studioso fortasse victoriae, sed tamen nimium communem Martem belliquo

casum metuenti stimulos admovit P. Sestius. Ibid. 5, 12. — Sane visus est non caruisse suspicione coniurationis. Schol. Bob. pro Sestio p. 293. et 294. — Cicero collegam suum pactione provinciae perpulit, ne contra rem publicam sentiret. Sal. Catil. 26. — Senatus decernit, ut Antonius cum exercitu Catilinam persequi maturet. Ibid. 36. — Catilina cum eius exercitu confligere statuit. Ib. 57. — Pedibus aeger quod proelio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ib. 59. — Auctore Cicerone et C. Antonio lex severior (quam Calpurnia) de puniendo ambitu lata. Schol. Bob. pro Plancio p. 269 et 309. — Ex bello Catilinario Imperator (Dio Cass. 37, 40.) (cupidior provinciae: in Pison. 24, 56.), Macedoniam pro consule obtinebat a. u. c. 692 et 693. Hoc tempore T. Pomponium Atticum ei commendans simul acriter eum reprehendit Cicero propter falsos de se rumores sparsos. ad Fam. 5, 5. — Antonium, etsi eius in me officia omnes desiderant, tamen in senatu gravissime ac diligentissime defendi. Ibid. 6, 3. — Mihi Pompeiani προδρομοι nuntiant aperte Pompeium acturum Antonio succedi oportere, eodemque tempore aget praetor ad populum. Res eiusmodi est, ut ego nec per bonorum, nec per popularem existimationem honeste possim hominem defendere nec mihi libeat cet. ad Att. 1, 12, 1. Ibid. 13, 1. Ibid. 16, 16. Ibid. 2, 2, 3. — Multos in Achaia spoliaverat, nactus de exercitu Sullano equitum turmas cet. Ascon. in tog. cand. p. 84. — Reus factus de maiestate apud Cn. Lentulum Clodianum (sive Marcellinum) praetorem a. u. c. 695. Eius miseria. in Vatin. 11, 28. — A. u. c. 696. Gellius et Lentulus censores eum senatu moverunt causasque subscripserunt, quod socios diripuerit, quod iudicium recusarit, quod propter aeris alieni magnitudinem praedia mancuparit bonaque sua in potestate non haberet. Ascon. in tog. cand. p. 84. — M. Caelius accusavit C. Antonium, collegam meum; cui misero praeclari in rem publicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio maleficii cogitati. pro Caelio 31, 74. — C. Antonius, collega Ciceronis, M. Caelio Rufo accusante non tantum pecuniarum repetundarum crimine, verum etiam ob Catilinae coniurationem damnatus. Schol. Bob. pro Flacco p. 229. — Eodem die, quo Cicero C. Antonium defendit (questus in iudicio quaedam de re publica, quae ei videbantur ad illius miseri causam pertinere) adoptatus est P. Clodius. Pro domo 16, 41. — Oppressus est C. Antonius. Esto: habuit quandam ille infamiam suam; neque tamen ille ipse, pro meo iure dico, vobis iudicibus damnatus esset: cuius damnatione sepulcrum L. Catilinae floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est, iusta Catilinae facta sunt. pro Flacco 38, 95. — Patruus M. Antonii (a. u. c. 705.) ab hoc non restitutus. Philipp. 2, 23, 56. — Postea cum restitutus esset (a Caesare), eum M. Antonius ad censuram petendam impulit, eamque petitionem comparavit, quae et risus hominum et querelas moveret. Ea comitia tamen non habuit. Eundem in septemviratu (Epulonum) destituit. Omnibus eum contumeliis oneravit, quem patris loco, si ulla in eo pietas esset, colere debebat cet. Ibid. 38, 98.

M. C. L. Antonii fratres, Cretici filii, oratoris nepotes, significantur ad Fam. 2, 18, 2.: tres fratres, summo loco natos, promptos, non indisertos, te (Q. Minucium Thermum propraetorem Asiae a. u. c. 704. dicit:) nolo habere iratos; quos video deinceps tribunos pl. per triennium fore. Cfr. Pigh. Ann. T. 3. p. 431. — Antonii valentes apud Caesarem a. u. c. 705. Caelius ad Fam. 8, 4, 2. — M. L. C. Antonii fratres. Pseudocic. ad Brut. 1, 2. Ibid. Ep. 3. Pseudobrut. ad Cic. 1, 4.

M. Antonius M. F. M. N., (Cretici ex Iulia, L. Iulii Caesaris, non C. Iulii Caesaris, ut ait Schol. Bob. in Vatin. p. 321., sorore, filius, oratoris nepos) natus circa a. u. c. 671., mortem sibi conscivit a. u. c. 724, annos natus 53, potius quam 56. Cfr. Plutarch. Ant. c. 86. Nunquam oblivisci debemus vitricum eius fuisse P. Lentulum Suram, Catilinarium. Plutarch. Ant. 2. De libidinibus adolescentiae eius cfr. Philipp. 2, 18, 44.: Tenesne memoria praetextatum te decoxisse? — — Sumpsisti virilem, quam statim muliebrem togam reddidisti. Primo volgare scortum; certa flagitii merces, nec ea parva; sed cito Curio intervenit, qui te a meretricio quaestu abduxit et, tamquam stolam dedisset,

in matrimonio stabili et certo locavit. Nemo unquam puer emptus libidinis causa tam fuit in domini potestate quam tu in Curionis. — Ibid. 19, 48. Intimus erat in tribunatu Clodio, (a. u. c. 696.) eius omnium incendiorum fax; cuius etiam domi iam tum quiddam molitus est. (Scil. stuprum cum Clodii coniuge Fulvia, quam postea in matrimonium duxit.) Inde iter Alexandriam (a. u. c. 697 — 699.) contra senatus auctoritatem, contra rem publicam et religiones; sed habebat ducem Gabinium, quicum quidvis rectissime facere posset. Qui tum inde reditus aut qualis? Prius in ultimam Galliam ex Aegypto quam domum cet. — A. u. c. 701. ad quaesturam petendam e Gallia Romam rediit. Ibid. 20, 49. — Quaestor es factus (a. u. c. 702.) Deinde continuo sine senatus consulto, sine sorte, sine lege ad Caesarem cucurristi. Id enim unum in terris egestatis, aeris alieni, nequitiae, perditis vitae rationibus perfugium esse ducebas. Ibi te cum et illius largitionibus et tuis rapinis explevisses, — — advolasti egens ad tribunatum, ut in eo magistratu, si posses, viri tui (Curionis) similis esses. Ibid. §. 50. — Antequam tribunus pl. crearetur, ex Caesaris voluntate augur factus est a. u. c. 704. — Referuntur autem ad haec initia sequentes loci partim Caesaris, partim Ciceronis, partim Asconii: — Summam spem salutis bonis omnibus attulit, cum P. Clodium interficere tentaret. pro Milone 15, 40. — Accusavit Milonem a. u. c. 702. Ascon. in Milon. p. 42. — Legatus Caesaris in Gallia a. u. c. 702. Caesar Gall. 7, 81. — Quaestor. Bell. Gall. 8, 2. — Eum Caesar sine sorte quaestorem delegit a. u. c. 702. ad Att. 6, 6, 3. — M. Antonius, homo Caesari coniunctissimus, augur factus a. u. c. 704. Bell. Gall. 8, 50. ad Att. 9, 9, 3. Lib. 10, 1, 4. — M. Antonii contio habita X. Kal. Ian. (23. Dec. 704.), in qua erat accusatio Pompeii usque a toga pura, querela de damnatis, terror armorum. ad Att 7, 8, 5. — M. Antonius trib. pl. a. u. c. 705. intercedit sententiae Scipionis, Pompeii soceri. Caesar Civ. 1, 2. — Antonius noster et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesarem cum Curione profecti sunt. (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 11, 2. — A Caesare Arretium missus. Caesar Civ. 1, 11. Sulmonenses ei portas aperuerunt. Ib. 18. — Sulmone C. Attius Pelignus aperuit Antonio portas. ad Att. 8, 4, 3. — Antonio vellem tam facili uti possem et tam bono in me quam Curione. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 8, 10. — Eius litterae ad Ciceronem missae; quibus hortabatur Ciceronem, ut bello civili abstineret. „Sic volo te tibi persuadere, mihi neminem esse cariorem te excepto Caesare meo." Ib. Ep. A. — Alterae litterae παροινικῶς scriptae. Ib. Ep. 10, 2. — Nominatim de Cicerone ait Caesarem sibi imperasse, ne eum Italia exire patiatur. ad Att. 10, 12, 1. — Antonius VI. Idus (10. d. Maii a. 705.) Capuam profectus est; ad me misit, se pudore deterritum ad me non venisse, quod me sibi succensere putaret. ad Att. 10, 15, 3. — Cytherida mimam secum lectica aperta portat, alteram uxorem; septem praeterea coniunctae lecticae amicarum, eae sunt amicorum. Vide, quam turpi leto pereamus. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 10, 5. et Ep. 16, 5. Ibid. 11, 4. — Tu Antonii leones pertimescas cave. Nihil est illo homine iucundius. Attende πρᾶξιν πολιτικοῦ. (scil. arrogantiam eius in decem primos et IIII. viros Neapolitanos et Cumanos. (a. u. c. 705) ad Att. 10, 13, 1 et 2. — Cum Caesar esset ad Dyrrhachium (a. u. c. 706.), Brundisio praeerat. Scribonium Libonem cogit omittere obsessionem Caesarianorum. Caesar Civ. 3, 24. — Caesaris iussu Nymphaeum, portum prope Lissum, occupat. Ib. 26. — In pugna Pharsalica Caesar sinistro cornu Antonium praeposuit. Ib. 89. — Post pugnam Pharsalicam scribit Caesarem sibi scripsisse, omnes Pompeianos Italia prohiberi nisi quorum causam ipse cognovisset; itaque ne Ciceroni quidem locum esse. Admonitus autem a Cicerone, Caesarem Dolabellae dixisse, ut ad se scriberet, ut in Italiam quam primum veniret, Antonius ita edixit (de iis Pompeianis, quibus post Pompeii exitum in Italia esse liceret), ut me exciperet et Laelium nominatim. (a. u. c. 706.) ad Att. 11, 7, 2. Ib. Lib. 12, 19, 2. Ib. Ep. 20, 1. — Ad eum scribit Cicero petens, ut sibi liceat Brundisio discedere. ad Att. 11, 18, 1. — Post victoriam Pharsalicam (ex qua L. Domitium, clarissimum virum, occiderat, multos, qui e proelio effugerant, quos Caesar fortasse servasset, crudelissime

persecutus trucidarat. Philipp. 2, 29, 71.) Italiae rursus percursatio eadem comite mima (Cytheride); in oppida militum crudelis et misera deductio; in urbe auri, argenti maximeque vini foeda direptio. Accessit, ut Caesare ignaro, cum esset ille Alexandriae, beneficio amicorum eius magister equitum constitueretur. Tum existimavit se suo iure cum Hippia vivere et equos vectigales Sergio mimo tradere. Tunc sibi non hanc (Cn. Pompeii), quam nunc male tuetur, sed M. Pisonis domum, ubi habitaret, legerat. Philipp. 2, 25, 62. — Pompeii sector insolenter statim heluo invasit in eius fortunas. Ibid. 26, 64. — Quem autem locum apud ipsum Caesarem post eius ex Africa reditum obtinuisti? Cuius tu imperatoris quaestor fueras, dictatoris magister equitum, belli princeps, crudelitatis auctor, praedae socius, testamento, ut dicebas ipse, filius, appellatus es de pecunia, quam pro domo, pro hortis, pro sectione debebas. Ibid. 29, 71. — A. u. c. 707 et 708. refrigeratus a Caesare. — A. 708. Fulviam, P. Clodii et C. Curionis viduam in matrimonium duxit. — Proficiscitur in Hispaniam Caesar (a. 708. exeunte), paucis tibi ad solvendum propter inopiam tuam prorogatis diebus. Ne tum quidem sequeris. — Profectus est aliquando tandem in Hispaniam, sed Narbonem tantum se contulit. Philipp. 2, 29 et 30. §§. 74 — 76. (Cfr. ad Att. 12, 18. a. 1.) — Repentinus eius reditus ex Gallia „cum Gallicis et lacerna" ad consulatum petendum. Iocularis eius adventus apud Fulviam. Phil. 2, 30, 76. Cap. 31, 77. — Caesari ex Hispania redeunti obviam longissime processisti. — Factus es ei rursus nescio quomodo familiaris. Iussus es renuntiari consul, et quidem cum ipso (in a. 710.) Ibid. 32, 78. seqq. — P. Dolabellae comitia consularia vitiavit. Ibid. §. 80. seqq. — Lupercalibus Lupercus nudus contionatur et Caesari diadema ostendit, quod ille reiecit. Ibid. 34, 85. Fragmm. p. 468. — In Caesaris caede Idibus Martiis a. 710. a. C. Trebonio seductus et servatus. — Omnia facinora ab eo post Lupercalia a. u. c. 710. commissa veluti per epitomen enumerantur Philipp. 13, 8, 17. seqq. — Posteaquam Lanuvii vidi nostros tantum spei habere ad vivendum, quantum accepissent ab Antonio, desperavi. ad Att. 15, 20, 2. — Mihi videtur iste, qui umbras timet, ad caedem spectare. Ibid. §. 4. — Hic noster Cytherius (sic eum vocat propter Cytheridis amorem), „nisi victorem victurum neminem." Ib. Ep. 22. — Antonium perstringam sine ulla contumelia Siccae aut Septimiae; tantum, ut sciant παῖδες παίδων sine vallo Luciliano, eum ex C. Fadii filia liberos habuisse. ad Att. 16, 11, 1. — Octavianum, Antonium, utrum velis nescias. Ib. Ep. 14, 1. — Ex Epistolis ad Famil. hos notabimus locos: — Antonii inveteratam sine ulla offensione amicitiam retinere sane volo. (a. u. c. 710.) ad Fam. 16, 23, 2. Ibid. 24, 2. — M. Antonii tanta est non insolentia, sed immanitas, non modo ut vocem, sed ne voltum quidem liberum possit ferre cuiusquam (a. u. c. 710.) ad Fam. 10, 1, 1. — Incredibile est omnium civium, latronibus exceptis, odium in Antonium. Ibid. 5, 3. — Plura de eo scribit L. Plancus. Ibid. 11, 2. — Hirtii cum D. Bruto colloquium de pessima M. Antonii mente a. u. c. 710.) ad Fam. 11, 1, 1. — M. Bruti et Cassii Praett. ad eum Epistolae duae. Ibid. Epp. 2 et 3. „neque, quam diu vixerit Caesar, sed quam non diu regnarit, fac cogites." Ibid. 3, 4. — „Ego ne consistere possit in Italia Antonius, dabo operam." D. Brutus ad Fam. 11, 9, 1. — Antonium ego ructantem et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas. (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 25, 4. — Post proelium Mutinense, res publica Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata. ad Fam. 12, 25 a. 6. — Post Antonii foedissimum discessum (a. u. c. 711.) senatus haberi libere potuit. ad Fam. 10, 28, 1. (Cfr. totam Epistolam.) — „Ne movear eius (M. Antonii) sermonibus, quem tametsi nemo est, qui videre velit, tamen nequaquam proinde ac dignus est oderunt homines, periculum non est: adeo est enim invisus mihi, ut nihil non acerbum putem, quod commune cum illo sit." Asinius Pollio ad Fam. 10, 31, 2. — „Ad Antonium consulem ii, qui me parum patriae amantem existimant, rogandi quidem aliquid aut auferendi causa frequentes ventitare reperies." C. Matius ad Fam. 11, 28, 7. — Ciceronem auctorem fuisse Caesaris interficiendi criminabatur. ad Fam. 12, 2,

1. Cfr. totum locum. — Multa eius flagitia. Ibid. Ep. 3. — Qui M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit, (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 13, 2. et ibid. 19, 2. — Post Caesaris caedem praeclare se gessit Antonius; pax per eum et per liberos eius cum praestantissimis civibus confirmata est. Ad deliberationes eas, quas habebat domi de re publica, principes civitatis adhibebat; ad senatum res optimas deferebat; nihil tum nisi quod erat notum omnibus in C. Caesaris commentariis reperiebatur. — — Dictaturam funditus ex re publica sustulit. Phil. 1, 1, §. 1 — 4. — Uncus impactus est fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat. Ibid. 2, 5. (Cfr. ad Att. 14, 8, 1.: de [Pseudo-]Mario probe.) — Kalendis Iuniis mutata omnia: nihil per senatum; multa et magna per populum et absente populo et invito. Ibid. §. 6. — Sequuntur loci praecipui de Antonio ex Epistolis ad Atticum, ex quibus maxime elucet, quonam in eum animo per annos 710—711. variis temporibus fuerit Cicero. — Odorare Antonii διάθεσιν, quem quidem epularum magis arbitror rationem habere quam quidquam mali cogitare. ad Att. 14, 3, 2. — Ab aleatore (al. a balneatore) φυρμὸς πολύς. Nam ista quidem Caesaris libertorum coniuratio facile opprimeretur, si recta saperet Antonius. Ib. Ep. 5, 1. — Antonii colloquium cum heroibus nostris pro re nata non incommodum. Sed tamen adhuc me nihil delectat praeter Idus Martias. Ib. Ep. 6, 1. — Optime tam etiam Bruto nostro probari Antonium. Ib. Ep. 8, 1. — „Est mente pessima et infidelissima." D. Brutus ad Fam. 11, 1, 1. — Eius ῥοιζόθεμις (controversia ardens) cum Octavio (de Caesaris hereditate.) ad Att. 14, 10,3. — Cum Antonii contionem lego „de tanto viro, de clarissimo civi" (Caesare) ferre non queo. Ib. Ep. 11, 1. — Antonii autem post Caesaris interitum res gestae praecipuae a Cicerone memoratae praeter iam significatas hae fuerunt: C. Caesaris laudatio funebris; funeri tyranni. si illud funus fuit, sceleratissime praefuisti. Philipp. 2, 36, 90. — Caesar ab Antonio laudatus miserabiliter. ad Att. 14, 10, 1. (Ibid. Ep. 15, 1. Lib. 15, 20, 1. qui tamen loci fortasse ad aliam Antonii contionem referuntur.) — Mox non solum singulis venibant immunitates, sed etiam populis universis; civitas non iam singillatim, sed provinciis totis dabatur. Philipp. 2, 36, 92. — Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani, cuius rei vivo illo mentio nulla. ad Att. 14, 12, 1. — Septies millies, quod in tabulis, quae erant ad Opis, patebat, suos in usus convertit. Philipp. 2, 37, 93. — Syngraphae, chirographa, commentarii falsi ab eo prolati. Ibid. §. 96. seqq. — Ad haec chirographa supponenda utebatur opera Faberii, Caesaris scribae. ad Att. 14, 18, 1. — Creta liberata. Phil. 2, 38, 97. — Lex de exulibus fixa. Ibid. §. 98. — Calebant in interiore aedium parte totius rei publicae nundinae; mulier (Fulvia), sibi felicior quam viris, auctionem provinciarum regnorumque faciebat: restituebantur exules quasi lege sine lege. Phil. 5, 4, 11. et similiter Phil. 3, 4, 10. Cfr. supra de Sex. Clodio. ad Att. 14, 13. A. — Lex agraria et iudiciaria. Philipp. 5, 3, 7 et Cap. 5, 12. — Lex, ut et de vi et de maiestate damnati ad populum provocarent, si vellent; quae omnium legum dissolutio. Philipp. 1, 9, 21. — Mense Aprili et Maio a. 710. Campaniam (summa cum luxuria atque in omnes libidines effusus, praesertim M. Varronis fundo Casinate abusus) percursavit, maxime ut veteranos sibi conciliaret. Philipp. 2, 39, 100. — Exeunte mense Maio Romam reversus contentiones cum Octaviano de Caesaris hereditate habuit. ad Att. 14, 10, 3. — Primum Macedoniam provinciam sibi decerni cupiebat, deinde, hanc D. Bruto concessurus, Galliam Cisalpinam. — Kalendis Iuniis senatum parum frequentem habuit: nam „metu perterriti repente diffugimus." Philipp. 1, 2, 6 et 2, 42, 108. — Kalendis Sextilibus in senatu L. Piso vehementem contra Antonium orationem habuit. Phil. 1, 4, 10. — A. d. IV. Non. Sept. (2 die Sept. 710.) primam Philippicam habuit Cicero. — A. d. VII. Idus Octobr. (9 die Octobr.) Antonius cum Fulvia Brundisium est profectus obviam legionibus Macedonicis IV., quas sibi conciliare pecunia cogitabat easque ad Urbem adducere. ad Fam. 10, 23, 2. — Eae congiarium ab Antonio accipere noluerunt et ei convicium grave fecerunt contionantemque reliquerunt. ad Att. 16, 8, 2. — Suessae (Auruncae) iugulavit eos, quos

in custodiam dederat, et Brundisii ad trecentos fortissimos viros civesque optimos trucidavit. Philipp. 3, 4, 10. — Brundisium et Suessam sanguine implevit; Brundisii in sinu non modo avarissimae, sed etiam crudelissimae uxoris delectos Martiae legionis centuriones trucidavit. Philipp. 13, 8, 18. — Initio mensis Novembris cum legione Alaudarum Romam pergere, pecunias municipiis imperare, legionem sub signis ducere dicebatur. ad Att. 16, 8, 2. — Eius a Brundisio crudelis et pestifer reditus. Phil. 3, 2, 3. — Deinde ingressus urbem est, quo comitatu vel potius agmine! cum dextra sinistra, gemente populo Romano, minaretur dominis, notaret domos, divisurum se urbem palam suis pollicerctur. Rediit ad milites, ibi pestifera illa Tiburi contio. Inde ad Urbem cursus; senatus in Capitolium; (28. d. Novembr.) parata de circumscribendo adolescente (Octaviano) sententia consularis, cum repente (nam Martiam legionem Albae consedisse sciebat) affertur ei de quarta nuntius. Quo perculsus abiecit consilium referendi ad senatum de Caesare; egressus est non viis, sed tramitibus, paludatus; eoque ipso die innumerabilia senatus consulta fecit. Ex eo non iter, sed cursus et fuga in Galliam, in quam penetranti D. se Brutus obiecit Mutinamque illi exsultanti tamquam frenos furoris iniecit. Philipp. 13, 9, 19, seqq. — A. d. XIII. Kal. Ian. (20. die Decembr. 710.) tertiam et quartam contra eum habuit Philippicam Cicero. — Nos hic (Romae) cum homine gladiatore omnium nequissimo, collega nostro (in auguratu) bellum gerimus, sed non pari condicione, contra arma verbis. ad Fam. 12, 22, 1. Cfr. Ibid. 23, 2. — Cum D. Brutus Mutinae inclusus et obsessus esset, primum Imperatoris nomen assumpsisse videtur a. u. c. 711. Cfr. Philipp. 13, 10, 22. (Imperator iterum in nummis vocatur exeunte anno 714; tertium 715—720; quartum Armenia occupata exeunte a. 720. Cfr. de re admodum controversa qui optime eam explicavit Borghesium in *Giornale Arcadico* T. 25. p. 67. seqq.) — Mutina ab Antonio obsessa per quattuor fere menses usque ad medium m. Aprilem. — Nonis Ian. (5 die Ian.) legati ad Antonium missi Ser. Sulpicius Rufus, L. Piso, L. Philippus consulares non ad pacem deprecandam, sed ad denuntiandum bellum, nisi legatorum nuntio paruisset. ad Fam. 12, 24, 2. — Condiciones ab Antonio senatui oblatae. Philipp. 8, 8, 25. (inter has: „utramque provinciam, [„id est, Macedoniam et Galliam Cisalpinam"] remitto; exercitum depono; privatus esse non recuso" cet.) — Ser. Sulpicio in ea legatione mortuo L. Piso et L. Philippus exeunte m. Ianuario vel ineunte Februario Romam redeunt cum L. Vario Cotyla, Antonii legato. De L. Caesaris sententia tumultus decretus est. Philipp. 8, 1, 1. seqq. — Antonii epistola ad Hirtium et Octavianum acriter exagitata a Cicerone. Philipp. 13, 10, 22. — Cum Hirtius cos. et Octavianus iam prope Mutinam cum legionibus essent, Pansa cos. post XIV. Kal. Apr. (19 d. Martii) cum exercitu contra Antonium profectus est. — A. d. XVII. Kal. Maias (15 d. Aprilis) triplex proelium ad Forum Gallorum (*Castel Franco*) et ad Mutinam commissum est, quo ab Hirtio pulsus est Antonius, volneratus autem Pansa. Cfr. Ser. Galbae Epist. (ad Fam. 10, 30.) Philipp. 14, 1. seqq. — A. d. V. Kal. Maias (27 d. Apr.) alterum proelium ad Mutinam est factum, quo cecidit Hirtius, devictus Antonius fugam cepit. — Ex fuga cum parvulam manum peditum haberet inermium, ergastula solvendo omneque genus hominum arripiendo satis magnum numerum videbatur effecisse. Huc accessit manus Ventidii, quae trans Apenninum itinere facto difficillimo ad Vada pervenit atque ibi se cum Antonio coniunxit. D. Brutus ad Fam. 11, 10, 3. Idem ibid. Ep. 13. tota. — Idibus Maiis (15 d. Maii) ad Forum Iulii venit. ad Fam. 10, 17, 1. — A. d. IV. Kal. Iunias (29 d. Maii) Lepidus se cum Antonio coniunxit. ad Fam. 10, 23, 2. (Mense Septembri etiam Asinius Pollio et Munatius Plancus cum eo sese coniunxerunt.) — Exeunte mense Octobri [711.] Octavianus, Antonius et Lepidus in insula Rheni fl. (al. Lavinii. cfr. Drumann T. 2. p. 359.) prope Bononiam convenerunt, triumviratum rei publicae constituendae inierunt, multosque viros nobiles, in his Ciceronem, proscripserunt.)

C. et L. Antonii M. F. accusatores Gabinii a. u. c. 700. ad Q. Fr. 3, 2, 1.

C. Antonius, frater M. Antonii triumviri. — T. Pulfionis opera proditus exercitus (Caesarianus) C. Antonii. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 67. — Praetor a. u. c. 710. Ei Macedonia provincia obtigit. Philipp. 3, 10, 26. — Ex Macedonia revocatus. Philipp. 7, 1, 2. Ibid. 6, 16. — Repulsam tulit. Philipp. 8, 9, 27. ubi consule Ferratium et Garatonium. — Si C. Antonius, quod animo intenderat, perficere potuisset, (potuisset autem, nisi eius sceleri virtus M. Bruti obstitisset) Macedoniam, Illyricum, Graeciam perdidissemus. Philipp. 10, 4, 9. — Is duorum fratrum aetatibus medius interiectus vitiis cum utroque certabat. Ibid. 5, 10. Ibid. 6, 13. — M. Brutum retinet adhuc (a. u. c. 711.) C. Antonius, qui tenet Apolloniam, Byllidem, Amantiam, instat Epiro, urget Illyricum, habet aliquot cohortes, habet equitatum. Philipp. 11, 11, 26. — In potestatem M. Bruti pervenit. Eum custodiendum suadet Pseudocic. ad Brut. 2, 4. Cfr. Pseudobrut. ad Cic. 2, 5. — Proconsulem se nominabat. Idem 2, 7.

L. Antonius, frater triumviri, tribunus plebis a. u. c. 710. — Ex mirmillone dux, ex gladiatore imperator - - fundit apothecas, caedit greges armentorum cet. Philipp. 3, 12, 31. — Moderatus homo (per ironiam), cui frater Marcus omnem Italiam dividendam dedit (specie legis agrariae). Philipp. 5, 3, 7. — Gladiator Asiaticus, qui mirmillo Mylasis depugnarat cet. Philipp. 5, 7, 20. Ibid. 11, 30. — L. Antonii crudelitatem effugere non potuissem, nisi me moenibus et portis et studio municipii mei defendissem: mirmillo Asiaticus, latro Italiae cet. Philipp. 12, 8, 20. — teterrima belua. Ibid. 11, 26. Philipp. 13, 2, 4. — L. Antonii horribilis contio, Dolabellae praeclara. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 20, 2. — Octavium erat producturus. Ib. §. 5. — Contionatus est sordide. Ib. Lib. 15, 2, 2. — L. Antonius in D. Brutum (ire parat.) Ib. Ep. 5, 3. — L. Antonius liberaliter litteris me sine cura esse iubet. Habeo unum beneficium: alterum fortasse, si in Tusculanum venerit (ad me occidendum.) Ib. Ep. 12, 2. — L. Antonio male sit! si quidem Buthrotiis molestus est. Ib. Ep. 15, 1. — L. Antonium per M. fratrem facillime deterrebis. Ib. Ep. 17, 1. — Aequissimus agri privati et publici decempedator, Nucula et Lentone collega. Philipp. 13, 18, 37. — L. Antonius nuper dicitur ad Tibur, cum ei labare M. Antonius videretur, mortem fratri esse minitatus. (a. u. c. 711.) Philipp. 6, 4, 10. — Equestris statua inaurata ei posita cum inscriptione: Quinque et triginta tribus Patrono. cet. Ib. 5, 12. — „Amores deliciaeque populi Romani" (per ironiam.) Ibid. et rursus Philipp. 13, 12, 26. Conf. in primis: Philipp. 7, 6, 16. seqq. — Quid illa tetrius belua? quid immanius? qui ob eam causam natus videtur, ne omnium mortalium turpissimus esset M. Antonius. Philipp. 10, 10, 21. — Quid eum non sorbere animo, quid non haurire cogitatione, cuius sanguinem non bibere censetis? in cuius possessiones atque fortunas non impudentissimos oculos spe et mente defigere? Philipp. 11, 5, 10. — Consulatum sperabat. Philipp. 12, 6, 14. — Refugit animus eaque dicere reformidat, quae L. Antonius in Parmensium liberis et coniugibus effecerit. Philipp. 14, 3, 9. — L. Antonius Alpes occupavit post proelium Mutinense. ad Fam. 10, 33, 4. Ibid. 34, 1. Cfr. 10, 15, 3. — Eius exitus in bello Perusino. Sueton. Octav. 14.

L. Antonius et M. Antonius. Philipp. 3, 10, 26. In utroque nomine lectio est corrupta. Cfr. Garatonium. Defendit quidem volgatam Drumann *Geschichte*, Th. 1. p. 208, sed sine probabilitate.

M. Antonius Gnipho. Num is unus idemque cum Scriptore ad Herennium? Vide ad Her. Lib. 4. extrem.

Antro. Huic vetuit Cicero quicquam de nummis Arpinatium dari, quos L. Fadio aedili nec alii cuiquam reddi volebat. ad Att. 15, 17, 1.

Aoede: Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda, Thelxinoë, Aoede, Arche, Melete. de Nat. D. 3, 21, 54.

Aonium: ad Att. 5, 21, 9. falsa lectio pro *Lycaonium*.

Apamea, Cibotos cognominata, urbs Phrygiae maioris ad Marsyae et Maeandri confluentes, quae ipsi Ciceroni proconsuli Ciliciae attributa fuit. ad Fam. 2, 17, 3. Ibid. 3, 8, 2. Ibid. 15, 4, 2. Hinc: ad Att. 5, 16, 2. Apamense forum. Ib. Ep. 21, 9. — Apameensis civitas. ad Fam. 5, 20, 2.

Apamea, a praecedente diversa, in Syria ad Orontem sita. ad Fam. 12, 12, 3.

Apella libertus M. Fadii Galli. ad Fam. 7, 25, 2.

Apella, Lepidi libertus, ab eo ad L. Plancum missus, quo obside fide illius et societatis in re publica administranda uteretur (a. u. c. 711.) Plancus ad Fam. 10, 17, 3.

Apella s. Apellas Chius, columnarius a. u. c. 709. ad Att. 12, 19, 1. Hunc Apellam non commemoravit Iunius: sed habet alium Apellam statuarium e Plin. 34, 8. Ern. Sed hic Apellas floruit a. Chr. 430—400. Sillig. Cat. Art. p. 59.

Apelles Colophonius, vixit Alexandri M. aetate et ab Olymp. 107. usque ad 118. artem exercuit. Cfr. Sillig. Cat. p. 60. — In eo iam perfecta omnia. Brut. 18, 70. — Apelles pictores quoque eos peccare dicebat, qui non sentirent, quid esset satis. Orat. 21, 73. — Apud Alexandrum gratiosus, qui ab eo solo se pingi voluit. ad Fam. 5, 12, 7. — Apelles, Protogenes non reprehendendi, quod consuetudinem Miconos (al. Myconis), Dioris, Arimnae et aliorum superiorum non sunt secuti. Varro LL. 9, 6. p. 464. — Eius Venus Coa. Orat. 2, 5. — Veneris caput et summa pectoris politissima arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatam reliquit. ad Fam. 1, 9, 15. — Nemo pictor est inventus, qui Coae Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquit, absolveret. de Off. 3, 2, 10. — Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum caeno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem. ad Att. 2, 21, 4. — Eius Alexander ὁ κεραυνοφόρος in aede Dianae Ephesiae. Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Eius Venus ἡ Ἀναδυομένη apud Coos. Ibid. — Vide Aglaophon.

Apenas (al. *Aperias*), servus tabellarius. ad Att. 4, 8 b., 1.

Apenninus, mons Italiam veluti dorsum paene totam percurrens. de Orat. 3, 19, 69. Philipp. 12, 11, 26. — Latrones ad caedem civium de Apennino deduxit P. Clodius. de aere alieno Milonis. Fragmm. p. 457.

Aphilia, falsa lectio pro Ofella. Brut. 48, 178.

P. Apinius, vide Aponius.

Apio. Agri Cyrenenses, qui Apic fuerunt. de lege agr. 2, 19, 51. (In I et Schuetz. Indicc. Appio: „Sic e Latini scribunt; v. inscriptionem Scaligerum ad Euseb. p. 154. Re tamen foret more Graecorum A Est Ptolemaeus Apion, filius no Physconis, rex Cyrenarum, qui gnum per testamentum populo Rom reliquit a. u. c. 658. Unum Apion non duos fuisse probabiliter dem strat Clinton *Fasti Hellen. from* CXXIV. *Olymp.* p. 389.

Apis: sanctus Aegyptiorum bos, deus videtur. de Nat. D. 1, 29, 82. Eum putant deum Aegyptii. de F 3, 9, 14.

Apollinares ludi. Philipp. 1, 15, Philipp. 2, 13, 31. Varro LL. 6 p. 201. — De eorum origine cor lendus Livius 24, 12. Actos esse Id. Iul. (12. d. Iulii) e Cicerone, crobio et Dione demonstrat Nori in Cenotaph. Pis. p. 137. 138. E In Kalendariis, quae supersunt (Inscriptt. meas Lat. Vol. 2. p. 3 incipiunt pridie Non. Iul. (6. d. Iu finiuntur a. d. V. Id. Iul. (11. d. Iu

Apollinas, sacellum Apollinis. Varro LL. 5, 8. pag. 58. (ex Muelleri coniectura.)

Apollo Graecum vocabulum. Varro LL. 5, 10. p. 74. — Eius nomen est Graecum, quem solem esse volunt. de Nat. D. 2, 27, 68. — Solem Graeci Apollinem putant. de Nat. D. 3, 20, 51. — Apollo is, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt, natus Volcano primo et Minerva. de N. D. 3, 22, 55. — Apollinum antiquissimus is, quem ex Volcano natum esse dixi (de Nat. D. 3, 22, 55.) custodem Athenarum; alter Corybantis filius, natus in Creta, cuius de illa insula cum Iove ipso certamen fuisse traditur; tertius Iove tertio natus et Latona, quem ex Hyperboreis Delphos ferunt advenisse; quartus in Arcadia, quem Arcades Νόμιον appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse. de Nat. D. 3, 23, 57. — Apollo Deli natus. Verr. Accusat. 1, 17, 46. — Latona ex longo errore et fuga, gravida confugit Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperit. Ibid. 18, 48. — Apollo Delius. de Nat. D. 3, 36, 88. — Apollo, pater Aesculapii primi. de Nat. D. 3, 22, 57. — Cum Apolline concertavit de tripode Hercules antiquissimus. de

Nat. D. 3, 16, 42. — Apollo Cassandram *fatis fandis dementem invitam ciebat.* de Divin. 1, 31, 66. — Apollo semper imberbis. de Nat. D. 1, 30, 83. — Crinitus. Tuscul. 4, 34, 73. — Cygni ei dicati. Tuscul. 1, 30, 73. — Eius exta interdum bona, Dianae non bona. de Divin. 2, 17, 38. — Apollo et Hercules Gemini (sidus.) Varro RR. 2, 1, 7. — Ciceronis tempore una tantummodo erat Romae Apollinis aedes, extra portam Carmentalem, inter forum Olitorium et circum Flaminium. Ascon. in tog. cand. p. 91. — In eius templo habetur Senatus. ad Q. Fr. 2, 3, 3. ad Fam. 8, 4, 4. — Eum in poëmate suo loquentem inducere volt Cicero. ad Q. Fr. 3, 1, 7, 24. — Eius signum in Chio insula a Verre ablatum. Verr. Accusat. 5, 72, 185. — Apollini ludi a C. Sulpicio Gallo praetore a. u. c. 585. facti. Brut. 20, 78. — Apollo cultus a Gallis. Caesar Gall. 6, 18. — Agrigenti in Aesculapii fano erat signum Apollinis pulcherrimum, cuius in femore litteris minutis argenteis nomen Myronis erat inscriptum. Verr. Accusat. 4, 43, 93. — Apollo Agyieus. Varro Fr. p. 357. Bip. — Apollo Philesius. Varro Fr. p. 233. Bip. — Apollo umbilicum certum terrarum obtinet. apud Enn. Varro LL. 7, 2. p. 303. Cic. de divin. 2, 56, 115. — Apollo Pythius praecepit, ut homo ipse se noscat. de Legg. 1, 23, 61. — Cum *Nosce te* dicit, hoc dicit, *nosce animum tuum.* Tuscul. 1, 22, 52. — Illa a deo Delphis praecepta cognitio, ut ipsa se mens agnoscat. Tuscul. 5, 25, 70. — Apollo Pythius iubet noscere nosmet ipsos. de Finn. 5, 16, 44. — Apollinis cortina. Varro LL. 7, 3. p. 334. — Eius responsa. de Divin. 1, 19, 37. — De iis versiculi Enniani. de Orat. 1, 45, 199. — Eius oraculum de Paride. de Divin. 1, 21, 42. — Apollinis operta, i. e. oracula a nescio quo collecta unoque libro comprehensa. de Divin. 1, 50, 115. 2, 55, 113. — Maiores nostri fatorum veteres praedictiones Apollinis contineri putabant vatum libris. de Harusp. resp. 9, 18. — Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram. de Off. 2, 22, 77. — Eius oraculo Socrates sapientissimus est iudicatus. Lael. 2, 7. — Omnium sapientissimum esse Socratem dixit. Acad. 1, 4, 16. — Responsum ab eo Atheniensibus datum. de Legg. 2, 16, 40. — Apollo nunquam Latine locutus est; Pyrrhi temporibus iam versus facere desierat. de Divin. 2, 56, 116. — Apollo Temenites, cultus Neapoli Syracusarum. Verr. Accusat. 4, 53, 119. Steph. Byz. *Τέμενος τόπος Σικελίας ὑπὸ τὰς Ἐπιπολὰς πρὸς ταῖς Συρακούσαις, οὗ οἰκήτωρ Τεμενίτης.* — Apollo et Aesculapius: Morbo levatus Cicero Terentiam suam his diis pie et caste satisfacere iubet. ad Fam. 14, 7, 1. — Apollo: Cumis Apollo sudavit. de Divin. 1, 43, 98.

Apollodorus, Academicus ignotus, aequalis Zenonis Epicurei, a quo maledictis figebatur. de Nat. D. 1, 34, 93.

Apollodorus Agyrinensis testis in C. Verrem. Accusat. 4, 23, 50.

Apollodorus, Atheniensis, grammaticus. ad Att. 12, 23, 2. Ad eius Chronica respicitur. Ea sunt Apollodori Atheniensis, cuius nobis Bibliotheca sola e scriptis pluribus reliqua est. De eo et eius scriptis v. Fabric. B. G. III. 27. De Chronicis autem, quae iambis conscripta erant et accurate temporum ac rerum rationem designabant, unde Romani iis libenter utebantur et Diogenes Laërtius in definiendis philosophorum aetatibus crebro usus est, vide etiam Menag. ad Laërt. 1, 37. 2, 2. Bosius ad Cic. l. l. eum confundit cum Epicureo Apollodoro, qui *κηποτύραννος* dictus est et vitam Epicuri scripsit. Ern. — Cfr. Varro LL. 5, 22. p. 108. et 6, 1. p. 184. Cfr. Aristophanes.

Apollodorus, Cassandreae, Macedoniae urbis, tyrannus, poenas scelerum sustulit. de Nat. D. 3, 33, 82. cfr. Aelian. V. H. 14, 41. Victus et sublatus est ab Antigono I., occupata Cassandrea. Polyaen. 4, 6, 18.

Apollodorus Erythraeus, quid de Sibylla Erythraea tradiderit. Varro Fr. p. 216. Bip.

Apollodorus Laphiro, Siculus Verr. Accusat. 2, 7, 19.

Apollodorus Lemnius, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Apollodorus Pyragrus, Agyrinensis, princeps suae civitatis, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 3, 31, 74.

Apollonia Epiri magna urbs et gravis. Philipp. 11, 11, 26. — Exinanita a L. Pisone. in Pison. 40, 96. — Ibi signabatur argentum. ad Fam. 13, 29, 4. — Varro Fragmm. p. 363. Bip. — Pseudocic. ad Brut. 1. Ep. 2.

Apollonia Siciliae. Verr. Accusat. 3, 43, 103. Ibid. 5, 33, 86. „Deest in catalogo Pliniano, ac bis dumtaxat eius fit mentio apud Ciceronem. Ex loco 3, 43, 103. et commemorationibus Graecorum intelligas, fuisse eam supra Haluntium et prope Eggyium mediterraneam." Zumpt.

Apolloniatae (Epiri) CC. talenta L. Pisoni dederunt, ne pecunias creditas solverent. in Pison. 35, 86.

Apollonidenses s. Apollonidienses incolae Apollonidis, urbis Lydiae (non Lyciae, ut est apud Schuetzium.) ad Q. Fr. 1, 2, 3, 10. — Apollonidienses, amatissimi populi Romani fidelissimique socii; homines tota ex Asia frugalissimi, sanctissimi, a Graecorum luxuria et levitate remotissimi, patresfamilias suo contenti, aratores, rusticani; agros habent et natura perbonos et diligentia culturaque meliores. pro Flacco 29, 71.

Apolloniensis civitas in Sicilia. cfr. Apollonia Siciliae. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Apollonis, idis: urbs Lydiae. pro Flacco 21, 51. (Male Ern. Schuetz. *Apollonidem* pro homine Temnite habuerunt; cum de urbe sermo sit.)

Apollonius, Alabandis natus, postea Rhodum migravit ibique mercede rhetoricam docebat: (a Strabone 14, 2. vocatur Μαλακός. v. Spalding. ad Quintil. T. 1. p. 430. T. 2. p. 453. T. 4. p. 562. Distinguendus est ab Apollonio Molone. Cfr. etiam Clinton Fasti Hellenici from the CXXIVth Olympiad p. 147 et 157. Ellendt ad Brutum p. 323.) — Summus doctor rhetoricae disciplinae: irridere philosophiam atque contemnere solebat. de Or. 1, 17, 75. Ibid. Cap. 28, 126 et 130.

Apollonius Molonis, Rhodius, decennio fere posterior τοῦ Μαλακοῦ. Ei Romae operam dedit Cicero a. u. c. 666. Brut. 89, 307. — Rursus a. u. c. 673. dictatore enim Sulla legatus de Rhodiorum praemiis venerat. Ibid. 90, 312. — Ad eum denuo Rhodi se applicavit Cicero a. u. c. 677. cum actorem in veris causis scriptoremque praestantem, tum in instituendo docendoque peritissimum. Ibid. 91, 316. — ad Att. 2, 1, 9. — Apollonius rhetor Rhodius, qui Molo cognominatus est. Schol. Bob. pro Plancio p. 270. Cfr. Suet. Caes. 4. — Ex eius Rhodia disciplina etiam T. Torquatus, T. F. Brut. 70, 245. — Apollonius rhetor dixit lacrima nihil citius arescere. de Inv. 1, 56, 109.

Apollonius, Diocli F. Panhormitanus, cui Gemino cognomen erat, vexatus a Verre. Verr. Accusat. 5, 7, 16. — Amicus et hospes Ciceronis. Ibid. 8, 20.

Apollonius, Niconis F. Drepanitanus, postquam civis Romanus factus esset, A. Clodius dictus. Verr. Accusat. 4, 17, 37.

Apollonius Pergamenus, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Apollonius, libertus P. Crassi, incensus studio rerum a Caesare gestarum eas litteris Graecis mandare cupiebat. Commendatur Caesari ad Fam. 13, 6, 1.

Apollonius, Graeculus ignotus. De Apollonio quod scribis, qui illi dii irati! homini Graeco, qui conturbare quidem putat sibi licere; quod equitibus Romanis, nam Terentius suo iure. ad Att. 4, 7, 1.

Aponius (al. P. Apinius) adolescens, vexatus a P. Clodio. pro Mil. 27, 75.

Appia, via celeberrima Roma Capuam et Capua Brundisium ferens, ab Appio Claudio censore strata magnifice. Liv. 9, 29. — Ea carebant Romani tempore belli piratici. pro lege Manilia 18, 55. — In ea caesus P. Clodius. pro Milone 6, 15. — ad Q. Fr. 1, 1, 6, 17. — Romae et maxime Appia ad Martis mira alluvies. Ibid. L. 3, 7, 1. — Philipp. 7, 1, 1. cet.

Appiani, ad Fam. 3, 7, 2. Ibid. 9, 1. incolae Appiae, oppidi Pacatianae (in Phrygia magna). Eorum legati Ciceroni afferunt litteras Appii Claudii Pulchri (a. u. c. 703.), quibus querebatur eos impediri, ne tributa colligerent ad monumentum Appio aedificandum.

Appias Minerva: me puto non invita Minerva id facturum; quam quidem ego, si forte de tuis sumpsero, non solum Παλλάδα, sed etiam Ἀππιάδα nominabo (ironice ad Appium Claudium scribens.) ad Fam. 3, 1, 1.

Appii Forum. ad Att. 2, 10. oppidum Latii veteris prope Tres Tabernas.

Appio. Vide Apio.

Appius v. in Claudiis.

Appius. „Canina, ut ait Appius, facundia exercebatur." Sal. Hist. 3. p. 215. Gerlach. min. Significatur Appius Clau-

dius Caecus. cfr. Spalding ad Quintil. 12, 9, 9.

Appius. de Inv. 1, 19, 20. in Enniano, ut videtur, versiculo: „*Appius indixit Karthaginiensibu' bellum*" intelligitur App. Claudius cognomine Caudex cos. a. u. c. 491., quo consule bellum Punicum primum coeptum est.

Appius maior. Eius dictum scurrile: de Orat. 2, 60, 246.; eius dictum in Lucilium: Ibid. 2, 70, 284. Est Appius Claudius maior C. Claudii fil.; in cuius nomine vide.

Appius, amicus Ciceronis superstitiosus, qui psychomantiis et νεκρομαντείαις uti solebat (Tuscul. 1, 16, 37. de Div. 1, 58, 132.) de Sulpicii, Lucani interpretis, sententia idem est, de quo Val. Max. 1, 8, 10. (ubi Procos. dicitur in indice Cap.) et Lucanus 5, 68. seqq. Appium Claudium Censorinum vocat Orosius 6, 15. p. 417. Havercamp. Haud improbabiliter cogites de Appio Claudio Pulchro, augure, consule a. u. c. 700. Sane de Div. 1, 16, 30. et alibi is Appius simpliciter vocatur, quadratque in eundem Valerii Max. *Procos.* et Orosii *Censorinus*, ubi emendaris *Censorius*.

C. Apponius Cn. F. a. u. c. 702. M. Saufeium accusavit de vi. Ascon. in Mil. p. 55.

Appuleia, gens plebeia. In monumentis publicis plerumque duplici p scribitur.

Appuleia lex de maiestate. de Orat. 2, 25, 107. Ibid. 49, 201. Appuleiae leges iniustae. de Legg. 2, 6, 14.

Appuleia populi, (id est, *prostibulum popli* Plaut. Aulul. 2, 4, 6.) ad Att. 4, 11, 2. dicitur P. Clodius propter seditiones ac libidines. Tunstallus Ep. ad Middlet. p. 98. mavolt intelligi Clodiam; ceterum locum vitiosum putat.

Appuleius, ad quem scriptae sunt epistolae ad Fam. 13, 45 et 46. proquaestor in Asia Q. Philippi consulis fuisse videtur Ragazonio. Eum proconsulatum Pighius ad a. u. c. 708. (709 Varr.) refert. Verumtamen Philippi, ad quem sunt ad Fam. 13. Epp. 73 et 74., proconsulatus in a. u. c. 699. Varr. incidisse videtur. Schuetz.

Appuleius praediator; ad Att. 12, 14, 2. Ibid. Ep. 17. (a. u. c. 709.) Diversum putant ab Appuleio augure, qui in eadem Epistola nominatur. Et sic videtur, quia additur *praediator;* quod distinctionis causa factum veri simillimum est. Idem esse videtur, quem Cicero ad Att. 5, 11, 6. („non ero tam μετέωρος, quam in Appuleio fui:") tangit.

L. Appuleius subscriptor Q. Caecilii Nigri, homo non aetate, sed usu forensi atque exercitatione tiro. (a. u. c. 684.) Divinat. 15, 47.

M. Appuleius. Apud Appuleium, augurem (a. u. c. 709.) per Atticum excusari cupit de coena aditiali. ad Att. 12, 13, 2. Ib. Ep. 14, 1. Ib. 15, 1. — Ei testis est per litteras Brutus, eum principem fuisse ad conatum exercitus comparandi. Philipp. 10, 11, 24. — M. Appuleius inde a primo M. Bruti in Graeciam et Asiam adventu pecuniam omnem publicam a se quaestore collectam ei cum copiis, quas habebat, tradidit, ut narrat Appianus B. Civ. 4, 75. Hinc Antonius in litteris: „Appuleiana pecunia Brutum subornastis." Philipp. 13, 16, 32. — A. u. c. 711. petebat pontificatum minorem. Pseudobrut. ad Cic. 1, 7.

P. Appuleius, homo Ciceroni summa familiaritate coniunctus, tribunus pl. a. u. c. 711. Ciceronem producit et de M. Antonio interrogat. Philipp. 6, 1, 1. — Meorum omnium consiliorum periculorumque iam inde a consulatu meo testis, conscius, adiutor. Contio ab eo habita, qua Ciceronem a suspicione fascium apud populum liberat. Philipp. 14, 6, 16.

C. Appuleius Decianus. Quia, cum hominem omnibus insignem notis turpitudinis, P. Furium, accusaret summo studio bonorum omnium, queri est ausus in contione de morte L. Appuleii Saturnini, condemnatus est. pro C. Rabirio perd. 9, 24. — Decianus pater, tribunus pl., L. Flacco patri, aedili curuli, diem dixit; non potuit privatus in civitate consistere. pro Flacco 32, 77. — Appuleius Decianus, pater, damnatus, cum tribunus pl. esset et in ultionem Appuleii Saturnini nec minus etiam C. Servilii Glauciae multa improbe seditioseque committeret; quam tamen damnationem passus in Pontum se et ad partes Mithridaticas contulit. Schol. Bob. pro Flacco p. 230.

C. Appuleius Decianus filius, negotiator Pergami, subscriptor D. Laelii in accusando L. Flacco. In novis fra-

gmentis orat. pro Flacco. Scholiast. Cic. Ed. meae. Vol. 2. p. 228 et 230. cfr. pro Flacco 21, 51. Ibid. 29, 70. — Eius avaritia et impudentia. Schol. Bob. p. 242.

L. Appuleius Saturninus, iterum tribunus pl. a. u. c. 654., vigilans homo et in causa populari si non moderate, at certe populariter abstinenterque versatus. pro Sestio 16, 37. — Quod a se, quaestore Ostiensi, per ignominiam ad principem et senatus et civitatis, M. Scaurum, rem frumentariam translatam sciebat, dolorem suum magna contentione animi persequebatur. Ibid. 17, 39. — Nullum unquam in contione habuit conductum. Ibid. 49, 105. — Ita fuit effrenatus et paene demens, ut (tamen) auctor esset egregius et ad animos imperitorum excitandos inflammandosque perfectus. de Harusp. resp. 19, 41. — Saturninum, quod in annonae caritate quaestorem a sua frumentaria procuratione senatus amovit eique rei M. Scaurum praefecit, scimus dolore factum esse popularem. Ibid. 20, 43. — Q. Metellus florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum, censor notavit. pro Sestio 47, 101. — In Q. Metellum Numidicum populum incitavit. de Legg. 3, 11, 26. — Saturninus de Metello tulit, ut ei aqua et igni interdiceretur. pro domo 31, 82. — Appuleius Saturninus Q. Metello causa exilii fuit. Schol. Bob. post red. ad pop. p. 252. — Eius lex agraria, in quam noluit iurare Metellus. Id. pro Plancio p. 272. — Inimicus L. Luculli, nihil simile habuit veterum illorum popularium. Acad. 2, 5, 14. — Appuleius Saturninus lege C. Mario tulit, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset. pro Balbo 21, 48. — Eius lex de maiestate. de Orat. 2, 25, 107. — Legem frumentariam de semissibus et trientibus tulit impeditus a Q. Caepione. Her. 1, 12, 21. — Etiam in audacia Saturnini leges Aelia et Fufia vixerunt. in Vatinium 9, 23. — C. Memmium occidit. in Catil. 4, 2, 4. — Seditiosorum omnium post Gracchos eloquentissimus visus est; magis specie tamen et motu atque ipso amictu capiebat homines, quam aut dicendi copia aut mediocritate prudentiae. Brut. 62, 224. — Is tribunus plebi cum C. Servilio Glaucia praetore Mario et Flacco coss. a. u. c. 654. publice est interfectus. Ibid. — Hostis populi Romani: a servo interfectus. pro C. Rabirio perd. 6, 18. seqq. qui locus est in primis consulendus. — C. Mario L. Valerio consulibus senatus rem publicam defendendam dedit: L. Saturninus, tribunus pl., Glaucia praetor est interfectus. Omnes illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Scaevolae, Crassi arma sumpserunt. Philipp. 8, 5, 15. — Senatus consulto C. Mario et L. Valerio consulibus permissa est res publica. Num unum diem postea L. Saturninum tribunum pl. et C. Servilium praetorem mors ac rei publicae poena remorata est? in Catil. 1, 2, 4. — Eum ne depellere quidem a se sine ferro potuit res publica. de Legg. 3, 9, 20. — Ille dies, quo Saturnini oppressa sunt arma, etiam si e re publica, rem publicam tamen volneravit. pro Milone 5, 14. — Saturninum fide captum malorum perfidia per scelus vita privavit. Her. 4, 22, 31. (Cfr. Ibid. 4, 54, 67.) — Capitolio deductus cum Glaucia praetore iugulatus est. Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 347. — C. Marii iussu. Id. pro Milone p. 277. Cfr. Cornel. II. Fragmm. 4. p. 453. Acad. 2, 24, 75. — Ascon. in Pison. p. 6.

L. Appuleius Saturninus. Atinates, cum Saturninum aedilem, cum praetorem viderunt, quod primus ille non modo in eam familiam, sed etiam in praefecturam illam sellam curulem attulisset, mirandum in modum laetati sunt. pro Plancio 8, 19. — Propraetor fuit Macedoniae: (a. u. c. 696.) civis optimus semper et mihi amicus, sed eadem timuit quae ceteri. pro Plancio 41, 100. Id est: Quamvis Ciceronis amicus, eum tamen in Macedonia metu factionis Clodianae palam amplecti non ausus est. — Eius quaestor in Macedonia fuit Cn. Plancius, cum antea eiusdem contubernalis in Creta fuisset. pro Plancio 11, 27 et 28.

Cn. (Appuleius) Saturninus, ornatissimus atque optimus vir, filius L. Appuleii Saturnini praetoris. pro Plancio 8, 19. Ibid. 12, 29. — Cn. Saturninum adolescentem Cn. Domitius reum fecit, sanequam a superiore vita invidiosum. (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 14, 1. Videtur idem, de quo Val. Max. 9, 1, 8. Gemellus tribunicius viator (a. u. c. 702.), nobilem puerum Saturninum prostituit. — (A. u. c. 711.) heres Q. Turii. ad Fam. 12, 26, 1.

Aprissius poëta (? Scaliger: Accius in Chrysippo.) Varro LL. 6, 7. p. 244.

Apronius v. Aponius.

Q. Apronius; eorum omnium, qui decumani vocabantur, princeps: hic est, quem in provincia tota Verres, cum undique nequissimos homines conquisisset, nequitia, luxuria, audacia sui simillimum iudicavit. Verr. Accusat. 3, 9, 22. Ibid. 12, 29. Ibid. 21, 54. Ibid. 23, 57. seqq. Memoratur etiam Accus. 2, 44, 108.

Apulia, pars Graeciae magnae extrema, unde Apuli dicuntur. (De scriptura *Apulia*, *Appulia*, *Appulus* cfr. Martyni-Laguna ad Lucan. 2, 608.) — Apulia maximis terrae motibus conquassata. de Divin. 1, 43, 97. — Inanissima (a praesidiis) pars Italiae et ab impetu belli civilis remotissima. ad Att. 8, 3, 4. — Pompeius in Apuliam se impegit. Ibid. Ep. 8, 1. — Per eam Caesar ad Brundisium currit. Ibid. Ep. 11, 7. Cfr. pro Rabir. perd. 3, 8. ad Att. 4, 17, 1. Ibid. 8, 8, 7. cet. — Apulia habet loca calidiora et graviora. Varro RR. 1, 6, 3. — Eius oviariae. Id. Ibid. Lib. 2. Praefat. 6. — Greges ovium longe abiguntur ex Apulia in Samnium aestivatum. Id. Ibid. Lib. 2, 1, 16. — Apuli pecuarii propter calores in montes Sabinos pecus ducunt. Id. Ibid. Lib. 3, 17, 9. — Apuli equi nobiles. Id. Ibid. Lib. 2, 7, 6. — Apulum triticum. Id. Ibid. Lib. 1, 2, 6. Cfr. Varr. LL. 5, 4. p. 34. — Apulam lanam peritus emit pluris quam Gallicanam, quod in usu firmior est. Ibid. 9, 28. p. 484.

Aqua, Ὕδωρ, sidus. Arat. v. 423.

Aquarius, sidus. Arat. v. 290. 415. de Nat. D. 2, 44, 112. — In eo dies primus est veris. Varro RR. 1, 28, 1.

Aquila v. L. Pontius Aquila.

Q. Aquila, Caesarianus a. u. c. 707. Bell. Afric. 62. (Hic quoque ex Pontiis fuisse videtur.)

Aquila, sidus. Arat. v. 328. — de Nat. D. 2, 44, 113.

Aquileia, colonia Latina, caput Carnorum in Gallia Transpadana prope Tergeste. in Vatin. 16, 38.

Aquiliense, sive, ut volt Censor Ienensis 1821. N. 95., Aquileiense portorium, quod fuerit, ignoratur. Memoratur pro Fonteio loci Niebuhr. 1, 2.

Aquillia gens, partim patricia, partim plebeia. De scriptura Aquillius cfr. Heinrich ad LL. de Rep. p. 158., qui eam praefert: et sane sic est in nummis apud Havercampium et Akermann. Borghesius tamen *Giornale Arcadico* Vol. 26. p. 53. e nummo habet L. Aqvilivs Florvs IIIVir., nisi subest error. In Codd. semper fere per simplicem litteram L scribitur.

Aquillia lex de damno s. damni iniuria. Brut. 34, 131. pro Tullio §. 8. cet.

Aquillia: putabat nonnemo Aquilliam in matrimonium ducturum esse Quintum fratrem. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 13, 5. — Q. filius ad patrem acerbissimas litteras misit, quarum erat caput, Aquilliam novercam non esse laturum. Ib. Ep. 17, 3.

C. Aquillius Gallus: homo acutus et exercitatus; eius prompta et parata in agendo et in respondendo celeritas. Operam ei dedit Ser. Sulpicius. Brut. 42, 154. — Index (recuperator) constitutus in causa P. Quintii. a. u. c. 673. passim laudatur in orat. pro Quint. v. c. 1, 1. — Amplissimae eius laudes. (a. u. c. 685.) pro Caecina 27, 77. — C. Aquillius praetor cum Cicerone (a. u. c. 688.) ambitus quaestionem exercebat. pro Cluentio 53, 147. — Collega et familiaris Ciceronis, quomodo definierit litus. Topic. 7, 32. Boëthius III. p. 333. — Iudicium de dolo malo protulit; quem dolum idem tum teneri putat, cum aliud sit simulatum, aliud actum. de Nat. D. 3, 30, 74. — Aquillius de dolo malo formulas protulit. de Off. 3, 14, 60. et 15, 61. „Formulae Aquillianae fuerunt praeceptiones cautionum in re contrahenda, e quibus tamen, si quis contra fecisset, postea actio institui posset; ergo leges mancipii, id est, leges, quae in mancipatione dicebantur inter mancipantem et eum, qui mancipio acciperet." Beier. — De aqua nostra Tusculana (Crabra) M. Tugionem (praediatorem) potius quam C. Aquillium Gallum consulebamus. pro Balbo 20, 45. — Aquillius denegavit se consulatum petiturum et iuravit morbum et illud suum regnum iudiciale opposuit. (a. u. c. 689.) ad Att. 1, 1, 1. — Egnatius graviter se acturum cum Aquillio confirmat. (a. u. c. 699.) ad Att. 4, 12. — Aquillius et Aquilliani. Varro LL. 9, 42. p. 508. — Aquillium rhetorem memo-

rat Iulius Victor p. 195. — Duce Wetzelio ad Topicorum C. 12. p. 304. Lemaire in Indice Ciceroniano p. 540. duos C. Aquillios Gallos ICtos statuit, maiorem alterum, ad quem referendi essent loci Brut. 42, 154. pro Quintio 1, 1. fortasse etiam pro Caecina 27, 77., praesertim cum ibi haec legantur: „qui *tot annos* ingenium, laborem, fidem suam populo Romano promptam expositamque praebuerit:" denique Valerii Maximi testimonium 8, 2, 2.: „C. Aquillius, vir magnae auctoritatis et scientia iuris excellens:" ubi sermo est de causa C. Viscellii Varronis ad a. u. c. circiter 675. referenda; omnino autem, inquit, parum probabile est Ser. Sulpicium operam dedisse C. Aquillio Gallo, aequali suo, si unus dumtaxat fuit huius nominis ICtus, Ciceronis in praetura collega, ad quem ex Wetzelii opinione reliqui loci omnes pertinent. Verumenimvero mihi persuasum est Ciceronem, si Ser. Sulpicii magister alius fuisset a praetore a. 688, id verbo saltem significaturum fuisse. Levis autem dubitatio, quae moveri potest ex praeturae tempore, facile solvetur, ubi statuamus Aquillium non *suo* anno, id est, aetatis quadragesimo, sed quadragesimo tertio aut quadragesimo quinto creatum esse praetorem, propter id ipsum, quod non tam negotiis officiisque publicis quam severiori et a rebus agendis alienae iurisprudentiae vacasset. Itaque, si octo decemve annos natu maior fuit Ser. Sulpicio, quidni hic ei operam dare potuerit? Nec quidquam obstat, quominus is, qui a. u. c. 673. annos XXVIII—XXX. natus recuperator fuerit in causa civili Quintiana, a. u. c. 688., annos XLIII—XLV. natus praetor factus sit. Neque haerebimus in *tot annis* Caecinianae, cum ad hanc a causa Quintiana numerentur anni XII.

M.' Aquillius pater, cos. a. u. c. 625. ex Asia victo Aristonico reversus repetundarum postulatus corruptis iudicibus evasit. Appianus B. C. 1, 22. — P. Lentulus, is, qui princeps senatus fuit (cos. a. u. c. 592., mortuus a. u. c. 635.) accusavit M' Aquillium maiorem subscriptore C. Rutilio Rufo. Divinat. 21, 69. ibique Zumpt. — M. Aquillius cos. cum Tuditano a. u. c. 625. Iis coss. sol geminatus: quo quidem anno P. Africanus sol alter exstinctus est. de Nat. D. 2, 5, 14. (cfr. de Rep. 1, 9, 14. ad Q. fratr. 3, 5, 1.) — In M'. Aquillium et in Ti. Guttam video esse subscriptum. pro Cluentio 45, 127. Utrum ad hunc, an ad sequentem referatur, incertum est.

M'. Aquillius, praecedentis, ut videtur, filius, bellum in Sicilia gessit. Verr. Accusat. 3, 54, 125. — Post illud bellum, quod M'. Aquillius confecit, sic accepimus nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse. Verr. Accusat. 5, 2, 5. — Scil. M'. Aquillius cos. a. u. c. 653, anno sequente fugitivos Sicilienses eorumque ducem Athenionem tandem delevit, postquam suscitati iam a. u. c. 616. ab Euno Syro tot per annos armis Romanis restiterant. Florus 3, 19. — Bellum in Sicilia contra fugitivos gessit et gloriose multa confecit. Schol. Bob. pro Flacco p. 246. — Siciliae civitatibus bello fugitivorum M'. Aquillius etiam mutuum frumentum dedit. de lege agr. 2, 30, 83. — Repetundarum accusatus a L. Fufio (Brut. 62, 222. Offic. 2, 14, 50., Pseudoasconius in Divin. p. 124.; non a P. Lentulo, principe senatus, ut est apud Ern. et Schuetz.) cum ipse iudices rogare nollet, M. Antonius, qui pro eo perorabat, tunicam eius diloricavit et iudicibus cicatrices adversas ostendit. de Or. 2, 28, 124. Ibid. C. 47, 195. — M'. Aquillius repetundarum ex Sicilia accusatus a. u. c. 656. a. L. Fufio; quomodo defensus a M. Antonio oratore. Verr. Accusat. 5, 1, 3. Cfr. de Offic. 2, 14, 50. — Quam multa M'. Aquillius audivit in suo iudicio? pro Fonteio 13, 28. — M'. Aquillium patres nostri multis avaritiae criminibus testimoniisque convictum, quia cum fugitivis fortiter bellum gesserat, iudicio liberaverunt. pro Flacco 39, 98. — Eum legatum populi Romani consularem vinculis ac verberibus atque omni supplicio excruciatum necavit Mithridates. pro lege Manilia 5, 11. Cfr. Dukerum ad Livii Epit. 77. Athenaeum 5, 14. Appianum B. Mithrid. c. 21. Schol. Gronov. ad Manil. p. 439. Scil. a Mitylenaeis captus et Mithridati traditus est, qui auro liquefacto in os infuso crudelissime eum necavit. — P. Crassi Muciani factum iisdem honoribus usus, qui fortissimus in bello fuisset, M'. Aquillius non potuit imitari; sed memoriam iuventutis

suae rerumque gestarum senectutis dedecore foedavit. pro Scauro 2, 2. — Prudentia ipsa hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos; multaque de M. Attilio, Q. Caepione, M'. Aquillio recordatur. Tuscul. 5, 5, 14.

Aquilo Orithyiam sustulit Athenis. de Legg. 1, 1, 3. — Aquilonis horrisonae alae. Arat. v. 247.

Aquilonalis axis. Fragmm. p. 580.

Aquinates. pro Cluentio 68, 192.

M. Aquinius, Pompeianus cum C. Saserna, Caesariano, colloquitur. Viator ab Iuba ad eum est missus, qui diceret, audiente Saserna: „Vetat te rex colloqui." Quo nuntio perterritus discessit et dicto audiens fuit regi. Qua de re indignatur Scriptor Belli Afric. 57. — Ei vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Ibid. 89.

Aquinum, oppidum Latii novi. ad Att. 5, 1, 3. ad Fam. 9, 24, 1. Ibid. 16, 24, 2. — Frequens municipium. Philipp. 2, 41, 106.

Aquinus vel Aquinius, malus poëta. Cfr. Catull. 14, 8. — Adhuc neminem cognovi poëtam (et mihi fuit cum Aquino amicitia), qui sibi non optimus videretur. Tuscul. 5, 22, 63.

Ara, sidus. Arat. v. 428. 449. — de Nat. D. 2, 44, 114. Ibid. 3, 16, 40.

Arabes. De Parthis quod quaeris, fuisse nullos puto. Arabes qui fuerunt, admixto (adscito?) Parthico ornatu, dicuntur omnes revertisse. (a. u. c. 704.) ad Fam. 3, 8, 10. — Eos Cassius in provinciam immisisse dicitur et Parthos esse Senatui renuntiasse. ad Fam. 8, 10, 2. — Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperat. de Divin. 1, 41, 92 et 94. — Arabes augurium retinent. de Legg. 2, 13, 33. — Eorum phylarchus Iamblichus laudatur ad Fam. 15, 1, 2. — Alii Arabes cum Parthis coniuncti. Ibid. 4, 7.

Arabia εὐδαίμων. Eo Pompeius cogitare dicitur. ad Att. 9, 11, 4.

Arabio. Arabioni de Sitio nihil irascor. ad Att. 15, 17, 1.

Aradus, urbs Phoenices in insula parva, continenti iuncta; Ezechieli 27, 8. Arvad, hodie Rouwadde, Ruad. ad Att. 9, 9, 2.

Aratus, homo ignarus astrologiae, ornatissimis atque optimis versibus de caelo stellisque dixit. de Or. 1, 16, 69. — Sphaerae omnem ornatum et descriptionem, sumptam ab Eudoxo, multis annis post non astrologiae scientia, sed poëtica quadam facultate versibus Aratus extulit. de Rep. 1, 14, 22. — Aratus magnis de rebus dicere exordiens a Iove incipiendum putat. de Rep. 1, 36, 56. — Eius carmina a Cicerone admodum adolescentulo conversa. de Nat. D. 2, 41, 104. — Acad. 2, 20, 66. Varro Fr. p. 281. Bip.

Aratus Sicyonius: eius res gestae enarrantur. de Off. 2, 23, 81 et 82. Est auctor foederis Achaici, cuius vitam luculenter scripsit Plutarchus; adde Polyb. Lib. 2.

Arbuscula mima, valde placuit a. u. c. 700. ad Att. 4, 15, 6. — *Satis est equitem mihi plaudere, ut audax contemptis aliis explosa* Arbuscula *dixit.* Horat. Serm. 1, 10, 76.

Arcades et Athenienses commenti sunt se de terra, tamquam hos ex arvis musculos, exstitisse. de Rep. 3, 15, 25. — Arcades se Proselenos esse asserunt. Fundan. Fragmm. 3. p. 445. — Arcades colunt Aesculapiorum primum. de Nat. D. 3, 22, 57. — Arcades Apollinem quartum Νόμιον appellant, quod ab eo se leges ferunt accepisse. de Nat. D. 3, 23, 57. — Arcades Minervam quartam Coriam nominant et quadrigarum inventricem ferunt. de Nat. D. 3, 23, 59. — Arcades familiares duo, propter alterius somnium creberrime commemorati a Stoicis. de Divin. 1, 27, 57. Ibid. 2, 65, 135. — Arcades in lupos conversi. Varro Fr. p. 361. Bip.

Arcadia: primus et secundus Iuppiter nati in Arcadia. de Nat. D. 3, 21, 53. — In ea Lusius flumen. de Nat. D. 3, 22, 57.

Arcadici asini in Graecia nobilitati. Varro RR. 2, 1, 14.

Arcanum, prope Minturnas Q. Ciceronis villa. ad Q. Fr. 2, 7. Ibid. 3, 1, 1. — Fundus Q. Ciceronis. ad Att. 5, 1, 3. — „Caesaris opus est, vel mehercule etiam elegantioris alicuius. Imagines enim istae et palaestra et piscina et nilus multorum Philotimorum est, non Diphilorum." ad Q. Fr. 3, 9, 7.

Arcesilaus sive Arcesilas floruit Olymp. 120. a. Chr. 300. Hermippo teste 75. annos natus obiit. Diog. Laërt.

4, 44. — Nihil eum scripti reliquisse tradit Plutarchus de virt. Alex. p. 238. A. Cfr. eundem de adulat. et amic. c. 22. — Arcesilas et Zeno Polemonem audiverant assidue. Zeno Arcesilam anteibat aetate. Acad. 1, 9, 35. — Arcesilas primum, qui Polemonem audierat, ex variis Platonis libris sermonibusque Socraticis hoc maxime arripuit, nihil esse certi, cet. hinc recentior Academia emanavit. de Or. 3, 18, 67. — Ab eo repetita Academia. de Nat. D. 1, 5, 11. — Socraticum disputandi morem revocavit instituitque, ut ii, qui se audire vellent, non de se quaererent, sed ipsi dicerent, quid sentirent; quod cum dixissent, ille contra; sed eum qui audiebant, quoad poterant, defendebant sententiam suam. de Finn. 2, 1, 2. — Arcesilas negabat esse quidquam, quod sciri posset, ne illud quidem ipsum, quod Socrates sibi reliquisset; sic omnia latere in occulto. Acad. 1, 12, 45. — Arcesilae calumnia conferenda non est cum Democriti verecundia. Acad. 2, 5, 14. — Cum iam philosophorum disciplinae gravissimae constitissent, tum exortus est, ut in optima re publica Ti. Gracchus, qui otium perturbaret, sic Arcesilas, qui constitutam philosophiam everteret et in eorum auctoritate delitesceret, qui negassent quidquam sciri aut percipi posse. (Verba sunt L. Luculli.) Ibid. §. 15. — Arcesilas sapientis hanc censet vim esse maximam, Zenoni assentiens, cavere ne capiatur; ne fallatur, videre. Acad. 2, 20, 66. — Arcesilas urgebat Zenonem, cum ipse falsa omnia diceret, quae sensibus viderentur, Zeno autem, nonnulla visa esse falsa, non omnia. de Nat. D. 1, 25, 70. — Arcesilas cum Zenone sibi omne certamen instituit, non pertinacia aut studio vincendi, sed earum rerum obscuritate, quae ad confessionem ignorationis adduxerant Socratem. Acad. 1, 12, 44. — Arcesilas Zenoni, ut putatur, obtrectans, dum huius definitiones labefactare volt, conatus est clarissimis rebus tenebras obducere. Acad. 2, 6, 16. (L. Luculli verba sunt.) — Eius primo non admodum probata ratio, quamquam floruit cum acumine ingenii, tum admirabili quodam lepore dicendi. Ibid. — Arcesilam non obtrectandi causa cum Zenone pugnavisse, sed verum invenire voluisse, unde intelligatur? Ac[illegible] 2. 24, 76. — Arcesilae modo et C[illegible] dis con[illegible] omne, quod propositu[illegible] dissere[illegible] de Or. 3, 21, 80. — [illegible] assensionis retention[illegible] las sibi constitit q[illegible] Acad. 2, 18, 59. — [illegible] sila, multo etiam ma[illegible] et copia rerum et [illegible] Acad. 2, 18, 60. Cfr. [illegible] Arcesilas in disserei[illegible]. Is cum arderet pod[illegible]bus visitassetque hominem [illegible] Epicuri perfamiliaris, et [illegible]ret: Mane, quaeso, inquit, Cor[illegible] ster, nihil illinc huc perve[illegible] dit pedes et pectus. de Fi[illegible], 94. — Cfr. Tuscul. 5, 37, 107 et [illegible]. de Legg. 1, 13, 39. Fragmm. p. [illegible].

Arcesilaus, sculptor incertae aetatis. (v. Sillig Catal. Art. p. 80.) Varro Fr. p. 353 et 354. Bip.

Archagathus v. M. Clodius Archagathus.

Archagathus Haluntinus, homo non solum domi, sed tota Sicilia in primis nobilis. Verr. Accusat. 4, 23, 51.

Arche, Thelxinoë, Aoede, Melete, Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda. de Nat. D. 3, 21, 54.

Archelaus, Perdiccae filius, Macedoniae rex, a. Chr. 413 — 399. in Platonis Gorgia memoratur. Tuscul. 5, 12, 34.

Archelaus, Anaxagorae discipulus. Eum Socrates audierat. Tuscul. 5, 4, 10.

Archelaus et Cassander (Panaetii aequales) summi astrologi illius aetatis, cum in ceteris astrologiae partibus excellerent, hoc (Chaldaeorum) praedictionis genere non usi sunt. de Divin. 2, 42, 88.

Archelaus. Incepta mea postremus servorum Archelaus exercitu prodito impedivit. Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min.

Archelaus. pro Rab. Postumo 8, 20. Comanorum sacerdos, gener Ptolemaei Auletae, regis Aegypti, qui Alexandriam, Ptolemaeo Aulete pulso, occuparat; de cuius genere v. Strabonem 12. p. 558. 17. p. 796. Dionem 39, 57. Adde Noris. *Cenotaph. Pis.* p. 225. Est autem filius praecedentis Archelai ducis Mithridatici contra Sullam in Graecia, ut ille docet. — Archelaus,

Comanorum sacerdos, a Pompeio devicto Mithridate praefectus, adolescens et equitatu et peditatu et pecunia paratus ex toto iis, qui novari aliquid volebant in Cappadocia. (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 4, 6.

Archelaus scribit capras auribus spiritum ducere. Varro RR. 2, 3, 5. — Quid de perdicibus — quid de leporibus tradiderit. Varro RR. 3, 11, 4 et 12, 4. — Eius epigramma de apibus. Ibid. 16, 4.

Archias poëta. Vide A. Licinius Archias.

Archidemus et Antipater, duo vel principes dialecticorum, opiniosissimi homines, multis in rebus dissentiunt. Acad. 2, 47, 143. Fuit Tarsensis. De eo vide Diog. Laërt. 7, 40, 68, 84. 88.

Archidemus Trallianus. pro Flacco 22, 53.

Archilochia Bibuli edicta, id est, acerba, ut Archilochi iambi. ad Att. 2, 20, 6. Ibid. 21, 4.

Archilochius versus. Varro Fragmm. p. 344. Bip.

Archilochus fuit regnante Romulo. Tuscul. 1, 1, 3. (Immo circa Olymp. 23. a. Chr. 688. vel numero rotundo a. Chr. 700.) — Aristophani (grammatico) Archilochi iambus longissimus quisque optimus videbatur. ad Att. 16, 11, 2. — Archilochus Parius, elegias scripsit, auctore Aristotele. Schol. Bob. pro Archia p. 358. Cfr. Orat. 1, 4. de Finn. 2, 34, 115. de Nat. D. 1, 38, 107. 3, 38, 91.

Archimedes: Syracusis captis M. Marcellus requisisse dicitur Archimedem illum, summo ingenio hominem ac disciplina; quem cum audisset interfectum, permoleste tulisse. Verr. Accusat. 4, 58, 131. (a. Chr. 212. Liv. 25, 31. Plutarch. Marcell. c. 19.) — Eius sphaeras duas M. Claudius Marcellus ex Syracusis Romam deportavit: unam domum suam, alteram venustiorem in templo Virtutis posuit. de Rep. 1, 14, 21. — Postea quam coepit rationem huius operis C. Sulpicius Gallus exponere, (inquit Philus) plus in illo Siculo ingenii, quam videretur natura humana ferre potuisse, iudicabam. cet. Ibid. §. 22. — Cfr. Ibid. 17, 28. — Cum Archimedes lunae, solis, quinque errantium motus in sphaera illigavit, effecit idem, quod ille, qui in Timaeo mundum aedificavit Platonis deus, ut tarditate et celeritate dissimillimos motus una regeret conversio. Tuscul. 1, 25, 63. — De hac sphaera cfr. Sextum Empir. adv. Math. Lib. 9. p. 577. et ibi Fabricium. — Dum in pulvere quaedam describit attentius, ne patriam quidem captam sensit. de Finn. 5, 19, 50. — E Syracusis humilem homunculum a pulvere et radio excitabo, Archimedem. Eius sepulcrum ignoratum ab Syracusanis a Cicerone quaestore indagatum ad portas Achradinas. (anno 137. post eius mortem.) Tuscul. 5, 23, 64. — De Catone (laudando) πρόβλημα Ἀρχιμήδειον est. (proverbii hoc locum obtinet de re difficili.) ad Att. 12, 4, 2. Ibid. 13, 28, 3. — Proverbium: Non Archimedes melius potuit describere. pro Cluentio 32, 87. — Cfr. Acad. 2, 36, 116. de Or. 3, 33, 132.

Archonidas Helorinus, homo nobilissimus, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 3, 56, 129. Ibid. 4, 26, 59.

Archytas Tarentinus, institutus a Philolao (non Philolai praeceptor, ut est apud Schuetzium.) de Or. 3, 34, 139. — Cum eo multum fuit Plato. de Rep. 1, 10, 16. — Ad eum scripsit Plato. de Finn. 2, 14, 44. — (Significat nonam inter Epistolas Pseudoplatonis.) — Archytas doctus homo et plane sapiens. Tuscul. 5, 23, 64. — Archytas Pythagoreus, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8. — Dicere solebat: Si quis in caelum ascendisset naturamque mundi et pulchritudinem siderum perspexisset, insuavem illam admirationem ei fore, quae iucundissima fuisset, si aliquem, cui narraret, habuisset. Lael. 23, 88. — Eius oratio contra corporis voluptatem. Cato 12, 39. — Laudatur illud Archytae, qui cum villico factus esset iratior: Quo te modo, inquit, accepissem, nisi iratus essem? Tuscul. 4, 36, 78. — Archytae irati dictum de villico. de Rep. 1, 38, 59. — Cfr. de Finn. 5, 29, 87.

Arci species s. Iris Thaumante dicitur nata. de Nat. D. 3, 20, 51.

Arcitenens, i. e. Sagittarius. Arat. v. 426.

Arctoe, sidera. Arat. v.689. Fragmm. p. 580.

Arctophylax volgo qui dicitur esse Bootes. Arat. v. 96. de Nat. D. 2, 42, 109.

Arctos. de Nat. D. 2, 43, 110. Ibid. §. 111.

Arcturus. Arat. v. 99. 431. de Nat. D. 2, 42, 110.

Arctus. Arat. v. 97. Arctus minor. Arat. v. 320.

Ardea, Latii oppidum: ibi in publico litterae (s. inscriptiones.) Varro RR. 2, 11, 10.

Ardeas ager: in eo res divina fit Nascioni deae. de Nat. D. 3, 18, 47.

Areopagitae: (Vide Athenae.) Eos primus constituit Solon. de Off. 1, 22, 75. — Areopagitae decreta sua *ὑπομνηματισμούς* vocant. ad Fam. 13, 1, 5. — Areopagitae ironice vocantur iudices Clodiani a. u. c. 693. ad Att. 1, 16, 5. — Areopagitae ab Areopago. Varro LL. 7, 2. p. 306.

Areopagus: de Divin. 1, 25, 54. — Eius consilio Atheniensium res publica regebatur. de Nat. D. 2, 29, 74. — Areopagus sublatus. de Rep. 1, 27, 43. — Areopagus, unde dictus. Varro Fr. p. 360. Bip.

Arethusa fons aquae dulcis in Insula Syracusarum, incredibili magnitudine, plenissimus piscium, qui fluctu totus operiretur, nisi munitione ac mole lapidum diiunctus esset a mari. Verr. Accusat. 4. 53, 118.

Areus (al. Araus.) Libertus, ut videtur, Attici. ad Att. 5. 9, 1.

Arganthonius, Tartessiorum rex, octoginta regnavit annos, centum et viginti vixit. Cato 19, 69. Plin. H. N. 7, 48.

Argei ab Argis, simulacra hominum XXIV. cet. Varro LL. 7, 3. p. 329. — Argeorum sacraria in XXVII. partes Urbis disposita. Varro LL. 5, 8. p. 50. De toto loco conferendi sunt K. O. Müller in *Böttiger's Archaeologie und Kunst.* 1, 1. p. 69 — 94. Platner *u. s. w. Beschreibung der Stadt Rom.* 1. p. 688. rursusque Müller in Ed. Varr. p. 18. — Argeos dictos putant a principibus, qui cum Hercule Argivo venere Romam et in Saturnia subsederunt. Varro LL. 5, 8. p. 51.

Argenteum flumen Galliae prope Forum Voconii, hodie *Argens.* ad Fam. 10, 34, 1. — Argenteus pons. Ibid. 1. 3. et 35, 2.

Argi. Vide Argos, Argus. Urbs Argolidis, unde Argius. Tusc. 1, 47, 113. Argia sacerdos est Cydippe, sacerdos Argiva Iunonis, cuius filii Cleobis et Biton ob pietatem praedicantur.

Argiletanum aedificium. Eius partem emit Q. Cicero. ad Att. 1, 14, 7. A sequente:

Argiletum, mons urbis Romae, ubi Cicerones domum aut tabernas habuisse videntur. ad Att. 12, 32, 2. — Argiletum sunt qui scripserunt ab Argola. Varro LL. 5, 32. p. 157.

Arginusae insulae tres prope Lesbum, ad quas Lacedaemoniorum dux Callicratidas ab Atheniensibus in bello Peloponnesiaco victus est. de Off. 1, 24, 84.

Argivi oratores nulli. Brut. 13, 50. — Argivi colebant Iunonem. de Nat. D. 1, 29, 82. — Responsum eis datum a Pythio Apolline. de Divin. 1, 19, 37. — *Argivi* pro *Graecis* apud Ennium. Herenn. 2, 22, 34.

Argo, navis, in qua Iason cum sociis, qui inde Argonautae dicti, Colchos navigarunt. Tuscul. 1, 20, 45. Her. 2, 22, 34. — Citiremis. Varro Fr. p. 262. Bip.

Argo, sidus. Arat. v. 370. de Nat. D. 2, 44, 114. Ibid. 3, 16, 40.

Argolas; ab eo Argiletum. Varro LL. 5. 32. p. 157.

Argolica navis, i. e. Argo, sidus. Arat. v. 523.

Argolicae classes. de Divin. 2, 30, 63.

Argolicum decus, Ulixes. de Finn. 5, 18, 49.

Argonautae regio genere ad Aeetae arietis pellem profecti. Varro RR. 2, 1, 6. — Eorum vehiculum ab Accio descriptum. de Nat. D. 2, 35, 89. de Orat. 1, 38, 174. — Eorum princeps Iason. Tusc. 4, 32, 69.

Argos *πολύπυρον* Homero dictum. Varro RR. 1, 2, 7. — Argos *ἵππιον*. Ibid. 2, 1, 9.

Argus interemptus a Mercurio quinto. de Nat. D. 3, 22, 56.

Argus dicimus, cum hominem dicimus, cum oppidum, Graecanice hoc Argos, cum Latine Argi. Varro LL. 9, 50. p. 523.

Ariadnes corona, sidus. Arat. v. 75.

Ariarathes, Ariobarzanis III. *Εὐσεβοῦς* filius, Romam venit. (a. u. c. 709.) Volt, opinor, regnum aliquod

emere a Caesare. Nam, quomodo nunc est, pedem ubi ponat in suo non habet. Omnino cum Sestius noster parochis publicis occupavit. ad Att. 13, 2, 2. — Postea rex Cappadociae post pugnam ad Philippos a. 712. Ariarathes scil. VII. Clintonio, X. Viscontio, cognomine Philadelphus.

Ariarathes, frater Ariobarzanis III. Εὐσεβοῦς, regis Cappadociae. (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 2, 6. — Memoratur etiam a scriptore Belli Alexandrini c. 66.

Aricia, Latii oppidum sub monte Albano, hodie *la Riccia.* pro Milone 19, 51. Ascon. ad Milon. p. 32. — Cippi pomoerii stant et circum Ariciam et circum Romam. Varro LL. 5, 32. p. 145.

Aricinum municipium, vetustate antiquissimum, iure foederatum, propinquitate paene finitimum, splendore municipum honestissimum: hinc Voconiae, hinc Atiniae leges; hinc multae sellae curules et patrum memoria et nostra; hinc equites Romani lautissimi et plurimi. Philipp. 3, 6, 15. de lege agr. 2, 35, 96.

Aries, sidus. Arat. v. 230. 244. caelestis. Ibid. 535. — de Nat. D. 2, 43, 111. Ibid. 44, 114.

Ariminum, Umbriae oppidum, oppressum direptumque a. u. c. 673., („composita per Sullam dictatorem re publica. Et Ariminum quidem in numero municipiorum fuisse, quibus bello captis Sulla agros ademerit, civitatem cum adimere voluerit nequiverit, effici videtur ex Orat. de domo c. 30, 79. pro Caec. 35, 102." Zumpt.) Verr. Accusat. 1, 14, 36. — Ariminum occupatum a Caesare a. u. c. 705. ad Fam. 16, 12, 2.

Ariminenses. Sulla ita tulit de civitate (Etruscis adimenda), ut non sustulerit eorum nexa atque hereditates. Iubet enim eodem iure esse, quo fuerint Ariminenses: quos quis ignorat duodecim coloniarum fuisse et a civibus Romanis hereditates capere potuisse? pro Caecina 35, 102. Recte Walter *Geschichte des röm. Rechts* p. 203. interpretatur de duodecim coloniis Latinis a M. Livio Druso a. u. c. 630. deductis. Cfr. Appian. B. C. 1, 23. Plutarch. C. Gracch. 9. 10. Igitur in Ed. min. Oratt. select. Turici 1835. restitui *duodecim*, cum in Ed. maiore recepissem Savignyi coni. *duodeviginti* scil. coloniae Latinae, quae bello Punico secundo in Romanorum fide permanserant. Liv. 27, 9 et 10. et Lib. 29, 15 et 37. — Fragmm. p. 463. Varro RR. 1, 2, 7.

Arimna pictor incertae patriae Apelle vetustior. Varro LL. 9, 6. p. 464. — Nomen est corruptum. Muellerus cogitavit de Eumaro.

Ariobarzanes I. Philorhomaeus, Cappadociae rex, regnum adiit circa a. u. c. 663. — Regnum eius totum in hostium potestate (a. u. c. 688.) pro lege Manil. 2, 5. — Regno expulsus. Ibid. 5, 12. (Restitutus est a Pompeio.)

Ariobarzanes II. Philopator, filius Ariobarzanis I. et Athenaidis reginae, ad regnum Cappadociae pervenit circa a. u. c. 690. — Consulem Romanum (A. Gabinium) ad caedem faciendam tamquam aliquem Threcem conducebat. (circa a. u. c. 697.) de prov. cons. 4, 9. — Eius interitus (a. u. c. 702.) significatur ad Fam. 15, 2, 5.

Ariobarzanes III. Eusebes et Philorhomaeus, Cappadociae rex. Eum Senatus per Ciceronem regem appellavit eique commendavit. Bibulus autem in litteris non regem, sed regis Ariobarzanis (II.) filium appellabat. ad Fam. 2, 17, 7. — A Cicerone, proconsule Ciliciae, (a. u. c. 703.) defensus. ad Fam. 15, 2, 4. — Eius laudes. Ibid. §. 8. Ibid. 4, 6. — Servatum a Cicerone Ariobarzanis cum ipso rege regnum. M. Cato ad Fam. 15, 5, 1. — Ariobarzanes opera mea vivit, regnat. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 20, 6. — Debitor M. Bruti. Ib. Lib. 6, 1, 3. — A Pompeii procuratoribus pressus. Ibid. — Nullum aerarium, nullum vectigal habet. Nihil illo regno spoliatius, nihil rege egentius. Ib. §. 4. Ib. Ep. 2, 7. — Rex perpauper. Ibid. Ep. 3, 5. — Ex Cappadocia quingentos equites Pompeio adduxit a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 4. — Eius regnum (Cappadocia) a Pharnace vastatum a. u. c. 706. Bell. Alex. 34. — (Eius interitus a. u. c. 712. Appian. B. C. 4, 63.) — Eius filius Ariarathes. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 2, 2. Hic postea Ariarathes X. Eusebes Philadelphus. — In his secutus sum Belleyum Mém. de l'Acad. des Inscr. T. 23. p. 189. Eckhelium D. N. T. 3. p. 199. et Viscontium Iconogr. Gr. Ed. Mediol. Vol. 2. p. 303. seqq. Clintonius contra

(Fast. Hellenici from the CXXIV. Olympiad. p. 436.) Ariobarzanem III. secundum appellat, Ariarathen X. septimum, nec agnoscit eum, quem mei auctores nummis atque inscriptionibus nisi Ariobarzanem II. Philopatorem vocant.

ARION Methymnaeus; ex Lesbo insula eum delphinus excepit. Tuscul. 2, 27, 67. — Citharoedus et poëta; is cum a Periandro opibus auctus cum magna pecunia Lesbon reverteretur, a nautis eius pecuniae cupidis cum se interfectum iri videret, petiit, ut sibi carmen aliquod ante mortem canere liceret. Quod cum impetrasset, sumpta cithara se in mare proiecit; ibi a delphino dorso exceptus Taenarum venit; inde Corinthum profectus rem Periandro narravit, qui nautas illos crucis supplicio affecit. Herodot. 1, 23. Schol. Pind. ad Olymp. 13. Fronto Opp. ed. Rom. 1823. p. 223. seqq. (circa a. 700. a. Chr.)

ARIS, Sardus, uxorem cum dare nollet M. Aemilio Scauro, clam ex Sardinia est fugere coactus, (ut criminabantur Scauri accusatores.) pro Scauro 1, 6. Ibid. 2, 7. seqq., ubi crimen refutatur.

ARISTAEUS, olivae (al. olivi) inventor, Apollinis filius. de Nat. D. 3, 18, 45. — Aristaeus, qui inventor olei esse dicitur (olim inculcatum erat falsum glossema: *qui, [ut Graeci ferunt, Liberi filius,] inventor olei esse dicitur:*) uno cum Libero patre apud Syracusanos erat in templo consecratus. Verr. Accusat. 4, 57, 128.

ARISTAEUS. Verr. Accus. 5, 42, 110. Falsa lectio pro ARISTEUS, ubi vide.

ARISTANDRUS Atheniensis de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

ARISTARCHEI Grammatici. Varro LL. 8. 34. p. 438. Ibid. 10, 2. p. 553. — Ab Aristarcho grammatici. Ibid. 10, 3. p. 568.

ARISTARCHUS grammaticus celebratissimus (*ὁ κορυφαῖος τῶν γραμματικῶν*) floruit a. Chr. 154. Homeri versum negat, quem non probat. ad Fam. 3, 11. 5. — Aristarchus *ὀβελίζει τὰ παρεμβεβλημένα.* ad Fam. 9, 10, 1. — Aristarchum nonnulli reprehendunt, quod haec nomina Melicertes et Philomedes similia neget esse, quod vocandi casus habet alter Melicerta, alter Philomede. Varro LL. 9, 52. p. 525. — Aristarchus cum de aequabilitate conscribit et de verborum similitudine, quorundam inclinationes sequi iubet, quoad patiatur consuetudo. Varro LL. 9, 1. p. 457. — Adversus eum scripsit Crates. Ibid. — Cfr. Ibid. 9, 31. p. 486. — Aristarchus quid responderit Crateti, adversario suo? Varro LL. 8, 38. p. 442. Cfr. LL. 6, 1. p. 185. — Mearum orationum tu Aristarchus es. ad Att. 1, 14, 3. — Te, L. Piso, non Aristarchum, sed Phalarin grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum versum, sed poëtam armis persequare. in Pison. 30, 73.

ARISTEUS, Dexonis filius, Tyndaritanus, navarchus, homo innocens a Verre securi percussus. Verr. Accusat. 5, 42, 110.

ARISTIDES impediit, quo minus ex Themistoclis consilio classis Lacedaemoniorum ad Gytheum incenderetur. de Off. 3, 11, 49. — Aristides ob eam causam expulsus est patria, quod praeter modum iustus esset. Tuscul. 5, 36, 105. — Aristidis fuga, qui unus omnium iustissimus fuisse traditur. pro Sestio 67, 141. — Aristides iustus nominatur. de Off. 3, 4, 16. — Quis Aristidem non mortuum diligit? de Finn. 5, 22, 62. — de Finn. 2, 35, 116. de Off. 3, 22, 87. — Aristidis res gestae exponuntur a Schol. Bob. pro Sestio p. 312. scilicet ex Aemilio Probo.

ARISTIDES Samius, mathematicus. Varro Fr. p. 256. Bip.

ARISTIPPUS, qui Socratem audierat, princeps eorum, qui voluptatem finem esse voluerunt; unde Cyrenaici. Acad. 2, 42, 131. — Epicurus ad voluptatem et dolorem et quae sequamur et quae fugiamus refert omnia: quod Aristippi est, a Cyrenaicisque melius liberiusque defenditur. de Finn. 1, 7, 23. Ibid. 8, 26, — Aristippus Socraticus non dubitavit summum malum dolorem dicere. Tuscul. 2, 6, 15. — Cfr. de Finn. 2, 6, 18 et 19. Ibid. 7, 20. — Simplex voluptas ei finis est bonorum. Ibid. 11, 34. Ibid. 13, 39. de Finn. 5, 7, 20. de Off. 3, 33, 116. — Aristippus, quasi animum nullum habeamus, corpus solum tuetur: Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum complectitur. Acad. 2, 45, 139. — Aristippus Socraticus non erubuit, cum esset obiectum, habere eum

Laida. „Habeo, inquit, non habeor a Laide. ad Fam. 9, 26, 2. — Eius dictum Platoni tributum. de Rep. 1, 17, 29. — Aristippus pecuniam in mare deiecit. de Inv. 2, 58, 176. — Nemo, si quid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere. de Off. 1, 41, 147. — Posse asotos ex Aristippi schola exire dicere solebat Aristo Chius. de Nat. D. 3, 31, 77.

M. Aristius tribunus mil. Caesarianus. Caesar B. Gall. 7, 42.

Aristo Alexandrinus, Peripateticus (Diog. Laërt. 5, 61. 7, 164.) Huic et Dioni Antiochus secundum fratrem (Aristum) plurimum tribuebat. Acad. 2, 4, 12.

Aristo Ceus; eius patria Iulis(Ἰουλιήτης); post Lyconem caput scholae Peripateticae, floruit circa a. ante Chr. 226. — Lyconis discipulus, concinnus et elegans; sed ea, quae desideratur a magno philosopho, gravitas in eo non fuit. Scripta sane et multa et polita; sed nescio quo pacto auctoritatem oratio non habet. de Finn. 5, 5, 13.

Aristo sermonem de senectute tribuit Tithono. Cato 1, 3. Ibi volgo Chius, sed Klotz scripsit *Aristo Ceus*. v. Diog. Laërt. 5, 64. cet. — Cfr. *Ariston von Keos der Peripatetiker von* J. G. Hubmann *in* Jahn *Neuen Jahrbüch. Dritter Supplementband* 1. *Heft. Leipzig* 1835. p. 102. seqq.

Aristo Chius, floruit circa a. ante Chr. 275. — Aristo, Zenonis discipulus, neque formam dei intelligi posse censet neque in diis sensum esse dicit, dubitatque omnino, deus animans necne sit. de Nat. D. 1, 14, 37. — Nihil rerum naturalium sciri putat posse. Acad. 2, 39, 123. — Aristo, praefractus, ferreus, nihil bonum, nisi quod rectum et honestum est, esse contendit. Fragm. p. 481. — Aristo et Pyrrho omnia exaequant. de Finn. 3, 3, 11. — Iis honestum non summum modo, sed etiam solum bonum videtur. Ibid. 4, 12. Ibid. 15, 50. — Aristo, cum Zenonis fuisset auditor, re probavit ea, quae ille verbis, nihil esse bonum nisi virtutem, neque malum, nisi quod virtuti esset contrarium; in mediis ea momenta quae Zeno voluit, nulla esse censuit. Acad. 2, 42, 130. — Multa sunt dicta ab antiquis de contemnendis ac despiciendis rebus humanis. Hoc unum Aristo tenuit: praeter vitia atque virtutes negavit rem esse ullam aut fugiendam aut expetendam. de Finn. 5, 25, 73. — Cfr. de Finn. 4, 15, 40. — Mihi videntur omnes quidem illi errasse, qui finem bonorum esse dixerunt honeste vivere. Sed alius alio magis: Pyrrho scilicet maxime, qui, virtute constituta, nihil omnino, quod appetendum sit, relinquat: deinde Aristo, qui nihil relinquere non est ausus: introduxit a tem, quibus commotus sapiens appeteret aliquid, quodcunque in mentem incideret et quodcunque tamquam occurreret. Ibid. 16, 43. — Cfr. Sextum Empir. 11, 64. p. 703. Fabric. *μὴ εἶναι προηγμένον ἀδιάφορον τὴν ὑγείαν καὶ πᾶν τὸ κατ' αὐτὴν παραπλήσιον ἔφησεν Ἀρίστων ὁ Χιος. Ἴσον γαρ ἐστι τὸ προηγμένον αὐτὴν λέγειν ἀδιάφορον τῷ ἀγαθὸν ἀξιοῦν καὶ σχεδὸν ὀνόματι μόνον διαφέρον. καθόλου γὰρ τὰ μεταξὺ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀδιάφορα μὴ ἔχειν μηδεμίαν παραλλαγήν. μηδὲ τινὰ μὲν εἶναι φύσει προηγμενα, τινὰ δὲ ἀποπροηγμένα, ἀλλὰ παρὰ τὰς διαφόρους τῶν καιρῶν περιστάσεις κ. τ. λ.* — Aristonis explosa est sententia dicentis nihil differre aliud ab alio nec esse res ullas praeter virtutes et vitia, inter quas quidquam omnino interesset. (*ἀδιαφορία.*) de Finn. 4, 17, 47. Ibid. 18, 49. Ibid. 22, 60. — Prima naturae quoniam Aristoni et Pyrrhoni omnino visa sunt pro nihilo, ut inter optime valere et gravissime aegrotare nihil prorsus dicerent interesse, recte iam pridem contra eos desitum est disputari. de Finn. 2, 13, 43. — Eius difficilis atque ardua, sed iam tamen fracta et convicta secta, quae virtutibus exceptis atque vitiis cetera in summa aequalitate ponit. de Legg. 1, 13, 38. Ibid. 21, 55. — Aristo, Pyrrho, Herillus iam diu abiecti. de Finn. 2, 11, 35. — Pyrrhonis, Aristonis, Herilli explosae eiectaeque sententiae. de Finn. 5, 8, 23. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli sententiae de finibus evanuerunt. Tuscul. 5, 30, 85. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli iam pridem explosa sententia est. de Off. 1, 2, 6. — Aristo refutatus a Chrysippo. de Finn. 4, 25, 68 et 69. Ibid. 26, 72. Ibid. 28, 78. — Aristo dicere solebat, nocere audientibus philosophos iis, qui bene dicta male

interpretarentur; posse enim asotos ex Aristippi, acerbos e Zenonis schola exire. de Nat. D. 3, 31, 77. — Eius dictum de educatione puerorum. Varro Fr. p. 321. Bip. — Cfr. Tuscul. 2, 6, 15. Tuscul. 5, 9, 27. — Diog. Laërt. 7, 2 et 163. Lactant. Instit. 7, 7.: ad virtutem capessendam nasci homines Ariston disseruit. — Marcus Aurelius Antoninus ad Frontonem p. 112. Ed. Fronton. Rom.: Aristonis libri me hac tempestate bene accipiunt atque iidem habent male; cum docent meliora, tum scilicet bene accipiunt; cum vero ostendunt, quantum ab his melioribus ingenium meum relictum sit, nimis quam saepe erubescit discipulus tuus. — Saepissime in libris confunduntur Aristo Ceus et Aristo Chius.

Aristo Massiliensis a Sulla civitate donatus. pro Balbo 22, 50.

Aristo, amicus Q. Minucii Thermi, propraetoris Asiae (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 18, 2.

Aristocles grammaticus. Varro LL. 10, 2. p. 550.

Aristocritus, servus vel libertus. ad Fam. 14, 5, 1 et 4.

Aristodamus Apolloniensis, vexatus a Verre. Verr. Accusat. 5, 7, 15.

Aristodemus, homo ignotus. ad Att. 2, 7, 5.

Aristodemus: Tragicum actorem maximis de rebus pacis et belli legatum ad Philippum Athenienses saepe miserunt. de Rep. 4, 11, 13.

Aristogito et Harmodius Graecis in ore. Tuscul. 1, 49, 116. Cfr. Herodot. 5, 55. Thucyd. 6, 12. Pausan. 1, 29.

Aristolochia radix nomen ex inventore repperit, rem ipsam inventor ex somnio. de Divin. 1, 10, 16. Ibid. 2, 20, 47. — Cfr. Scholia ad Nic. Theriac. v. 511. 517.

Aristomache. Cum Dionysius maior duas uxores haberet, Aristomachen, civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Tuscul. 5, 20, 59.

Aristomenes de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Aristonicus. Cum eo bellum gerendum fuit P. Licinio, L. Valerio coss. a. u. c. 623. de lege agr. 2, 33, 90. Philipp. 11, 8, 18. — Simulato impio testamento filium Eumenis Aristonicum, quia patrium regnum petiverat, hostium more per triumphum duxere Romani. Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Salust. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min. Ed. meae Turici 1831. p. 31. — P. Crassus, pontifex maximus bello Aristonici in Asia dedit operam, ut occideretur. Ascon. in Scaur. p. 24.

Aristophanes, comicus. Facetissimus poëta veteris comoediae, novos deos et in his colendis nocturnas pervigilationes sic vexat, ut apud eum Sabazius et quidam alii dii peregrini e civitate eiiciantur. de Legg. 2, 15, 37. — Ab eo fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus est Pericles. Orat. 9, 29. — In Oratore (9, 29.) Cicero cum confudisset Aristophanem et Eupolin, hunc errorem correctum volt. ad Att. 12, 6, 2. — Eius versiculi Acharn. 659. seqq. ad Att. 8, 8, 2. — Aristophanius anapaestus. Orat. 56, 190. — Aristophaneo modo scripta epistola Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 3, 1,6, 19.

Aristophanes Byzantius, grammaticus, Zenodoti auditor, Aristarchi magister: summo studio aetatem in litteris duxit. de Finn. 5, 19, 50. — Floruit circa a. Chr. 264. — Ei Archilochi iambus longissimus quisque optimus videbatur. ad Att. 16, 11, 2. Cfr. de Or. 3, 33, 132. — Non solum ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis lucubravi. Varro LL. 5, 1. p. 20. — Aristophanes et Apollodorus grammatici; in quibus, si non tantum acuminis, at plus litterarum quam in Chrysippo et Antipatro Tarsensi, Stoicis. Varro LL. 6, 1. p. 184. — Aristophanes grammaticus non improbandus, qui potius in quibusdam veritatem quam consuetudinem secutus est. Varro LL. 9, 6. p. 464.

Aristophanes Mallotes, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Aristoteles: Peripateticorum veterum princeps, quem excepto Platone haud scio an recte dixerim principem philosophorum. de Finn. 5, 3, 7. — Aristoteles meo iudicio in philosophia prope singularis. Acad. 2, 43, 132. — Quis omnium doctior? quis acutior, quis in rebus vel inveniendis vel iudicandis acrior Aristotele fuit? Orat. 51, 172. — Eo profecto nihil est acutius, nihil politius. Acad. 2, 46,

143. — Eloquens et in dicendo suavis atque ornatus. De Or. 1, 11, 49. — Quis Aristotele nervosior? Brut. 31, 121. — Magna animi contentio adhibenda est explicando Aristoteli. Fragmm. p. 480. — Aristoteles persecutus est animantium omnium ortus, victus, figuras. — Disserendi ab eo et Theophrasto non dialectice solum, sed etiam oratorie praecepta sunt tradita: ab Aristoteleque principe de singulis rebus in utramque partem dicendi exercitatio est instituta. — Eius ethica et politica. — Omnium fere civitatum, non Graeciae solum, sed etiam Barbariae ab Aristotele mores, instituta, disciplinas cognovimus. — Vitae autem degendae ratio maxime quidem Aristoteli et Theophrasto placuit quieta, in contemplatione et cognitione posita rerum. de Finn. 5, 4, 10. seqq. — Aristoteles veteres philosophos accusans, qui existimavissent philosophiam suis ingeniis esse perfectam, ait eos aut stultissimos aut gloriosissimos fuisse; sed se videre, quod paucis annis magna accessio facta esset, brevi tempore philosophiam plane absolutam fore. Tuscul. 3, 28, 69. — Princeps usus est maxima dicendi exercitatione de omnibus rebus in contrarias partes disserendi. Tuscul. 2, 3, 9. — Aristotelio more de omnibus rebus in utramque partem dicere. de Or. 3, 21, 80. — Aristoteles a Platone profectus, Peripateticorum nomen obtinuit. de Or. 3, 17, 62. — Eum non deterruit a scribendo amplitudo Platonis. Orat. 1, 5. — Aristoteles et Theophrastus cum Academia vetere re congruentes, genere docendi paullum differentes. de Legg. 1, 13, 38. Ibid. 21, 55. — Aristoteles cum Speusippo et Xenocrate a Platone philosophiae quasi heres relictus. Acad. 1, 4, 17. — Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti, quia disputabant ambulantes in Lyceo. Ibid. — Abundantia quadam ingenii praestabat Aristoteles (*Xenocrati et Academicis veteribus*), sed idem fons erat utrisque et eadem rerum expetendarum fugiendarumque partitio. Ibid. §. 18. — Nihil ab eo vetus Academia magno opere dissensit. de Or. 3, 18, 67. Vide Speusippus. — Aristoteles, vir summo ingenio, scientia, copia, cum motus esset Isocratis rhetoris gloria, dicere etiam coepit adolescentes docere et prudentiam cum eloquentia iungere. Tuscul. 1, 4, 7. — Aristoteles et Isocrates: horum uterque suo studio delectatus, contempsit alterum. de Off. 1, 1, 4. — Aristoteles Isocratem ipsum lacessivit. Orat. 19, 62. — Quomodo reprehenderit Isocratem; eum Philippus Alexandro filio doctorem accivit. de Or. 3, 35, 141. — Magister fuit Callisthenis. de Or. 2, 14, 58. — Aristoteles et Xenocrates nusquam tetigerunt παράδοξα. Acad. 2, 44, 136. — Aristotelem contumeliosissime vexavit Epicurus. de Nat. D. 1, 33, 93. — Minime sum admiratus eum philosophum rhetori non esse cognitum, qui ab ipsis philosophis praeter admodum paucos ignoraretur. Topic. 1, 3. — Aristotelii commentarii in bibliotheca L. Luculli. de Finn. 3, 3, 10. — Aristotelis et Theophrasti sunt duo genera librorum; unum populariter scriptum, quod ἐξωτερικόν appellabant; alterum limatius, quod in commentariis reliquerunt. Non semper idem dicere videntur; nec in summa tamen ipsa aut varietas est ulla, aut inter ipsos dissensio. de Finn. 5, 5, 12. — In singulis libris utor prooemiis, ut Ἀριστοτέλης in iis, quos ἐξωτερικούς vocat. ad Att. 4, 16, 2. — Praeclarus eius locus e libro aliquo exoterico deperdito. de Nat. D. 2, 37, 95. — Alius locus praeclarus ex scripto exoterico nunc deperdito. de Off. 2, 16, 56 et 57. — Συμβουλευτικόν (librum ad Caesarem) saepe conor: nihil reperio; et quidem mecum habeo et Ἀριστοτέλους et Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον (περὶ βασιλείας.) Sed quid simile? Illi et, quae ipsis honesta essent, scribebant et grata Alexandro. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 40, 2. Ib. Lib. 13, 28, 2. — Saepe ab Aristotele, a Theophrasto mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia. de Finn. 5, 25, 73. — Aristoteles itemque Theophrastus, excellentes viri cum subtilitate tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerunt. de Divin. 2, 1, 4. — Aristotelem Theophrastumque de rebus oratoriis non solum meliora, sed etiam multo plura quam omnes dicendi magistros scripsisse ostendunt Peripatetici. de Or. 1, 10, 43. (cfr. Ibid. 13, 55.) — Aristoteles veteres scriptores artis rhetoricae unum in locum conduxit. de Inv. 2, 2, 6. — Aristotelis liber, in quo exposuit dicendi artes omnium superiorum (τεχνῶν συναγωγή), alii, in quibus ipse sua quaedam de eadem arte dixit. de Or. 2, 38, 160. — Quid tradiderit de Siculis Corace et

Tisia, Protagora, Gorgia, Antiphonte, Lysia, Theodoro, Isocrate. Brut. 12, 46. — Aristoteles principio artis rhetoricae dicit illam artem quasi ex altera parte respondere dialecticae. Orat. 32, 114. — Aristoteles, qui arte rhetoricae plurima adiumenta atque ornamenta subministravit, tribus in generibus rerum versari rhetoris officium putavit, demonstrativo, deliberativo, iudiciali. de Inv. 1, 5, 7. Ibid. 1, 7, 9. — Rhetores ab Aristotele profecti. Ib. 1, 35, 61. — In deliberativo genere Aristoteli placet utilitatem finem esse. de Inv. 2, 51, 155. — Aristoteles quaestionum duobus generibus, infinito et certo, tertium adiunxit, laudationes. de Or. 2, 10, 43. — Tralationi et μετωνυμίαν subiungit et κατάχρησιν. Orat. 27, 94. — Aristotelis praecepta de numeris oratoriis. de Or. 3, 47, 182. — Versum in oratione vetat esse, numerum iubet. Orat. 51, 172. — Numerum adhibere necesse est, non solum (quod ait Aristoteles et Theophrastus) ne infinite feratur ut flumen oratio cet. Orat. 68, 228. — Aristoteles paeana quartum (◡◡◡ —) ut optimum probat, a quo dissentio. Orat. 63, 214. — Est, ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem, Theophrastum, Theodectem, Ephorum, paean unus aptissimus orationi vel orienti vel mediae. Ibid. 64, 218. — Aristoteles paeanem laudat. Rufinus p. 183. 191. — Aristoteles iudicat heroum numerum grandiorem quam desideret soluta oratio, iambum autem nimis e volgari esse sermone. Orat. 57, 192. — Aristotelia aut Carneadia vis oratori comprehendenda. de Or. 3, 19, 71. — Aristoteles orationis duas partes esse dicit, vocabula et verba. Varro LL. 8, 4. p. 401. — Aristoteles, quomodo logicam et dialecticam definierit. Boëth. I. p. 274. 276. — Priores posterioresque Analyticos ab Aristotele transtulit Boëthius. Ib. p. 279. — Item Topica. p. 280. 282. — Aristoteles genus argumentandi, quod per ratiocinationem expolitur, summe frequentavit. de Inv. 1, 35, 61. — Aristotelis Topica. Topic. 1. 1. et de Or. 2, 36, 152. — Aristoteles et inveniendi (τῆς τοπικῆς) et indicandi (τῆς διαλεκτικῆς τέχνης) princeps fuit. Topic. 2, 6. — Ab Aristotele loci (τόποι) appellati sunt eae quasi sedes, e quibus argumenta promuntur. Ibid. 2, 7. — Aristoteles adolescentes non ad philosophorum morem tenuiter disserendi, sed ad copiam rhetorum — exercuit: idemque locos — — quasi argumentorum notas tradidit. Orat. 14, 46. — Aristoteles σύμβολον appellat, quod Latine est nota. Topic. 8, 35. — Orpheum poëtam docet nunquam fuisse. de Nat. D. 1, 38, 107. — Primus videtur elegiacum carmen scripsisse Kallinos. Adiicit Aristoteles praeterea hoc genus poëtas Antimachum Colophonium, Archilochum Parium, Mimnermum Colophonium. Schol. Bob. pro Archia p. 358. — Aristotelis ethica a Nicomacho filio scripta. de Finn. 5, 5, 12. — De ipsa iustitia quattuor implevit sane grandes libros Aristoteles. de Rep. 3, 8, 12. — Aristoteles in statuendo fine bonorum proxime videtur accedere ad Academiam veterem. Acad. 2, 42, 131. — Aristoteli placet honestatem omni pondere graviorem habendam esse. de Off. 3, 8, 35. — Aristoteles virtutis usum cum vitae perfectae prosperitate coniunxit. de Finn. 2, 6, 19. — Aristoteles reliquique Platonis alumni aiunt se omnia, quae secundum naturam sint, bona appellare; quae autem contra, mala. de Finn. 4, 26, 72. — Aristoteles, Xenocrates, tota illa familia valetudinem, vires, divitias, gloriam, multa alia, bona esse dicunt, laudabilia non dicunt. de Finn. 4, 18, 49. Ibid. 20, 57. — Homo ad duas res, ut ait Aristoteles, ad intelligendum et agendum est natus, quasi mortalis deus. de Finn. 2, 13, 40. — Sardanapali epigramma magnopere ab eo derisum. de Finn. 2, 32, 106. — Reprehendit Sardanapali epitaphium. Tuscul. 5, 35, 101. — Post Platonem Aristoteles illustravit omnem civilem in disputando locum. de Legg. 3, 6, 14. — Locum de re publica tractavit uberrime. de Divin. 2, 1, 3. — Aristoteles, ea, quae de re publica et praestante viro scribit, ipse loquitur. ad Q. Fr. 3, 5, 1. — Eius νόμιμα βαρβαρικά. Varro LL. 7, 3. p. 351. — Aristoteles primus species, ἰδέας, labefactavit, quas mirifice Plato erat amplexatus. Acad. 1, 9, 33. — Aristoteles, flumen orationis aureum fundens, dixit ortum esse nunquam mundum, quod nulla fuerit, novo consilio inito, tam praeclari operis inceptio, et ita esse eum undique aptum, ut nulla vis tantos queat motus mutationemque moliri, nulla senectus diuturnitate temporum existere, ut hic ornatus unquam dilapsus occidat. Acad. 2, 38, 119. —

Aristoteles mundum aeternum putat. Tuscul. 1, 28, 70. — Aristoteles (ex sententia Velleii Epicurei) in tertio de philosophia libro multa turbat, a magistro Platone hoc uno non dissentiens; modo enim menti tribuit omnem divinitatem, modo mundum ipsum deum dicit esse, modo quendam alium praeficit mundo eique eas partes tribuit, ut replicatione quadam mundi motum regat atque tueatur, tum caeli ardorem deum dicit esse cet. de Nat. D. 1, 13, 33. — Aristoteles longe omnibus (Platonem semper excipio) praestans et ingenio et diligentia, cum quattuor nota illa genera principiorum esset complexus, e quibus omnia orirentur, quintam quandam naturam censet esse, e qua sit mens. Ipsum animum ἐντελέχειαν appellat novo nomine, quasi quandam continuatam motionem et perennem. Tuscul. 1, 10, 22. Ibid. 26, 65. — Eius doctrina de elementis: quintum genus, e quo essent astra mentesque, singulare ac volgo receptorum quattuor dissimile Aristoteles quiddam esse rebatur. Acad. 1, 7, 26. — Ei absurdum esse videtur in ea parte (mundi), quae sit ad gignenda animalia aptissima (scil. in aethere), animal gigni nullum putare. In aethere igitur astra gignuntur cet. de Nat. D. 2, 15, 42. — Eius doctrina de motu astrorum in orbem. Ibid. 16, 44. — Censuit, omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret. de Fato 17, 39. — Eos etiam, qui valetudinis vitio furerent et melancholici dicerentur, censebat habere aliquid in animis praesagiens et divinum. (Problem. Sect. 30. de Divin. per somnum C. 2.) de Divin. 1, 38, 81. — Aristoteles ait omnes ingeniosos melancholicos esse. Tuscul. 1, 33, 80. — Animus cum languore corporis nec membris uti nec sensibus potest, incidit in visa varia et incerta, ex reliquiis, ut ait Aristoteles (περὶ ἐνυπνίων. C. 3. Problem. Sect. 30.), inhaerentibus earum rerum, quas vigilans gesserit aut cogitaverit. de Divin. 2, 62, 128. — Aristoteles, singulari vir ingenio et paene divino, scribit somnium Eudemi, familiaris sui. de Divin. 1, 25, 53. — Ex eius sententia principium animalium exstitit nullum. Varro RR. 2, 1, 3. — Ab eo pleraque (naturalia) animadversa: quid tradiderit de gruibus? de Nat. D. 2, 49, 125. — Quid doceat de coitu taurorum. Varro RR. 2, 5, 13. — Apud Hypanim fluvium Aristoteles (Hist. An. 5, 19.) ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Tuscul. 1, 39, 94. — Dixit nonnullos undecimo mense nasci. Varro Fragm. p. 313. Bip. — Aristoteles de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8. — Aristotelis fragmentum. Fragmm. p. 486. — Aristotelia pigmenta (id est, ornamenta orationis ex Aristotelis praeceptis.) ad Att. 2, 1, 1. — Atticus sedeculam habuit sub imagine Aristotelis. ad Att. 4, 10, 1. — Cfr. Orat. 36, 127. Acad. 2, 35, 113. de Finn. 1, 2, 6. Ibid. 3, 7. de Finn. 4, 2, 3. Ibid. 6, 15. Tuscul. 5, 10, 30. Ibid. 13, 39. Ibid. 31, 87. Tuscul. 5, 37, 107. — Aristoteles nummo curat, ut Serapis, iocus Varronis Fr. p. 276. Bip. Varro Fr. p. 220. Bip. — Victorinus I. p. 23. 24. 25. 27. — Aristotelis categoriae decem. Ibid. p. 34 et 88. — Omnem habitum in bonis posuit. Victorinus p. 74. 85. 98. — Ratiocinatio quinquepertita ab Aristotele et Theophrasto frequentata est. Victorinus I. p. 103. 104. — Gloria Xenocratis motus Aristoteles philosophiam exercuit; gloria Isocratis motus rhetoricae praecepta conscripsit. Idem II. p. 120. Idem II. p. 170. Iulius Victor p. 231. Schol. Bob. pro Flacco p. 236.

Aristoteles: A. Licinius. v. Licinius Aristoteles.

Aristoxenus Tarentinus, Aristotelis discipulus. — Aristoxenus, musicus idemque philosophus, animum dixit esse ipsius corporis intentionem quandam; velut in cantu et fidibus, quae harmonia dicitur, sic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri, tamquam in cantu sonos. Hic ab artificio suo non recessit et tamen dixit aliquid, quod ipsum quale esset, erat multo ante et dictum et explanatum a Platone. Tuscul. 1, 10, 20. Ibid. 11, 24. Ibid. 18, 41. — Cum Dicaearcho nullum omnino animum esse dixit, (id est, substantiam non esse a corpore segregatam.) Ibid. 22, 51. — Magnum eius ingenium consumptum in musicis. de Finn. 5, 19, 50. — Ad eum Dicaearchus epistolam misit. ad Att. 13, 32, 2. Cfr. de Or. 3, 33, 132. ad Att. 8, 4, 1. Varro Fragm. p. 296. Bip.

Aristus Panhormitanus; ab eo phaleras nobiles abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 12, 29.

Aristus, heres veteris Academiae, hospes et familiaris Ciceronis, magister

M. Bruti. Brut. 97, 332. — Aristus frater Antiochi, Bruti magister. de Finn. 5, 3, 8. (Plutarch. Brut. 2. φίλος καὶ συμβιώτης Bruti.) — Eum Athenis audivit aliquamdiu Brutus: eius fratrem Antiochum Varro. Acad. 1, 3, 12. — Apud eum erat Cicero a. u. c. 703. ad Att. 5, 10, 5. Cfr. Acad. 2, 4, 12. Tuscul. 5, 8, 21 et 22.

Arivus deus. Varro Fr. p. 304. Bip.

Armenia Deiotaro a senatu data, detracta a Caesare. de Divin. 2, 37, 79. — Armeniam Deiotaro abstulit Caesar a senatu datam. Philipp. 2, 37, 94. Cfr. ad Fam. 9, 15, 4.

Armeniae linguae est vocabulum *Tigris*. Varro LL. 5, 20. p. 102.

Armilustrium Romae. Varro LL. 5, 32. p. 152. Ibid. 6, 3. p. 204.

Arniensis tribus (ab Arno, Etruriae flumine), ultima numerabatur. de lege agr. 2, 29, 79.

Arpi, oppidum Apuliae, a Diomede, ut perhibebant, conditum. ad Att. 9, 3, 2.

Arpinas (Ciceronis praedium) gelidis fluminibus circumfusum. Tuscul. 5, 26, 74. — Arpinas fundus Ciceronis. ad Fam. 14, 7, 3. ad Att. 5, 1, 3.

Arpinas insula habere potest germanam ἀποθέωσιν (Tulliae). ad Att. 12, 12, 1. — De hac insula in Fibreno fluvio sita cfr. de Legg. 2, 1, 1.

Arpinates honoribus municipum suorum mirandum in modum laetari solent. pro Plancio 8, 19. Cfr. ibid. §. 20. — Arpinates municipes commendati M. Bruto. ad Fam. 13, 11, 1. — Arpinatium quercus. de Legg. 1, 1, 1.

C. Arpineius, eques Ro. a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 27.

Arpinum, nunc *Castellaccio*, oppidum Latii, in confinio Samnii, in colle excelso, ad Fibrenum fluvium. — Arpinum germana Ciceronum patria. de Legg. 2, 1, 3. Ibid. 2, 2, 5. — Arpinum Aediles tres habebat: „is enim magistratus in nostro municipio nec alius ullus creari solet." ad Fam. 13, 11, 3. — Cfr. Inscriptt. mearum Latin. N. 571. Q. et M. Tulliis. Q. et M. FF. Ciceronibus IIIVireis Aed. Pot. Municipi. Arpinatum. D. D. — Recte Cn. Pompeius in oratione pro Balbo dixit, rem publicam nostram iustissimas huic municipio gratias agere posse, quod ex eo duo sui conservatores extitissent. (Marius et Cicero.) de Legg. 2, 3, 6.

Arpinus ager. Varro RR. 1, 8, 2.

Arquus s. Arcus caelestis, quia speciem habet admirabilem, Thaumante dicitur natus. de Nat. D. 3, 20, 51.

Arretina mulier, Sulla vivo, a Cicerone defensa adversus C. Cottam. pro Caecina 33, 97.

Arretini. Volaterranos et Arretinos, quorum agrum Sulla publicarat neque diviserat, in sua possessione retinebam: (quod attinebat ad legem agrariam promulgatam a Flavio tribuno pl. a. u. c. 694.) ad Att. 1, 19, 4. — Civitas iis adempta a L. Sulla. pro Caecina 33, 97. — Catilina circumfluens colonorum Arretinorum et Faesulanorum exercitu. pro Murena 24, 49.

Arretium, Etruriae oppidum (*Arezzo*), occupatum a Caesare a. u. c. 705. ad Fam. 16, 12, 2. — de Divin. 1, 35, 77.

C. Arrius proximus vicinus Ciceroni Formiis: immo iam contubernalis, qui etiam se idcirco Romam ire negabat, ut ibi secum totos dies philosopharetur; Ciceroni admodum molestus. ad Att. 2, 14, 2. Ibid. 15, 3.

Q. Arrius fuit M. Crassi quasi secundarum. Is omnibus exemplo debet esse, quantum in hac urbe polleat multorum obedire tempori multorumque vel honori vel periculo servire. His enim rebus, infimo loco natus, et honores et pecuniam et gratiam consecutus, etiam in patronorum, sine doctrina, sine ingenio, aliquem numerum pervenerat. Brut. 69, 242. — Verre praetore Q. Arrium Siculi exspectabant illi successurum esse. Verr. Accusat. 2, 15, 37. — Eum summe provincia Sicilia exspectabat; non tamen successit C. Verri. Verr. Accusat. 4, 20, 42. Occupatus scil. bello servili, Crixum fugitivorum ducem cum viginti hominum milibus cecidit, sed a Spartaco victus est. Liv. Epit. 96. — Exspectabant Arrium in provincia Sicilia successurum Verri, qui non successit. Pseudoascon. in Divin. p. 101. Schol. Gronov. in Divin. p. 382. — Caesar cum Lucceio coire per Arrium cogitabat. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 17, 11. — Q. Arrius, familiaris Ciceronis, celebratissimum epulum populo dedit circa a. u. c. 695. ad honorem patris mortui (nobis ignoti), in templo

Castoris; in quo epulo P. Vatinius atratus coenavit. in Vatinium 12, 30. Schol. Bob. in Vatin. p. 322. — Horat. Sat. 2, 3, 86 et 243. — Destitutus a Caesare in petitione consulatus a. u. c. 695. ad Att. 2, 5, 2. — Consulatum sibi ereptum fremit. Ibid. 7, 3. — Quantum Hortensio credendum sit, nescio. Me summa simulatione amoris summaque assiduitate quotidiana sceleratissime insidiosissimeque tractavit, adiuncto quoque Arrio; quorum ego consiliis, promissis, praeceptis destitutus in hanc calamitatem incidi. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 3, 8. — Q. Arrius, amicus Ciceronis. pro Milone 17, 46. (vivebat adhuc a. u. c. 702.) mortuus autem a. u. c. 708., quo Cicero Brutum scripsit. — Cum Ellendtio ad Brutum §. 242. et Borghesio (*Della gente Arria Romana e di un nuovo denario di Marco Arrio Secondo* in *Biblioteca Italiana* Tom. V. p. 57. seqq.) unum Q. Arrium apud Ciceronem agnosco praetorem a. u. c. 682. Patrem autem eius ignotum nobis esse fatendum est: nec tamen quidquam obstat, quo minus statuamus Q. Arrium a. u. c. 695. circiter quinquaginta quinque annos natum in patris honorem epulum dedisse, cum saepe aliquot annos post mortem ludi funebres epulaque darentur, qua de re confer pro Sestio 58, 124. Volgo locos in Vatin. 12, 30. ad Att. 1, 17, 11. 2, 5, 2. Ibid. 7, 3. ad Q. Fr. 1, 3, 8. pro Milone 17, 46. referunt ad Q. aliquem Arrium, praetoris filium. Borghesius contra praetoris filios fuisse censet C. Arrium (v. supra) et M. Arrium Secundum, cuius exstat denarius, Horatii l. l. *par nobile fratrum* (ironice dictum de prodigis et helluonibus.)

Arruntius, miles, quem bello Cimbrico C. Lusius tribunus mil. stuprare conatus est. Ab aliis idem narrabatur de P. Trebonio. Schol. Bob. pro Milone p. 279.

L. Arruntius, Trebatii amicus. ad Fam. 7, 18, 3. — De scriptura Aruntius et Arruntius cfr. Ruhnk. ad Vellei. 2, 86, 2., ubi item est L. Arruntius.

Arsaces XII. Phraates III., rex Parthorum. Mithridatis ad eum epistola apud Sal. Hist. 4. p. 230. Ed. Gerl. min. Ed. meae p. 30.

Arsaces XIV. Orodes, Parthorum rex. ad Fam. 8, 14, 1. Vide Orodes.

Arsinoe et Arsippus, parentes Mercurii tertii. de Nat. D. 3, 22, 57.

Arsinoe, regis Ptolemaei Auletae minor filia. Caes. Civ. 3, 112. — Per Ganymeden eunuchum nutricium suum Achillan interfecit atque ipsa sine ullo socio et custode omne imperium obtinebat. Bell. Alex. 4. — Post victoriam eam deducere ex regno statuit Caesar. Ibid. 33.

Arsinoe, Aetoliae oppidum prope Lysimachiam. in Pison. 37, 91.

Arsippus et Arsinoë, parentes Mercurii tertii. de Nat. D. 3, 22, 57.

Artabanes, conditor regni Mithridatis. Sal. Hist. 3. p. 217. (Ed. Gerl. min.)

Artavasdes s. Artuasdes, Armenius rex a. u. c. 703. ad Att. 5, 20, 2. — Eius filia pacta Deiotaro filio. Ib. Ep. 21, 2. — „Castra ad Cybistra locavi, ut Artuasdes, rex Armenius, quocunque animo esset, sciret, non procul a suis finibus exercitum populi Romani esse. (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 2, 2. — Dicebatur in Cappadociam impetum esse facturus. Ibid. 3, 1. — Est Tigranis filius a Cleopatra regina post proelium Actiacum supplicio affectus.

Artaxerxes, Xerxis filius, ad quem Themistocles confugit. — Non vidit Themistocles, quid Artaxerxi polliceretur. ad Att. 10, 8, 7. — Schol. Bob. pro Sestio p. 311.

Artemas (s. Artemidorus) servile nomen. Varro LL. 8, 9. p. 406.

Artemidorus. Testimonium C. Verris in Artemidorum. Verr. Accusat. 1, 31, 79. Fuit Lampsacenus, qui in causa Philodami aliquid egerat contra Verrem. Sine causa Pantagathus nomen Philodami reponendum censebat.

Artemidorus Aetnensis, legationis civitatis suae princeps. Verr. Accusat. 3, 44, 105.

Artemidorus Pergaeus, medicus, postea civitate Romana donatus et Cornelius dictus, ex cohorte C. Verris. Verr. Accusat. 3, 11, 28. — In sua patria dux Verri quondam et magister ad despoliandum Dianae templum fuit. Ibid. 21, 54. Ibid. 49, 117.

Artemisia, Hecatomni filia, Mausoli, Cariae regis, uxor, quae nobile illud Halicarnassi fecit sepulcrum, quamdiu vixit, vixit in luctu eodemque etiam confecta contabuit. Tuscul. 3, 31, 75.

Artemitani: ad Att. 1, 19, 4. falsa lectio pro: Arretini.

Artemo, Centuripinus, legatus et publice testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 2, 64, 156. — Homo nobilissimus. Verr. Accusat. 3, 45, 108.

Artemo, Climachias cognomine, Cephaloeditanus, sacerdotium maximum petens, contendit cum Herodoto, cive suo, Verremque corrupit. Verr. Accusat. 2, 52, 128.

Artemo Entellinus, ad iudicium Verrinum legatus publice missus cum Sositheo et Menisco. Verr. Accusat. 3, 87, 200.

Artemo Laodicensis, Andronis, Ciceronis familiaris, pater. ad Fam. 13, 67, 1.

Aruns, filius Tarquinii Superbi, a L. Iunio Bruto in proelio occisus. Tuscul. 4, 22, 50.

Arverni fratres populi Romani vocati. Scaurianae fragmentum apud Scholiastam Lucani 1, 42. p. 60. Oudend.

Ascanio, servus Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 3, 4, 5.

P. Ascitius (al. Asitius), qui dictus est et adiutor fuisse et conscius caedis Dionis Alexandrini, (iussu Ptolemaei Auletae interfecti) iudicio est liberatus. pro Caelio 10, 23.

Ascla, Sassiae servus. pro Cluentio 63, 176. (Videtur nomen corruptum. Al. *Assecla*.)

Asclapo Patrensis, medicus, commendatur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 20. — Medicus Tironis. Ibid. 16, 9, 2.

Asclepiades Acmonensis, homo improbus, testis in L. Flaccum. pro Flacco 15, 34. Schol. Bob. pro Flacco p. 238.

Asclepiades, non ignobilis Eretricus philosophus, cum quidam quaereret, quid ei caecitas attulisset, respondit, puero ut uno esset comitatior. Tuscul. 5, 39, 113.

Asclepiades Prusiensis (circa a. u. c. 660.): eo medico amicoque usus erat L. Crassus. de Or. 1, 14, 62. — Hoc loco inductus Cocchius, medicus Florentinus doctissimus, negat verum esse, quod volgo auctore Plinio H. N. 27, 3. statuunt, Asclepiadem aequalem Cn. Pompeio fuisse, in Notis ad Scriptores Chirurg. Graecos p. 154. Quod enim L. Crassus orator de eo loquitur, maiorem natu Pompeio esse debuisse adeoque errasse Plinium. Quasi non potuerit Crassi tempore paullo iunior fuisse, aut probabile sit, Plinium, diligentem scriptorem, in re errasse, quae non multum a suis temporibus abesset. Ern.

Asculani natione Picentes. pro Sulla 8, 25. — Asculanorum manus (bello sociali) interfecit M. Fonteium patrem. pro Fonteio 14, 31.

Asculum, oppidum agri Piceni. Brut. 46, 169. — Caesar Civ. 1, 15. — Asculum civitas in Piceno, unde etiam principia belli socialis arserunt. Schol. Bob. pro Sulla p. 364. — M. Ausius, adolescentulus, bello Italico captus apud Asculum. pro Cluentio 7, 21.

Asellio. Vide P. Sempronius Asellio. Apud Ernestium in Clavi et Schnetzium falso vocatur Asellius.

M. Asellius, familiaris Appianici. pro Cluentio 61, 169. Ibid. 62, 172.

Asellus. Vide Ti. Claudius Asellus.

Asia: dicitur modis duobus; nam et Asia quae non Europa, in qua etiam Syria: et Asia dicitur prioris pars Asiae, in qua est Ionia ac provincia nostra. Varro LL. 5, 2. p. 27. — Asia dicta a Nympha, a qua et Iapeto traditur Prometheus. Varro LL. 5, 6. p. 46. — Dionysum tertium regem Asiae praefuisse dicunt. de Nat. D. 3, 23, 58. — Asia provincia constat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. pro Flacco 27, 65. — Asia provincia tam opima est et fertilis, ut et ubertate agrorum et varietate fructuum et magnitudine pastionis et multitudine earum rerum, quae exportantur, facile omnibus terris antecellat. pro lege Manilia 6, 14. — Difficile est in Asia, Cilicia, Syria regnisque interiorum nationum ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quam de hoste ac de laude cogitet. pro lege Manilia 22, 64. — Asiae dioeceses. ad Att. 5, 21, 7. — Videtur non sane magna varietas esse negotiorum in administranda Asia, sed ea tota iurisdictione maxime sustineri. ad Q. Fr. 1, 1, 7, 20. — Asia (Ciceronis tempore) stabat L. Luculli institutis servandis et quasi vestigiis persequendis. Acad. 2, 1, 3. — Asia multis annis nobis fructum Mithridatico bello non tulit. de lege agr. 2, 30, 83. — Quid nos Asiae portus iuvabant, tenuissima suspicione praedonum aut hostium iniecta? de lege agr. 2, 29, 80. — Ratio aestimationis frumenti in Asia. Verr. Accusat. 3, 83, 192. — Censoria locatio constituta est Asiae lege Sempronia. Verr.

Accusat. 3, 6, 12. — In Asia plerumque obaerarii rura colunt. Varro RR. 1, 17, 2. — Asia recuperata post L. Sullam, Q. Pompeium coss. (a. u. c. 666.) de lege agr. 2, 15, 39. — Haec ratio pecuniarum, quae Romae, quae in foro versatur, implicita est cum pecuniis Asiaticis et cohaeret. pro lege Manilia 7, 19. — Asiatica creta utuntur omnes non modo in publicis, sed etiam in privatis litteris obsignandis. pro Flacco 16, 37. — Asia arva. Orat. 49, 163. — Fragmm. p. 578. — Asiatici Graeci eorumque mores describuntur pro Flacco 25, 60. Ibid. 27, 65.

Asiatica eloquentia. E Piraeeo eloquentia evecta tota Asia peregrinata est. Brut. 13, 51. — Asiatici oratores: eorum genus dicendi. Brut. 13, 51. — Asiaticorum oratorum genus: eorum vitiosa abundantia est. Opt. gen. or. 3, 8. Cfr. Orat. 69, 230. — Asiatica dictio: eius genera duo; unum sententiosum et argutum; (qualis in historia Timaeus cet.): aliud non tam sententiis frequentatum, quam verbis volucre atque incitatum; quali est nunc Asia tota, nec flumine solum orationis, sed etiam exornato et faceto genere verborum; in quo fuit Aeschylus Cnidius et meus aequalis Milesius Aeschines. In his erat admirabilis orationis cursus, ornata sententiarum concinnitas non erat. Brut. 95, 325. — Asiaticos eruditissimos homines quivis Atheniensis indoctus non verbis, sed sono vocis - - superabit. de Or. 3, 11, 43. — Asiaticus mos inclinata ululantique voce canendi. Orat. 8, 27. — Asia (i. e. rhetores Asiatici) secuta est maxime dichoreum. Orat. 63, 212. — Cicero in dialogis de re publica multa dicit referens Asianos oratores ditrochaeo clausulas terminare. Rufinus de compos. et metris orat. Ed. Capp. p. 354. Ed. meae p. 192.

Asinaria Plauti. Varro LL. 7, 4. p. 357.

Asinius, falsa lectio pro Asuvius. pro Cluentio 13, 36.

Asinius, Antonianus, senator voluntarius, lectus ipse a se. Apertam curiam vidit post Caesaris mortem: mutavit calceos; pater conscriptus repente factus est. Philipp. 13, 13, 28. Estne idem, qui ibid. 2, 3. Pollio?

Asinius Dento, nobilis sui generis, centurio primi pili sub M. Bibulo, occisus in monte Amano a. u. c. 703. ad Att. 5, 20, 4.

(Asinius) Pollio (incertum utrum C. Asinius Pollio, an alius.) a. u. c. 698. omnibus negotiis P. Lentuli Spintheris in causa Ptolemaei Auletae non interfuit solum, sed praefuit. ad Fam. 1, 6, 1.

C. Asinius Pollio equestri, ut ex Velleio 2, 128, 3. colligi posse videtur, ordine, certe ignobilibus maioribus ortus (natus a. u. c. 679.) a Caesare in bellum Parthicum profecturo Hispaniae ulteriori fuerat praefectus (Dio 45, 10.), bellum ibi contra Sex. Pompeium Cn. F. gesturus (Vell. 2, 73, 2.), ex qua Epp. 31. 32. 33. ad Fam. Lib. 10. ad Ciceronem dedit; in quibus etsi suum erga rem publicam studium declarat libertatisque cupidum se ostendit, tamen re vera firmus proposito (Vell. 2, 63, 3.) et Iulianis partibus fidus Pompeianis adversus fuit et paullo post exercitum suum Antonio tradidit; cui et insequenti tempore studuit, ita ut etiam Domitium ei conciliaret. Quod narrans Velleius (2, 76, 3.): *quisquis*, inquit, *aequum se praestiterit*, *sciat*, *hoc facto non minus a Pollione in Antonium quam ab Antonio in Pollionem esse collatum.* Eandemque ob causam ab Octaviano, ut secum contra Antonium in proelium Actiacum proficisceretur, rogatus: *Mea*, inquit, *in Antonium maiora merita sunt*, *illius in me beneficia notiora. Itaque discrimini vestro me subtraham et ero praeda victoris.* (Vell. 2, 86, 4.) Ceterum vir fuit magno ingenio, magna, ut antea Antonii, sic et deinde Augusti gratia florens (fuit potius ex illis, quos, ut Munatium Plancum, non sine odio arcano specie quidem honorabat Augustus, sed ad negotia publica curanda ac providenda adhibere minime solebat; Or.) Virgilio et Horatio, (qui Libri II. carmen primum ei inscripsit) amicissimus, summus idem orator et poëta (Virgil. Ecl. 3, 86.), tragoediarum in primis nobilis scriptor (Virgil. Ecl. 8, 10. Horat. Serm. 1, 10, 42.); historiam etiam bellorum civilium composuit XVII. libris comprehensam; cuius honorificam scriptores antiqui mentionem faciunt, v. c. Tacit. Ann. 4, 34. Sueton. Caes. 30. et de cl. Grammat. 10. Appianus B. C. 2, 82. Valer. Max. 8, 13. ext. 4. Simul tamen amore sui omnibus invidus fuit,

iis in primis, quos gloriae suae inimicos esse indicabat. Unde, ut Seneca ait Suasor. 6., infestissimus famae Ciceronis permansit, et ipse non minus quam filius vitia orationis Tullianae pluribus in locis insecutus est, teste Quintiliano 12, 1, 22.; Caesaris, referente Suetonio in Caes. 56., de bello Gallico et civili commentarios sugillavit, quasi parum diligenter parumque integra veritate compositi sint, cum Caesar de iis, quae per alios gesta erant, temere crediderit; quae per se, vel consulto vel memoria lapsus perperam ediderit. Nec minus in Livio Patavinitatem quandam notavit, auctore Quintil. 8, 1, 3. et 1, 5, 56. Orationum eius (multas enim habuit et edidit, quippe qui, ut Quintil. 12, 6, 1. narrat, multum ante quaestoriam aetatem gravissima iudicia susceperit;) quarundam mentionem facit Quintilianus locis compluribus. Quintilianus ipse ita de eo omnino iudicat 10, 1, 113.: *multa in eo inventio, summa diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videatur* (cfr. ibid. 2, 25. et 12, 10, 11.) *et consilii et animi satis; a nitore et iucunditate ita longe abest, ut videri possit seculo prior.* Quod idem significans Tacitus Dial. de Orat. 21, 13. ait: (Asinius) *videtur mihi inter Menenios et Appios studuisse.* Quibus et Seneca Ep. 16. assentitur: *compositio Pollionis salebrosa et exsiliens et, ubi minime exspectes, relictura; denique apud Pollionem omnia cadunt.* Atque propter nimiam illam eius diligentiam *tristes ac ieiuni* Pollionem aemulati esse dicuntur Quintiliano 10, 2, 17. Hinc suis orationibus teste eodem Quintil. 1, 8, 11. et 9, 4, 76. veterum poëtarum versus inseruit. Quod confirmat Tacitus Dial. de Orat. 21, 13. (Asinius) *Pacuvium et Accium non solum tragoediis, sed etiam orationibus suis expressit; adeo durus et siccus est.* De eodem seriis iocisque pariter accommodato dictum *esse eum omnium horarum* affert Quintil. 6, 3, 110. Wetzel. Consulatum gessit a. u. c. 714. ac paene ad extremum Augusti principatum duravit. Cfr. Thorbeckii Commentationem de C. Asinii Pollionis vita et scriptis. Lugd. Bat. 1820. 8. Henr. Meyeri Oratt. Rom. Fragmm. Turici 1832. 8. p. 211. seqq. Manutium ad Fam. 10, 31. De eius posteris v. Lipsium ad Tacit. Ann. 3, 75. Ryckium ad Tacit. p. 112. — „Caesarem, quod me in tanta fortuna modo cognitum vetustissimorum familiarium loco habuit, dilexi summa cum pietate et fide." ad Fam. 10, 31, 3. — „De Pollione Asinio puto te perspicere, quid facturus sit." D. Brutus ad Fam. 11, 9, 1. — Pollio inimicus M. Fadii. ad Fam. 9, 25, 3. — Asinius delatus vivus in manus militum dicitur. (a. u. c. 708.) ad Att. 12, 2, 1. — Ad Att. 12, 38, 2. Ibid. 39, 1. Ibid. 13, 20, 3.

Aspar, Numida, missus ab Iugurtha ad Bocchum, postquam Sullam accitum audierat, orator et subdole speculatum Bocchi consilia. Sal. Iug. 108. — A Boccho deceptus. Ib. 112.

Aspasia, sophistria Milesia celebratissima, Socratis in eloquentiae studio magistra, Periclis tandem uxor; de qua vide in primis Plutarch. in Pericle p. 165. ed. Wechel. (Cap. 24.) ubi accurate de eius natalibus, artibus, vitae genere agit. Ern. Inducitur in dialogo Aeschinis Socratici. de Inv. 1, 31, 51. Victorinus I. p. 98.

Aspendus, vetus oppidum et nobile in Pamphylia, plenissimum signorum optimorum; quae omnia a C. Verre evecta exportataque sunt. Atque etiam illum Aspendium citharistam, quem omnia intus canere dicebant, sustulit. Verr. Accusat. 1, 20, 53. Pseudoascon. in Act. 2. Verr. p. 173.

Asprenas. Vide Nonius Asprenas.

Assorini in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 43, 103. — Assorinus ager in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 18, 47.

Assorum, oppidum Siciliae, (hodie *Asoro*), inter Agyrium et Ennam, cuius incolae Assorini. Verr. Accusat. 4, 44, 96.

Assyria, pars Asiae maioris, ultra Tigrin. Eius rex Sardanapalus. de Finn. 2, 32, 106.

Assyrii, astrologiae inventores. de Divin. 1, 1, 2.

Astarte, eadem quae Venus quarta; quam Adonidi nupsisse traditum est. de Nat. D. 3, 23, 59.

Asteria, Latonae soror. Quartus Hercules Iovis et Asteriae. de Nat. D. 3, 16, 42. — Mater Hecatae. Ibid. 18, 46.

Astici, ἄστεος Thebarum incolae, ut legendum est de Divin. 2, 64, 133.

Astraba Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 318.

Astu Athenis. de Legg. 2, 2, 5.

Astura, flumen Latii, in quo insula eiusdem nominis, ubi Ciceronis villa. ad Fam. 6, 19, 2. ad Att. 12, 40.

Astyages; eo regnante defectio solis facta est, a Thalete praedicta. de Divin. 1, 49, 112.

Astyanax, Hectoris filius, persona tragica in Ennii Andromacha. ad Att. 4, 15, 6. — Cfr. Annotat. meam ad Sestianam §. 120. Ed. min. — „Hectoris natum de Troiano muro iactari." Ennius apud Varronem LL. 10, 3. p. 583.

Astypalaeenses (al. Astypalaea, insula maris Cretici) Achillem sanctissime colunt (colit.). de Nat. D. 3, 18, 45.

Asuvius, Larinas, adolescens pecuniosus, ab Oppianico per Avillium necatus. pro Cluentio 13, 36. seqq.

Atandrius s. Antandrius. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4. ab oppido Mysiae Atandro s. Antandro, ut Strabo appellat et volgo laudant; idque rectius videtur Wesselingio ad Hieroclem p. 661., qui habet Ἄτανδρος.

Ateius: lectio incerta: ad Q. Fr. 2, 10, 1.

Ateius philologus. Cfr. Brut. 18, 72. Ed. meae min. Osann. Analecta p. 39.

C. Ateius. C. Ateii Plaguleius (lectio incerta). ad Att. 10, 8, 3., ubi commemoratur inter Caesarianos Ciceronis inimicos.

C. Ateius Capito. Appius, bonus augur, non satis scienter virum bonum et civem egregium C. Ateium notavit, quod ementitum auspicia subscriberet. de Divin. 1, 16, 29. Is scil. diras obnuntiarat Crasso adversus Parthos proficiscenti. Origines inimicitiarum lege apud Dion. Cass. 39, 39. p. 210. Idem videtur cum C. Ateio Capitone, qui L. Munatio Planco commendatur (a. u. c. 708.) ad Famil. 13, 29, 2. et C. Ateio, cui vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 10.

L. Ateivs L. F. An.(*iensi tribu*) Capito. ad Fam. 8, 8, 5 et 6., ubi in Codd. est Atteius.

Atella, municipium Campaniae inter Capuam et Neapolin. de lege agr. 2, 31, 86.

Atellanae fabulae sive Osci ludi, dati a Cn. Pompeio a. u. c. 699. ad Fam. 7, 1, 3. — Tu, Paete, secundum Oenomaum Accii non, ut olim solebat, Atellanam, sed, ut nunc (a. u. c. 708.) fit, mimum introduxisti. ad Fam. 9, 16, 7. — Atellanae fabulae. Varro LL. 7, 3. p. 318. Ibid. C. 5. p. 362. et p. 372. — *Actoribus Graecis*] Palliatarum scilicet fabularum. In his enim, etiam si Latinae sunt, Graeca omnia servantur. Nam Latinae fabulae per pauciores agebantur personas, ut Atellanae, togatae et huiusmodi aliae. Pseudoascon. in Divin. p. 119.

Atellanius versus, quo totum omnino fatum irridebatur, significatur de Divin. 2, 10, 25.

Atellanum municipium in Campania agrum vectigalem habebat in Gallia Cisalpina. ad Fam. 13, 7, 1. — Atellanum municipium est in fide nostra. ad Q. Fr. 2, 14, 3.

Aternia et Tarpeia lex. de Rep. 2, 35, 60.

A. Aternius et Sp. Tarpeius coss. a. u. c. 299. gratam illam rem (al. legem) de multae sacramento tulerunt. de Rep. 2, 35, 60. Apud Almelov. est A. Haterius Fontinalis.

Aternus fluvius Samnii, hodie *Pescara*. Varro LL. 5, 5. p. 44.

Athamas. Eius exsultatio. de Harusp. resp. 18, 39. — Eius furor. Tuscul. 3, 5, 11. — Piso Athamante dementior. in Pison. 20, 47. Est Aeoli filius, rex Thebarum, Iunonis ira in furorem coniectus.

Athamas, servus Attici, de cuius obitu hunc consolatur ad Att. 12, 10.

Athamas, Autobulus, Timocles, formosi fratres, teneri L. Pisonis saltatores. in Pison. 36, 89.

Athamanes venditi a L. Pisone. in Pison. 40, 96. Populus est Epiri finitimus Aetolis, ad Acheloum fl.

Athenae. Vide etiam Athenienses et Attici. — Cum trinae fuerint Athenae, ab una dicti Athenaei, ab altera Athenienses, a tertia Athenaeopolitae. Varro LL. 8, 18. p. 418. — Propterea: Athenae Atticae. Orat. 7, 23. — Athenis tenue caelum, ex quo acutiores etiam putantur Attici. de Fato 4, 7. — Apollo is, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt, natus Volcano primo et Minerva. de Nat. D. 3, 22, 55. Ibid. 23, 57. — Minervae et Neptuni de Athenis certamen. Varro Fr. p. 360. Bip. — Athenis ex aede Minervae grande auri pondus ablatum a C. Verre. Verr. Accusat. 1, 17, 45.

— Athenae sempiternam in arce oleam tenere potuerunt. de Legg. 1, 1, 2. — Athenis Anaces s. Anactes culti. de Nat. D. 3, 21, 53. — Athenis Eumenidum est fanum. de Nat. D. 3, 18, 46. — Erechtheus Athenis habet et delubrum et sacerdotem. de Nat. D. 3, 19, 49. — Ibidem est Leoidum delubrum. Ibid. §. 50. — Athenis deorum honores tribuuntur iis viris, qui tyrannos necaverunt. pro Milone 29, 80. — Athenae cum multa eximia divinaque videntur peperisse atque in vitam hominum attulisse, tum nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem et mitigati sumus: Initiaque ut appellantur, ita re vera principia vitae cognovimus; neque solum cum laetitia vivendi rationem accepimus, sed etiam cum spe meliore moriendi. de Legg. 2, 14, 36. — Athenis mos a Cecrope, ut aiunt, permansit ocius terra humandi cet. de Legg. 2, 25, 63. — Athenis in libris sacrorum scriptum est *κάπρῳ καὶ πόρκῳ*. Varro LL. 5, 19. p. 100. — Summa eius urbis auctoritas. de Off. 1, 1, 1. — Athenarum urbs vetustate ea est, ut ipsa ex sese cives suos genuisse dicatur cet. pro Flacco 26, 62. Cfr. Iustin. 2, 3, 6. — Etsi Ser. Tullio regnante viguerunt Solo et Pisistratus, tamen multo diutius Athenae iam erant, quam est Roma ad hodiernum diem. Brut. 10, 39. — Lex Athenis de coronandis civibus bene de rep. meritis. Opt. gen. or. 7, 19. — In Graecis civitatibus videmus, Athenis Rhodios, Lacedaemonios, ceteros undique adscribi multarumque esse eosdem homines civitatum. Quo errore ductos vidi egomet nonnullos imperitos homines, nostros cives, Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero (demo): cum ignorarent, si illam civitatem essent adepti, hanc se perdidisse, nisi postliminio recuperassent. pro Balbo 12, 30. — Multi clarissimi viri illa urbe pulsi carere ingrata civitate quam manere in improba voluerunt. de Legg. 3, 11, 26. — Plena sunt monumenta Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis. ad Fam. 9, 16, 6. — Athenae omnium doctrinarum inventrices. de Or. 1, 4, 13. — Ea in urbe primum se orator extulit primumque etiam monumentis et litteris oratio est coepta mandari. Brut. 7, 26. — Eloquentiae studium non erat commune Graeciae, sed proprium Athenarum. Brut. 13, 49. — Athenis mos est quotannis laudari in contione eos, qui sint in proeliis interfecti, recitato Platonis Menexeno. Orat. 44, 151. — Athenas et in hanc urbem confluxerunt multi inquinate loquentes ex diversis locis. Brut. 74, 258. — Valde me Athenae delectarunt (a. u. c. 703.): urbs dumtaxat et urbis ornamentum et hominum amores in te et in nos quaedam benevolentia. „Sed multum et philosophia." *Ἄνω κάτω*. Si quid est, est in Aristo. ad Att. 5, 10, 5. — Athenis iam diu doctrina ipsorum Atheniensium interiit, domicilium tantum in illa urbe remanet studiorum, quibus vacant cives, peregrini fruuntur. de Or. 3, 11, 43. — Audio Appium *προπύλαιον* Eleusine facere. Num inepti fuerimus, si nos quoque Academiae fecerimus? Equidem valde ipsas Athenas amo. Volo esse aliquod monumentum. ad Att. 6, 1, 26. — Aliud est litteras Graecas Athenis, aliud Lilybaei didicisse. Divin. 12, 39. — Proverbium *γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας* de re supervacanea. ad Fam. 6, 3, 4. Ibid. 9, 3, 2. — Athenae laceratae a L. Pisone. in Pison. 40, 96. — Athenis commentarium consulatus sui Graece scriptum Cicero volt divolgari et in ceteris oppidis Graeciae. ad Att. 2, 1, 2.

Athenaeus. „Metram et Athenaeum, importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud (Ariobarzanem Cappadociae) regem auctoritate gratiaque constitui." (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 4, 6.

Athenaeus rhetor. Varro LL. 8, 41. p. 453.

Athenagoras de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Athenagoras Cymaeus caesus est virgis iussu L. Flacci, qui in fame frumentum exportare erat ausus. pro Flacco 7, 17.

Athenais: „Metram et Athenaeum, importunitate Athenaidis exilio multatos, maxima apud (Ariobarzanem Cappadociae) regem auctoritate gratiaque constitui." (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 4, 6. — Est regina Athenais *φιλόστοργος*, coniux Ariobarzanis II. *φιλοπάτορος* et mater Ariobarzanis III. *Εὐσεβοῦς Φιλορωμαίου*. Cfr. Eckhel

D. N. 3. p. 203. Visconti Iconogr. Gr. Ed. Mediol. Vol. 2. p. 304. Sine causa Buttmannus *Athenaidis* nomini *Archelai* nomen substituendum censuit.

Athenienses. Vide etiam Athenae et Attici. — Athenienses, unde humanitas, doctrina, religio, fruges, iura, leges ortae atque in omnes terras distributae putantur; de quorum urbis possessione propter pulchritudinem etiam inter deos certamen fuisse proditum est; quae vetustate ea est, ut ipsa ex sese suos cives genuisse dicatur et eorum eadem terra parens, altrix, patria dicatur; auctoritate autem tanta est, ut iam fractum prope ac debilitatum Graeciae nomen huius urbis laude nitatur. pro Flacco 26, 62. — Tria Graecorum genera sunt vere; quorum uni sunt Athenienses, quae gens Ionum habebatur, Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur. Ibid. 27, 64. — Atheniensium reges Cecrops, Cranaus, Amphictyon, Erichthonius, Pandion, Erechtheus. Schol. Bob. pro Sestio p. 299. — Athenienses iurare etiam publice solebant, omnem suam esse terram, quae oleam frugesve ferret. de Rep. 3, 9, 15. — Arcades et Athenienses commenti sunt, se de terra, tamquam hos ex arvis musculos, extitisse. Ibid. 15, 25. — Athenienses satis late quondam mare tenuisse dicuntur. pro lege Manilia 18, 54. — Penes eos fuit imperium Graeciae; Atheniensium potiti sunt Spartiatae. Her. 4, 25, 34. — Atheniensium civitas, dum ea rerum potita est, prudentissima fuisse traditur. pro Sex. Roscio 25, 70. — Cyrus in Asia, Lacedaemonii et Athenienses coepere urbis atque nationes subigere. Sal. Catil. 2. — Atheniensium res gestae satis amplae magnificaeque fuere, verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur. Sed quia provenere ibi scriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Atheniensium facta pro maxumis celebrantur. Sal. Catil. 8. — Utilitatis specie in re publica saepissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri. Durius etiam Athenienses, qui sciverunt, ut Aeginetis, qui classe valebant, pollices praeciderentur. Hoc visum est utile; nimis enim imminebat Aegina Piraeeo. de Off. 3, 11, 46. — Atheniensium πολιτεία a Dicaearcho descripta. ad Att. 2, 2, 2. — Atheniensium res publica Areopagi consilio regebatur. de Nat. D. 2, 29, 74. — Athenienses si quibusdam temporibus, sublato Areopago, nihil nisi populi scitis ac decretis agebant, quoniam distinctos dignitatis gradus non habebant, non tenebat ornatum suum civitas. de Rep. 1, 27, 43. Ibid. 28, 44. Ibid. 31, 47. — Apud eos magnae discordiae e factionibus ortae. de Off. 1, 25, 86. — Apud Athenienses, homines Graecos, longe a nostrorum hominum gravitate disiunctos, non deerant, qui rem publicam contra populum defenderent. pro Sestio 67, 141. — Atheniensium classis sola post hominum memoriam CCC. navibus in portum Syracusanum invasit: quae in eo ipso portu loci ipsius natura victa atque superata est. Hic primum opes illius civitatis comminutae depressaeque sunt; in hoc portu Atheniensium nobilitatis, imperii, gloriae naufragium factum existimatur. Verr. Accusat. 5, 37, 98. — Quae fuit tum Atheniensium res, cum post magnum illud Peloponnesiacum bellum triginta viri illi urbi iniustissime praefuerunt? cet. de Rep. 3, 32, 44. — In aede Telluris ieci fundamenta pacis Atheniensiumque renovavi vetus exemplum, Graecum etiam verbum (ἀμνηστία) usurpavi, quo tum in sedandis discordiis usa erat civitas illa. Philipp. 1, 1, 1. — Plato offendit populum Atheniensem prope iam desipientem senectute. ad Fam. 1, 9, 18. — Atheniensium rem publicam, quae persaepe commutata est, tum Theseus, tum Draco, tum Solo, tum Clisthenes, tum multi alii constituerunt legibus atque institutis suis; postremo exsanguem iam et iacentem doctus vir Phalereus sustentavit. de Rep. 2, 1, 2. — Athenienses cum ad senatum legatos de suis maximis rebus mitterent; tres illius aetatis nobilissimos philosophos miserunt, Carneadem et Critolaum et Diogenem. (a. u. c. 599.) de Or. 2, 37, 155. — Cultus Apollinis apud Athenienses. Varro Fr. p. 357. Bip. — Ad Apollinem publice de maioribus rebus semper rettulerunt. de Divin. 1, 54, 122. — Responsum iis de religionibus consultantibus ab Apolline Pythio datum. de Legg. 2, 16, 40. — Athenienses omnibus semper publicis consiliis divinos quosdam sacerdotes, quos μάντεις vocant, adhibuerunt. de Divin. 1, 43, 95. — Atheniensi-

bus „quod mysteria non referrent, ad quae biduo serius venerat, succensuit L. Crassus." de Or. 3, 20, 75. — Ab Atheniensibus locum sepulturae (M. Marcelli) intra urbem ut darent, impetrare non potui (Ser. Sulpicius, proconsul Achaiae, est qui scribit:) quod religione se impediri dicerent: neque tamen id antea cuiquam concesserant. Quod proximum fuit, uti in quo vellemus gymnasio eum sepeliremus, nobis permiserunt. ad Fam. 4, 12, 3. — An victus hominum Atheniensium beneficio excoli potuit, oratio non potuit? Orat. 9, 31. — Athenienses misericordes. Philipp. 5, 5, 14. — Eorundem levitatis crudelitatisque in amplissimos cives exempla etiam in gravissimam civitatem nostram dicuntur redundasse. de Rep. 1, 3, 5. — Athenienses, doctissimi homines: ex eorum tamen institutis etiam (id quod acerbissimum est) liberi civesque torquentur. Partitt. 34, 118. — Quid arbitramini Athenienses merere velle, ut amittant ex marmore Iacchum (Scopae aut Praxitelis) aut Paralum pictum (a Protogene) aut ex aere Myronis buculam? Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Athenienses opimum genus dicendi funditus repudiaverunt, quorum semper fuit prudens sincerumque iudicium, nihil ut possent nisi incorruptum audire et elegans. Orat. 8, 25. — Delectantur laude dicendi. Brut. 13, 49. — Atheniensium dies. Varro Fr. p. 207. Bip. — Cfr. de Inv. 1, 24, 35.

Athenio, rex fugitivorum in Sicilia. (a. u. c. 652.) Verr. Accusat. 3, 26, 66. Ibid. 54, 125. — Fugitivorum rex. de Harusp. resp. 12, 26. Cfr. Diod. Sic. Fragm. p. 536. Wesseling. (Ed. Dindorf. min. Vol. 4. p. 58.) — Athenio, ad Att. 2, 12, 2. vocatur Sex. Clodius, quia fuit dux servorum Romae tumultuantium, ut Athenio fugitivorum, itemque Siculus, ut Athenio.

Athenodorus, Tarsensis, Sandonis filius, Stoicus: eius sententia περὶ εὐγενείας. ad Fam. 3, 7, 5. Idem videtur esse cum sequente.

Athenodorus Calvus. Ad Athenodorum Calvum scripsi, ut mihi τὰ κεφάλαια (Posidoniani libri περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος) mitteret. ad Att. 16, 11, 5. — Misit ὑπόμνημα. Ib. Ep. 14, 4. — Fuit Caesaris Octaviani praeceptor. Cfr. Sueton. Claud. 4. Fabric. in Catal. Stoic. B. G. L. III. c. 15. De eo extant coniectanea Harkenrothi in Obss. Miscell. Nov. Vol. 1. p. 49. Laudatur etiam a Seneca de Tranquillitate 3, 1.

Atherianum Ius. Vide Haterianum.

Athos, mons Macedoniae, perfossus a Xerxe. de Finn. 2, 34, 112. — de Rep. 3. Fragmm. incert. N. 39.

Atia, filia M. Atii Balbi, Aricini, mater Caesaris Octaviani, significatur Philipp. 3, 6, 16. Cfr. Sueton. Octav. 4.

Atidius, C. Verris minister in decumis. Verr. Accusat. 3, 32, 75.

Atilii: sic certe nummi, in codd. tamen semper fere Attilii; ubi vide.

Atina, oppidum Volscorum in Latio; praefectura erat. pro Plancio 12, 30.

Atinas campus prope Atinam, in agro Volscorum. de Divin. 1, 28, 59. Ibid. 2, 67, 137.

Atinas praefectura, non tam prisca, non tam honorata, non tam suburbana quam Tusculum. pro Plancio 8, 19. — Praefectura plena virorum fortissimorum, sic ut nulla tota Italia frequentior dici possit. Ibid. §. 21.

Atinas pro Flacco 13, 31. nomen corruptum ex Atyanas; ubi vide.

Atinates semper civibus suis faverunt. Schol. Bob. pro Plancio p. 254.

Atinia lex. Verr. Accusat. 1, 42, 109. — Atiniae, Furiae leges: istae omnes de iure civili sunt: nihil continent criminum capitalium publicique iudicii. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 190.

C. Atinius Labeo bona Q. Metelli, Macedonici, qui eum ex senatu censor eiecerat, consecravit, foculo posito in Rostris adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni plebi ductus ex nonnullis perveterum temporum exemplis fraudi Metello fuit? Certe non fuit. Pro domo 47, 123. Livii Epit. 59.

Atius. Sic nummi, saepe etiam codices; haud raro tamen Attius. et constanter quidem in Attio Navio, cui formae tamen praestat altera Attus (praenomen Sabinum) Navius. Cfr. Drakenborch ad Livium 1, 36.

Atius, pigmentarius, sector infamis, similis P. Sullae. (a. u. c. 709.) ad Fam. 15, 17, 2.

C. Atius Pelignus, Pompeianus, Sulmonem tenebat; Sulmonenses portas M. Antonio aperuerunt: Atius de muro se deiecit. Ipso petente ad Caesarem mittitur: hic incolumem dimisit. Caesar Civ. 1, 18. — C. Atius Pelignus Sulmone aperuit Antonio portas. (a. u. c. 705.) ad Att. 8, 4, 3.

Sex. Atius, (al. Statius Albius) colonus, quo Sassia familiariter utebatur. pro Cluentio 62, 175.

M. Atius Balbus, Aricinus, pater Atiae, C. Caesaris Octaviani matris, in primis honestus, praetorius. Philipp. 3, 6, 16. Praetor a. u. c. 692. Pro praetore fuit in Sardinia. Cfr. Sueton. Octav. 4. Havercamp. Thes. Morel. T. 1. p. 37. — Per irrisionem vocatur Pompeii collega in viginti viratu agro Campano plebi Iulia lege dividendo a. u. c. 695. ad Att. 2, 12, 1.

C. Atius s. Attius Celsus significatur Fragm. 5. Cornelianae primae. Cfr. Madvig. App. Asc. Ped. p. 7.

Atius Dionysius. ad Fam. 12, 30, 5. Vide Dionysius.

Q. Atius Labienus, patruus T. Atii Labieni, cum Saturnino Capitolium cum occupasset, ibi occisus est a. u. c. 654., quo praecipue obtentu T. Labienus perduellionis reum fecit C. Rabirium. pro C. Rabirio perd. 5, 14 et 7, 20.

T. Atius Labienus, tribunus pl. a. u. c. 691. accusator C. Rabirii, instigatus a C. Iulio Caesare. pro C. Rabirio perd. 2, 6. Satis contumeliose a Cicerone per totam hanc orationem accipitur. — Legatus Caesaris a. u. c. 696. Caesar Gall. 1, 10. — Cfr. ad Q. Fr. 3, 7, 2. (Caesaris in Gallia legatus.) Ibid. Ep. 8, 2. — Eum a. u. c. 704. Caesar Galliae togatae praefecit, quo maiore commendatione conciliaretur ad consulatus petitionem. Bell. Gall. 8, 52. — Cingulum oppidum constituerat suaque pecunia exaedificaverat. (ante a. u. c. 705.) Caesar Civ. 1, 15. — Eius divitiae Caesaris liberalitati debitae mihi non placent. ad Att. 7, 7, 6. — Discessit ab Caesare a. u. c. 705. Ib. Ep. 11, 1. Cfr. Dionem Cass. 41, 4. *Λαβιῆνος ἐγκαταλιπὼν τὸν Καίσαρα ἐξηυτομόλησε καὶ πάντα τῷ Πομπηΐῳ τὰ ἀπόῤῥητα αὐτοῦ ἐξήγγειλε. Θαυμάσειε μὲν οὖν ἄν τις, ὅτι ἐς τὰ πρῶτα ὑπὸ τοῦ Καίσαρος ἀεί ποτε τιμηθεὶς, ὥστε καὶ πάντων τῶν ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις στρατοπέδων, ὁπότε ἐκεῖνος ἐν τῇ Ἰταλίᾳ εἴη, ἄρχειν, ἐποίησε τοῦτο. αἴτιον δέ, ὅτι αὐτός τε καὶ πλοῦτον καὶ δόξαν περιβαλόμενος ὀγκηρότερον τῆς ἡγεμονίας διάγειν ἤρξατο. καὶ ὁ Καῖσαρ παρισούμενόν οἱ αὐτὸν ἰδὼν οὐκέθ' ὁμοίως ἠγάπα. τήν τε οὖν μεταβολὴν μὴ φέρων καὶ φοβηθεὶς ἅμα μὴ πάθῃ τι, μετέστη.* — Rem Pompeii meliorem fecit (a. u. c. 705.) ad Fam. 14, 14, 2. — Labienum a Caesare discessisse propemodum constat. Si ita factum esset, ut ille Romam veniens magistratus et senatum Romae offenderet, magno usui causae nostrae fuisset. Damnasse enim sceleris hominem amicum rei publicae causa videretur; quod nunc quoque videtur: sed minus prodest; non enim habet, cui prosit; eumque arbitror poenitere. ad Att. 7, 12, 5. — Labienum *ἥρωα* iudico. Facinus iamdiu nullum civile praeclarius; qui, ut aliud nihil, hoc tamen profecit: dedit illi dolorem. Sed etiam ad summam profectum aliquid puto. Ib. Ep. 13. a. 1. — Labienus, vir mea sententia magnus, Teanum venit a. d. IX. Kal. (705.) Ibi Pompeium consulesque convenit. Aliquantum animi videtur nobis (Pompeianis) attulisse Labienus. Ib. Ep. 13. b. 7. — Pompeius ad legiones Atianas est profectus; Labienum secum habet. Ib. Ep. 15, 3. — Pompeius Labienum secum habet non dubitantem de imbecillitate Caesaris copiarum: cuius adventu Cnaeus noster multo animi plus habet. Ib. Ep. 16, 2. — Afranium exspectabimus et Petreium. Nam in Labieno parum est dignitatis. Ib. Lib. 8, 2, 3. — Maximam plagam accepit Caesar, quod is, qui summam auctoritatem in illius exercitu habebat, T. Labienus, socius sceleris esse noluit: reliquit illum et nobiscum est. ad Fam. 16, 12, 4. — Labienus, legatus Pompeii a. u. c. 706. Cum Pompeii exercitus Dyrrhachii perterritus esset, procedit iuratque se eum non deserturum eundemque casum subiturum, quemcunque ei fortuna tribuisset. Caesar Civ. 3, 13. — Cum Caesarianis de pace frustra agit. Ibid. 19. — Cum a Pompeio impetravisset, ut sibi captivos Caesarianos transdi iuberet, omnes productos ostentationis causa, quo maior perfugae fides haberetur, commilitones appellans et magna verborum

contumelia interrogans, „solerentne veterani milites fugere," in omnium conspectu interficit a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 71. — In consilio Caesaris vires stolide extenuavit iuravitque, „se nisi victorem in castra non reversurum." Caesar Civ. 3, 87. (Vides Caesarem de Labieno semper et κατ' εἰρωνείαν et contemptim loqui.) — Labienus ex Pharsalica fuga interitum exercitus Dyrrhachii nuntiavit Ciceroni. de Divin. 1, 32, 68. — Labienus, parti exercitus Scipionis Metelli praeerat in Africa a. u. c. 707. Bell. Afric. 13. — Cum Caesare confligit ad Ruspinam. Ib. 15. — Voces eius superbae. Ib. 16 et 19. — Cum Cn. Pompeio in Hispania bellum gessit adversus Caesarem a. u. c. 709. Bell. Hispan. 18. 31. — De eius exitu cfr. Dionem Cass. 48, 40. Vellei. 2, 78.: (a. u. c. 715.) „Transmarinas provincias magnis momentis ex Brutianis castris profectus ad Parthos, producto eorum exercitu in Syriam interfectoque legato Antonii (L. Decidio Saxa), concusserat; qui virtute et ductu Ventidii una cum Parthorum copiis celeberrimoque iuvenum Pacoro regis filio extinctus est." Huius Titi filii extat nummus cum epigraphe: Q. Labienvs Parthicvs Imp(erator). cfr. Havercamp. Thesaur. Morel. 1. p. 37. Akerman's *Roman coins* Vol. 1. p. 28.

Atius Rufus. Postulavit etiam L. Afranium proditionis exercitus Atius Rufus apud Pompeium, quod gestum in Hispania diceret. (a. u. c. 706.) Caesar Civ. 3, 83.

P. Atius Varus, Pompeianus, Cinguli agebat mense Ianuario a. u. c. 705. ad Att. 7, 13. b. 7. — Atianae legiones. Ib. Ep. 15, 3. non firmissimae. Ib. Ep. 20, 1. — Praesidium ex Auximo educit ac profugit. (a. u. c. 705.) Caesar Civ. 1, 13. — Deseritur a suis. Ibid. — Protinus ex fuga in Africam pervenerat atque ea sua sponte vacuam occupaverat, dilectuque habito duas legiones effecerat, hominum et locorum notitia et usu eius provinciae nactus aditus ad ea conanda, quod paucis ante annis ex praetura eam provinciam obtinuerat. Hic venientem Uticam navibus Tuberonem portu atque oppido prohibet neque affectum valetudine filium exponere in terra patitur, sed sublatis ancoris excedere eo loco cogit. Ibid. 31. — Eius res gestae in Africa adversus C. Curionem. Ib. Lib. 2, 23. seqq. — P. Atius Varus, qui praetor Africam obtinuerat, tempore belli civilis inter Caesarem et Pompeium, Uticam venit arripuitque imperium. pro Ligario 1, 3. — Imperium se habere dicebat: fasces certe habebat. Ibid 7, 22. — Varia eius incepta a. u. c. 707. Naves Caesarianas incendit. Bell. Afric. 62. — Adrumetum fugere contendit. Ib. 63. Cfr. Lucani Pharsal. 4, 667.

Q. Atius Varus, praefectus equitum, singularis et animi et prudentiae vir. Bell. Gall. 8, 28.

Atius Varus, Pompeianus Soricariae in Hispania praeerat a. u. c. 709. Bell. Hispan. 27, 31. — Est fortasse idem, qui Asinio Pollioni ad Fam. 10, 32, 2. Sex. Varus, pro consule Hispaniae.

Atlanticum mare sive Oceanus. de Rep. 6, 20, 21. (Somn. Scip. C. 6.)

Atlas, fabulosus Iapeti et Clymenes filius. — Nec Atlas sustinere caelum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore, genero, filia traderetur, nisi caelestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset. Tuscul. 5, 3, 8. Cfr. Virg. Aen. 1, 741. Ovid. Met. 4, 631. Diogenes Laërt. in Prooemio. — Atlante caelum nititur. pro Sestio 8, 19. (locus corruptus. Vide Ed. meam novissimam Turici 1834. 4. pag. 6. Scilicet legendum: *ut illo supercilio annus ille niti tamquam vade videretur.*)

L. Atratinus. Vide: L. Sempronius Atratinus.

Atratus fluvius prope Romam, nunc ignotus, sanguine fluxit. de Divin. 1, 43, 98. Ibid. 2, 27, 58.

Atreus, Pelopis filius, pater Alconis, Melampodis, Tmoli, tertiorum Dioscurorum. de Nat. D. 3, 21, 53. Ibid. C. 27, 68. Tuscul. 1, 44, 107. 4, 36, 77. de Offic. 1, 28, 97. Herenn. 4, 34, 46. — Atreus et Thyestes. Varro RR. 2, 1, 6.

Atriates Tusci: ab iis appellatum *atrium*. Varro LL. 5, 33. p. 161.

Atridae reges. Herenn. 3, 21, 34.

Q. Atrius. Eum Caesar a. u. c. 700. navibus praefecit. Caesar Gall. 5, 9.

P. Atrius, eques Ro., Pompeianus, captus a Caesare. Bell. Afric. 68. —

Ei vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 89.

Atropos. Vide Clotho.

Attae. Nihil sane Attae iuvabant, anagnostae. pro Sestio 51, 110. Locus corruptus. Madvigius coniecit: *Attici.* — „Quidam per enallagen dici putant pro Atta, qui fuerit poëta Latinus (cfr. Fronto Ed. Rom. p. 95.) Sed cum Abramio Graevius interpretatur: senes philosophos Graeculos.“ Ern. Hanc interpretationem reiiciendam esse certum est.

Attalensium agri. Hos populo Romano P. Servilii, fortissimi viri victoria adiunxit. de lege agr. 1, 2, 5. — Ibid. 2, 19, 50. Alii ad Attaleam Lydiae, alii ad Attaleam Galatiae referunt.

Attalica hereditas. Varro Fr. p. 245. Bip. Vide in Attalo III.

Attalica peripetasmata, ab Attalo rege inventa et usurpata, genus vestis auro intertextae (Plin. H. N. 8, 48.) Verr. Accusat. 4, 12, 27.

Attalici agri in Cherrhoneso publici populi Romani. de lege agr. 2, 19, 50.

Attalus I., Pergami rex. (a. Ch. 241—197.) — Megalesia (primum celebrata a. u. c. 563. a. Chr. 191.) dicta a Graecis, quod ex libris Sibyllinis arcessita ab Attalo rege Pergamâ, ubi prope murum Megalesion, templum eius deae, unde advecta Romam. Varro LL. 6, 3. p. 197. (p. 97. Müll.) (De Attalis ceterisque Pergami regibus consule Clinton *Fasti Hellenici from the* 124. *Olymp.* p. 400. seqq.)

Attalus II. Philadelphus Pergami rex. — Antiochum Magnum illum maiores nostri magna belli contentione terra marique superatum intra montem Taurum regnare iusserunt: Asiam, qua illum multarunt, Attalo, ut is regnaret in ea, condonaverunt. pro Sestio 27, 58. — Memoriae vitio h. l. Attalum II. (ante Chr. 156 — 131.) Pergami regem Cicero memorasse videtur pro Eumene II. (a. Chr. 197—156.), Romanorum socio in bello contra Antiochum Magnum.

Attalus III. Philometor, rex, magnificentissima dona P. Africano usque ad Numantiam misit ex Asia; quae Africanus inspectante exercitu accepit. pro Deiotaro 7, 19. Cfr. Schol. Ambros. pro Deiotaro p. 372. — Quamquam Liv. Epit. 57. haec narrat: *Scipio amplissima munera missa sibi ab Antiocho* (VII. Euergete, volgo Sidete) *rege Syriae, cum celare aliis imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali accepturum se esse dixit omniaque ea referre quaestorem in publicas tabulas iussit:* neutiquam cum Ursino aliisque h. l. *Antiochus Attalo* substituendus est neque de Ciceronis ipsius *ἁμαρτήματι μνημονικῷ* cogitandum; etenim ab Attalo non minus quam ab Antiocho, et simili quidem ratione, munera accipere potuit Scipio. Quae ad h. l. affert Scholiasta Ambrosianus pro solito eius more non ex aliquo scriptore deperdito, sed ex ipsius Ciceronis verbis desumpta sunt. — Idem Attalus scripsit de re rustica: Varro RR. 1, 1, 8. Est is, qui a. u. c. 621. heredem instituit populum Romanum.

Attalus Hyphemenus, s. potius Hypaepenus, necessarius M. et Q. Ciceronum. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 4, 14.

Attalus Netinus, homo pecuniosus. Verr. Accusat. 4, 26, 59.

Atteius. ad Fam. 8, 8, 5 et 6. Vide Ateius.

Attica et Atticula per iocum vocatur Caecilia, Attici filiola. ad Att. 6, 5, 4. Ibid. 12, 1, 1. Ibid. 13, 15. Ib. Ep. 17. — Atticae, quoniam, quod optimum in pueris est, hilarula est. meis verbis savium des. ad Att. 16, 11, 8. — Imitatus hoc est Pseudobrutus ad Attic. 1, 17.

Attici. Vide etiam Athenae et Athenienses. — Theseus Atticos demigrare ex agris et in astu, quod appellatur, omnes se conferre iussit. de Legg. 2, 2, 5. — Atticorum antiqua comoedia dictis urbanis et facetis referta est. de Off. 1, 29, 104. — Attici praeter ceteros Graecos in facetiis excellunt. de Or. 2, 54, 217. — Eorum maxime propria urbanitas. de Or. 3, 11, 42. — In nostris est quidam urbanorum, sicut Athenis Atticorum sonus. Brut. 46, 172. — Attici oratores. Orat. 7, 24. — Attici oratoris *χαρακτήρ*. Orat. 23, 75. — Atticorum oratorum genus. Opt. gen. or. 3, 7. et per totum opusculum. — Attici, secta oratorum Latinorum veteres Atticos, Lysiam in primis, imitantium, derisa. Brut. 82, 284. — Attici Latini iam conticuere, paene

ab ipso foro irrisi. Tuscul. 2, 1, 3. — Atticae philosophiae alumna cana Veritas. Varro Fr. p. 277. Bip. — Attica iuventus: eius mos. Varro Fr. p. 344. — Atticae oves pellitae. Varro RR. 2, 2, 18.

Attici corrupte pro Astici. de Divin. 2, 64, 133.

Atticula. Vide Attica.

Atticus. Vide T. Pomponius Atticus.

Atticus a poëta Attio, Accio, pro *Attiano*, *Acciano*: corrupte. Varro LL. 6, 8. p. 256. *Attianum* e Nunnesii coni. recepit Müllerus.

Attilia s. Atilia gens. Huius gentis partim patriciae, partim plebeiae supersunt in nummis Attilii plebeii, qui cognomina Regulorum et Saranorum gesserunt. De Attiliis optime egit Perizonius Animadvv. hist. p. 25. seqq., qui hoc stemma exhibet:

M. Attilius Regulus.

M. Attilius M. F. M. N. Regulus, cos. a. 460. Triumphavit de Etruscis. Liv. 10, 32—37.

C. Attilius M. F. M. N. Regulus, cos. a. 497. Triumphavit de Poenis. Hic Serrani (Sarani) cognomen ex sententia Sigonii accepit. Cos. iterum a. 504.

C. Attilius Serranus praetor a. 536. Liv. 21, 26 et 62. Consulatus iu a. 538. patitur repulsam. Liv. 22, 35.

L. Attilius Regulus tr. pl. 443. Liv. 9, 30.

M. Attilius Regulus.

M. Attilius M. F. L. N. Regulus cos. a. 487. Triumphavit de Sallentinis. Cos, iterum, sed suffectus a. 498. Captus a Poenis Xanthippo duce a. 499. Liv. Epit. 18.

M. Attilius M. F. M. N. cos. a. 527. Cos. iterum, sed suffectus a. 537. Censor a. 540.

C. Attilius M. F. M. N. Regulus, cos. a. 529.

A. (non M.) Attilius A. F. C. N. Calatinus, consul a. 496. triumphavit anno seq. de Poenis ex Sicilia. Cos. iterum a. 500. Dictator a. 505.

C. Attilius A. F. A. N. Bulbus consul a. 509, cos. iterum a. 519.

A. Atilius Calatinus gener Q. Fabii Verrucossi, reus proditionis oppidi Sorani, auctoritate soceri absolutus est. Val. Max. 8, 1.

C. Attilius Serranus aedilis cur. a. 560. Megalesia primus fecit et senatoria loca in ludis a plebe secrevit. Liv. 34, 54. Val. Max. 2, 4. Praetor a. 570. Liv. 39, 23.

A. Attilius C. F. C. N. Serranus, praetor a. 562. Liv. 35, 10. Praetor iterum a. 581. Liv. 41, 28. Cos. a. 584.

M. Attilius Serranus IIIVir ad colonias Cremonensem et Placentinam deducendas. a. 564. Liv. 37, 46.

Sex. Attilius Serranus cos. a. 618.

C. Attilius Serranus cos. a. 648.

Sex. Attilius Serranus Gavianus trib. pl. a. 697. Ciceronis inimicus.

Attilia Via, pro Sestio 59, 126. falsa lectio pro Appia via.

Attilii Calatini, Luscini, Acidini, homines non solum honoribus rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornati. de lege agr. 2, 24, 64. Cfr. pro Sestio 33, 72.

A. et L. Attilii, pater et filius, testes in causa A. Caecinae. pro Caecina 10, 27.

Attilius Hispaniensis, minime mendax et multarum rerum peritus in doctrina. Varro RR. 2, 4, 11.

Attilius, honestus eques Romanus, Silii propraetoris beneficio conservatus, cum Cicero in Ciliciam venisset. ad Fam. 13, 62.

C. Attilius ad Fam. 5, 10, 1. Vide Catilius.

K. Attilius ad Att. 2, 3, 1. falsa lectio pro *Auli filio*, id est, L. Afranio.

L. Attilius (al. *Acilius*) apud patres nostros appellatus est sapiens, quia prudens esse in iure civili putabatur. Lael. 2, 6. de Legg. 2, 23, 59.

M. Attilius s. Atilius, poëta comicus utique ex testimonio Volcatii Sedigiti apud Gellium N. A. 15, 24., qui quintum ei locum assignat: sed cum eius Electra memoretur de Finn. 1, 2, 5. et in loco controverso Suet. Caes. C. 84., quidni, ut alii Romanorum poëtae, et tragoedias et comoedias scribere tentarit? Parum enim veri similis est Weicherti (Poët. Lat. vit. et rel. p. 139.) opinio Sophoclis Electram ab eo Latinis versibus comice esse tractatam. — De eo Licinius: *ferreum scriptorem: verum opinor scriptorem tamen, Ut legendus sit.* (scil. haec omnia Porcio Licinio, qui Librum de poëtis scripsit, tribuenda.) de Finn. 1, 2, 5. Eius Electra male conversa e Sophoclea. Ibid. — Poëta durissimus. ad Attic. 14, 20, 3.; ubi versiculus eius (*Suam cuique sponsam, mihi meam; suum cuique amorem, mihi meum*) manifesto e comoedia petitus. — Eius *Μισογύνος*. Tuscul. 4, 11, 25. — M. Attilius (al. *Aquilius*): eius comoedia Boeotia. Varro LL. 6, 9. p. 266. Cfr. Mülleri Ed. p. 110. — M. Attilii erant comoediae *Ἄγροικος* et Commorientes, non Plauti. Varro Fr. p. 193. Bip. — Attilius *πάθη* facile moverit. Varro Fr. p. 190. Bip. — Cfr. Varro LL. 7, 5. p. 367. et p. 384. Cfr. etiam Scaligerum ad Varronem p. 246. Bip.

M. Attilius, de maiestate damnatus ante a. u. c. 684. Verr. Act. 1, 13, 39.

A. Attilius Calatinus, cos. a. u. c. 496 et 500., dictator a. u. c. 505. perterruit Karthaginem. de Rep. 1, 1, 1. (Rectum praenomen est *Aulus*, non *Marcus*. Vide Creuzerum l. l.) — Quis nostrum se dicit Attilio Calatino parem? pro Plancio 25, 60. — Ab eo Spes dea consecrata est. de Legg. 2, 11, 28. (Tacit. Ann. 2, 49.) — Ab eodem Fides dedicata. de Nat. D. 2, 23, 61. — In eum illud elogium: unum hunc plurimae consentiunt gentes populi primarium fuisse. Cato 17, 61. — Eius titulus ad portam Capenam. de Finn. 2, 35, 116. — Eius sepulcrum ad portam Capenam. Tuscul. 1, 7, 13. Cfr. de Nat. D. 2, 66, 165.

M. Attilius M. F. L. N. Regulus, consul a. u. c. 487. triumphavit de Sallentinis. Cos. iterum (sed suffectus) a. u. c. 498. Anno sequente captus a Poenis, duce Xanthippo. Liv. Epit. 18. — Eius res gestae. de Off. 1, 13, 39. — Karthaginem rediit neque eum caritas patriae retinuit nec suorum. de Off. 3, 26, 99. seqq. — Causa Reguli, redire honestum, manere utile. ad Att. 16, 11, 5. — M. Attilius Regulus redire ipse Karthaginem sua voluntate ad supplicium, quam sine iis captivis, a quibus ad senatum missus erat, Romae manere maluit. pro Sestio 59, 127. (Videtur *σφάλμα μνημονικὸν* a Cicerone commissum. Cfr. Edit. meam minorem p. 203.) — Ad supplicium est profectus, ut fidem hosti datam conservaret. Cato 20, 74. — Cruciatus a Karthaginiensibus. Philipp. 11, 4, 9. — Eum Karthaginienses resectis palpebris, illigatum in machina vigilando necaverunt. in Pison. 19, 43. — In potestate hostium vigiliis et inedia necatus est. de Finn. 5, 27, 82. Ibid. 29, 88. — Poenorum crudelitati Reguli corpus est praebitum. de Nat. D. 3, 32, 80. — Eum nec aerumnosum nec infelicem nec miserum unquam putavi. Parad. 2, 16. — Eum, cum sua voluntate, nulla vi coactus praeter fide, quam dederat hosti, ex patria Karthaginem revertisset, tum ipsum, cum vigiliis et fame cruciaretur, clamat virtus beatiorem fuisse quam potantem in rosa Thorium. de Finn. 2, 20, 65. — Prudentia ipsa hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos; multaque de M. Attilio, Q. Caepione, M'. Aquillio recordatur. Tuscul. 5, 5, 14. — Regulus cognomen etiam Livineiorum; cfr. ad Fam. 13, 60, 1. et ad Att. 3, 17, 1.

C. Attilius Serranus. Attilium sua manu spargentem semen, qui missi erant, convenerunt. pro Sex. Roscio 18, 50. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 431. falso ei *Marci* praenomen tribuit. — Cfr. de eo Val. Max. 4, 4. De eius paupertate legatur Columella de RR. Lib. 1. initio. Plin. H. N. 18, 5. — Hic est C. Attilius M. F. M. N. Regulus, qui primus Serrani cognomen sive potius, ut est in nummis, Sarani, accepit non tam a *serendo*, quam a *Sarano*, Umbriae oppido. (Perizon. Animadvv. hist. p. 34.) Consul fuit a. u. c. 497. iterum a. 504. Non

autem fuit filius illius Reguli, qui a Poenis captus est, uti volgo putant.

C. Attilius Serranus, aedilis curulis a. u. c. 560. Ascon. in Cornel. p. 69.

C. Attilius Serranus, cos. a. u. c. 648. stultissimus homo, sed nobilis, praelatus in petitione consulatus Q. Catulo. pro Plancio 5, 12. — Is, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21.

Sex. Attilius Serranus et P. Furius Philus coss. a. u. c. 618. rogationem tulerunt de C. Hostilio Mancino Numantinis dedendo. de Off. 3, 30, 109. Cfr. ad Att. 12, 5, 3.

Sex. Attilius Serranus, tribunus pl. a. u. c. 697. inimicus Ciceronis. pro Sestio 33, 72. *Gavianus*, a Gavio (Caepione) adoptatus dicitur ibid. 34, 74. Ibid. 39, 85. Ibid. 43, 94. — Intercedit SCto de aedibus Ciceroni restituendis, sed paullo post concessit. ad Att. 4, 2, 4. — Ab eo sanctissima sacella suffossa et inaedificata sunt. de Harusp. resp. 15, 32. — Ciceronis adversarius, ad cuius pedes Cn. Oppius flens iacuit frustra. Post red. ad Quir. 5, 12. — Sex. Attilius Serranus, tribunus pl. „de lapide emptus" Ciceroni dicitur. Ascon. in Pison. p. 11.

(Attilius?) Serranus Domesticus. Serrani Domestici filii funus perluctuosum fuit a. d. IIX. Kal. Dec. (a. u. c. 700.) Laudavit pater scripto meo. ad Q. Fr. 3, 8, 5.

Attius. Vide partim Accius, partim Atius.

Attius Navius. Vide Navius (Attus.)

Attus, praenomen Curiatii, sponsi Horatiae. Schol. Bob. pro Milone p. 277.

Atyanas (Hippocratis filius) Adramytenus, pugil Olympionices a. u. c. 682. pro Flacco 13, 31. Phlegon Trall. apud Phot. Bibl. 92. p. 146. Hoesch. p. 80. Beck.

Auctus s. Aucius (al. *Aristus*, *Acilius*) proconsul, Sulpicii successor. Ad eum est Epistola 50. Lib. 13. ad Fam. Nomen est corruptum.

Aufidia gens plebeia fuit: familiae Lurcones, Orestae, Rustici et Gemelli.

Aufidianum nomen. ad Fam. 16, 19. debitum Aufidii.

Aufidius ad Att. 1, 1, 1. falsa lectio pro: *Auli filius*, id est, L. Afranius.

Cn. Aufidius. Pueris nobis . A fidius praetorius (caecus) et ... sententiam dicebat nec amicis rantibus deerat, et Graecam s... historiam et videbat in litteris. 5, 38, 112. — Equidem e Cn. praetorio, erudito homine ocul... saepe audiebam, cum se lucis magi... consulatus desiderio moveri diceret. — Finn. 5, 19, 54. — Eius constantia in orbitate. Fragmm. p. 490. — Adoptavit Cn. Aurelium Orestem. pro domo 13, 35. — Quaestor fuit a. u. c. 635., tribunus pl. a. u. c. 640., in quo tribunatu tulit legem Aufidiam. Cfr. Plin. H. N. 8, 17. Praetor fuit a. u. c. 646. — Ad summam senectutem pervenit, itaque Cicero eum puer praetorium vidit.

P. Aufidius Pontianus, Amiterninus. Varro RR. 2, 9, 6.

Sex. Aufidius (a. u. c. 711.) heres Q. Turii. ad Fam. 12, 26, 1. Ibid. Ep. 27., ubi laudatur et commendatur Cornificio Africae proconsuli.

T. Aufidius, propraetor Asiae; pro Flacco 19, 45. Quaestor fuerat a. u. c. 670. Asiam obtinuisse videtur post Neronem, ante Vatinium. Idem fortasse cum sequente.

T. Aufidius, qui vixit ad summam senectutem, volebat esse similis T. Iuventii et P. Orbii eratque et bonus vir et innocens, sed dicebat parum: frater M. Vergilii. Brut. 48, 179.

M. Aufidius Lurco, testis in L. Flaccum. pro Flacco 4, 10. — Vir optimus, meus familiaris. Ibid. 34, 86. seqq. Idem fortasse cum sequente.

Aufidius Lurco, tribunus pl. a. u. c. 693. legem de ambitu bono auspicio claudus homo promulgavit. ad Att. 1, 16, 13. — Bono scil. auspicio Cicero ait εἰρωνικῶς, ideoque eum dicit Aelia et Fufia lege solutum, quae nihil nisi auspicato geri in comitiis iusserat. — M. Aufidius a. u. c. 702. accusavit et damnavit Sex. Clodium. Ascon. in Milon. p. 55. — Hic est, qui e pavonum pastu, quem primus instituit, LX. milia quotannis redegisse dicitur Varroni RR. 3, 6, quamquam Victorius non audet definire. Cfr. Plin. H. N. 10, 20.

Cn. Aufidius Orestes Aurelianus, praetor a. u. c. 677. cos. a. u. c. 683. cum P. Lentulo Sura. — Orestes (ex gente Aurelia) adoptatus a Cn. Aufi-

dio. Pro domo 13, 35. — Tribunus plebi non est factus. pro Plancio 21, 52. — Ei prandia in semitis decumae nomine magno honori fuerunt. de Off. 2, 17, 58.

Aufius nomen corruptum (al. *Alfius*, *Offius*) homo semper amans mei. ad Att. 6, 1, 10. — Corradus coniiciebat legendum esse *C. Alfium*, Ernestius *Aufidium* scil. Lurconem. Sed Corradi sententia propensior est ad veritatem; nam Aufidium Lurconem Cicero non videtur amasse. Schuetz. Vide M. Aufidius Lurco.

Augurales libri Romanorum opponuntur Etruscorum haruspicinis et fulguralibus et tonitrualibus. de Divin. 1, 33, 72. Cfr. de Divin. 2, 18, 42. (ubi fragm. eorum.) — Augurales libri significant provocationem etiam a regibus fuisse. de Rep. 2, 31, 54. — In iis dictator magister populi appellabatur. de Rep. 1, 40, 63. — In iis *terra* scripta cum R uno. Varro LL. 5, 4. p. 30. Cfr. 5, 4. p. 34. 5, 10. p. 64. 7, 3. p. 337.

Augures publici, interpretes Iovis Opt. Max. de Legg. 2, 8, 21. — Augurum collegium: in eo ut quisque aetate antecedit, ita sententiae principatum tenet. Cato 18, 64. — Augures singulis Nonis commentandi causa conveniebant. Lael. 2, 7. — Inter se quondam colloquebantur Nonis. de Divin. 1, 41, 90. — Ab auguribus nunc auspicia ignorantur. de Divin. 1, 15, 25. — Eorum formulae: Varro LL. 6, 7. p. 241. et 7, 2. p. 290.

M. Aulanus, tribunus militum C. Antonii consulis, homo perditus, a P. Sestio Capua eiectus; nomen, ut videtur, corruptum. pro Sestio 4, 9.

Auletes, pro Rab. Post. 10, 28. est cognomen Ptolemaei, qui regno pulsus est. Vide Ptolemaeus Auletes.

Auli Filius. ad Att. 1, 1, 1. Ibid. 16, 12. Ibid. 18, 5. Ibid. 20, 5. Ibid. 2, 3, 1. est L. Afranius consul a. u. c. 694.

Aulis. Tuscul. 1, 48, 116. portus Boeotiae ad Euripum, unde classis Graecorum Troiam profectura solvit. — Aulis: *Argolicis vestita est classibus.* de Divin. 2, 30, 63.

Aulus, falsa, ut videtur, lectio pro Avius. ad Att. 12, 5, 2. et 13, 4, 2. Cogitabat tamen priore loco nonnemo de Aulo Silio.

Aulus. ad Att. 6, 2, 7. est Aulus Gabinius.

Aurata. Vide C. Sergius Orata.

Aurelia gens plebeia. Cognomina Cotta, Orestes, Rufus, Scaurus.

Aurelia Orestilla, Catilinae uxor, mulier libidinosa, cuius praeter formam nihil umquam bonus laudavit. — Sal. Catil. 15 et 35. Cfr. ad Fam. 9, 22, 4. — Eius filia desponsa Cornificio adolescentulo. Caelius ad Fam. 8, 7, 2.

Aurelia Caesaris mater, testis in P. Clodii iudicium citata est. Schol. Bob. in Clodium p. 3.

Aurelia lex. ad Q. Fr. 1, 3, 8. Cornel. 1. Fragmm. 26. p. 451. — Aurelia lex iudiciaria ita cavebat, ut ex parte tertia senatores iudicarent, ex partibus duabus tribuni aerarii et equites Romani. Schol. Bob. pro Flacco p. 229. Cfr. Ascon. in Cornel. p. 78.

Aurelia via. Tres sunt viae ad Mutinam, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. Philipp. 12, 9, 22. Per maritima Etruriae ducebat Pisas versus vel ad illas, ut ex Peutingeriana tabula et Itinerario Antonini intelligitur, in quibus etiam tractus eius commemoratur. — Aurelia via ex urbe profectus est Catilina. Catil. 2, 4, 6.

Aurelianus, homo ignotus: in loco fortasse corrupto ad Att. 4, 16, 4.

Aurelii gradus. pro Flacco 28, 66. — Tum novi, quasi pro theatro iudicio Iuniano aedificati videbantur. pro Cluentio 34, 93. cfr. Aurelium tribunal.

Aurelium tribunal. in Pison. 5, 11. pro Sestio 15, 34. post red. ad Quir. 5, 13. nomen habet incertum a quo Aurelio [a M. Aurelio Cotta cos. a. u. 680], exstructum [in foro] saxo, cum volgo lignea et mobilia tribunalia magistratuum essent, circumdatumque gradibus, qui inde Aurelii gradus dicuntur. Ceterum e locis Ciceronis, in quibus tribunalis Aurelii et graduum Aureliorum mentio fit, intelligi potest, ibi versari solitam fuisse multitudinem hominum plebeiorum et perditorum, inter hos etiam Iudaeos. Ibi Clodius delectum habuit servorum. Ern.

Aurelius. Balbus litteras habebat, Germanos illasque nationes re audita de Caesare legatos misisse ad Aurelium, qui est praepositus ab Hirtio, se quod imperatum esset esse facturos. a. u. c. 710. ad Att. 14, 9, 3.

Aurelius (a. u. c. 710.) Iniquissimo fenore versuram facere Aurelius coactus est. ad Att. 16, 15, 5.

Aurelius, creditor Ciceronis. ad Fam. 16, 24, 1.

Aurelius. Varro LL. 7, 3. p. 347. et 351. 7, 5. p. 384.

C. Aurelius Cotta bis cum P. Servilio Gemino consul fuit (a. u. c. 502 et 506.) Acad. 2, 26, 84. Male volgo M. Cotta legitur. C. bene edidit Davisius e Mss. Ern.

C. Aurelius Cotta (Marci eius, qui cum Lucullo a. u. 680. consul fuit, frater) natus a. u. c. 630. (matre Rutilia ad Att. 12, 20, 2.) tribunatum petit a. u. c. 663. — M. Livii Drusi trib. pl. (a. u. c. 663.) maxime familiaris, in quo magnam spem (optimates) maiores natu dignitatis suae iam tum, cum tribunatum pl. peteret, collocabant. de Or. 1, 7, 25. — Iam tum ipse et P. Sulpicius tantam facultatem erant adepti, ut non aequalibus suis solum anteponerentur, sed cum maioribus natu compararentur. de Or. 1, 8, 30. — Paucis diebus post mortem Crassi depulsus per invidiam tribunatu, non multis ab eo tempore mensibus reus lege Varia factus eiectus est e civitate. de Or. 3, 3, 11. Brut. 88, 303. — Rediit a. u. c. 672. Brut. 90, 311. — Consul fuit cum L. Octavio a. u. c. 679. Verr. Accusat. 1, 50, 130. — His consulibus senatus permisit, ut vini et olei decumas et frugum minutarum, quas ante Verrem quaestores in Sicilia vendere consuessent, Romae venderent: contradicente Sthenio Thermitano consules pronuntiarunt se lege Hieronica vendituros. Verr. Accus. 3, 7, 18. — Consul foedus icit cum Hiempsale, Mauritaniae rege. de lege agr. 2, 22, 58. — Ex factione media consul metu iura quaedam tribunis pl. restituit. Salust. in oratione C. Licinii Macri trib. pl. ad plebem (in cod. Vaticano inscribitur simpliciter *oratio Macri trib. pl. ad pl.* unde error fluxit Gerlachii scribentis *oratio M. Licini trib. pl. ad plebem*) p. 210. Ed. Gerl. min. — Scilicet legem tulit, ut tribunis pl. liceret postea alios magistratus capere, quod lege Sullae iis erat ademptum. Ascon. in Cornel. p. 78. — Multi ei inimicissimi, quod is consul paullum tribunis pl. non potestatis, sed dignitatis addidit. Cornel. 1. Fragmm. 25. p. 451. — Eius lex de iudiciis privatis anno post quam lata est a fratre eius (Marco?) abrogata. Cornel. Fragmm. 8, 9. p. 448. — Ex consulatu in Galliam profectus nullo certo hoste triumphi cupiditate flagravit, quem honorem ei mors ademit. in Pis. 26, 62. — Cum enim decretus illi esset triumphus, mortuus est ante diem triumphi, cum cicatrix volneris eius, quod ante plures annos in proelio acceperat, rescissa esset repente. Ascon. in Pison. p. 14. — Cfr. Garatonium ad Pison. p. 588. Gerlach ad fragm. Salustii p. 119. — Academicus disputans inducitur in libris de natura deorum. de Nat. D. 1, 6, 15. — Eius eloquentia. Ibid. 2, 1, 1. Ibid. 59, 147. — In Ciceronis libro tertio de natura deorum sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quam hominum deleat religionem. de Divin. 1, 5, 8. — C. Cotta et P. Sulpicius inter suos aequales, Q. Varium, Cn. Pomponium, C. Curionem, L. Fufium, M. Drusum, P. Antistium facile primas tulerunt. Brut. 49, 183. Ibid. 86, 297. — C. Aurelius Cotta, magnus orator et compar in ea gloria P. Sulpicio et C. Caesari. Ascon. in Cornel. p. 66. — Acutissimum et subtilissimum dicendi genus est consecutus. de Or. 2, 23, 98. — Limatus et subtilis cet. de Or. 3, 8, 31. — Nihil erat in eius oratione nisi sincerum, nihil nisi siccum atque sanum. Brut. 55, 202. — Comparatur cum P. Sulpicio; volebat Antonium imitari, sed ab eo vis aberat Antonii. Ibid. §. 203. — Cottae oratio pro se, lege Varia, quae inscribitur, eam L. Aelius scripsit Cottae rogatu. Ibid. 56, 205 et 207. Ibid. 57, 208. Ibid. 86, 297. — Pulsus a. u. c. 663. Ibid. 88, 303. — Remissus et lenis et propriis verbis comprehendens solute et facile sententiam. Ibid. 92, 317 et 318. — Nihil ample dixit. Orat. 30, 106. — Eius nullum exstat ardentis orationis exemplum. Orat. 38, 132. — Defendit P. Rutilium Rufum, avunculum suum. de Or. 1, 53, 229. — In P. Rutilii iudicio de repetundis (a. u. c. 662.) pauca dixit, quod sororis erat filius, et is quidem tamen ut orator, quamquam erat admodum adolescens. (XXXI. annos natus.) Brut. 30, 115. — Eius oratio ad populum. Sal. Hist. 2. p. 206. Ed. Gerl. min. (Inc. p. 244. Ed. mai.) — Adversus eum Cicero adolescentulus Sulla vivo defendit Arretinam mulierem. pro Caecina 33, 97. — In ambitione artifex, dicere solebat

se operam suam, quoad non contra officium rogaretur, polliceri solere omnibus; impertire iis, apud quos optime poni arbitraretur. Q. Cic. de Pet. C. 12, 47. — Eius mentio fit etiam de Off. 2, 17, 59. — [Q. Vario, tribuno pl. inferiore genere orto cedendum putavit. Pseudocic. antequam iret in ex. 11, 27.]

L. Aurelius Cotta. Bis consul fuerat P. Africanus et Karthaginem Numantiamque deleverat, cum accusavit L. Cottam. Saepe hoc maiores natu dicere audivi, accusatoris eximiam dignitatem plurimum L. Cottae profuisse. pro Murena 28, 58. Divin. in Caecil. 21, 69. Cfr. Pseudoascon. in Divin. p. 124. — Quam multa L. Cotta audivit in suo iudicio! pro Fonteio 13, 28. — Defensus a Q. Metello Macedonico absolvitur. Brut. 21, 81. — Veterator habitus est, h. e. callidus in causis agendis. Ibid. §. 81. — Tribunus plebis fuit a. u. c. 600., consul a. u. c. 610. Exemplum calliditatis in tribunatu habet Valer. Max. VI. 5.

L. Aurelius Cotta L. F. L. N. trib. pl. a. u. c. 659. cum T. Didio et C. Norbano, quo rogationem in Caepionem ferente, cum una cum Didio intercedere vellet, vi e templo pulsus est. de Or. 2, 47, 197. Cfr. Ibid. 3, 11, 42. — Praetorius, Catuli sodalis, gaudebat gravitate linguae sonoque vocis agresti. de Or. 3, 11, 42. — In mediocrium oratorum numero, dicendi non ita multum laude processerat, sed de industria cum verbis tum etiam ipso sono quasi subrustico persequebatur atque imitabatur antiquitatem. Brut. 36, 137. — Valde se dilatandis litteris a similitudine Graecae locutionis abstraxerat sonabatque subagreste quiddam planeque subrusticum. Brut. 74, 259. — Non oratores antiquos, sed messores videbatur imitari. de Or. 3, 12, 46.

L. Aurelius Cotta, M. frater, homo nobilissimus, praetor a. u. c. 684., legem suam iudiciariam promulgavit. Verr. Accusat. 2, 71, 174. — Legem promulgavit de restituendis iudiciis equestri ordini. Cic. in P. Clodium 7, 2. — Pseudoascon. in Divin. p. 103. in Act. 1. Verr. p. 127. conf. Schol. Bob. pro Flacco p. 229. Schol. Bob. p. 339. — P. Sullam et P. Autronium, alterum L. Cotta, alterum L. Manlius Torquatus ambitus damnarunt et in eorum locum consules creati sunt a. u. c. 689. Ascon. in Cornel. p. 74. cfr. Agrar. 2, 17, 44. — Iis coss. complures in Capitolio turres de caelo sunt percussae. in Catil. 3, 8, 19. — *Nam pater altitonans stellanti nixus Olympo Ipse suos quondam tumulos ac templa petivit, Et Capitolinis iniecit sedibus ignes.* de Divin. 1, 12, 19. — De animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Vir summo ingenio summaque prudentia, supplicationem mihi decrevit, (oppressa coniuratione Catilinae.) Philipp. 2, 6, 13. — Vir magno ingenio summaque prudentia in Ciceronis causa dicebat, nihil omnino esse actum de eo; praeter enim quam quod comitia illa essent armis gesta servilibus, praeterea neque tributa capitis comitia rata esse posse neque ulla privilegii: quocirca nihil ei opus esse lege, de quo nihil omnino actum esset legibus. de Legg. 3, 19, 45. — A. u. c. 697. princeps in senatu sententiam dixit de revocando Cicerone. pro Sestio 34, 73. — Legem de meo reditu ferendam non censuit, quia nihil de meo capite potuisset ferri. Pro domo 26, 68. — L. Cotta, homo censorius, in senatu iuratus dixit, se, si censor tum esset, cum ego aberam, me meo loco senatorem recitaturum fuisse. Pro domo 32, 84. — Post Caesaris interitum fatali quadam desperatione minus in senatum venit. ad Fam. 12, 2, 3. — Accusatus a L. et M. Lucullis. Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 150. — Siccae familiaris. ad Att. 12, 23, 3. — Eius villula sordida et valde pusilla. Ib. Ep. 27, 1. — L. Cotta, quindecimvir, significatur de Divin. 2, 54, 110. Vide Sibylla. Sueton. Caes. 79.

M. Aurelius Cotta consul a. u. c. 680. frater C. Cottae cos. a. u. c. 679. et L. Cottae cos. 689. Ascon. in Cornel. p. 67. cfr. Verr. 5, 13, 34. propinquus et affinis Caesaris. Suet. Caes. 1. — Eius res et terra et mari calamitosae vehementer et opes Mithridatis et nomen auxerunt. pro Murena 15, 33. — M. Cottam, Romanum ducem apud Chalcedona terra fudi, mari exui classe pulcherruma. Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min. — Quaestorem suum P. Oppium, quem peculatus et insidiarum suspectum habebat, dimisit: Dio Cass. 36, 23.

Cf. Cic. Opp. Fragmm. 1 et 3. p. 444.

M. Aurelius Cotta. Utinam, quod aiunt, Cotta (Pompeianus) Sardiniam teneat! (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 16, 3. cfr. 12, 22, 2.

L. Aurelius Orestes cos. cum M. Aemilio Lepido a. u. c. 628. Brut. 28, 109.

L. et C. Aurelii Orestae, L. filii. Eos aliquo video in numero oratorum fuisse. Brut. 25, 94. — Ciceronis familiares commendantur Q. Anchario a. u. c. 699. ad Fam. 13, 40.

M. Aurelius Scaurus: eo postulante, quod is Ephesi se quaestorem (circa a. u. c. 652.) vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Dianae servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Pericles Ephesius Romam evocatus est, quod auctor illius iniuriae fuisse arguebatur. Verr. Accusat. 1, 33, 85. „Videtur Scaurus is, qui cos. fuit a. u. c. 646. Potest tamen etiam ad filium illius pertinere nobis ignotum, sed non referri debet ad M. Scaurum, Cn. Dolabellae accusatorem, qui ex Aemilia gente et principis illius bis consulis filius fuit." E Ferratio Zumpt.

Auria, C. Oppianici uxor, ab huius fratre Statio Albio Oppianico veneno necata. pro Cluentio 11, 31.

L. Aurifex, iudex. de Or. 2, 60, 245.

Auriga, sidus. Arat. v. 500. — de Nat. D. 2, 43, 110.

A. Aurius Melinus, vir fortis et experiens et domi (Larini) nobilis, M. Aurii perpropinquus. pro Cluentio 8, 23. — Ei nupsit A. Cluentii et Sassiae filia. Ib. 5, 11. — Cum divortium cum ea fecisset, in matrimonium ducit Sassiam, socrum. Ibid. 13. — Interfectus ab Oppianico. Ibid. 8, 25 et 9, 26. Ibid. 66, 188.

C. Aurius, A. Aurii Melini filius, interfectus ab Oppianico. pro Cluentio 8, 25.

M. Aurius, Dinaeae filius, Larinas, bello Italico captus apud Asculum cet. pro Cluentio 7, 21.

Num. Aurius, Dinaeae filius, Larinas. pro Cluentio 7, 21.

Aurora: *clari praenuntia Solis.* Arat. v. 299.

L. Aurunculeius Cotta, legatus Caesaris in Gallia a. u. c. 696. Caesar Gall. 2, 11. — In proelio interficitur. Lib. 5, 37.

Ausones et Ausonium mare. Varro Fr. p. 363. Bip.

Auster. Arat. v. 302. — Austri stellae. Ibid. v. 416.

Australis axis. Fragmm. p. 580. — Australis regio terrae septentrionali opposita. Tuscul. 1, 28, 68.

Autobulus, Athamas, Timocles, formosi fratres, teneri L. Pisonis saltatores. in Pison. 36, 89.

Automedon, ex Iliade notus auriga Achillis, propter celeritatem nobilis. Pro Sex. Roscio 35, 98. iocose sic appellatur Mallius Glaucia ob celeritatem cursus, qua cisiis Roma Ameriam decem horis nocturnis pervolaverat, caedem Sex. Roscii patris nuntiaturus. Cfr. Ibid. c. 7.

Autroniana domus empta a Messala consule a. u. c. 693. ad Att. 1, 13, 6.

Autronius Maximus. Macrob. Saturn. 1, 11. p. 209. Vulp. significatur de Divinat. 1, 26, 55.

P. Autronius Paetus consul cum P. Cornelio Sulla in a. u. c. 689. designatus, a L. Cotta autem et L. Torquato ambitus cum collega accusatus et damnatus in exilium abiit, in quo vixit a. u. c. 696. ad Attic. 3, 2. — De ambitu damnatus cum P. Sulla. pro Sulla 1, 1. — Autronio sodales, collegae sui, veteres amici, omnes, qui sunt in re publica principes, defuerunt; immo etiam testimonio plerique laeserunt. pro Sulla 2, 7. — Ut Cicero ipse. Ibid. 3, 10. Ibid. 6, 18. Ibid. 18, 51. Ibid. 19, 53. Ibid. 23, 66. Ibid. 25, 71. — P. Autronius, Catilinarius. Sal. Catil. 17. designatus consul cum P. Sulla legibus ambitus interrogatus poenas dederat. Ibid. 18. — Particeps ideo factus superioris coniurationis initae L. Tullo, M'. Lepido coss. Ibid. — Parabant in Capitolio Kal. Ianuariis L. Cottam et L. Torquatum coss. interficere. cet. Ibid. — Cap. 47. (Cfr. etiam interpretes ad Suet. Caes. 9.) — P. Autronius et P. Sulla: eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus (coss. a u. c. 689.) ambitus damnarant et in eorum locum creati sunt. Ascon. in Cornel. p. 74. — Autronium exulem in Epiro Cicero exul metuebat (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 2. Ibid. 7,

1. — Voce peracuta atque magna, nec alia re ulla probabilis. Brut. 68, 241. Ibid. 69, 244.

Auximum, in Piceno, hodie *Osimo*, Caesar Civ. 1, 12. Incolae Auximates. Ib. 13.

Avellani coloni. Sal. Hist. 3. p. 224. Ed. Gerl. min. Iidem, qui alibi Abellani, ab Abella s. Avella, Campaniae oppido.

Avens fluvius in Sabinis. Varro Fr. p. 236. Bip.

Aventinus, rex Albanus, a quo mons Aventinus dictus. Varro LL. 5, 7. p. 49.

Aventinus v. Crustumerina Secessio.

Aventinus dictus ab Avente fluvio in Sabinis. Varro Fr. p. 236. Bip. — Variae huius nominis notationes. Varro LL. 5, 7. p. 49. — Aventinus mons ab Anco urbi adiunctus. de Rep. 2, 18, 33. — In eo Cicero habuit insulas quasdam, id est, aedes, quas mercede locabat. ad Att. 12, 32, 2. — In eo monte plebeii, cum Romam armati reversi essent, consederunt. Cornel. 1. Fragm. 24. p. 451. — A. u. c. 261. plebs Montem Sacrum prius, deinde Aventinum occupavit. de Rep. 2, 33, 58. — Plebeii Romani parandi iuris et maiestatis constituendae gratia bis per secessionem armati Aventinum occupavere. Sal. Iug. 31. — Si tibi hoc sumis, Ser. Sulpici, nisi qui patricius sit, neminem bono esse genere natum, facis, ut rursus plebes in Aventinum sevocanda esse videatur. pro Murena 7, 15. — In eo ara Iovis Elicii. Varro LL. 6, 9. p. 273. — In eo Lauretum. Varro Fr. p. 205. Bip.

Averni lacus in Campania (pestilens.) Tuscul. 1, 16, 37. — Aves, quae eum transvolant, emoriuntur. Varro Fr. p. 367. Bip.

C. Avianius Evander. (sic scil. ubique Cod. Mediceus, non Avianus.) C. Avianio Evandro, qui habitat in tuo, (Memmi), sacrario et ipso multum utor et patrono eius M. Aemilio (Avianio) familiarissime. a. u. c. 704. ad Fam. 13, 2. E seqq. verbis *propter opera instituta multa multorum subitum est ei remigrare Kal. Quintilibus* recte colligitur eum statuarium fuisse. Idque mirifice confirmari videtur Ep. 23. ad Fam. Lib. 7., ubi de emendis statuis Baccharum et Martis vel ab eodem artifice Avianio Evandro vel ab eius patrono M. Aemilio Avianio Cicero loquitur: simpliciter enim ibi dicitur Avianius. Aulanium Evandrum statuarium memorat Plinius 36, 5, 4., ubi facile cogites de levi corruptela lit. *i* in lit. *l*. Attamen Plinii *Evandrum* eundem esse cum Horatii *Evandro* (Serm. 1, 3, 30.) statuit Sillig Catal. Artif. p. 103., qui Evander Horatii, si vera tradidit Scholiasta Cruquianus, a M. Antonio Alexandriam perductus, inde inter captivos Romam venit.

Avianius Flaccus, familiarissimus Ciceronis. ad Fam. 13, 35, 1.

C. Avianius Flaccus pater, optimus et gratissimus homo. ad Fam. 13, 79.

C. Avianius Flaccus, C. filius, commendatur T. Titio (a. u. c. 702.) ad Fam. 13, 75, 1. — Item A. Allieno. ad Fam. 13, 79.

M. Avianius Flaccus C. F. commendatur A. Allieno. ad Fam. 13, 79.

C. Avianius Hammonius, M. Aemilii Avianii libertus, commendatur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 21, 2. Ibid. 27, 2.

C. Avianius Philoxenus, Siculus, hospes Ciceronis, quem Caesar Ciceronis beneficio in Novocomenses rettulerat, commendatur Acilio. ad Fam. 13, 35, 1. — Nomen assumpsit Avianii, quod homine nullo plus erat usus quam Avianio Flacco, Ciceronis familiarissimo.

C. Avianus, Puteolanus, Ciceronis familiaris. Acad. 2, 25, 80. Idem fortasse cum C. Avianio.

Avidius, de Legg. 2, 3, 6. ex falsa lectione, pro qua nunc e Manutii correctione legitur *Balbus*.

C. Avienus, tribunus mil. a Caesare ignominiae causa ab exercitu remotus. Bell. Afric. 54.

Avillius, Larinas, homo perdita nequitia et summa egestate, quo Oppianicus usus est ad Asuvium tollendum. pro Cluentio 13, 36. seqq.

Avis, sidus. de Nat. D. 2, 44, 112.

Avitus (al. Habitus) Cluentius. Orat. 29, 103. Ibid. 30, 108. v. Cluentius.

Avius (nomen fortasse corruptum.) a Att. 12, 5, 2.

Avius, debitor Ciceronis (a. u. c. 709.) Eius tutor fuit Cicero. ad Att. 13, 4, 2.

Axia, Etruriae castellum in agro Tarquiniensi. pro Caecina 7, 20. Hodie *Castel d'Asso.* Vide Mueller *Etrusker* 1. p. 254. Biblioteca Italiana, 6. p. 262. *Castel d'Asso a circa sei miglia da Viterbo, verso Libeccio, poco oltre al confluente dei due ruscelli Caldano e Freddano, e precisamente ove all' Allione si congiunge il Rio secco.*

M. Axianus (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 29, 1.

Axilla - Ala. (Ahala) Orat. 45, 153. Vide C. Servilius Ahala.

Axinos, alibi Pontus Euxinus. de Rep. 3, 9, 15.

L. Axius, eques Romanus. Varro RR. 3, 7, 10.

Q. Axius, fenerator. ad Att. 1, 12, 1. Eum ab Axio senatore, ad quem extabant Ciceronis Epistolae, distinguit Manutius. Sed eundem fuisse manifestum fit e Varrone RR. 3, 2, 1. — Utriusque et Ciceronis et Varronis perfamiliaris fuit. — Tiro, Ciceronis libertus epistolam conscripsit ad Q. Axium, familiarem patroni sui. Gell. N. A. 7, 3, 10. E Ciceronis ipsius ad Axium epistola affert quaedam Suet. Caes. 9. — Axius non ita laudat Curionem filium. (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 15, 3. — Axius me ad Septem aquas duxit. ad Att. 4, 15, 5. — Ciceronis debitor. a. u. c. 705. ad Att. 10, 11, 2. Ibid. Ep. 13, 2. Ep. 15, 4.

Babullius heredes facit Leptam et Caesarem; mortuus a. u. c. 709. ad Att. 13, 48, 1.

Babylon, urbs Chaldaeae gentis, caput Babyloniae. Eius muri. de Divin. 2, 67, 139.

Babylonii in camporum patentium aequoribus habitantes, omnem curam in siderum cognitione posuerunt. de Divin. 1, 42, 93. — Babylonii e Caucaso caeli signa servantes numeris motus stellarum cursusque persequuntur; — CCCCLXX. milia annorum, ut ipsi dicunt, monumentis comprehensa continent. de Divin. 1, 19, 36. — Quod aiunt quadringenta septuaginta milia in periclitandis experiendisque pueris, quicunque essent nati, Babylonios posuisse, fallunt. de Divin. 2, 46, 97. — Babyloniorum dies. Varro Fr. p. 207. Bip.

Bacchae, comites Bacchi. Varro LL. 7, 5. p. 365. — Baccharum signa Ciceroni per Gallum empta. ad Fam. 7, 23, 3.

Bacchanalia mysteria Romae vetita. — Quo in genere severitatem maiorum Senatus vetus auctoritas de Bacchanalibus et consulum exercitu adhibito quaestio animadversioque declarat. (a. u. c. 568.) de Legg. 2, 15, 37.

Bacchius Milesius de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Bacchus, Cadmi progenies. Fragmm. p. 490. — Bacchi sacra. de Divin. 1, 36, 80. — Varro LL. 7, 5. p. 364. — Bacchi templa „*scripea saxa*" apud Pacuvium. Varro LL. 7, 2. p. 288. Vide Dionysi. (Dionysos multos habemus. de Nat. Deor. 3, 23, 58.)

Bacis Boeotius concitatione quadam animi futura praesensit. de Divin. 1, 18, 34.

Baebia, gens plebeia. Cfr. Akerman T. 1. p. 29.

Baebius quidam, homo non infans (ironice.) (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 14, 2.

Baebius (a. u. c. 709.) vicinus Attici. ad Att. 13, 45, 1. Idem fortase cum praecedente.

A. Baebius, eques Ro. Astensis, Pompeianus, ad Caesarem transfugit a. u. c. 709. Bell. Hispan. 26.

C. Baebius tribunus pl. a. u. c. 643. a Iugurtha corruptus. Sal. Iug. 33 et 34.

M. Baebius, senator: „qui qua fide, qua prudentia, qua diligentia fuerit, meminisse vos arbitror." (a. u. c. 688.) pro Cluentio 16, 47. Ibid. 19, 53.

M. Baebius, vir fortis, interfectus iussu L. Pisonis in Macedonia. (a. u. c. 697.) in Pison. 36, 88. Diversus a praecedente.

Q. Baebius Tampilus a senatu ad Hannibalem missus, ut a Sagunto recederet. Philipp. 5, 10, 27. — Vid. Liv. 20, 18. Cognomen etiam Tamphilus scribitur in Fastis Capit. V. Duk. et Drakenb. ad Livii l. l. In nummo gentis Baebiae est Tampilus. Adde Graev. ad l. l. Ern.

Bagienni in Liguribus. Varro RR. 1, 51, 2.

P. Bagiennus, legatus vel praefectus Antonii. Eius legionem unam habuit M. Antonius (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 33, 4.

Baiae, locus amoenissimus in Campania prope mare, et frequens hominibus, qui eo propter aquas calidas veniebant. — P. Clodius, „homo durus et priscus," invectus est in eos, qui mense Aprili apud Baias essent et aquis calidis uterentur. in P. Clodium 4, 1. ad Fam. 9, 2, 5. ad Att. 15, 13. b. 1.

Balatium pro Palatio Naevius appellat. Varro LL. 5, 8. p. 59.

Balbi duo. de Or. 3, 21, 78. sunt Q. Lucilius Balbus et L. Lucilius Balbus, uterque Stoicus.

Balbilius. Modo Balbilium incolumem videam, subsidium nostrae senectutis (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 13, 4. Militabat in Hispania sub Pompeio filio. Mongaltius hoc nomine designari putabat Cornelium Balbum minorem, probante Oliveto.

Balbinus, Caesarianus. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 21, 3.

Balbus cognomen Ampiorum, Atiorum, Corneliorum, Octaviorum, Thoriorum; ubi vide.

Balbus, Fausti Sullae libertus. pro Sulla 19, 55. Falsa est lectio pro *Bellus*.

Balbus. accusator M. Caelii, pro Caelio 11, 27. fortasse est P. Octavius Balbus.

Balbutius pater, Larinas. pro Cluentio 60, 168.

Balbutius filius, A. Cluentii familiaris. pro Cluentio 60, 166.

Baleares insulae, prope Hispaniam. ad Att. 12, 2, 1.

Balearicus. Vide Caecilius Metellus Balearicus.

Ballio, improbissimus et periurissimus leno apud Plautum in Pseudolo; persona comica acta a Q. Roscio Comoedo. pro Rosc. Com. 7, 20. Philipp. 2, 6, 15.

T. Balventius, primi pili centurio. Caesar Gall. 5, 35.

M. Bambalio, Philipp. 2, 36, 90. Homo nullo numero, nihil illo contemptius, qui propter haesitantiam linguae stuporemque cordis cognomen (Bambalionis, ψελλιστοῦ) ex contumelia traxerit. Philipp. 3, 6, 16: est M. Fulvius Bambalio, pater Fulviae, M. Antonii uxoris. Errant, qui eum confundunt cum Q. Fadio. Cfr. Garat. ad Phil. 3, 6, 16.

Banobal, Venerius, decumanus improbus. Verr. Accusat. 3, 39, 89.

Barba Cassius amicus Caesaris et Antonii. Philipp. 13, 2, 3. — Subvenit Ciceroni, custodesque dedit eius villae, cum Caesar ad eum deverteret (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 52, 1.

Barbari. Num barbarorum Romulus rex fuerit? de Rep. 1, 37, 58. Vide Romulus.

M. Barbatius Philippus amicus Caesaris, (quaestor Antonii a. u. c. 711.) Philipp. 13, 2, 3. ubi cfr. Garat. Appian. B. C. 5, 7.

Bardylis, Illyrius latro, de quo est apud Theopompum, propter aequabilem praedae partitionem magnas opes habuit. de Off. 2, 11, 40. — Apud Graecos nonnullos scribitur *Bardyllis*. v. Wesseling. ad Diodorum XVI. p. 409.

Barcyletae, sive rectius Bargylietae, (Βαργυλιῆται) incolae Bargyliae, urbis Cariae. ad Fam. 13, 56, 2. v. Duker. ad Liv. 37, 17.

Barnaeus servus vel libertus. ad Att. 14, 19, 1.

Basculus ad pecuariam haud idoneus. Varro RR. 2, 10, 4.

Basilus v. Minucius Basilus.

Bassus. Vide Caecilius Bassus.

Bassus Lucilius. Vide Lucilius Bassus.

Bassus ad Fam. 7, 20, 3. Videtur vel Q. Caecilius Bassus, vel Lucilius Bassus.

Batonius (amicus Ciceronis et Attici) miros terrores ad me attulit Caesarianos. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 8, 2.

Battara: pro quo alii e coni. Vacerra. Videtur familiaris C. Trebatii fuisse. ad Fam. 7, 9, 2.

Bauli prope Baias. Varro RR. 3, 17, 5. — Ad Baulos Hortensii erat villa posita ad sinum maris Baianum. Acad. 2, 3, 9. — Ibid. 2, 40, 125. — Ibi Q. Pompeius empeneticam vel emeticam facit. ad Fam. 8, 1, 4.

M. Bebrius, senator, amicus Habiti s. Aviti. pro Cluentio. 16, 47.

Bellerophon Sisyphi filius: versus de eo Homerici (Iliad. 6, 201.) a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 3, 26, 63.

Bellienus v. Annius.

Bellienus, verna Demetrii, Psecade natus, qui in Intemeliis Liguribus

cum praesidio erat, Domitium quendam, nobilem illic, Caesaris hospitem, a contraria factione nummis acceptis comprehendit et strangulavit. Civitas ad arma iit; eo nunc cum cohortibus mihi per nives eundum est. (a. u. c. 705.) Caelius ad Fam. 8, 15, 2.

Bellius i. e. Duellius. Orat. 45, 153.

Bellona, antiquitus Duellona. Varro LL. 7, 3. p. 335. — Bellona a bello. Varro LL. 5, 10. p. 78.

Bellovaci, populus Galliae Belgicae. A. u. c. 703. rumor erat Romae, Caesarem apud Bellovacos circumsideri. Caelius ad Fam. 8, 1, 4.

Bellus, Fausti Sullae libertus. pro Sulla 19, 55.

Belus: quintus Hercules in India, qui Belus dicitur. de Nat D. 3, 16, 42.

Beneventani plerique Sullani erant. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 169.

Beneventum oppidum Samnitium. Verr. Accusat. 1, 15, 38. ad Att. 9, 15. — Ager Beneventanus. Verr. 1, 15, 38.

Beroea, oppidum devium Macedoniae. in Pison. 36, 89.

Bessi, Bessica gens: populus Thraciae orientalis. in Pison. 34, 84.

L. Bestia. Vide L. Calpurnius Bestia.

T. Betucius Barrus. Omnium eloquentissimus extra hanc urbem T. Betucius Barrus Asculanus, cuius sunt aliquot orationes Asculi habitae; illa Romae contra (Q. Servilium) Caepionem (minorem) nobilis sane. Brut. 46, 169.

Bias, Priene patria, unus de septem sapientibus. Eum dixisse quidam ferebant, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus. Lael. 16, 59. — Bias numeratur in septem; eius dictum: *omnia mecum porto mea*. Parad. 1, 1, 8.

Bibulus. Vide Calpurnius Bibulus.

Bidis oppidum tenue sane, non longe a Syracusis, cuius incolae Bidini. Verr. Accusat. 2, 22, 53.

Billienus. v. Annius Billienus.

A. Binnius falsa lectio pro Ambivius. pro Cluentio 59, 163.

Bio Borysthenites, discipulus Theophrasti. — Facetum illud Bionis, perinde stultissimum regem (Agamemnonem Iliad. 10, 14,) in luctu capillum sibi evellere, quasi calvitio maeror levaretur. Tuscul. 3, 26, 62.

Bion Soleus de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Birria et Eudamus, Milonis gladiatores. Ascon. in Mil. p. 33.

Bithynia. Ut mos fuit Bithyniae regibus, Verres lectica octophoro ferebatur. Verr. Accusat. 5, 11, 27. — Regnum Bithyniae publicum est populi Ro. factum. de lege agr. 2, 15, 40. — Agris Bithyniae regiis nunc publicani fruuntur. Ibid. 19, 50. — Bithynia (a. u. c. 688.) „nunc vestra provincia est." pro lege Manilia 2, 5. — Bithyniae socii, id est, publicani, equites Romani, commendantur Crassipedi. ad Fam. 13, 9, 1. — Cfr. Her. 4, 54, 68. ad Fam. 13, 29. Fragmm. p. 468.

Bithynicus. v. A. Pompeius Bithynicus.

Bito et Cleobis, Argiae sacerdotis filii. Eorum pietas in matrem, mors placida. Tuscul. 1, 47, 112. Historiam refert Herodotus 1, 31. Cfr. Davisium.

Blandenona ad Q. Fr. 2, 151. nomen corruptum: vera lectio est *Laude, Nonis*.

Blaudenii, incolae Blaudi, urbis Phrygiae Magnae prope Ancyram. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4.

Blesamius, Gallograecus, Deiotari legatus. pro Deiotaro 12, 33. Ibid. 14, 38. Ibid. 15, 41. — Minister Deiotari. ad Att. 16, 3, 6.

C. Blossius Cumanus: maximi faciebat Ti. Gracchum, cuius temeritati non tam paruit, quam praefuit, nec se comitem illius furoris, sed ducem praebuit. Itaque hac amentia, quaestione nova perterritus in Asiam profugit, ad hostes (Aristonicum) se contulit, poenas rei publicae graves iustasque persolvit. Lael. 11, 37. — Idem (non nobilis aliquis Campanus,) memoratur propter „supercilium ac regium spiritum" de lege agr. 2, 34, 93. Fuit Stoicus, Antipatri Tarsensis Romae auditor, de quo Plutarch. in Gracchis p. 827. Ed. Wech. (Cap. 8), ubi dicitur incitasse Ti. Gracchum ad legem agrariam ferendam.

Bocchus. Mauris omnibus rex Bocchus imperitabat, praeter nomen ce-

tera ignarus populi Romani, itemque nobis neque bello neque pace antea cognitus. Sal. Iug. 19. — Ad eum profugit Iugurtha gener, eumque in Romanos concitat. Ib. 81. — Metellus legatos ad Bocchum mittit postulatum, ne sine causa hostis populo Romano fieret; bellum intactum trahitur. Ib. 83. — Ad Marium nuntios saepe misit, velle populi Ro. amicitiam. Id simulaveritne, an mobilitate ingeni pacem atque bellum mutare solitus, parum exploratum est. Ib. 88. — Iugurtha cum ei pollicitus esset Numidiae partem tertiam, ad eum accedit. Ib. 97. — Marius ambos fundit fugatque. Ib. 99. — Iterum altero proelio ad Cirtam. Ib. 101. — Bocchus per legatos petiit, ut Marius duos quam fidissumos ad se mitteret. Missi Sulla et A. Manlius. Ib. 102. — Sullae ad Bocchum oratio. Ibid. — Eius responsum. Rursus tamen ab amicis, quos Iugurtha corruperat, a Romanis avertitur. Ibid. — Denuo mutato animo quinque legatos Romam ire iubet, quos a Gaetulis spoliatos benigne excipit Sulla. Ib. 103. — Romae cum errasse regem deprecati essent, iis hoc modo respondetur: „Senatus et populus Ro. benefici et iniuriae memor esse solet. Ceterum Boccho, quoniam poenitet, delicti gratiam facit: foedus et amicitia dabuntur, cum meruerit." Ib. 104. — Bocchus a Mario petiit, uti Sullam ad se mitteret. Ibid. 105. — Punica fide simul Romanos et Numidam spe pacis attinuit multumque cum animo suo volvere solitus est, Iugurtham Romanis, an illi Sullam traderet. Ib. 108. — Varias post tergiversationes tandem Iugurtha Sullae vinctus traditur. Ib. 113.

Bocchus rex et P. Sitius, Caesarianus, coniunctis suis copiis Iubae regnum invadunt Cirtamque capiunt a. u. c. 707. Bell. Afric. 25. Filius est Bocchi a Salustio memorati, frater Bogudis.

Boculus notissimus in circo quadrigarum agitator tempore Ciceronis. Ascon. in tog. cand. p. 94.

Boethus Stoicus: elicere causas praesensionum est conatus: qui hactenus aliquid egit, ut earum rationem rerum explicaret, quae in mari caelove fierent. de Divin. 1, 8, 13. Ibid. 2, 21, 47. — De eo et aliis huius nominis v. Menag. ad Laërt. 7, 143. A Laërtio l. l. 148. 149. memorantur libri de Natura et de Fato, in quibus libris fortasse de prognosticis egit.

Boethus. A Pamphilo Lilybaetano C. Verres abstulit hydriam Boëthi manu factam. Verr. Accusat. 4, 14, 32. — Statuarius et argenti caelator unus de principibus (Plin. H. N. 33, 12, 55.), Carthagine natus (Pausan. 5, 17, 1.), qui proinde ante excidium huius urbis floruit. Sillig Catal. Artif. p. 108.

Boeotia: ibi flumina miraculosa. Varro Fr. p. 367. Bip. — Agri deorum immortalium in Boeotia excepti lege censoria. de Nat. D. 3, 19, 49.

Boeotia comoedia Aquilii, sive potius Attilii, (al. M. Attii.) Varro LL. 6, 9. p. 266.

Boeotii vates Lebadiae. de Divin. 2, 26, 56.

Bogud, Rex Mauretaniae Tingitanae. ad Fam. 10, 32, 1. Eius fit mentio saepe apud Script. Bell. Afric. 23, 25. cet.; a quo regnum Bogudis et Mauretania Bogudiana, quae alibi Tingitana. Cfr. Bell. Alex. 59. — Q. Cassio Longino auxilia adducit a. u. c. 706. Ib. 62.

Boius (Βοΐος) cursor. Her. 4, 3, 4. cum Sicyoniis (calceis) cursitasse dicitur. Cfr. Gronovii Observv. 4, 25. p. 812. (Turnebus et Lamb. substituere volebant sine causa: *Boiscus* vel *Boliscus*.)

M. Bolanus, amicus Ciceronis, commendatur P. Sulpicio (a. u. c. 709.) ad Fam. 13, 77, 2. Alii scribunt Bollanus. Cfr. Interpretes ad Horatii Sat. 1, 9, 11.

Bomilcar, proxumus ac maxume fidus Iugurthae, huius iussu Romae Massivam per sicarios interficit. Sal. Iug. 35. — Iugurthae praefectus adversus Metellum. Ib. 49. — Sollicitatus a Metello Numidico ad prodendum Iugurtham. Sal. Iug. 61. — Astutissume ad deditionem regis animum impellit. Ib. 62. — Adscito in consilium Nabdalsa, hic necessitate coactus Iugurthae totam rem aperit; interficitur Bomilcar. Ib. 70 — 72.

Bona Dea. Quod sacrificium tam vetustum est quam hoc, quod a regibus aequale huic Urbi accepimus? quod autem tam occultum quam id, quod non solum curiosos oculos excludit, sed etiam errantes? - - quod fit

per virgines Vestales, fit pro populo Romano, fit in ea domo, quae est in imperio, fit incredibili caerimonia, fit ei deae, cuius ne nomen quidem viros scire fas est. Pseudocic. de Harusp. resp. 17, 37. (Cfr. ibid. 5, 8.) — In eius opertum P. Clodius accessit. Parad. 4, 2, 32. ad Att. 1, 13, 3. — Eius sacrarium in fundo T. Sextii Galli. pro Milone 31, 86. — Cfr. Pseudocic. pro Domo 42, 110. Broukhus. ad Tibull. p. 124. 125. 333. — Prope Ariciam Bonae Deae sacellum. Ascon. in Mil. p. 32.

Boni Dii. Dionysius tyrannus mensas argenteas de omnibus delubris iussit auferri, in quibus quod more veteris Graeciae inscriptum esset Bonorum Deorum, uti se eorum bonitate velle dicebat. de Nat. D. 3, 34, 84.

Bononia, urbs Galliae Cispadanae, olim Felsina. Eam tenebat Antonius a. u. c. 710. ad Fam. 12, 5, 2. — Studiosissima rei publicae. Ibid.

Bonus Eventus, deus. Varro RR. 1, 1, 6.

Bootes, Arctophylax. Arat. v. 96. 100. de Nat. D. 2, 42, 109.

Borea: falsa lectio ad Att. 16, 4, 2. pro Bigerra (Schuetz) vel Ebora (Turneb.) Hispaniae oppidis.

Boreas s. Aquilo Orithyiam sustulit Athenis. de Legg. 1, 1, 3.

Boreus axis. Fragmm. p. 586.

Bosporani. Mithridates post primum bellum cum Romanis se Bosporanis, finitimis suis, bellum inferre simulavit. pro lege Manilia 4, 9.

Bosporus unus Thracius, alter Cimmerius. Varro RR. 2, 1, 8.

Bospori duo, oppida, maris inundatione demersa. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Bostar Norensis, (Sardus) veneno a M. Aemilio Scauro necatus dicebatur. pro Scauro 1, 4. c.

Bostrenus, ad Q. Fr. 2, 12, 3. est Bostrenorum, populi Auranitidis in Idumaea orientali, tetrarcha aliquis ignotus.

Bovianum, Samnitium oppidum. pro Cluentio 69, 197.

Bovillae, Lavicum, Gabii: his e municipiis vix iam, qui carnem Latinis petant, reperiuntur. pro Plancio 9, 23. Schol. Bob. p. 255. Bovillae (apud Frontinum de Colon. p. 103. etiam Bovilla) oppidum non procul a lacu Albano in via Appia ad decimum ab Urbe lapidem, in loco, qui nunc dicitur *le Fratocchie*. Hinc:

Bovillana pugna, i. e. caedes Clodii ad Bovillas facta. ad Att. 5, 13, 1. — Bovillana vicinitas. pro Plancio 9, 23.

Bovillanus fundus. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 3. ab ignobili loco in Arpinati, non Bovillis illis, quae sunt ad Appiam.

Branchus puer Apollinis dilectus sive filius. Varro Fr. p. 233. Bip.

Brennus. Brenno eiusque Gallicis copiis, cum fano Apollinis Delphici nefarium bellum intulisset, (ante Chr. 278.) formae obiectae albarum virginum (Minervae et Dianae.) de Divin. 1, 37, 81. Iustin. 24, 8.

Brinnius. (a. u. c. 709.) Ciceronem heredem fecit. — Brinniana auctio. ad Att. 13, 12, 4. Ib. Ep. 14, 1.

Briseis. Varro Fr. p. 296. Bip.

Britannia. Britannici belli exitus exspectatur. (a. u. c. 700.) Constat enim aditus insulae esse munitos mirificis molibus. Etiam illud iam cognitum est, neque argenti scripulum esse ullum in illa insula neque ullam spem praedae nisi ex mancipiis. ad Att. 4, 16, 13. — Confecta Britannia, obsidibus acceptis, nulla praeda, imperata tamen pecunia. Ib. Ep. 17, 3. — In Britannia (a. u. c. 700.) ne ab essedariis decipiaris, caveto, Trebati. ad Fam. 7, 6, 2. — In Britannia nihil esse audio neque auri neque argenti. Ibid. 7, 1. Ibid. 10, 1. Ibid. 16, 1. — De Nat. D. 2, 34, 88. — Ad Q. Fr. 2, 15, 2. Ibid. 16, 4. — Ad Fam. 15, 16, 2.

Britannicae res. De Britannicis rebus, cognovi ex tuis literis nihil esse, nec quod metuamus nec quod gaudeamus. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 3, 10. Ibid. Cap. 7, 25.

Britannici aestus maritimi. de Nat. D. 3, 10, 24.

Britomartis Proserpina ex Lobeckii coniectura (de Tritopatribus P. III. p. 9.) de Nat. D. 3, 21, 53. loco ita constituto: „ex rege Iove antiquissimo et Proserpina nati Britomarte, Hyes, Eubuleus, Dionysus.“

T. Brocchus v. Furius Brocchus et Annaeus s. Anneius.

Brogitarus, Gallograecus, Deiotari gener. Lege tribunicia P. Clodii Matris Magnae Pessinuntius ille sacerdos expulsus et spoliatus sacerdotio est fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro, impuro homini atque indigno illa religione. (a. u. c. 696.) pro Sestio 26, 56. — P. Clodius (a. u. c. 699.) cupit legationem aliquam liberam aut Byzantium aut ad Brogitarum aut utrumque. ad Q. Fr. 2, 9, 2. — Impurus homo ac nefarius, rex pecunia appellatus per P. Clodium, qui ei vendidit templum Matris Idaeae Pessinunte. de Harusp. resp. 13, 28.

Bromia frons, vitis. Varro Fragm. p. 303. Bip.

Bruges, i. e. Phryges apud Ennium. Orat. 48, 160.

Brulla talis vehementius delectabatur. de Or. 3, 23, 88. (Quis fuerit, ignoratur.)

Brundisini Pompeianorum militum iniuriis atque ipsius Pompeii contumeliis permoti Caesaris rebus favebant. Caesar Civ. 1, 28.

Brundisinus ager. Varro RR. 1, 8, 2.

Brundisium, Calabriae oppidum, portu in primis nobili, e quo traiectus i nGraeciam. — Brundisinae coloniae natalis Nonis Sextilibus. ad Att. 4, 1, 4. Cfr. Ibid. 5, 5, 1. item pro Sestio 63, 131. ad Fam. 16, 9, 2. — De scripturis *Brendisium* et *Bryndisium* cfr. Schneiderum ad Varronem RR. p. 276. de scriptura *Brundusium*, *Brundisium* Cortium ad Lucan. 2, 609. *Brundusium* nunc rursus nonnulli praeferunt. Italice est *Brindisi*.

Bruti. Vide Iunii Bruti.

Brutii, populi magnae Graeciae. pro Sex. Roscio 46, 132. pro Caecina 19, 54.

Bruttium promontorium. Sal. Hist. 4. p. 226. Ed. Gerl. min.

Bruttius philologus, amicus M. Ciceronis filii, apud quem Athenis Latine declamitabat (a. u. c. 710.). M. Cicero ad Fam. 16, 21, 4.

L. Bruttius, eques Romanus in Sicilia degens, commendatur Acilio. ad Fam. 13, 38.

M. Bucculeius, homo neque meo (L. Crassi) iudicio stultus et suo valde sapiens et a iuris studio non abhorrens: eius error. de Or. 1, 39, 179.

Bucilianus, unus ex factione interfectorum Caesaris. — De Buciliano Sestium puto non moleste ferre. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 17, 2. — Buciliani luculenta navigia. Ib. Lib. 16, 4, 4.

Bugonia, carmen ludicrum poëtae incerti, parodia ut videtur Theogoniae. Varro RR. 2, 5, 5.

Bulbus, senator, homo nequam, turpis, improbus; corruptus a Staieno. pro Cluentio 26, 71. — Maiestatis damnatus, quia legionem sollicitaverat in Illyrico. Ibid. 35, 97. cfr. Verr. Accus. 2, 32, 79. — Bulbus et Staienus: iudices, quos fama popularis in causa Oppianici pecunias a reo cepisse, post eundem accepta alia pecunia ab accusatore damnasse ferebat. (Zumpt.) Verr. Accusat. 2, 32, 78.

Bullidenses (al. Bullienses:) populus Illyridis Graecae, quorum caput Bullis (Βύλλις). — Illusi a L. Pisone. in Pison. 40, 96. Iidem sunt:

Bulliones, incolae Bullidis vel Byllidis, civitatis Illyricae. ad Fam. 13, 42, 1. Philipp. 11, 11, 26.

Bura, Achaiae oppidum. Buram sinus Corinthius devoravit. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Burrienus praetor urbanus (a. u. c. 671.?) pro Quint. 6, 25. Ibid. 21, 69.

Burrum semper Ennius pro *Pyrrho*. Orat. 48, 160.

Bursa. Vide T. Munatius Plancus Bursa.

Busiris, rex Aegypti, homines immolabat. de Rep. 3, 9, 15.

Busrenus lectio corrupta pro Bostrenus. ad Q. Fr. 2, 12, 3.

Bussenius, Pompeianus, a. u. c. 705. ad Att. 8, 12. C. 1.

Busta Gallica Romae. Varro LL. 5, 32. p. 156.

Buthrotum, Epiri oppidum. — Buthrotia causa, ab Attico suscepta (a. u. c. 710., de qua saepissime fit mentio in Epistolis ad eum missis) exponitur ad Att. 16, 16 A. seqq. — Buthrotios Caesar decreto suo liberaverat. Ib. 16 C., 11. ad Fam. 16, 7. ad Att. 2, 6, 2. — Hoc scito, Antium esse Romae, ut Corcyrae Buthrotum illud tuum. ad Att. 4, 8 A., 1. „Buthrotiorum causa, quae in Epp. ad Atticum saepius memoratur, haec est: cum scil. Buthrotii pecuniam a Caesare imperatam non solvissent, ille eorum agrum proscripsit.

Atticus pecuniam numeravit de suo et a Caesare decretum abstulit, quo Buthrotii liberabantur. Illud decretum Atticus interfecto Caesare a consulibus confirmari volebat." ad Att. 14. Epp. 10. 11. 12. 17. 20. Locus est ad Att. 15, 4, 1. paullo obscurior: *Mihi totum Antonii consilium ad bellum spectare videtur, si quidem D. Bruto provincia eripitur. Quoquo modo ego de illius nervis existimo, non videtur fieri posse sine bello. Sed non cupio, quoniam cavetur Buthrotiis. Rides? At ego doleo non mea potius assiduitate diligentia gratia perfici.* Quae equidem, aliter atque fecit Gronovius, cuius rationem probarunt Ern. in Clavi et Schuetzius, sic interpretanda reor: „sed non cupio bellum, propter unam hanc rationem, quod pace servata et Caesaris actis ratis manentibus cavetur etiam illis tuis Buthrotiis. Rides? scilicet, quia optime intelligis haec a me κατ' εἰρωνείαν dici merumque esse iocum, quia ex animi mei sententia rei publicae summae libertatique recuperandae magis consuleretur bello quam hac pace infida."

Buzyges, Atheniensis Cereris minister. Varro RR. 2, 5, 4. collato Schneidero p. 441.

Byllis s. Bullis, civitas Illyrica. Philipp. 11, 11, 26.

Byzacium in Africa: eius fertilitas. Varro RR. 1, 44, 2.

Byzantii. Urbs Byzantiorum, huic imperio fidelissima, refertissima atque ornatissima signis, civitas libera et proximis suis beneficiis a senatu et a populo Ro. liberata, a L. Pisone (a. u. c. 698.) spoliata et nudata. de prov. cons. 4, 6. — Mithridaticos impetus totumque Pontum armatum, aegre repulsum et cervicibus interclusum suis sustinuerunt. Ibid. — Byzantii in facetiis excellunt. de Or. 2, 54, 217. — Byzantii litterati. Verr. Accusat. 2, 31, 76. — Exsules Byzantini. ad Q. Fr. 2, 9, 2. — Byzantium reducti exules lege tribunicia P. Clodii. (a. u. c. 696.) pro Sestio 26, 56. item pro domo 20, 52.

Cabiria instituta Dionyso tertio. de Nat. D. 3, 23, 58. Est Creuzeri coniectura; sed retineo *Sabazia.*

Cabirum delubra apud Accium. Varro LL. 7, 2. p. 294.

Cabirus pater Dionysi tertii. de Nat. D. 3, 23, 58.

Cadmus: eius filia Ino s. Leucothea. de Nat. D. 3, 19, 48. — Tuscul. 1, 12, 28. — Cadmi progenies Bacchus. Fragmm. p. 490.

C. Cacurius, promptus homo et experiens et in primis gratiosus Lilybaei. Verr. Accus. 4, 17, 37.

Caecilia gens plebeia. Cognomina apud Ciceronem Bassi, Metelli, Rufi, Statii.

Caecilia Didia lex: iubebat in promulgandis legibus trinundinum tempus observari. Schol. Bob. pro Sestio p. 310. Cfr. ad Att. 2, 9, 1. cet. Vide Indicem legum.

Caecilia filia Q. Caecilii Metelli Balearici, cos. a. u. c. 631. Sex. Roscium filium inopem, fugientem latronum tela et minas, recepit domum. (a. u. c. 674.) pro Sex. Roscio 10, 27. — Spectatissima femina. Ibid. 50, 147. — Eius somnium. de Divin. 1, 2, 4. — Eius somnio, Marsico bello, templum est a senatu Iunoni Sospitae restitutum. de Divin. 1, 44, 99. — Omen ab ea captum. Ibid. 46, 104. — Pro S. Roscio 10, 27. in Codd. nominatur *Nepotis filia*, C. 50. *Balearici filia, Nepotis soror;* propterea Viri docti aut priore loco legendum putant *soror*, aut C. 50. delenda vv. *Balearici* et *sorore.* Nam aut Balearici filia est et Nepotis maioris soror, aut Nepotis filia, non Balearici. Ea, quae C. 50. de ea dicuntur, Balearici filiae magis conveniunt quam Nepotis. Nepotis filius tum nondum *ornatissimus* fuit, iunior quippe Cicerone; nec v. *patrui amplissimi* nisi de Macedonici filiis, Balearici fratribus, intelligi possunt. Ern. Utroque loco Madvigius recte uncis inclusit glossemata sibi repugnantia.

Caecilia, M. Scauri mater. pro Sestio 47, 101.

(Caecilia) Metella. Lentulus Spinther (filius) cum Metella divortium fecit. ad Att. 13, 7, 1.

(Caecilia) Metella. ad Att. 11, 22, 3. (locus, ut videtur, corruptus.)

Caecilia, Attici filia; ipse enim Pomponius Atticus Caecilius dicitur, quia a Caecilio avunculo adoptatus erat. ad Att. 5, 19, 2. Ib. 6, 1, 22. Ib. Ep. 2, 10. Atticula per iocum vocatur. Ib. Ep. 5, 4. Ib. Lib. 7, 2, 4. ac saepius. — Eam pater proco cuidam, qui tamen non nominatur, desponsare cogitat. ad Att. 13, 21, 7. (Nupsit postea M. Agrippae.)

Caeciliana fabula ad Att. 1, 16, 15. est poëma in laudem Caeciliorum Metellorum, quod Archias condere cogitabat. Vide A. Licinius Archias.

Caecilii Metelli omnes inimici C. Marii. de prov. cons. 8, 19. — Metellorum sepulcra ad portam Capenam. Tuscul. 1, 7, 13. — Naevii in eos versiculus: *Fato Metelli Romae fiunt consules.* Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 140. cfr. Zumpt. ad Verr. p. 72. — Eorum familia Siculis patrocinium praebuit, cum fuisset Lepidus in ea provincia praetor, instantibus ad accusandum eum Metellis duobus, Celere et Nepote. Pseudoascon. in Divin. p. 100.

Caecilius (al. Caelius, Schuetz Cascellius): nomen exempli causa propositum. de Inv. 2, 9, 28.

Caecilius praetor derisus a Lucilio. Varro LL. 7, 5. p. 373.

C. Caecilius, eques Romanus, laudatur pro Flacco 36, 89.

Q. Caecilius. Q. Caecilium, sororis suae virum, equitem Romanum, nullarum partium, cum semper natura tum etiam natura quietum, suis manibus occidit Catilina. Q. Cic. de Pet. C. 2, 9. — Q. Caecilius occisus a L. Catilina, temporibus Sullanis. Ascon. in tog. cand. p. 84. Est fortasse idem cum sequente.

Q. Caecilius. Nuper cum in P. Gabinium (praetorem a. u. c. 665.) L. Piso delationem nominis postularet, et contra Q. Caecilius peteret isque se veteres inimicitias iam diu susceptas persequi diceret,, cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum, tum illa erat causa iustissima, quod eum sibi Achaei patronum adoptarant. Divinat. 20, 64. „Q. Caecilius etsi fieri potest, ut is sit, qui cos. fuit a. u. c. 685., tamen quod sic nude auctoritate et dignitate a Pisone superatus dicitur, non videtur ex nobilissima Metellorum familia fuisse." Zumpt.

Q. Caecilius, eques Romanus, fenerator, avunculus Attici, magna pecunia fraudatus a P. Vario agit cum eius fratre Caninio Satrio rogatque Ciceronem, ut ei adsit contra Satrium. Quod cum is officii ac temporis causa detrectaret, durius hoc accepit. ad Att. 1, 1, 3. — A Caecilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. Ibid. 12, 1. — Caecilium colimus diligenter. Ibid. 2, 19, 5. Ibid. 20, 1. — Testamento Atticum adoptavit. Ibid. 3, 20, 1.

Q. Caecilius Q. F. Pomponius Atticus ad Att. 3, 20, 1. est T. Pomponius Atticus, qui ab avunculo Q. Caecilio testamento adoptatus erat, quod ei Cicero gratulatur.

T. Caecilius, Pompeianus, primi pili centurio cecidit in proelio ad Ilerdam commisso a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 46.

Q. Caecilius Bassus, quaestor C. Iulio Caesare et M. Bibulo coss. a. u. c. 695. ad Att. 2, 9, 1. — Ei auxilia misisse insimulabatur Deiotarus: „sed eum profecto is, qui optime nostros homines novit, vel quia nosset vel quia non nosset contemneret." pro Deiotaro 8, 23. — Bello Africano graves de Caesare rumores sparsi, qui etiam furiosum illum Caecilium excitaverunt. Ibid. 9, 25. — Ad Balbum a Vetere Antistio litterae datae pridie Kal. Ianuar. (710.), cum a se Caecilius circumsederetur et iam teneretur, venisse cum maximis copiis Pacorum Parthum: ita sibi esse eum ereptum, multis suis amissis: in qua re accusat Volcatium. ad Att. 14, 9, 3. Lib. 15, 13, 4. — Bassus Caecilius videtur, nuntio de Caesare interfecto allato, firmior futurus. D. Brutus ad Fam. 11, 1, 4. — Q. Caecilius Bassus, privatus ille quidem, sed fortis et praeclarus vir, habet robustum et victorem exercitum (a. u. c. 711.) Philipp. 11, 13, 32. — Legio, quam is habuit, ad C. Cassium venit a. u. c. 711. Cassius ad Fam. 12, 11, 1. — Noluit ei legionem tradere. Ibid. Ep. 12, 3. — „Iste nescio qui Caecilius Bassus." Ibid. Ep. 18, 1. — Caecilius Bassus suscitavit Pompeii partes. Schol. Ambros. pro Deiotaro p. 373. — De turbis ab eo in Syria motis vide Ioseph. 14, 11.

Q. Caecilius Dio. Vide Dio Halesinus.

T. Caecilius Eutychides, Attici libertus. — De Eutychide gratum; qui vetere praenomine, novo nomine T. erit Caecilius. ad Att. 4, 15, 1. Id est, cum manumissus esset ab Attico, nomen accepit T. Pomponii Eutychidis; postquam autem Atticus adoptatus est a Q. Caecilio, libertum T. (non Q.) Caecilii Eutychidis nomen gerere voluit.

STEMMA CAECILIORUM METELLORUM.

1. L. Caecilius C. F. Metellus, cos. a. 470.

2. L. Caecilius Metellus, Pontif. max., cos. a. 503 et 507., dictator 530.

3. Q. Caecilius Metellus, cos. 548. dictator 549. | 4. (C.) (L.) Metellus, quaestor. | 5. M. Caecilius, pr. urb. 549.

6. Q. Caecilius Metellus Macedonicus, praetor 605., cos. 611., censor 623. | 7. L. Caecilius Metellus Calvus, 612.

14. L. Caecilius Metellus Calvus Dalmaticus, cos. 635., censor 639. | 15. Q. Caecilius Metellus Numidicus cos. 646., censor 654. | 16. Caecilia, L. Lucullo

20. L. Caecilius Metellus. | 21. Q. Caecilius Metellus Pius, praetor 667., cos. 674.

29. (Q. Metellus Pius Scipio, cos. 702.) | 30. Caecilia n. Scauro et Cor. Sullae.

24. Q. Metellus Creticus, cos. 685. | 25. L. Metellus, praetor 684., cos. 686. | 26. M. Mete... praetor urb.

31. L. Metellus trib. pl. 705.

8. Q. Caecilius Metellus Balearicus, cos. 631. censor 634. | 9. Caecilia nupta C. Servilio. | 10. Caecilia n. Scipioni Nasicae. | 11. L. Metellus Diadematus, cos. 637. Pontif. max. | 12. M. Metellus, cos. 639. | 13. C. Metellus Caprarius cos. 641. censor 652.

17. Q. Caecilius Metellus Nepos, cos. 656. | 18. Caecilia nupta App. Claudio. | 19. C. Caecilius Metellus.

22. Q. Caecilius Metellus Celer, trib. pl. | 23. Q. Caecilius Metellus Nepos Asconii p. 63.

27. Q. Caecilius Metellus Celer, praetor 691., cos. 694. | 28. Q. Caecilius Metellus Nepos, tr. pl. 692., cos. 697.

De Caeciliorum Metellorum stemmate cfr. etiam Norisium ad Cenotaphia Pisana 1, 5. Ferratii Epistol. 2, 14. Burmann. ad Vell. 2, 5.

A. (Caecilius) Metellus. pro Flacco 40, 100. Ita Gruterus e Codd. Palatt. dedit, cum ante in volgg. esset *Q.* Et manifestum est ex contextu sermonem esse de Metello Cretico. Eius autem praenomen *Q.* est, non *A.* Ern.

L. Caecilius Metellus cos. a. u. c. 503., anno sequente Panhormi obsessus opportunitate rei gerendae oblata cum Hasdrubale conflixit et ingenti reportata victoria elephantos omnes cepit. Hinc inter praecipuos Karthaginiensium victores numeratur de Rep. 1, 1, 1. (Stemmatis 2.) — L. Metellus in triumpho plurimos duxit elephantos. Varro Fr. p. 376. Bip. — „Ego L. Metellum memini puer (Cato est, qui loquens inducitur) — qui cum quadriennio post alterum

consulatum (a. u. c. 507.) pontifex max. factus esset, viginti et duos annos ei sacerdotio praefuit — ita bonis esse viribus, ut extremo tempore aetatis adolescentiam non requireret." Cato 9, 30. — Summa eius auctoritas. Ibid. 17, 61. — L. Metellus, pontifex maximus, cum templum Vestae arderet, in medios se iniecit ignes et eripuit flamma Palladium illud, quod quasi pignus nostrae salutis atque imperii custodiis Vestae continetur. pro Scauro 2, 48. — Metellus de incendio sacra Vestalia liberavit. Varro Fr. p. 230. Bip. Cfr. Liv. Epit. 19.

Q. Caecilius Metellus, qui bello Punico secundo cum L. Veturio Philone consul fuit (a. u. c. 548.) Brut. 14, 57. Ibid. 19, 77. (stemm. 3.) — De eius oratione in laudem patris et de patre ipso vide Plinium Hist. N. 7, 43.

Q. Caecilius Metellus Macedonicus, consul a. u. c. 611., censor cum App. Claudio a. u. c. 623. (stemmatis 6.) — Rei publicae rector et consilii publici auctor. de Or. 1, 48, 211 et 215. — Triumphavit a. u. c. 608. de Andrisco Pseudophilippo (capto iam a. u. c. 606.) ex Macedonia. in Pison. 25, 61. — Idem triumphus memoratur pro Murena 14, 31. — Inter P. Africanum (minorem) et Q. Metellum fuit sine acerbitate dissensio. de Off. 1, 25, 87. — Inimicus fuit Scipionis Africani minoris. de Rep. 1, 19, 31. — Ab eo propter dissensionem, quae erat in re publica, alienatus est Scipio Africanus minor. Lael. 21, 77. — De his Macedonici inimicitiis cfr. Ruhnkenium ad Vellei. 1, 11. — Q. Metellus tres filios consules vidit, e quibus unum etiam et censorem et triumphantem, quartum (Caprarium) autem praetorem, eosque salvos reliquit, et tres filias nuptas, cum ipse consul, censor, augur fuisset et triumphasset. de Finn. 5, 27, 82. Ibid. 29, 88. — Q. Caecilius Metellus, cuius quattuor filii consulares fuerunt, in primis est habitus disertus, qui pro L. Cotta dixit, accusante Africano minore; cuius et aliae sunt orationes et contra Ti. Gracchum exposita est in C. Fannii annalibus. Brut. 21, 81. — Q. Metellus, cuius quattuor filii consulares, arma sumpsit contra C. Gracchum. Philipp. 8, 4, 14. — Q. Metellus, cuius quattuor filii consulares. Brut. 58, 212. — Q. Caecilius Metellus Macedonicus, honoratis quattuor filiis mortuus: eum multi filii filiae, nepotes neptes in rogum imposuerunt. Tuscul. 1, 35, 85. Ibid. 36, 86. — Referendus huc locus Velleii 1, 11.: „Vix ullius gentis, aetatis, ordinis hominem inveneris, cuius felicitatem fortuna Metelli compares. Nam praeter excellentes triumphos honoresque amplissimos et principale in re publica fastigium extentumque vitae spatium et acres innocentesque pro re publica contentiones quattuor filios sustulit, omnes adultae aetatis vidit, omnes reliquit superstites et honoratissimos. Mortui eius lectum pro Rostris sustulerunt quattuor filii, unus consularis et censorius, alter consularis, tertius consul, quartus (Caprarius) candidatus consulatus, quem honorem adeptus est (a. u. c. 641.)" (Quo ex loco intelliguntur verba Cic. Tuscul. 1, 36, 86.: „Metelli sibi quisque sperat fortunam.)" — Quattuor illi filii consulares toties memorati fuerunt Q. Metellus Balearicus, L. Diadematus, M. Metellus et C. Caprarius, qui candidatus consulatus erat, cum moreretur pater. (vide Plin. H. N. 7, 13 et 14.) Duas filias habuit, non tres. Cfr. Perizonii Animadvv. hist. c. 15. — C. Atinius bona Q. Metelli, qui eum ex senatu censor eiecerat, avi tui, Q. Metelle (Cretice), et tui, P. Servili, et proavi tui, P. Scipio, consecravit, foculo posito in Rostris adhibitoque tibicine. Quid tum? num ille furor tribuni plebi ductus ex nonnullis perveterum temporum exemplis fraudi Metello fuit, summo illi et clarissimo viro? Certe non fuit. Pro domo 47, 123. — Q. Metellus Macedonicus avus ex filia P. Servilii Vatiae Isaurici. Verr. Accusat. 3, 90, 211. — Eius porticus Romae in regione IX. Verr. Accusat. 4, 57, 126. Plin. H. N. 34, 14. — (Eius oratio de prole augenda. Liv. Epit. 59. Suet. Octav. 89. Cfr. Meyeri Oratt. Rom. Fragm. p. 95.) — Patres nostri Cn. et Q. Caepionibus, L. et Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem novum, non crediderunt. pro Fonteio 7, 13. (Intelliguntur Macedonicus et Calvus.)

L. Caecilius Metellus Calvus, consul a. u. c. 612. ad Att. 12, 5, 3. (Stemmatis 7.)

Q. Caecilius Metellus Balearicus, consul a. u. c. 631. cum T. Flaminino. Brut. 74, 259. — pro domo 53, 136. (Stemmatis 8.) — Eius filia, Caecilia. de Divin. 1, 2, 4. cet. Vide Caecilia. (Stemmatis 18.)

L. Caecilius Metellus Diadematus, consularis, summa auctoritate vir, pro Q. Metello Numidico patre populo Romano supplicavit. Post red. in sen. 15, 37. Post. red. ad Quir. 3, 6. (Stemmatis 11.) — *Diadematus* dictus est à diademate, quo caput obligare solebat ulceris alicuius tegendi causa, Graece διαδούμενος. Plin. H. N. 34, 8. et *Diadematum* et *Diadumenum* appellat. Ceterum caveant adolescentes, ne audiant eos, qui hunc *Diadematum* cum *Dalmatico* confundunt et pro uno habent, cum *Dalmaticus* sit *Diademati* frater patruelis. Scio Plin. 7, 44. inter Macedonici filios commemorare *Dalmaticum* sed ibi reponenda est lectio, quam fere omnes libri habent, *Diadematis* pro *Dalmaticis*. V. Harduinum ad h. l. et Gesner. Chrest. Plin. p. 217., qui tamen *Dalmaticis* retinent et pro uno utrumque habent. An censor fuerit, dubitari video. L. Metellus quidam censor fuit cum Cn. Domitio a. u. c. 638. (639. Varr.) Ad h. a. Sigonius putat esse Metelli Calvi filium, qui a. u. c. 634. (635. Varr.) consul fuit. Recte. Sed quod negat Dalmaticum censorem fuisse, eius causa haec est, quod Dalmaticum a Diademato non discernebat, ut Burmannus ad Vellei. 2, 3. Ern.

C. (Caecilius) Metellus Caprarius, quartus Macedonici filius; cos. a. u. c. 641. Amarum in eum dictum Scipionis Africani minoris. de Or. 2, 66, 267. — Idem censorius pro Q. Metello Numidico populo Romano supplicavit. Post red. in senatum 15, 37. Post red. ad Quir. 3, 6. (Stemmatis 13.) Fuit censor cum Metello Numidico a. u. c. 652.

L. Caecilius Metellus Calvus Dalmaticus, L. Calvi filius, frater Q. Numidici, cos. a. u. c. 635. censor a. u. c. 638. Triumphum egit de Dalmatis; ex manubiis refecit aedem Castoris. Verr. Accusat. 1, 59, 154. — L. Metellus, Cn. Domitius censores a. u. c. 638. Verr. Accusat. 1, 55, 143. — L. Metellus et Cn. Domitius, censores e senatu eiecerunt C. Getam, qui censor est ipse postea factus. pro Cluentio 42, 119. — L. Metellus Dalmaticus, avus maternus M. Aemilii Scauri a Cicerone defensi Castoris et Pollucis templum e manubiis refecit. pro Scauro 2, 46. — L. Caecilius Metellus, (pontifex maximus,) avus maternus M. Aemilii Scauri a Cicerone defensi. Ascon. in Scaur. p. 27. — Castoris et Pollucis templum refecit. Ibid. p. 28. — Aedem Castoris de manubiis L. Metellus exstruxerat, qui Metellus subactis Dalmatis Dalmaticus appellatus est. Pseudoascon. in Accus. Verr. p. 199. — L. Caecilius Metellus, pontifex max. Eum Sex. Peducaeus trib. pl. criminatus est male iudicasse de incesto virginum Vestalium. Ascon. in Milon. p. 46. Pighius 3. p. 110. hoc iudicium refert ad a. 640. (641. Varr.) — L. Metellus consularis, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Cfr. Val. Max. 8, 5, 1. (Stemmatis 14.)

Q. Caecilius Metellus L. F. Numidicus adolescens Athenis Carneadem iam affectum senectute multos dies audivit. de Or. 3, 18, 68. — Consul cum M. Iunio Silano a. u. c. 645. Ascon. in Cornel. p. 68. — Q. Metellus Numidicus et eius collega M. Silanus dicebant de re publica, quod esset illis viris et consulari dignitati satis. Brut 35, 135. — Q. Caecilio, M. Iunio coss. senatui placuit, quae leges rem militarem impedirent, ut abrogarentur. Cornel. 1. Fragmm. 11. p. 449. — Ei Numidia evenit, acri viro et quamquam advorso populi partium, fama tamen aequabili et inviolata. Sal. Iug. 43. — Exercitus ei traditur a Sp. Albino pro consule iners, imbellis. Ib. 44. — Eum brevi confirmavit. Ib. 45. — Proelio ad flumen Muthul commisso vincit Iugurtham. Ib. 48. 54. — Zamam statuit oppugnare. Ib. 56. — Ab Zama discedit. Ib. 61. — Bomilcarem sollicitat ad prodendum Iugurtham. Ibid. — Huic ad deditionem a Bomilcare impulso imperat argenti pondo ducenta milia, elephantos omnis, equorum et armorum aliquantum. Quibus traditis, eum ad imperandum Tisidium vocat: is tamen de integro bellum sumit. Et Romae senatus de provinciis consultus Numidiam Metello decreverat (in a. u. c. 646.) Ib. 62. — Graves Metelli inimicitiae cum C. Mario consulatus cupido. Metello quamquam virtus,

gloria atque alia optanda bonis superabant, tamen inerat contemptor animus atque superbia, commune nobilitatis malum. Ib. 64. — Vaccensium perfidiam punit. Ib. 69. — Marium cos. a. u. c. 647. bellum cum Iugurtha gerere frequens populus iussit. Sed senatus paulo ante Metello decreverat; ea res frustra fuit. Ib. 73. — Thalam capit. Ibid. 76. — Certior fit provinciam Numidiam Mario datam; quis rebus supra bonum atque honestum perculsus neque lacrumas tenere neque moderari linguam: vir egregius in aliis artibus nimis molliter aegritudinem pati. Ib. 82. — Audita Iugurthae et Bocchi societate, legatos ad Bocchum misit postulatum, ne sine causa hostis populo Romano fieret; bellum intactum trahitur. Ib. 83. — Exercitus Mario traditur a P. Rutilio legato; nam Metellus conspectum Marii fugerat. Ib. 86. — Metellus Romam profectus contra spem suam laetissumis animis excipitur, plebi patribusque, postquam invidia decesserat, iuxta carus. Ib. 88. — Cum causam de pecuniis repetundis diceret, ille, ille vir, cui patriae salus dulcior quam conspectus fuit, qui de civitate decedere quam de sententia maluit, hoc igitur causam dicente, cum ipsius tabulae circumferrentur inspiciendi nominis causa, fuisse iudicem ex illis equitibus Ro. neminem, quin removeret oculos cet. pro Balbo 5, 11. — Tabulas Metelli Numidici, cum eae, ut mos est, circumferrentur, nostri iudices adspicere noluerunt. ad Att. 1, 16, 4. — Metellus Numidicus noluit sua laudatione iuvare L. Lucullum (Pontici patrem), sororis virum, quicum optime convenisset. Verr. Accusat. 4, 65, 147. — Laudatur eius integritas in aestimando frumento. Verr. Accusat. 3, 90, 209. — Erat Archias iucundus Q. Metello illi Numidico et eius Pio filio. pro Archia 3, 6. — Metellus Numidicus (potius quam Q. Caecilius Metellus Nepos cos. a. u. c. 656.) salse reprehensus propter villam Tiburtinam nimis magnificam a C. Iulio Caesare Strabone. de Or. 2, 68, 275. (cfr. Henrichsen.) — Metelli ac Luculli villae pessimo publico aedificatae. Varro RR. 1, 13, 7. — Is, cum florentem hominem in populari ratione, L. Saturninum, censor notasset cumque insitivum Gracchum contra vim multitudinis incitatae censu prohibuisset, cumque in eam legem, quam non iure rogatam iudicarat, iurare unus noluisset, de civitate maluit quam de sententia demoveri. pro Sestio 47, 101. — Eius causam (a. u. c. 654.) etsi omnes boni probabant, tamen neque senatus publice neque ullus ordo proprie neque suis decretis Italia cuncta susceperat. Ad suam enim quandam magis ille gloriam quam ad perspicuam salutem rei publicae spectarat, cum unus in legem (de agro Cimbrico dividundo) per vim latam iurare noluerat. cet. pro Sestio 16, 37. — Eius inimici C. Marius VI. cos. et L. Saturninus. Ibid. — Eum C. Marius apud populum Romanum criminatus est. de Off. 3, 20, 79. — In eum Saturninus populum incitavit. de Legg. 3, 11, 26. — Ei Appuleius Saturninus causa exilii fuit. Schol. Bob. post. red. ad pop. p. 252. pro Plancio p. 272. — Q. Metellus cessit L. Saturnino furenti. Pseudocic. antequam iret in ex. 11, 27. — Saturninus de Metello tulit, ut ei aqua et igni interdiceretur. pro domo 31, 82. Ibid. 32, 87. — Nec P. Popilius neque Q. Metellus, clarissimi viri atque amplissimi, vim tribuniciam sustinere potuerunt. pro Cluentio 35, 95. — Maluit in exilium ire quam iurare in agrariam legem tribuni pl. Appuleii Saturnini. Schol. Bob. pro Plancio p. 272. — Q. Metellus L. F. Numidicus, fortissimus vir meoque iudicio omnium magnitudine animi et constantia praestantissimus, summa voluntate (ex Urbe) cessit et egregia animi alacritate abfuit neque sane redire curavit. Neutiquam (ut nonnulli volebant) post reditum fracto animo et demisso fuit. ad Fam. 1, 9, 16. — Hunc ego civem meo iudicio cum deorum immortalium laude coniungo; qui C. illi Mario, fortissimo viro et consuli et sextum consuli et eius invictis legionibus, ne armis confligeret, cedendum esse duxit. in Pison. 9, 20. — Eum constat invitissimis viris bonis cessisse, nec fuisse dubium, quin contentione et armis superior posset esse cet. pro Plancio 36, 88. — Eius fuga. de Rep. 1, 3, 6. — Eius casus vel gloriosus vel gravis. pro Sestio 62, 130. — Eius de patria discessus molestus omnibus, ipsi ne luctuosus quidem est visus. Post red. in sen. 10, 25. — Pro Q.

Metello spectata iam adolescentia filius, L. et C. Metelli consulares, eorum liberi, Q. Metellus Nepos, qui tum consulatum petebat, Luculli, Servilii, Scipiones, Metellarum filii, flentes ac sordidati populo Romano supplicaverunt. Post red. in Sen. 15, 37. Post red. ad Quir. 3, 6. — Tribunicia rogatione, interfectis inimicis, nulla auctoritate restitutus. Post red. in sen. 15, 38. Post red. ad Quir. 4, 10. — Scilicet a. u. c. 655. Q. Calidii lege in civitatem restitutus est. pro Plancio 28, 69. — Post Saturnini necem in civitatem restitutus est. Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 347. — Metellum veneno sustulit Q. Varius. de Nat. D. 3, 33, 81. Intelligunt de Numidico. (Stemmatis 15.)

Q. Caecilius Metellus Pius, Numidici filius, (stemmatis 21.) A. u. c. 645. contubernio patris in Numidia militabat, annos natus circiter viginti. Sal. Iug. 64. — Metellus Pius pie luxit propter patrem Numidicum. de Or. 2, 40, 167. Hinc Pii cognomen tulit et tota familia. — Q. Metellus Pius praetor a. u. c. 665. pro Archia 4, 7. (ubi cfr. Ferratium.) — Homo sanctissimus modestissimusque omnium. Ibid. 5, 9. — Cos. cum L. Sulla II. a. u. c. 674. Verr. Accusat. 1, 50, 130. — Q. Metellus Pius consul praetoriis comitiis, petente Q. Calidio, populo Romano supplicavit, cum quidem non dubitaret et consul et homo nobilissimus patronum illum et suum et familiae suae [nobilissimae] dicere. pro Plancio 29, 69. — Pontifex maximus. Ascon. in Cornel. p. 80. — In eius castra, cum contra socios Italicos bellum gereret, confugit Oppianicus. pro Cluentio 8, 24. — Volnus ei inflictum a C. Cethego. pro Sulla 25, 70. (scil. cum in Hispaniam proficisceretur.) — Eius expeditio adversus Sertorium. Sal. Hist. 2, 41. seqq. — Cum eo adversus Sertorium durissimum bellum gerente semper fuit L. Cornelius Balbus. pro Balbo 2, 5. — Q. Metellus Pius usque eo de suis rebus scribi cupiebat, ut etiam Cordubae natis poëtis pingue quiddam sonantibus atque peregrinum aures suas dediderit. pro Archia 10, 26. — Vir sanctissimus et summa religione ac modestia, Q. Fabium Saguntinum civitate donavit. pro Balbo 22, 50. — A. u. c. 689. testimonium dixit in C. Cornelium. Ascon. in Cornel. p. 60. — Cornel. Fragmm. 2. p. 448. — Munus gladiatorium ei datum a P. Cornelio Scipione Nasica, Cn. Pompeii socero. pro Sestio 58, 124. — Hunc scilicet P. Cornelii Scipionis Nasicae ex Licinia filium adoptavit, cuius nomen propterea ad Fam. 8, 8. plene sic effertur: Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio.

Q. Caecilius Metellus Pius Scipio, Scipionis Nasicae, Serapionis nepotis, ex Licinia filius, frater L. Crassi, adoptatus a Q. Metello Pio; Cn. Pompeii Magni socer et in tertio consulatu a. u. c. 702. collega: (stemmatis 29.) Vide in Corneliis Scipionibus. — Interdum vocatur P. Scipio Nasica, interdum Q. Metellus Scipio, interdum P. Scipio Metellus, interdum Scipio simpliciter. — P. Scipio pronepos Q. Metelli Macedonici (immo Calvi.) Pro domo 47, 123. — Scipio iste postea Cn. Pompeii socer fuit, in exitu belli civilis sua manu interemptus: adoptione tamen venit in familiam Metellorum. Schol. Bob. pro Sestio p. 306. ad Sestianae c. 58, 124. — In Metelli Pii honorem munus gladiatorium edidit. pro Sestio 58, 124. — A. u. c. 684. advocatus C. Verris, ideoque exagitatus a Cicerone. Verr. Accusat. 4, 36, 79. — P. Scipio, adolescens summa nobilitate, eximia virtute praeditus. (a. u. c. 689.) Cornel. 1. Fragmm. 18. p. 450. — Cfr. Ascon. in Cornel. p. 83. Ed. Baiteri. — Collega M. Bruti in pontificatu: sane bene et loqui videbatur et dicere. Brut. 58, 212. — Accusatus a Favonio, a Cicerone defensus. (a. u. c. 694.) ad Att. 2, 1, 9. — Q. Metellus Scipio, pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Competitor Milonis a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 31. 36. et Schol. Bob. de aere al. Mil. p. 341. — Eius triumphus. Varro RR. 3, 2, 16. — Eius anseres. Ibid. 10, 1. — Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio. Caelius ad Fam. 8, 8, 5 et 6. — Eius sententia de successione Galliarum a. u. c. 703. Ibid. 9, 5. — Decrevit supplicationes a. u. c. 704. Ibid. 11, 2. — P. Scipio Metellus proavum suum Scipionem Serapionem (qui Ti. Gracchum pontifex max. interfecit) nescit censorem non fuisse. ad Att. 6, 1, 17. Ib. Lib. 7, 4, 2. —

Erat cum imperio a. u. c. 705. Ib. 8, 15, 3. — Quid tu Scipionem, quid Faustum, quid Libonem praetermissurum sceleris putas? quorum creditores convenire dicuntur. Quid eos autem, cum vicerint, in cives effecturos? ad Att. 9, 11, 4. — Scipio vel in Syriam proficiscitur, sorte; vel cum genero, honeste, vel Caesarem fugit iratum. ad Att. 9, 1, 4. — Detrimentis quibusdam circa montem Amanum acceptis sese imperatorem appellaverat. Finitimis hostibus Parthis post se relictis legiones equitesque Syria deduxerat Pergamum in hiberna. Eius largitiones, crudeles exactiones, usurae. Invitatus a Pompeio in Macedoniam proficiscitur. Caesar Civ. 3, 31 — 33. Eius res gestae adversus Cn. Domitium Calvinum. Ibid. 36. seqq. — Ad eum Caesar mittit A. Clodium cum mandatis de compositione: sed is infecta re sese ad Caesarem recepit. Ibid. 57. — Coniuncto cum Scipione exercitu in Thessalia Pompeius suum cum Scipione honorem partitur classicumque apud eum cani et alterum illi iubet praetorium tendi. Ibid. 82. — De sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio Spintherque Lentulus quotidianis contentionibus ad gravissimas verborum contumelias palam descenderunt. Ib. 83. — Regium equitatum (Iubae) ex provincia Africa alebat. Bell. Afric. 8. — Cum Petreii et Labieni copiis se coniungit. Ibid. 24. — Varia eius cum Caesare proelia. Ib. 40. — Ex aula Iubae regis, sagulo purpureo cum antea uti solitus esset, ad album sese vestitum transfert. Ib. 57. — Eius equitatus levisque armatura erat mirifica, si legiones quoque accessissent. Ib. 72. — Devictus in proelio ad Thapsam, mense Aprili a. u. c. 707. Ib. 79. seqq. — Ad Hipponem regium opprimitur a P. Sitio a. u. c. 707. Ibid. 96. — Scipio in bello civili foede periit. ad Fam. 9, 18, 2. — P. Scipio, clarissimus vir maiorumque suorum simillimus. Philipp. 13, 14, 29. — Metelli villa: ad Fam. 12, 2, 1., in qua Antonius commentabatur, est Metelli Scipionis, soceri Pompeii Magni. Manut. Eadem Philipp. 5, 7, 19. dicitur Tiburtinum Scipionis. Cfr. ad Att. 1, 1, 3.

Q. Caecilius Metellus Nepos, **Balearici filius, Macedonici nepos,** (stemmatis 17.) consul cum T. Didio a. u. c. 656., accusatus a C. Curione. Ascon. in Cornel. p. 63. (Ab eo lata lex Caecilia Didia.) — Q. Metellus F. Huic orationes scribebat L. Aelius. Brut. 56, 206. („Refertur ad Balearici filium, qui Nepos dictus est." Ellendt.)

Q. Caecilius Metellus Nepos, praecedentis filius (stemmatis 23.). Q. Metelli .... adolescentia ad summam laudem omnibus rebus ornata. Cornel. 1. p. 63. in Asconio Baiteri. — Fuerunt tunc plures Quinti Metelli, ex quibus duo consulares, Pius et Creticus, duo autem adolescentes, Nepos et Celer. ex quibus nunc Nepotem significat. Eius enim patrem, Q. Metellum Nepotem, Balearici filium, Macedonici nepotem, qui consul fuit cum T. Didio, Curio is, de quo loquitur, accusavit; isque Metellus moriens petiit ab hoc filio suo Metello, ut Curionem, accusatorem suum, accusaret, et id facturum esse iure iurando adegit. Metellus fecit reum Curionem; cumque interim quendam civem idem Metellus, servum suum esse contendens, vi arripuisset ac verberibus affecisset, Curio assertorem ei comparavit. Dein cum appareret eum exitum iudicii illius futurum, ut liber is iudicaretur, quem Metellus verberibus affectum esse negare non poterat, inter Metellum et Curionem facta pactione arbitrium de libertate peregere, eaque pactio ab utroque firmata est. Cum hoc autem Metello postea Cicero simultates gessit; evasit enim Metellus malus atque improbus civis. Asconius ibidem. — Iam cum Q. Metellus Nepos consul a. u. c. 697. Q. Metelli Nepotis consulis a. u. c. 656. non filius, sed nepos fuerit, ad notum illum Metellum Nepotem cos. a. u. c. 697. haec Asconiana referri neutiquam possunt, sed fatendum est aut immanem a doctissimo grammatico errorem esse commissum, aut, quod mihi quidem probabilius est, re vera eo tempore praeter Metellum Nepotem cos. a. u. c. 697. extitisse eius patruum minus notum, „malum atque improbum civem," eundem scilicet, quem Cicero notat ad Att. 4, 7, 2. Attic. Vide infra in v. Caecilius Metellus ante v.: Caecilius Niger.

Q. Caecilius Metellus Celer, Q. Metelli Nepotis cos. 656. filius, **Balearici** nepos (stemmatis 22.), **pater Celeris** et Nepotis (de quibus **Brut. 70, 247.**)

non ille quidem orator, sed tamen non infans. Brut. 89, 305. — Auditus a Cicerone iuvene a. u. c. 664. tribunus pl. collegis C. Curione, Q. Vario, C. Carbone.

(Caecilius) Metellus, advocatus Sex. Roscii, est aut Q. Caecilius Metellus Celer cos. a. u. c. 694. aut Q. Caecilius Metellus Nepos, cos. a. u. c. 697. pro Sex. Roscio 28, 77.

(Caecilii) Metelli duo, fratres, Celer et Nepos, nihil in causis versati, nec sine ingenio nec indocti, hoc erant populare dicendi genus assecuti. Brut. 70, 217. — Caecilii Metelli, Celer et Nepos M. Lepidum praetorem accusare coeperant: sed cum legibus interrogassent, victi eius apud populum gratia destiterunt. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 206.

Q. Caecilius Metellus Celer, (N.27.) Celeris (N.22.) filius, Nepotis cos. a. u. c. 656. nepos, frater Nepotis cos. a. u. c. 697., praetor a. u. c. 691. — A. u. c. 691. cum tribus legionibus in agro Piceno praesidebat. Ubi Catilinae iter ex perfugis cognovit, sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. Sal. Catil. 57. — Cfr. in Catil. 1, 8, 19. — Delectum in agro Piceno et Gallico habuit. Ibid. 2, 3, 5. Ibid. 12, 26. — Cfr. pro Sulla 23, 65. — A. u. c. 692. Galliam citeriorem ex praetura pro consule regebat: cum Cicerone expostulat se absentem ludibrio ab illo habitum esse in senatu, fratrem, Q. Metellum Nepotem, capite ac fortunis oppugnatum. (Sueton. Caes. c. 16.) ad Fam. 5, 1. — Respondet ei Cicero Ibid. Ep. 2. Cfr. Ibid. 4, 1. — Orationem Q. Celeris mihi velim mittas contra M. Servilium. ad Att. 6, 3, 10. Epistola scripta est a. u. c. 704. — Consul designatus a. u. c. 693. resistit publicanis Asiaticam locationem induci postulantibus. ad Att. 1, 17, 9. — Q. Metellus (facio iniuriam fortissimo viro mortuo, qui illum, cuius paucos pares haec civitas tulit, cum hac importuna belua (L. Pisone) conferam), sed ille designatus consul, cum quidam tribunus plebi suo auxilio magistros vicorum ludos (compitalitios) contra senatus consultum facere iussisset, privatus fieri vetuit, atque id, quod nondum potestate poterat, obtinuit auctoritate. in Pison. 4, 8. — Cfr. Ascon. in Pison. p. 8. — Consul a. u. c. 694. unus vir fortissimus et praestantissimus civis, socius laborum, periculorum, consiliorum meorum. pro Sestio 62, 131. — Socius rerum mearum.' Post red. in sen. 10, 25. — Est consul egregius et nos amat; sed imminuit auctoritatem suam, quod habet dicis causa promulgatum illud de Clodio (i. e. de eo per C. Herennium ad plebem traducendo.) ad Att. 1, 18, 5. — Q. Metellus Celer, frater P. Clodii, impediebat eius transitum ad plebem. de Harusp. resp. 21, 45. — Metellus est egregius consul (a. u. c. 694). Unum reprehendo, quod otium e Gallia nuntiari non magno opere gaudet. Cupit, credo, triumphare. ad Att. 1, 20, 5. Ibid. 2, 1, 1. — Consul φιλόπατρις et natura bonus. Ibid. 8. 4. — Eius uxor Clodia. ad Att. 2, 1, 5. — Mors eius miserabilis (a. u. c. 695.). pro Caelio 24, 59., ubi tecte significat, eum ab uxore Clodia veneno sublatum; qua de causa Caelius *quadrantariam Clytaemnestram* eam dixit. Quintil. 8, 6, 53. p. 527. Capper. — Quonam modo ille furenti fratri suo (P. Clodio) consularis restitisset, qui consul incipientem furere atque conantem sua se manu interfecturum audiente senatu dixit! pro Caelio 24, 60. — Q. Metellus et inimicus et frater inimici P. Clodii. Pseudocic. post reditum in sen. 10, 25. Cfr. Edit. meam min. Caelianae p. 56. Scilicet erant consobrini; mater enim Clodii soror fuerat patris Q. Metelli. — Infamis fuit eius mors de veneficio, quod ei paratum vel apud Clodium fratrem vel apud uxorem Clodiam videbatur. Schol. Bob. pro Sestio p. 308. — Augur. Ead. in Vatin. p. 318. — In eius locum augur fieri volebat P. Vatinius, ut quicunque hunc adspexisset, duplicem dolorem gemitumque susciperet et ex desiderio clarissimi et fortissimi civis et ex honore turpissimi atque improbissimi. in Vatinium 8, 19. — Cfr. Ascon. in Cornel. p. 63.

Q. Metellus Q. F. Nepos, frater praecedentis. (N.28.) Significatur his verbis: „Te, te appello, Cato: nonne prospicis tempestatem anni tui? iam enim hesterna contione intonuit vox perniciosa designati tribuni, collegae tui; contra quem multum tua mens, multum omnes boni providerunt, qui te ad tribunatus petitionem vocaverunt." pro Murena 38, 81. — „Ex Plutarchi Catone minore C. 20. Cicerone C. 26. et Dione Cassio 37, 43. constat Metellum a Catone fractum in Asiam ivisse ad Pompeium,

cum senatus consulto rei publicae administratione, ut ait Suetonius in Caes. 16. submotus fuisset. Rediit non longo intervallo; sed post reditum quievisse videtur." GARAT. ad argum. Sullanae p. 260. — Ad eundem pertinere videntur verba probabiliter Metellinae orationis apud Quintil. 9, 3, 43. Venit ex Asia, hoc ipsum quam novum! Tribunus pl. venit ex Asia. — Q. Metellus Nepos, trib. pl. (a. u. c. 692.), cum plerasque leges per seditionem ferret, et praecipue duas, ut absens consul Cn. Pompeius fieret, tempore scilicet Mithridatici belli, quod ab eodem Pompeio gerebatur, et alteram, ut praesidio Italiae veniret adversus arma Catilinae, contradixit ei pleraque nobilitas et ipse vel maxime collega eius Cato, cum tamen C. Caesar praetor Metello tr. pl. assisteret. Schol. Bob. pro Sestio p. 302 et 308. — Q. Metellus Nepos, in quem est Ciceronis Metellina oratio, cum coniurati capitis damnarentur in senatu, et noluit venire ad senatum et coepit velle inimicis Ciceronis favere quasi pro civibus Romanis. Schol. Gronov. ad Catil. p. 412. — Q. Metellus Nepos, tribunus pl. inimicus Ciceronis. ad Fam. 5, 1, 1. Ibid. 2, 6. Schol. Bob. pro Sestio p. 294. Schol. Bob. pro Sulla p. 366. — Ab eo Cicero consulatu abiens prohibitus est concionari de rebus, quas in eo magistratu gessit. Ascon. in Pison. p. 7. — Contra eius contionem a. d. III. Non. Ian. a. u. c. 692. habitam Cicero brevi post dixit. Fragmm. p. 455. — Ea est Metellina (oratio) ad Att. 1, 13, 5. — Consul designatus a. u. c. 696. inimicus Ciceronis. ad Att. 3, 12, 1. — Consul cum P. Lentulo Spinthere a. u. c. 697. — Eius odium in P. Clodium. ad Att. 2, 12, 2. — Eius moderatio de Cicerone; „qui cum inimicitias sibi mecum ex rei publicae dissensione susceptas esse dixisset, eas se patribus conscriptis dixit et temporibus rei publicae permissurum. pro Sestio 33, 72. — A P. Servilio Ciceroni reconciliatus de huius salute rettulit. pro Sestio 62, 130. — Attici quoque in ea reconciliatione partes fuisse videntur. ad Att. 3, 22, 2. — Q. Metellus Nepos, consul in templo Iovis O. M., permotus cum auctoritate senatus, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens mecum summo suo beneficio rediit in gratiam. de prov. cons. 9, 22. in Pison. 15, 35. — Cfr. ad Att. 3, 23, 1. — Simultatem humanissime deposuit. Ibid. 24, 2. — Quomodo autem se gesserit, cum P. Clodius aedilitatem peteret (a. u. c. 697.) narrat ad Att. 4, 3, 3.: Metellus calumnia dicendi tempus exemit adiuvante Appio. — Contiones turbulentae Metelli, temerariae Appii, furiosissimae Publii. — Contentio (horum) trium fratrum turpis, fracta vis, contemptus furor. Ibid. §. 4. (Metellus scil. consobrinus Appii et Clodii.) — Q. Metellus rei publicae subvenit in revocando Cicerone. Post red. in sen. 3, 5. Ibid. 4, 9. — Q. Metellus et inimicus et frater inimici (P. Clodii) perspecta senatus voluntate, omnia privata odia in Ciceronem deposuit. Post red. in sen. 10, 25. Pro domo 3, 7. Ibid. 27, 70. — Lapidibus appetitus, etiam percussus a L. Sergio et M. Lollio. pro domo 5, 13. — Eius Epistola (ex Hispania provincia) ad Cic. scripta (a. u. c. 698.) ad Fam. 5, 3., in qua Glandorpius et Martyni-Laguna tangi putant Metellum, de quo ad Attic. 4, 3, 3 et 7, 2., alii vero P. Clodium. — Ciceronis ad eum Ep. Ibid. 4. — A. u. c. 700. erat in vivis; nam ab Asconio in Scaur. p. 28. nominatur inter novem consulares, qui M. Scaurum laudaverunt. Non ergo potest esse Metellus is, in quem mortuum a. u. c. 698. invehitur Cicero ad Att. 4, 7, 2. — Cfr. ad Att. 2, 5, 2. Suet. Caes. 55. Zumpt. in Spaldingii Quintil. Vol. 5. p. 397.

Q. CAECILIUS METELLUS L. F. CRETICUS, Calvi abnepos, Dalmatici pronepos (stemmatis 24.) — Tribunus pl. a. 679. et anno proximo legatus. pro lege Manilia 19, 58. — Consul cum Q. Hortensio a. u. c. 685. — Verris amicus. Verr. Act. 1, 9, 26. — Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 140. — Eius beneficiis Dio Halesinus civis Romanus factus. Verr. Accusat. 2, 7, 19. — Detrectante collega suo Q. Hortensio administrationem provinciae Cretae ipse suscepit et ibidem confecto bello cognomentum Cretici meruit. Schol. Bob. pro Flacco p. 233. Idem pro Plancio p. 258. Cfr. Dio Cass. 36, 2. — Cretam scil. intra triennium (a. u. c. 686 — 688.) subegit. — L. Flaccus bellum Cretense ex magna parte gessit atque una cum summo imperatore Q. Metello sustinuit. pro Flacco 3, 6. — Creta Metelli virtute nostra. Ibid. 13, 30. Ibid. 40, 100. — Ascon. in Cornel. p. 63. — A. u. c.

691. tempore coniurationis Catilinariae senati decreto in Apuliam circumque ea loca missus. Sal. Catil. 30. — Triumphavit a. u. c. 692. in Pison. 24, 58. — Legatus ad Galliae civitates missus, ne se cum Helvetiis coniungerent. a. u. c. 694. ad Att. 1, 19, 2. — Cfr. pro Plancio 11, 27. pro Balbo 25, 56. — Pseudocic. ad Brut. 1, 8. Ascon. in Cornel. p. 63. Ed. Baiteri. — Cfr. etiam: Caecilius Metellus ante: Caecilius Niger.

L. Caecilius Metellus, Q. Metelli Cretici, cos. a. u. c. 685. frater. (N.25.) Praetor fuit a. u. c. 683. pro Tullio §. 39. (cfr. Huschkii *Anal. crit.* p. 93.) — Cum frater consulatum gereret, Lucius, Verris successor, pro praetore Siciliam obtinebat. Verr. Act. 1, 9, 27. Accusat. 2, 4, 10. — Consul fuit a. u. c. 686., in quo magistratu mortuus est. — Eius laudes. Verr. Accusat. 3, 16, 43. seqq. — Fecit hoc egregie primo adventu in Siciliam Metellus, ut omnes Verris iniurias, quas modo posset, rescinderet et irritas faceret. Simul atque ego in Siciliam veni, mutatus est. Verr. Accus. 2, 26, 63. Ibid. 56, 138. — Eius iussu repositae sunt C. Verris statuae a Centuripinis deiectae. Verr. Accusat. 2, 67, 162. — Multos in Verrem testes imperio et potestate deterruit. Verr. Accusat. 3, 53, 122. Cfr. Ibid. 5, 21, 55. — C. Gallus senator postulavit a L. Metello, ut ex edicto suo iudicium daret in Q. Apronium; non potuit impetrare. Verr. Accusat. 3, 65, 152. — Eius filius adolescens bonus ac pudens, dignus illo loco et nomine. Verr. Accusat. 3, 68, 159. Videtur hic idem cum tribuno pl. a. 705. stemmatis 31.

M. Caecilius Metellus, praecedentis frater (Stemmatis 26.). — M. Metello cum praetores designati (a. u. c. 684.) sortirentur, obtigit, ut is (praetor urbanus a. u. c. 685.) de pecuniis repetundis quaereret. Verr. Act. 1, 8, 21. — Verris amicissimus. Ibid. 9, 26. Ibid. 10, 30 et 31. — Ludos gladiatorios dedit a. u. c. 694. ad Att. 2, 1, 1. — Hic Metellus est, qui praesente Sulla et audiente de proscriptionum ardore et labe temporum dixit et ideo stultus putabatur. Schol. Gronov. in Act. 1. in Verr. p. 394. — Cfr. Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 140. 143.

L. Caecilius L. F. L. N. Metellus tribunus pl. a. u. c. 705. (Stemmatis 31.) Plane iracundia elatus voluit Caesar occidi Metellum tribunum pl. ad Att. 10, 4, 8. Ib. 8, 6. — Eum Italia prohibebat Caesar a. u. c. 706. ad Att. 11, 7, 2. — Ipse Caesar Civ. 3, 33. de eo sic: Subiicitur L. Metellus, tribunus pl., ab inimicis Caesaris, qui hanc rem distrahat reliquasque res, quascunque agere instituerit, impediat. — Eius socrus Clodia. ad Att. 9, 6, 3.

(Caecilius) Metellus. De Metello οὐχ ὅσίη φθιμένοισιν; sed tamen multis annis civis nemo erat mortuus, qui quidem .... (scil. reticet: peior fuerit.) ad Att. 4, 7, 2. (a. u. c. 698.) Qui locus cum neque ex Manutii opinione ad Creticum referri possit, utpote quem nunquam reprehendat Cicero, nec cum aliis ad Nepotem cos. a. u. c. 697., quoniam quidem is teste Asconio in Scaur. p. 28. in vivis erat a. u. c. 700., iam supra dixi tangi h. l. videri alium Nepotem, consulis a. u. c. 697. patruum, ab uno quod sciam Asconio in Cornel. p. 63. memoratum, quem is malum et improbum civem nominat.

Caecilius Niger, homo barbarus, Pompeianus, a. u. c. 709. Bell. Hisp. 35.

Q. Caecilius Niger, Siculus, quaestor C. Verris per totam Divinationem acriter exagitatur. Cfr. v. c. Divinat. 8, 27. Graecas litteras Lilybaei, Latinas in Sicilia didicerat. Ibid. 12, 39. Pseudoascon. Argumentum in Divin. p. 98.

M. Caecilius, frater Q. Caecilii Nigri, lectissimus atque ornatissimus adolescens, cum C. Verre familiarissime atque amicissime vivebat. Divinat. 9, 29.

L. Caecilius Rufus, frater uterinus P. Sullae (ad Q. Fr. 3, 3, 2.), pudentissimus atque ornatissimus vir, talis in rogatione, quam promulgavit non de tollenda, sed de levanda calamitate fratris sui, fuit, ut consultum esse voluerit fratri, cum re publica pugnare noluerit; promulgarit impulsus amore fraterno, destiterit fratris auctoritate deductus. pro Sulla 22, 62. — Cfr. Gronovii Observatt. 2, 6. p. 130. Ed. Frotscheri. — Tribunus pl. (a. u. c. 691.) agrariae legi, quae tota a me reprehensa est, intercessorem fore professus est. pro Sulla 23, 65. — L. Caecilius iratus Q. Ciceroni, placatus a Marco. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 2, 6. — Praetor (urbanus a. u. c. 697.) promul-

gavit de Ciceronis salute cum collegis paene omnibus. Post red. in sen. 9, 22. — L. Caecilii, iustissimi fortissimique praetoris, oppugnata domus a P. Clodii operis. pro Milone 14, 38. — Alii (sed sine causa: Or.) malunt h. l. *Caelius*, quia Asconius eum Rufus appellat. Harduinus putat esse eum, qui apud Plinium H. N. 7, 49. memoratur. Verum ibi praenomen est *M.*, et libri quidam praesertim Edd. (etiam Silligiana) habent *Caelius*, quae lectio fit probabilis cognomine Rufi, quod est Caeliorum. Ern. Vide infra: M. Caelius Rufus. Apud Asconium autem de eodem Rufi cognomine Caecilio tributo ita dumtaxat dubitari potest, ut aut Asconius erroris insimuletur aut interpolatori tribuatur, sed habet etiam Editio princeps. — L. Caecilius Rufus fuit praetor P. Lentulo Spinthere, Q. Metello Nepote coss., quo anno Cicero restitutus est. Is cum faceret ludos Apollinares, ita infima coacta multitudo annonae caritate tumultuata est, ut omnes, qui in theatro spectandi causa consederant, pellerentur. De oppugnata domo nusquam adhuc legi. Pompeius tamen, cum defenderet Milonem apud populum de vi accusante Clodio, obiecit, ut legimus apud Tironem, libertum Ciceronis, in libro IV. de vita eius, oppressum a Clodio L. Caecilium praetorem. Asconius in Milon. p. 48. Ed. Baiteri. — Caecilius Sullae frater subscriptor in accusatione A. Gabinii a. u. c. 700. ad Q. Fr. 3, 3, 2. — Sic coniunximus in unum Ernestii et Schuetzii (p. 63.) tres homines: Caecilium, L. Caecilium et rursus L. Caecilium.

C. Caecilius Statius, Insuber Gallus, mortuus a. u. c. 586. Cfr. C. Caecilii Statii deperditarum fabularum fragmenta, edidit L. Spengel. Monachii 1829. 4. — Caecilius fortasse summus poëta comicus. Opt. gen. or. 1, 2. — Caecilius Statius in argumentis poscit palmam; in ethesi Terentius, in sermonibus Plautus. Varro Fr. p. 300. Bip. — Caecilius Statius πάθη facile moverit. Varro Fr. p. 190. Bip. — C. Laelii et P. Scipionis, (qui emendate loquebantur) aequales Caecilium et Pacuvium male locutos videmus. Brut. 74, 258. — Caecilius Statius, malus auctor Latinitatis est. Eius versiculus. ad Att. 7, 3, 10. — Eius dictum. de Or. 2, 10, 40. — Caecilianus senex, persona comica apud Caecilium Statium. pro Sex. Roscio 16, 46. — Caecilius Statius, quos *comicos stultos senes* dicat? Cato 11, 36. — Versus ex eius Epiclero. Lael. 26, 99. — Eius Hymnis. de Finn. 2, 7, 22. — Hypobolimaeus. Varro RR. 2, 11, 11. — Synephebi. Opt. gen. or. 6, 18. de Finn. 1, 2, 4. — Versus ex Synephebis. Tuscul. 1, 14, 31. de Nat. D. 1, 6, 13. Ib. 3, 29, 72. — Versiculus ex Synephebis; et alii eiusdem loci. Cato 7, 24 et 8, 25. — Alii eius versus: pro Caelio 15, 36. Ibid. 16, 37. de Finn. 2, 4, 13. Tuscul. 3, 23, 56. Ibid. 4, 32, 68. ad Fam. 2, 9, 2. — Eiusdem, ut videtur, fragmentum. de Or. 2, 59, 242. — Eiusdem versiculi in M. Scaurum. Ibid. C. 64. 257. — Eiusdem fortasse sunt versiculi comici de Or. 2, 67, 274. — Cfr. praeterea pro Sex. Roscio 16, 46. — De Rep. 4, 10, 11. — Varro LL. 7, 5. p. 379. — Caecilius et Caeciliani. Varro LL. 9, 42. p. 508.

A. Caecina, Volaterranus, a Cicerone defensus circa a. u. c. 685. pro Caecina 1, 1. et per totam orationem. — Caecinae causa. Orat. 29, 102. — Caeciniana (Tullii oratio). In ea definitio legalis. Victorinus I. p. 46. — Caecina, claro homine et forti viro, plurimum usi sumus. ad Fam. 6, 9, 1. Etruscam disciplinam a patre, nobilissimo atque optimo viro, acceperat Aulus filius. Ibid. 6, 3. — Patrem A. Caecinae, Caesaris inimici et exulis eum esse puto, qui defensus est a Cicerone. Vix enim credibile est, multum iam patre huius, qui a. 685. minimum quadragenarius fuerit, usum esse Ciceronem. Alii contra, ut Passeratius ad Caecinianae initium, Demsterus, adeoque ipse Ernestius in Clavi, eum, cuius causam Cicero egit, et exulem pro uno eodemque homine habent.

A. Caecina civili bello Pompeii partes amplexus Caesaris existimationem libro criminosissimo laceraverat (ut ipse fatetur ad Fam. 6, 7, 1. *armatus adversario male dixi* et testatum reliquit Suetonius in Caes. C. 75.) De hoc libro, quem ante pugnam Pharsalicam evolgasse videtur, utique accipiendum est, cum scribit Ep. 7. *se stili sui poenas dare et suum errorem exilio corrigi.* Quamquam enim civili animo hanc iniuriam Caesarem tulisse Suetonius commemorat, vel aliorum tamen causa, qui iisdem in Pompeium studiis offenderant, pertinacius suc-

censuisse Caecinae videtur, cuius ceteroquin ingenio delectabatur. Victo Pompeio alium librum, ut fit, ad capiendum Caesaris animum Caecina conscripserat, qui est liber Querelarum, quem Cicero laudat Ep. 6, 8. Hunc Caesaris, secus quam multi existimarant, civibus parcentis laudes complexum custodiri tamen diligenter emendarique a Cicerone cupiebat, ne, sicubi exisset, sibi, male fortasse palpanti Caesar undique tutus gravius recalcitraret. In his rebus et in adiuvanda in primis Caecinae restitutione versantur Epp. 5—8. ad Fam. Lib. 6. Sic ordinandae 8, 7. Caecinae 5, 6. Martyni-Laguna. — Etruscam disciplinam a patre acceperat. Ibid. 6, 3. — Filium suum commemorat 7, 1 et 5. — Ei vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 89. — A. Caecina, homo calamitosus, exul, commendatur P. Servilio (a. u. c. 708.). ad Fam. 13, 66, 1. — Varro LL. 10, 2. p. 559. — De Etrusca disciplina librum scripsit, qui laudatur apud Plinium. v. Harduin. in Ind. Auct. De hoc Caecina v. Demsterum Etrur. regal. 1, 2, 59., ubi et alios Caecinas colligit, docetque nunc quoque hanc familiam Volaterris florere. (?) Cfr. Fr. Marianum de Etruria metropoli c. 15. 16. Ern. Mueller *Etrusker* 1. p. 416. Eius filius videtur sequens:

Caecina Volaterranus, familiaris Octaviani. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 8, 2. — Utrum de patre an de filio in seq. sermo sit, incertum est: Caecina studiosissimus C. Furnii (a. u. c. 711.). ad Fam. 10, 25, 3.

C. Caecina Largus Germanicus consul cum Imp. Claudio a. u. c. 795. Ascon. in Scaur. p. 27.

C. Caecius: amicus Lentuli Spintheris, filii. a. u. c. 705. ad Att. 9, 11, 1. Ib. 13, 7. Qui fuerit, nemo tradidit. In Ed. Iensoniana est *Caelius*.

Caeliculus, falsa lectio pro: Caeliolus. de Harusp. resp. 15, 32.

Caelii, novi homines, pro Murena 8, 17.

Caelimontana porta. in Pison. 23, 55. Ibid. 25, 61.

Caeliolus locus cum Caelio coniunctus. Varro LL. 5, 8. p. 52. — In eo fuerat maximum et sanctissimum Dianae sacellum, a L. Pisone (a. u. c. 696.) sublatum. de Harusp. resp. 15, 32.

Caelius mons, in Suburana regione: a Caelio (al. Cele) Vibenno Tusco duce nobili, qui cum sua manu dicitur Romulo venisse auxilio contra Tatium regem. Varro LL. 5, 8. p. 51. — Caelius mons ab Anco urbi adiunctus. de Rep. 2, 18, 33. de Off. 3, 16, 66.

Caelius (al. Celes) Vibennus vide Caelius mons.

Caelius. de scriptura *Caelius* et *Coelius* (sic, vel proprie Coil. nummi Caeliorum Caldorum, sed in nummo etiam: L. Caelius Tax. Eckhel D. N. p. 156 et 175.) v. Oudendorpium ad Suet. Tib. 48, item Ruhnk. ad Vellei. 2, 36, 2., qui haec adnotat: „Diversas gentes esse *Coeliam* et *Caeliam* putat Iac. Perizonius Diss. de numm. consular. p. 593."

Caelius. De Caelio saepe mecum agito; nec, si quid habuero tale, dimittam. ad Att. 10, 12, 6. — (Caesar) si desperarit, certe ruet. Quo magis efficiendum aliquid est, fortuna velim meliore, animo Caeliano. — Nos a te admoniti de Caelio cogitabimus. Ib. Ep. 14, 3. — Quod optas, Caelianum illud maturescit. Ib. Ep. 15, 2. — Cogitavi eadem illa Caeliana, quae legi in epistola tua. Ib. Ep. 16, 4. (a. u. c. 705.) — Quinque hos locos ex incertissima Corradi coniectura interpretes referunt ad C. Caelium Caldum, cos. a. u. c. 660., qui, ut aiunt, quo Sullae tyrannidem impediret, olim in Italia bellum excitaverit; simile quid contra Caesaris potentiam audendum esse Ciceronem tectis verbis in istis epistolis significare. Sed de C. Caelii Caldi adversus Sullam incepto nullam omnino scriptorum auctoritatem afferunt neque quidquam eiusmodi de eo reperitur apud Velleium, Appianum, Plutarchum cet. Sapienter ergo tota de re tacet Manutius. Rursus si ad M. Caelii Rufi aliquod arcanum consilium referimus, ea difficultate laborat explicatio, quod Caelius demum a. u. c. 706. periit, haec autem epistola scripta est anno praecedente. Verba igitur illa *fortuna velim meliore* explicanda tum essent de Caelii desperatione, quae eum anno sequente abripuit ad turbandam rem publicam, non autem ad eius interitum, ad quem tunc nondum venerat.

Caelius Samnis, falsa lectio pro: Ceius, ubi vide.

Caelius, argentarius sive fenerator — De Caelio tu quaeres; ego nihil novi. Noscenda est natura, non facultas modo. ad Att. 12, 5, 2. — Ib. Ep. 6, 1. — ad Att. 7, 3, 11. ad Att. 13, 3, 1.

C. Caelius, tribunus pl. a. u. c. 703. ad Fam. 8, 8, 6 et 7. Ad Caelios Caldos hunc refert Pighius, sed in duobus illis locis familiae nomen non memoratur.

L. Caelius, testis in causa A. Caecinae. pro Caecina 9, 26.

M. Caelius, iudex, absolvit iniuriarum eum, qui Lucilium poëtam in scaena nominatim laeserat. Herenn. 2, 13, 19. — Incertum tamen est praenomen, cum alii Codd. *Aulus*, alii *Caius* exhibeant. Fuerunt, qui cogitarent de C. Caelio Caldo, cos. a. u. c. 660.

M. Caelius, eques Romanus, lectissimus adolescens. Ab eo (a. u. c. 683.) C. Verres quae voluit Lilybaei abstulit. Verr. Accusat. 4, 17, 37. Diversus est a M. Caelio Rufo, qui tum erat XI. annos natus.

P. Caelius, praetor cum C. Verre a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 50, 130.

Q. Caelius, collusor et sodalis Antonii. Philipp. 13, 2, 3. — Homo diruptus dirutusque. Ibid. 12, 26.

Sex. Caelius. ad Q. Fr. 2, 6, 6. falsa lectio pro Sex. Clodius.

T. Caelius Tarracinensis. Vide T. Cloelius.

T. Caelius. L. Cossinius, Tiburs, damnato T. Caelio, civis Romanus est factus. pro Balbo 23, 53.

L. Caelius Antipater, scriptor fuit, ut temporibus illis (circa 640.) luculentus, iuris valde peritus, multorum etiam, ut L. Crassi, magister. Brut. 26, 102. — L. Caelius Antipater, C. Fannii (et Gracchorum) aetate coniunctus paullo inflavit vehementius habuitque vires agrestes ille quidem atque horridas, sine nitore ac palaestra, sed tamen admonere reliquos potuit, ut accuratius scriberent. de Legg. 1, 2, 6. — Post Catonem, Pictorem, Pisonem paullulum se erexit et addidit historiae maiorem sonum vir optimus, L. Crassi familiaris, Antipater. (cfr. sequentia:) de Or. 2, 12, 54. — L. Caelius Antipater: in prooemio belli Punici se verba nisi necessario traiecturum negat. — Sed hic omnino rudis. Orat. 69, 230. — Ad Laelium scripsit. Ibid. ibid. (Probabiliter cum Krausio legendum: *ad L. Aelium.*) — Narravit somnium Hannibalis. de Divin. 1, 24, 48. — Sequitur Graecam Sileni historiam. Ibid. §. 49. — Narravit somnia Tib. Atinii. Ibid. 26, 55. — C. Gracchi. Ib. §. 56. — Quid tradiderit de portentis tempore belli Punici secundi oblatis. de Divin. 1, 35, 78. — C. Flaminium religione neglecta cecidisse apud Trasimenum scribit cum magno rei publicae volnere. de Nat. D. 2, 3, 8. — Locus ex eius historia. de Or. 3, 38, 153. — Epitome M. Bruti Caelianorum. ad Att. 13, 8. — De L. Caelio Antipatro vide disputationes Bavii Antonii Nautae et G. Groen van Prinsterer in Annalibus academiae Lugduno-Batav. anni 1821. Krause Vitae et fragmm. historic. Rom. p. 182. seqq.

C. Caelius Caldus trib. pl. 647. cos. a. u. c. 660. cum Cn. Domitio Aënobarbo. (Post leges tabellarias Gabiniam, Cassiam, Papiriam) uno in genere relinqui videbatur vocis suffragium, quod ipse Cassius exceperat, perduellionis. Dedit huic quoque iudicio C. Caelius tabellam doluitque, quoad vixit, se, ut opprimeret C. Popilium Laenatem, nocuisse rei publicae. de Legg. 3, 16, 36. — Ei magno honori fuit, homini novo, illa ipsa, quamcunque assequi potuit, in dicendo mediocritas. de Or. 1, 25, 117. — Industria in eo summa fuit summaeque virtutes, eloquentiae tantum, quod esset in rebus privatis amicis eius, in re publica ipsius dignitati satis. Brut. 45, 165. — C. Caelius Caldus non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendit, ut ad summos honores perveniret. Verr. Accusat. 5, 70, 181. — Clarissimus et fortissimus adolescens, quaestor non est factus. pro Plancio 21, 52. — Cum duobus hominibus ita nobilissimis consulatum petebat, ut tamen in iis omnia pluris essent quam ipsa nobilitas: summa ingenia, summus pudor, plurima beneficia, summa ratio ac diligentia petendi; tamen eorum alterum Caelius, etiam cum multo esset inferior genere, superior nulla re paene, superavit. Q. Cic. de Pet. C. 3, 11. — M. Antonii oratoris in eum dictum. de Or. 2, 64, 257. — Haud satis constat, an hic Caelius idem fuerit, qui Herenn. 2, 13, 19. dicitur eum absolvisse, qui Lucilium poëtam in scaena nominatim lae-

serat. Ern. — De locis ad Att. 10, 12, 6. Ib. Ep. 14, 3. Ib. Ep. 15, 2. Ib. Ep. 16, 4., quos parum probabiliter ad hunc Caelium referre solent, vide supra in Caelius.

C. Caelius L. F. C. N. Caldus. Ego de provincia decedens quaestorem Caelium praeposui provinciae. „Puerum?" inquis. At quaestorem, at nobilem adolescentem cet. ad Fam. 2, 15, 4. — Ad eum quaestorem a. u. c. 704. scripta est Ep. 19. eiusdem libri 2. ad Fam. — C. Caelium quaestorem huc venire audisti. (a. u. c. 704.) Nescio quid sit; sed .... ad Att. 6, 2, 10. Ibid. Ep. 4, 1. Ibid. Ep. 5, 3. — Nos provinciae praefecimus Caelium: puerum, inquies, et fortasse fatuum et non gravem et non continentem. Ib. Ep. 6, 3. Ib. Lib. 7, 1, 6. — Diversus sane hic fuit a C. Caelio, trib. pl. a. u. c. 704., cui Caldi cognomen tribuit Pighius.

Q. Caelius Latiniensis, tribunus pl. et anno proximo legatus. pro lege Manilia 19, 58. Sic Codex Erfurtensis. Alii *Laterinensis*, *Lateriensis*, Palatini etiam *Caecilius*.

M. Caelius Rufus, pater, eques Romanus, senex, cum accusaretur filius. Eius laudes. pro Caelio 2, 3.

M. Caelius Rufus, filius. C. Mario, Cn. Carbone III. coss. (a. u. c. 672.) a. d. V. Kal. Iunias M. Caelius Rufus et C. Licinius Calvus eadem die geniti sunt, oratores quidem ambo, sed tam dispari evento. Plin. H. N. 7, 49. — M. Caelius, testis in L. Flaccum. pro Flacco 4, 11. — Adolescens voluptatibus deditus, postea gloria ductus primum (cum Q. Fabio Maximo; Schol. Bob. in Vatin. p. 321. Schol. Bob. pro Flacco p. 229.) accusavit C. Antonium, Ciceronis in consulatu collegam, de maiestate et L. Atratinum de ambitu; cuius filius deinde Caelium de vi accusavit, quem Cicero oratione, quae extat, defendit. — M. Caelius accusatus de vi apud Cn. Domitium L. F. Aënobarbum valde oppugnatur a gente Clodia, i. e. a Clodio eiusque factione (a. u. c. 700.). ad Q. Fr. 2, 13, 2. — Obiectus est Caelio pater varie, quod aut parum splendidus ipse aut parum pie tractatus a filio diceretur. pro Caelio 2, 3. — Fuit in amicis Catilinae; a qua accusatione eum callide defendit ibid. 4, 10. seqq. — M. Caelius tribunus pl. (a. u. c. 702.) vir et in re publica fortissimus et in suscepta causa firmissimus et bonorum voluntati et auctoritati senatus deditus et in Milonis sive invidia sive fortuna singulari, divina et incredibili fide. pro Milone 33, 91. — Milonis causam egit ad populum. Ascon. in Mil. p. 34 et 35. — Studiosissimus Milonis. Ascon. in Mil. p. 37. — Nec vero M. Caelium praetereundum arbitror, quaecunque eius in exitu vel fortuna vel mens fuit; qui quamdiu auctoritati meae paruit, talis tribunus pl. fuit, ut nemo contra civium perditorum popularem turbulentamque dementiam a senatu et a bonorum causa steterit constantius; quam eius actionem multum tamen et splendida et grandis et eadem in primis faceta et perurbana commendabat oratio. Graves eius contiones aliquot fuerunt, acres accusationes tres, eaeque omnes ex rei publicae contentione susceptae (vide supra: de tertia non constat; cogitarunt VV. DD. de D. Laelio, aut de Q. Pompeio Rufo); defensiones, etsi illa erant in eo meliora, quae dixi, non contemnendae tamen saneque tolerabiles. Hic cum summa voluntate bonorum aedilis curulis factus esset (a. u. c. 704.), nescio quomodo discessu meo discessit a sese ceciditque, posteaquam eos imitari coepit, quos ipse perverterat. Brut. 79, 273. — (Aedilitatem ei gratulatur Cicero ad Fam. 2, 9, 1.) Cfr. Brut. 86, 297. — A. u. c. 702. defendit M. Saufeium. Ascon. in Milon. p. 54. — Eius Epistolae superstites XVII. constituunt Librum VIII. Epp. ad Famil. ac propter facetum et perurbanum sermonem post Tullianas inter Latinas nunc extantes excellunt, Plinianis certe omnibus partibus praeferendae. Iniquius de iis iudicavit Weiske in Clar. Vir. Epp. p. 162. — Scribit ad Ciceronem de re publica et suis in aedilitate competitoribus. ad Fam. 8, 2, 2. — Illud nunc a te peto, si eris, ut spero, otiosus, aliquod ad nos, ut intelligamus nos tibi curae esse, σύνταγμα conscribas. Qui tibi istuc, inquis, in mentem venit, homini non inepto? Aliquid ex tam multis tuis monumentis extare, quod nostrae amicitiae memoriam posteris quoque prodat. Cuiusmodi velim, puto, quaeris. Tu citius, qui omnem nosti disciplinam, quod maxime conveniet, excogitabis. Genere tamen, quod et ad nos pertineat, et διδασκαλίαν quandam, ut versetur inter manus, habeat. ad Fam. 8, 3, 3. — Petit a Ci-

cerone, procos. Ciliciae, ut sibi pantheras ad ludos aedilitios procuret. Ibid. Epp. 4. 8. 9. De iis Cicero respondet ad Fam. 2, 11, 2. — Non potuit accuratius agi nec prudentius, quam est actum a te cum Curione de supplicatione mihi decernenda. ad Fam. 2, 15, 1. — Caelius quaeritur de Appii Claudii ingrato animo et iniuriis. adFam. 8, 12, 1. — Insolentissimi homines summis Circensibus ludis meis postulandum me lege Scantinia curant. Vix hoc erat Pola elocutus, cum ego Appium censorem eadem lege postulavi. Ibid. §. 3. — Auguratur bellum civile futurum. ad Fam. 8, 14, 2. — Caelius libertum ad me misit et litteras accurate scriptas; sed de pantheris (Cibyraticis) foede (a. u. c. 704.). ad Att. 6, 1, 21. — Cupio Caelium expeditum videre. Ibid. §. 23. — Rogatus aliquando sum a Caesare Ravennae de Caelio, tribuno pl., (ut eum inducerem ad legem ferendam de habenda Caesaris absentis ratione). ad Att. 7, 1, 4. — Unum etiam de Caelio. Tantum abest, ut meam ille sententiam moveat, ut valde ego ipsi, quod de sua sententia discesserit (ad Caesaremque transierit) poenitendum putem. Ibid. Ep. 3, 6. — Portam Flumentanam occupavit, i. e. omnia, quae circum eam sunt, emit. Ibid. §. 9. — Utrum loci ad Att. 10, 12, 6. Ibid. Ep. 14, 3. Ibid. Ep. 15, 2. Ibid. Ep. 16, 4. (a. u. c. 705.) ad M. Caelium Rufum spectent necne, incertum est. Vide Caelius. — M. Caelius Rufus, quaestor C. Curionis in Africa, in fugam vertitur a. u. c. 705. Caesar Civ. 2, 43. — Dolabella, Caelius scribunt me Caesari valde satisfacere (a. u. c. 705.). ad Att. 7, 21, 3. — Eius epistolae (a. u. c. 705.) miserabiliter scriptae duplex exemplum: ad Fam. 8, 16. ad Att. 10, 9. A. — Hac epistola suadet Ciceroni, ut pulso Italia Pompeio saluti suae consulat. — C. Curionis amicitia me paullatim in hanc perditam causam (Caesarianam) imposuit; nam mihi sentio bonam mentem iracundia et amore ablatam. ad Fam. 8, 17, 1. — M. Caelius Rufus praetor a. u. c. 706. (cum Caesar in Epiro bellum gereret cum Pompeio) causa debitorum suscepta initio magistratus tribunal suum iuxta C. Trebonii praetoris urbani sellam collocavit et, si quis appellasset de aestimatione et de solutionibus, quae per arbitrium fierent, ut Caesar praesens constituerat, fore auxilio pollicebatur. Sed fiebat aequitate decreti et humanitate Trebonii, qui his temporibus clementer et moderate ius dicendum existimabat, ut reperiri non posset, a quibus initium appellandi nasceretur. - - Ipsis, ad quorum commodum pertinebat, durior inventus est Caelius et ab hoc profectus initio, ne frustra ingressus turpem causam videretur, legem promulgavit, ut † sexies seni dies (verba corrupta sic emendavit Niebuhrius: *sexies semestri die*, id est, *in sechs Raten von sechs zu sechs Monaten*:) sine usuris creditae pecuniae solvantur. Cum resisteret P. Servilius Vatia consul reliquique magistratus et minus opinione sua efficeret ad hominum excitanda studia sublata priore lege duas promulgavit: unam, qua mercedes habitationum annuas conductoribus donavit; alteram tabularum novarum; impetuque multitudinis in C. Trebonium facto et nonnullis volneratis eum de tribunali deturbavit. De quibus rebus Servilius consul ad senatum rettulit senatusque Caelium ab re publica removendum censuit. Hoc decreto eum consul senatu prohibuit et contionari conantem de Rostris deduxit. Ille ignominia et dolore permotus palam se proficisci ad Caesarem simulavit; clam nuntiis ad Milonem missis atque eo in Italiam evocato, eum in Thurinum ad sollicitandos pastores praemisit. Ipse cum Casilinum venisset unoque tempore signa eius militaria atque arma Capuae essent comprehensa et familia Neapoli visa atque proditio oppidi appareret, patefactis consiliis exclusus Capua et periculum veritus, quod conventus arma ceperat atque eum hostis loco habendum existimabat, consilio destitit atque eo itinere sese avertit. Profectus, ut dictitabat, ad Caesarem, pervenit Thurios: ubi, cum quosdam eius municipii sollicitaret equitibusque Caesaris Gallis atque Hispanis, qui eo praesidii causa missi erant, pecuniam polliceretur, ab iis est interfectus. Caesar Civ. 3, 20 — 22. — Caesar Civ. 1, 2. — Ad Fam. 3, 10, 5. — Cfr. Senecam de Ira 3, 4, 8. — M. Caelium melius obiicientem crimina quam defendentem, *Bonam dextram, malam sinistram habere* dixit Cicero. Quintil. 6, 3, 69. — Multum ingenii in Caelio et praecipue in accusando multa urbanitas, dignusque vir, cui et mens melior et vita longior contigisset.

Id. 10, 1, 115. 10, 2, 25. 11, 1, 52. 12, 10, 11. — Quid ex Caelianis orationibus? Nempe eae placeant, si non universae, at partes earum, in quibus nitorem et altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem illae verborum et hians compositio et inconditi sensus redolent antiquitatem, nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Caelium ex ea parte laudet, qua antiquus est. Tacit. Dial. de Oratt. 21. — Cfr. etiam Ruhnk. ad Vellei. 2, 68, 1., Manutium in argumento Caelianae, in mea Edit. minore, ubi plerique scriptorum antiquorum de eo loci afferuntur. — Ellendt Prolegomena ad Brutum §. 59. Henr. Meyer Oratt. Rom. Fragmm. p. 193. seqq. — Prorsus egregie Niebuhrius in Museo Rhenano 2, 4. p. 598. *M. Caelius Rufus, den Cicero und Catull zärtlich liebten, ist einer von den reich ausgestatteten Menschen, deren Andenken die späte Nachkommenschaft freundlich und wehmüthig schonen und bewahren soll, weil ein hartes Geschick sie jugendlich in eine revolutionäre Zeit warf, deren Fluthen und Stürme ihre Kraft nicht bestehen konnte. Sein glühendes Herz hing sich mit Leidenschaft an jede Grösse und jede mächtige Kraft; den Freund allein gehen zu lassen, vermochte er nicht, wenn auch sein heller Sinn ihm offenbarte, dass er auf böser Bahn sei. So gerieth er in die Caesarische Partei; noch hatte sie nicht gesiegt, als seine Augen schon geöffnet waren. In der Verzweiflung über sich selbst, am Schicksal, suchte er sich Zerstreuung und Berauschung in sinnlosen Unternehmungen.*

M. Caelius Vinicianus. Eum mentio illa fatua, quam deriseramus olim (ante a. u. c. 703.), et promulgatio de dictatore subito (Pompeio dicendo) deiecit et deiectum magno clamore insecuta est (in petenda aedilitate a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 4, 3. — Eum post Pharnacem devictum in Ponto reliquit Caesar a. u. c. 706. Bell. Alex. 77.

Caelum et Terra principes dei, idem qui Aegyptiis Serapis et Isis. Varro LL. 5, 10. p. 62. — Caelus, pater magnus, ut mater magna. Varro Fr. p. 231. Bip. — Deus. Tim. Cap. 11. p. 508. — Caelus, pater Saturni, an deus? de Nat. D. 3, 17, 44. — Caelus, pater Iovis secundi. de Nat. D. 3, 21, 53. — Caelus et Dies parentes Veneris primae. de Nat. D. 3, 23, 59. — Caelus et Dia, parentes Mercurii primi. de Nat. D. 3, 22, 56. — Caelus Volcani primi pater. de Nat. D. 3, 22, 55. — Vetus haec opinio Graeciam opplevit, exsectum Caelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Iove. de Nat. D. 2, 24, 63. — Caelus a Saturno filio exsectus. de Nat. D. 3, 24, 62. Varro Fr. p. 224. Bip. — Caelum et Terra iidem ac Iuppiter et antiquis Iuno. Varro LL. 5, 10. p. 70.

M. Caeparius, Catilinarius. Ei ad sollicitandos pastores Apuliam esse attributam erat indicatum. in Catil. 3, 6, 14. — Quidam Caeparius Tarracinensis in Apuliam ad concitanda servitia proficisci parabat. Sal. Catil. 46. (ubi olim legebatur: *Q. Caeparius;* praenomen nunc codicum auctoritate omittitur.) — Ex fuga retractus Cn. Terentio senatori in liberam custodiam traditur. Ibid. 47. — Supplicium de eo sumptum in Tulliano. Ibid. 55.

M. Caeparius, ab illo diversus. ad Fam. 9, 23. (a. u. c. 708.)

C. et L. Caepasii fratres, Hortensii aequales; multa opera, ignoti homines et repentini, quaestores celeriter facti sunt, oppidano quodam et incondito genere dicendi. Brut. 69, 242. — Homines industrii atque eo animo, ut quaecunque dicendi potestas esset data, in honore et beneficio ponerent. pro Cluentio 20, 57. — Maior Caepasius ridicule defendit C. Fabricium. Ibid. 21, 58. Iulius Victor p. 248.

Caepiones. Vide Servilii Caepiones.

Caerellia, mulier erudita ac philosopha. Mirifice Caerellia studio videlicet philosophiae flagrans describit (libros meos) a tuis: istos ipsos de Finibus habet. ad Att. 13, 21, 5. Ibid. 22, 3. — Caerellia necessaria Ciceronis commendatur P. Servilio (a. u. c. 708.) ad Fam. 13, 72, 1. — Ei debere non est dignitatis meae. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 51, 3. — Caerellia a Publilio, socero Ciceronis, missa est legata ad me. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 19, 4. — Rursus eam irridet Lib. 15, 1, 4. Ibid. Ep. 26, 4. — Ciceroni seni cum hac Caerellia amoris commercium fuisse, quod ei obiicit Q. Fufius Calenus apud Dionem 46, 18. vix est credibile. (Verba eius haec sunt: οὐδ' ἐκείνην (Publiliam) μέντοι κατέσχες, ἵνα Κερελλίαν ἐπ' ἀδείας ἔχῃς, ἣν τοσούτῳ πρεσβυτέραν σαυτοῦ οὖσαν ἐμοίχευσας, ὅσῳ νεωτέραν τὴν κόρην ἔγημας· πρὸς ἣν καὶ αὐτὴν τοι-

αὐτας ἐπιστολὰς γράφεις, οἵας ἂν γράψειεν ἀνὴρ σκωπτόλης, ἀθυρόγλωσσος πρὸς γυναῖκα ἑβδομηκοντοῦτιν πληκτιζόμενος.) Ciceronis tamen epistolae quaedam ad Caerelliam Quintiliani aetate extabant, qui Instt. oratt. 6, 3, 112: Etiam illud, quod Cicero Caerelliae scripsit reddens rationem, cur illa C. Caesaris tempora tam patienter toleraret: *„Haec aut animo Catonis ferenda sunt aut Ciceronis stomacho."* Nihil tamen impedit, quo minus in loco Ausonii sub finem Eidyllii 13. s. Centonis nuptialis: *Meminerint autem quippe eruditi probatissimo viro, Plinio, in poëmatis lasciviam, in moribus constitisse censuram; prurire opusculum Sulpiciae, frontem caperare; esse Appuleium in vita philosophum, in epigrammatis amatorem;* *??? *in praeceptis omnibus extare severitatem, in epistolis ad Caerelliam subesse petulantiam:* ante verba *in praeceptis* excidisse credamus *Ciceronis* nomen, eaque ad Tullii epistolas ad Caerelliam scriptas pertinere, quae Gronovii quoque ad h. l. sententia fuit. Schuetz.

Caeritum Tabulae. Censores cives sic notabant: ut qui senator esset, eiiceretur senatu; qui eques Romanus, equum publicum perderet; qui plebeius, in Caeritum tabulas referretur et aerarius fieret, ac per hoc non esset in albo centuriae suae, sed ad hoc non esset civis, tantummodo ut pro capite suo tributi nomine aera praeberet. Pseudoascon. in Divin. p. 103.

Caesares. Vide in Iuliis.

Caesena, oppidum in Gallia Cispadana Senonum. ad Fam. 16, 27, 2.

Caesennia, Tarquiniensis, summo loco nata et probatissima femina, uxor primum M. Fulcinii, postea A. Caecinae. pro Caecina 4, 11. Ibid. 6, 17. Cfr. Müller *Etrusker* 1. p. 455.

P. Caesennius, Tarquiniensis. pro Caecina 4, 12. — Deridetur: „auctor fundi non tam auctoritate gravi quam corpore." Ibid. 10, 27.

C. Caesernius et M. Camurtius, amatores Clodiae, propter nefarium stuprum Vettio illatum damnati. pro Caelio 30, 70. seq.

C. Caesetius, eques Romanus, advocatus Q. Ligarii. pro Ligario 11, 33.

C. Caesetius, falsa lectio pro Cestius. Philipp. 3, 10, 26. Cfr. ibi Garatonium Ernestii et Schuetzii errores corrigentem.

P. Caesetius (alii male *Caeselius, Caecilius*), quaestor C. Verris. Verr. Accusat. 4, 65, 146. Ibid. 5, 25, 63.

L. Caesetius Flavus, tribunus pl. a. u. c. 710. Eum Caesar dictator ob detractam Caesaris statuae fasciam tribunatu movit. Philipp. 13, 15, 31. Suet. Caesar. 79. Vellei. 2, 68, 4. Plutarch. Caesar. 61. Dion. Cass. 44, 9. Appian. B. C. 2, 108.

Caesius curabat villam Q. Ciceronis in Manliano aedificandam. ad Q. Fr. 3, 1, 1, 2. Ibid. Cap. 2, 3. — Idem videtur cum sequente.

L. Caesius; unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in provincia Asia. (a. u. c. 694.) ad Q. Fr. 1, 1, 4, 11. Ibid. 2, 2, 4.

M. Caesius et C. Sacerdos praetores a. u. c. 679. Verr. Accusat. 1, 50, 130.

M. Caesius, decumanus improbus. Verr. Accusat. 3, 39, 88. Ibid. 43, 101.

M. Caesius Arpinas, aedilis Arpini, Ciceronis maxime familiaris. ad Fam. 13, 11, 3. et Ep. 12, 1.

P. Caesius, eques Romanus, Ravennas, civitate donatus a Cn. Pompeio patre. pro Balbo 22, 50. — Ad eum est Ep. 51. Lib. 13. ad Fam. — Schmieder (Hist. phil. Anmerk. p. 94.) eum confundit cum M. Caesio.

Sex. Caesius, eques Romanus, castissimus homo atque integerrimus. pro Flacco 28, 68.

Caesoninus Calventius, i. e. L. Piso, consul cum A. Gabinio a. u. c. 696. de prov. cons. 4, 7. — Caesoninus Semiplacentinus Calventius. in Pison. 6, 14. — Post red. in sen. 6, 13. Caesonius cognomen Pisonum fuit, antequam Frugi dicerentur. Ern. Vide L. Calpurnius Piso.

M. Caesonius iudex (a. u. c. 684.) Ciceronis collega in aedilitate, homo in rebus iudicandis spectatus et cognitus, cum iudex in Iuniano consilio (scil. in causa veneficii Cluentiani, cui quaestioni C. Iunius iudex quaestionis praefuit a. u. c. 680. pro Cluentio 29, 79.) fuisset, turpissimum illud facinus non solum graviter tulit, sed etiam in medium protulit. Verr. Act. 1, 10, 29. — Cfr. Schol. Gronov. in Act. 1. in Verr. p. 395. — M. Caesonius designatus aedilis cum Tullio a. u. c. 685. et ideo non iudicaturus, quia et aedilis et iudicis partes sustinere non poterat uno tempore.

Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 140. — Nonnulli putabant eum consulatum esse petiturum. (a. u. c. 689.) ad Att. 1, 1, 1. ad Att. 12, 11.

L. Caesulenus accusator de plebe; eum Cicero audivit iam senem, cum ab L. Sabellio multam lege Aquillia damni iniuria petivisset. — Homo paene infimus; nemo suspiciosius aut criminosius dicebat. Brut. 34, 131.

Caetra „meus necessarius." In novis fragmentis orat. pro Flacco. Ed. meae. — Subscripserat hic inter ceteros D. Laelio Flacci accusatori. Schol. Bob. pro Flacco p. 230. Videtur nomen corruptum.

Cafo (al. Capho) homo perditus, assecla M. Antonii. Philipp. 8, 3, 9. — Centurio. Ibid. 9, 26. — Assecla Antonii. Philipp. 10, 10, 22. — Veteranus, quo neminem veterani peius oderunt. Philipp. 11, 5, 12.

Caia. Iurisconsulti, quia in alicuius libris exempli causa id nomen invenerant, putarunt omnes mulieres, quae coëmptionem facerent, Caias vocari. pro Murena 12, 27.

Caïcus, amnis Mysiae maioris: quo in loco etiam Agamemnon cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum invenisset. pro Flacco 29, 72.

Caieta, oppidum in Latii et Campaniae finibus. de Or. 2, 6, 22. — Portus Caietae celeberrimus atque plenissimus navium, inspectante praetore a praedonibus Ciliciensibus direptus. pro lege Manilia 12, 33. — Ad Att. 1, 3, 2. Ibid. 4, 3.

Calabra Curia in Capitolio. Varro LL. 6, 4. p. 208.

Calacta; incolae Calactini. (*Καλὴ ἀκτὴ* s. *Καλακτή*· oppidum Siciliae in medio ferme litore Tusci maris; distinguendum a *Γαλάτη*, hodie *Galati*, oppido remoto a mari, non longe ab Apollonia.) Verr. Accusat. 3, 43, 101.

Calactini, incolae Calactae, opp. Siciliae. ad Fam. 13, 37.

Calamis: eius signa dura illa quidem, sed tamen molliora quam Canachi. Brut. 18, 70. — Statuarius et argenti caelator nobilissimus, qui ubi natus fuerit artemque exercuerit scriptores veteres non tradiderunt. Quod autem ad aetatem, qua floruerit, attinet, ea a Phidiae tempore haud multum abesse videtur. Et illud quidem opus, quod ultimum fuisse veri simile est, Apollo Alexicacus fuit, qui pesti Athenis saevienti finem fecit. Morbus autem ille pestifer Olymp. 87, 3., ante Chr. n. 429. desiit. Sillig Catal. Art. p. 113. Cfr. Plin. H. N. 34, 19. cet.

Calanus, Indus, indoctus ac barbarus in radicibus Caucasi natus, sua voluntate vivus combustus est. Tuscul. 2, 22, 52. — Eius exclamatio, cum inscenderet in rogum ardentem. de Divin. 1, 23, 47. Ibid. 30, 65.

Calaris, hodie *Cagliari*, Sardiniae oppidum. Varro Fr. p. 363. Bip.

Calatia, oppidum agri Campani. ad Att. 16, 8, 1.

Calatinus. Vide Atilius Calatinus.

Calchas vates Graecorum in Troiae obsidione. de Legg. 2, 13, 33. — Eum augurem scribit Homerus longe optimum, ducemque classium fuisse ad Ilium. de Divin. 1, 40, 87. — Calchas tristis in immolanda Iphigenia (in Timanthis tabula.) Orat. 22, 74. — Apud Homerum ex passerum numero belli Troiani annos auguratus est. de Divin. 1, 33, 72. de Nat. D. 2, 3, 7. de Divin. 2, 30, 63.

Caldus: cognomen, quod temerarii et repentini consilii hominibus tribuitur. de Inv. 2, 9, 28.

Caldus: cognomen Caeliorum. v. c. C. Caelii quaestoris. ad Att. 6, 5, 3. Vide in Caeliis.

M. Calenius, Pompeianus a. u. c. 705. ad Att. 8, 12. C. 1.

Calenum municipium. de lege agr. 2. 31, 86. Vide Cales.

Calenum praedium. ad Att. 8, 3, 7.

Calenus. Vide Q. Fufius Calenus.

L. Calenus, civis Romanus. Verr. Accus. 2, 8, 24. Hic quoque e Fufiis esse videtur.

Cales, oppidum mediterraneum Campaniae, hodie *Calvi*. de lege agr. 2, 35, 96. Passim praeterea memoratur, v. c. Philipp. 12, 11, 27. ad Att. 7, 14, 1. ad Att. 16, 11, 6.

Cn. Calidius eques Ro. splendidus et gratiosus, cuius filium Verres sciebat senatorem populi Ro. et iudicem esse: ei eculeos argenteos nobiles, quique maximi (pretii) fuerant, abstulit. Verr. Accusat. 4, 20, 42.

M. Calidius: non fuit orator unus e multis, potius inter multos prope singularis fuit; ita reconditas exquisitasque sententias mollis et pellucens vestiebat oratio. Ceterae eius laudes. Brut. 79, 274. seqq. — De veneno sibi parato accusavit C. Gallium a Cicerone defensum. Ibid. 80, 277. seq. — M. Calidius, praetor a. u. c. 697., statim designatus, sententia sua, quam esset cara sibi mea salus, declaravit. Post red. in sen. 9, 22. — Auctore Quintiliano 10, 1, 23. de domo Ciceronis dixit exercitationis gratia. — Defendit M. Scaurum a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 20. — Affuit Miloni. Id. in Mil. p. 35. — Frustra defendit libertatem Tenediorum a. u. c. 700. ad Q. Fr. 2, 11, 2. — Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius sic, ut Calidio verbum facere pro eo non liceret. (a. d. VI. Id. Octobr. a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 2, 1. — Cfr. H. Meyeri Oratt. Rom. p. 199. — M. Calidius ab repulsa postulatus a Galliis duobus. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 4, 1. — Calidius in defensione sua fuit disertissimus, in accusatione satis frigidus. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 9, 5. — Gall. Fragmm. 5. p. 454. — Sententia ab eo dicta in senatu paullo ante initium belli civilis a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 2.

Q. Calidius (M. Calidii oratoris pater) damnatus dixit, minoris HS. $\overline{\text{XXX}}$. praetorium hominem honeste non posse damnari. Verr. Act. 1, 13, 38. — Q. Calidius, M. Calidii oratoris pater, ex praetura Hispaniensi accusatus a Gallio, pro quo postea Cicero dixit, atque damnatus, cum sensisset iudicibus pecuniam contra se datam, in eos iudices, qui parvo pretio corrupti se damnaverant, exclamavit: „Vel idoneam mercedem pro meo capite pacisci debuistis. Hoc satis honestatis esset in vobis, ut hominem praetorium non vili pretio venderetis." Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 145. — Errorem hic commisit Pseudoasconius: Calidius enim accusatus est a Q. Lollio, non a Gallio. Cfr. Verr. Accusat. 3, 25, 63. — Calidium damnatum esse commemoras, cuius lege Q. Metellus (Numidicus) in civitatem sit restitutus; reprehendis meas pro Plancio preces, quod nec Opimius suo nomine liberatus sit nec Q. Metelli Calidius. De Calidio tibi tantum respondeo, quod ipse vidi. Q. Metellum Pium, consulem, praetoriis comitiis, petente Q. Calidio populo Romano supplicasse (ut ei praeturam deferret) cet. pro Plancio 28, 69. Praetor fuit a. u. c. 675.

Callicles pictor incertae patriae atque aetatis, quem tamen circa Alexandri M. tempora vixisse haud improbabile est, quaternûm digitûm tabellis nobilis. Varro Fr. p. 236. Bip.

Callicratidas: cum Lacedaemoniorum dux fuisset Peloponnesiaco bello multaque fecisset egregie, vertit ad extremum omnia, cum consilio non paruit eorum, qui classem ab Arginusis removendam nec cum Atheniensibus dimicandum putabant. de Off. 1, 24, 84. (ante Chr. a. 406.) Cfr. Diod. Sicul. 13, 99. — Homo impatiens et minime versutus. de Off. 1, 30, 109.

Callidame, Agathini Thermitani filia, Dorothei uxor, amata a C. Verre. Verr. Accusat. 2, 36, 89.

Callimachus, poëta et grammaticus. de Or. 3, 33, 132. — Eius epigramma (XXIV.) in Ambraciotam Cleombrotum est, quem ait, cum ei nihil accidisset adversi, e muro se in mare abiecisse, lecto Platonis Phaedone. Tuscul. 1, 34, 84. — Non male ait Callimachus, multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum. Ibid. 39, 93. — Callimachus in poëmatis Casmilum memoravit. Varro LL. 7, 3. p. 322. Cfr. Varro LL. 5, 23. p. 117.

Callinus. Primus videtur elegiacum carmen scripsisse Kallinos. Schol. Bob. pro Archia p. 358. — Cfr. Io. Val. Franckii Callinus. Altonae 1816. 8. Callini Ephesii, Tyrtaei, Asii Carminum quae supersunt. Ed. Nic. Bachius. Lipsiae 1831. 8.

Calliope, Musa in Ciceronis libro III. de consulatu suo loquens inducebatur. ad Att. 2, 3, 3.

Calliphana Veliensis, sacerdos Cereris; de senatus sententia C. Valerius Flaccus, praetor urbanus, nominatim ad populum tulit, ut ea civis Romana esset. pro Balbo 24, 55.

Calliphon voluptatem et honestatem finem esse censuit. Acad. 2, 42, 131. — Adiunxit ad honestatem voluptatem. de Finn. 2, 6, 19. Ibid. 11, 34. — Calliphon, Diodorus ad honestatem aliud adiungunt, quod ex eodem genere non sit. de Finn. 4, 18, 49. — Voluptas adiungi potest ad honestatem, ut Calliphonti Dinomachoque placuit. de Finn.

5, 8, 21. — Calliphon et post eum Diodorus, cum alter voluptatem adamavisset, alter vacuitatem doloris, neuter honestate carere potuit, quae est a Peripateticis laudata maxime. de Finn. 5, 25, 73. — Calliphon et Dinomachus voluptatem cum honestate copulavit. Tuscul. 5, 30, 85. Ibid. 31, 87. — Reprehendendos Calliphontem et Dinomachum iudico, qui se direympturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem tamquam cum homine pecudem copulavissent. de Off. 3, 33, 119. — Δεινόμαχος καὶ Καλλιφῶν τέλος εἶναι ἔφασαν πᾶν τὸ καθ' αὐτὸν ποιεῖν ἕνεκα τοῦ ἐπιτυγχάνειν ἡδονῆς καὶ τυγχάνειν. - - Κατὰ τοὺς περὶ Καλλιφῶντα ἕνεκα μὲν τῆς ἡδονῆς παρεισῆλθεν ἡ ἀρετή, χρόνῳ δὲ ὕστερον τὸ περὶ αὐτὴν κάλλος κατιδοῦσα ἰσότιμον ἑαυτὴν τῇ ἀρχῇ, τουτέστι τῇ ἡδονῇ, παρέσχεν. Clemens Alexandr. Strom. 2. §. 127 et 128. Ceterum unice recta scriptura et declinatio est ut *Xenophon*, sic *Calliphon*, *Calliphontis*, non *Callipho*, *Calliphonis*, ut volgo edebatur.

Callippides. Varro mihi denuntiaverat magnam sane et gravem προσφώνησιν. Biennium praeteriit, cum ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. ad Att. 13, 12, 2. — Sunt, qui hoc loco ad Callippidem cursorem respici putent, cuius mentio fit in Anthologia Graeca Cap. εἰς ἀγωνιστάς. Alii referunt ad Callippidem, actorem tragicum, qui vixit Alcibiadis tempore, Athen. XII. p. 535. fuitque nimius in gestu scenico et motu. Cfr. Aristotelis art. poët. c. 25. Suetonius in Tiberii vita c. 38. narrat Tiberium biennio continuo post adeptum imperium pedem porta non extulisse: *quamvis prope quotannis profectionem praepararet, vehiculis comprehensis - - ad extremum vota pro itu et reditu suo suscipi passus, ut volgo iam per iocum* Callippides *vocaretur, quem cursitare ac ne cubiti quidem mensuram progredi proverbio Graeco notatum est.* Hoc ipsum proverbium Ciceroni h. l. observatum esse probabilius est. Aliud enim σκῶμμα, quo Callippides iste notabatur, πίθηκος τραγικός appellari solitus, nihil ad huius loci sententiam pertinet. Schuetz.

Callisthenes Olynthius, doctus homo, comes Magni Alexandri, ab Alexandro necatus. pro Rab. Postumo 9, 23. — Callisthenes, ab Aristotele profectus, comes Alexandri, scripsit historiam rhetorico paene more. de Or. 2, 14, 58. — Comparatur cum Philisto. Callisthenes quidem volgare et notum negotium, quemadmodum aliquot Graeci locuti sunt. ad Q. Fr. 2, 13, 4. — Callisthenes Troicum bellum separatim scripsit. ad Fam. 5, 12, 2. Quo tamen in loco ex Athenaei Lib. 13. p. 1247. Dindorf. legendum est: *Crisaicum bellum.* — Quid tradiderit de templo Herculis Thebis. de Divin. 1, 34, 74. — de ostentis ante pugnam Leuctricam. Ib. 2, 25, 54. — Theophrastus interitum deplorans Callisthenis, sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret. Tuscul. 3, 10, 21.

Callisthenes, liber Theophrasti (de interitu Callisthenis, sodalis sui.) Tusc. 5, 29, 25.

Calpe ad Fam. 10, 32, 1. mons praealtus Hispano littori ad fretum Gaditanum adiacens, de quo Plinius H. N. 3, 1. In eo conditum erat oppidum eiusdem nominis, ut contra Bochartum (Geogr. sacr. 1, 34.) ostendit Wesselingius ad Itin. Antonini p. 406. (Hodie *Gibraltar.* Situm erat oppidum Calpe prope Carteiam. cfr. Uckert *Geogr. der Griechen u. Römer* Vol. 2, 1. p. 347.)

Calpurnia gens plebeia a Calpo Numae filio originem repetere solebat, unde in nummo Cn. Pisonis proquaestoris Numae caput expressum est. Cognomina fuerunt Asprenas, Bibulus, Flamma, Piso (Piso Frugi, Piso Bestia.)

Calpurnia lex de ambitu severissime scripta. pro Murena 23, 46. Cornel. 1. Fragm. 11. p. 449. — Calpurnia lex de ambitu lata a. C. Calpurnio Pisone cos. a. u. c. 687. Ascon. in Cornel. p. 68. — Calpurnia lex lata a C. Calpurnio Pisone cos. a. u. c. 687., quae crimine ambitus damnatos et pecunia multavit et in perpetuum honoribus iussit carere. Habebant tamen licentiam Romae morandi. Schol. Bob. pro Sulla p. 361.

C. Calpurnius, accensi nomen in Commentariis consularibus. Varro LL. 6, 9. p. 265.

M. Calpurnius Bibulus consulatum petiturus cum Lucceio se putabat per

C. Pisonem posse coniungi. ad Att. 1, 17, 11. — Consul fuit cum C. Iulio Caesare a. u. c. 695. — Comitia cum Archilochio edicto distulit. ad Att. 2, 20, 6. Ibid. 21, 4. — Bibuli qui sit exitus futurus, nescio. Ut nunc res se habet, admirabili gloria est cet. Ibid. §. 5. — A. d. III. Idus Mai. (a. u. c. 695.) Bibulus Pompeium fecit certiorem, ut caveret insidias. Ibid. 24, 2. — Ad Att. 2, 14, 1. — Bibuli ista magnitudo animi in comitiorum dilatione (a. u. c. 695.) quid habet nisi ipsius iudicium sine ulla correctione rei publicae? Ibid. 15, 2. Ibid. 16, 2. — Bibulus in caelo est: nec quare, scio; sed ita laudatur quasi: *Unus homo nobis cunctando restituit rem.* Ibid. 19, 2. — Edictis Bibuli ardet dolore et ira noster Pompeius. Ibid. §. 5. — Bibulus hominum admiratione et benevolentia in caelo est. Novo quodam genere in summam gloriam venit. Populare nunc nihil tam est quam odium popularium. Ibid. 20, 4. — M. Bibulus consul eo die, quo arrogatus est P. Clodius a Fonteio homine plebeio, servavit de caelo. Pro domo 15, 39. — In contione dixit, ab Appio fratre P. Clodii productus, hunc omnino, quod contra auspicia adoptatus esset, tribunum pl. non fuisse. Ibid. §. 40. — M. Bibulus, C. Caesare leges ferente, de caelo semper servabat. de Harusp. resp. 23, 48. — M. Bibulus, Caesare legem agrariam ferente, servavit de caelo. Schol. Bob. pro Plancio p. 263. — M. Bibulum consulem, non dicam bene de re publica sentientem, sed hominem certe nusquam progredientem, nihil in re publica molientem, a P. Vatinio tribuno pl. in vincla ductus cet. in Vatinium 9, 21. Ibid. 10, 24. — Ego, sedente Cn. Pompeio, cum, ut laudaret P. Sestium, introisset in Urbem, dixissetque testis Vatinius, me fortuna et felicitate C. Caesaris commotum illi amicum esse coepisse, dixi me eam M. Bibuli fortunam, quam ille afflictam putaret, omnium triumphis victoriisque anteferre; dixique, eodem teste, alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent et qui me coëgissent. ad Fam. 1, 9, 7. — Ad Fam. 2, 17, 2. seqq. — Bibuli voluntas a me sine causa abhorret. Ibid. §. 6. — Eius sententiam senatus secutus est, ut pontifices de Ciceronis domo statuerent. Pro domo 26, 69. — Eius sententia in causa Ptolemaei Auletae. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 1, 3. Ibid. 2, 1. Ibid. 4, 1. — Frustra defendit libertatem Tenediorum. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 11, 2. — Eodem tempore a. u. c. 703.), quo Cicero Ciliciam, Syriam obtinebat. ad Fam. 2, 10, 3. — Bibulus proconsul in Syria. a. u. c. 703. ad Att. 5, 4, 2. Ib. Ep. 16, 4. Ep. 18, 1. — M. Bibulus in Amano nescio quid cohorticularum amisit (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 6, 4. — In Amano coepit laureolam in mustaceo quaerere et cohortem primam totam perdidit. a. u. c. 703. ad Att. 5, 20, 4. — In provincia valde se honeste gerit. Ib. Lib. 6, 1, 13. — Eius edictum, nimis gravi praeiudicio in ordinem equestrem factum. Ibid. §. 15. — Bibulus in tanto maerore suo curam belli Parthici cum sustineret, de omnibus rebus scribebat ad me. Ib. Ep. 5, 3. — Ego, nisi Bibulus, qui, dum unus hostis in Syria fuit, pedem porta non plus extulit, quam domo sua (consul), adniteretur de triumpho, aequo animo essem. Nunc vero αἰσχρὸν σιωπᾶν. Ib. Ep. 8, 5. — Bibuli impudentissimae litterae, quas amplissima supplicatio consecuta est cet. Ib. 7, 2, 6. — Scilicet dierum XX. Ib. §. 8. — Parthi repente Bibulum semivivum reliquerunt. Ib. §. 9. — Bibulus de provincia decessit, Veientonem praefecit. (a. u. c. 704.) Ib. Ep. 3, 6. — Administratio belli Parthici (a. u. c. 703.) mihi cum Bibulo paene est communis. ad Fam. 15, 1, 1. Cfr. Ibid. 4, 7. — M. Bibulus, se oppido munitissimo et copiosissimo tamdiu tenuit, quamdiu in provincia (Syria) Parthi fuerunt. ad Fam. 12, 19, 2. — M. Bibulus adiutus a rege Deiotaro. Philipp. 11, 13, 34. — Eius est in rem publicam merito semper laudata constantia. Philipp. 13, 14, 29. — Bibulus a. u. c. 705. toti officio maritimo (Pompeii) praepositus cuncta administrabat. Caesar Civ. 3, 5. — Cum navibus CX. erat Corcyrae. Ib. 7. — Caesaris traiectum non impedit: tantum nactus inanes naves circiter XXX. in eas indiligentiae suae ac doloris iracundia (cfr. Cap. 15.) erupit omnesque incendit. — Postea gravissima hieme in navibus excubabat neque ullum laborem aut munus despiciens neque subsidium exspectans, si in Caesaris

complexum venire posset. Ibid. 8. — In magnas angustias reductus inducias petit per Scribonium Libonem. Ib. 15. — (Inimicitiae eius privatae cum Caesare ex aedilitate et praetura conceptae. Ibid.) — Morbo moritur. Ibid. 18. — Occidit bello civili et scriptitavit accurate, cum praesertim non esset orator, et egit multa constanter. Brut. 77, 267. — M. Bibulus bonis adnumeratur. ad Q. Fr. 2, 3, 2. — Praestantissimus civis. Philipp. 2, 10, 23. — Bibuli patientiam culpari. Pseudocic. in Sal. 4, 12. — Eius fortitudo atque animi vis in consulatum erupit: hebes lingua, magis malus quam callidus ingenio. Pseudosal. ad Caes. 2. p. 275. Gerl. — Cfr. ad Att. 9, 9, 2. et Fragmm. p. 467.

L. Calpurnius Bibulus M. filius, Athenis erat futurus a. u. c. 709. ad Att. 12, 32, 2. — L. Bibulus, M. Bibuli ex Porcia filius, M. Bruti privignus, in Pansae locum petere constituit pontificatum minorem. Pseudobrut. ad Cic. 1, 7. — Proscriptus a triumviris rei publicae constituendae ad Brutum fugit; post cladem Philippensem ad Antonium transiit, a quo Syriae praefectus est, in qua provincia mortem obiit. Appian. B. C. 4, 38. Ib. c. 104. 136. Scripsit Memorabilia Bruti. Plut. Brut. 13. Extant eius nummi partim cum M. Antonii capite nudo, partim cum Antonii et Cleopatrae capitibus iunctis. Alios duos M. Bibuli collegae sui filios ab Alexandrino exercitu interfectos esse tradit Caesar Civ. 3, 110. — Rursus duo Bibuli memorantur in Pseudobrut. Ep. 14.

L. Calpurnius Piso Bestia, cos. cum P. Scipione Nasica a. u. c. 643. bonis initiis orsus tribunatus (a. u. c. 633.) — nam P. Popillium vi C. Gracchi expulsum sua rogatione restituit, — vir et acer et non indisertus tristes exitus habuit consulatus a Gracchanis iudicibus sublatus cet. Brut. 34, 128. — Ei (consuli) Numidia obvenit. Sal. Iug. 27. — In eo multae bonaeque artes erant, quas omnis avaritia praepediebat. Ib. 28. — Corruptus a Iugurtha. Ib. 29. — Romam ad magistratus rogandos proficiscitur. Ib.

L. Calpurnius Piso Bestia, senator, Catilinarius. Sal. Catil. 17. tribunus pl. a. u. c. 692. Ibid. 42. — Aedilis plebeius fuit a. u. c. 696. — Bestia et Clodius Ciceronis consulatum reprehendere soliti erant. Pseudobrut. ad Attic. 1, 17. — Inimicus Ciceronis. Schol. Bob. pro Sestio p. 294. — Obtrectator Ciceronis. Schol. Bob. pro Sulla p. 366. — A. d. III. Id. Febr. (a. u. c. 698.) dixi pro Bestia de ambitu apud praetorem Cn. Domitium, in foro medio, maximo conventu; incidique in eum locum in dicendo, cum Sestius multis in templo Castoris volneribus acceptis, subsidio Bestiae servatus esset. ad Q. Fr. 2, 3, 6. — Bestia Ciceronis necessarius. pro Caelio 11, 26. — Aedilicius a. u. c. 711. corycus laterum et vocis meae. Philipp. 13, 12, 26. — L. Calpurnius Bestia tangitur his verbis: Nihil est tam alienum ab eo, qui alterum coniurationis accuset, quam videri coniuratorum poenam mortemque lugere. Quod cum is tribunus plebi facit, qui unus videtur ex illis ad lugendos coniuratos relictus, nemini mirum est: difficile est enim tacere, cum doleas. pro Sulla 10, 31. — In coniuratis nominatur a Salustio Cat. 17, 3. et rerum a Tullio gestarum vel maximus reprehensor fuisse traditur. Plutarch. Cic. 23. Cfr. pro Sestio 5, 11. Garat. ad argum. Sullanae p. 261. Neap. — Bestia consulatum in Bruti locum se petere profitetur (a. u. c. 711.) Atque hoc quidem detestabile omen avertat Iuppiter! Quam absurdum autem, qui praetor fieri non potuerit, eum petere consulatum! nisi forte damnationem pro praetura putat. Philipp. 11, 5, 11. — Philipp. 12, 8, 20. Philipp. 13, 2, 2.

(Calpurnius) Piso, argentarius. ad Att. 12, 5, 2.

C. Calpurnius Piso, iudex in causa Q. Roscii comoedi a. u. c. 677. pro Rosc. Com. 3, 7. — Eius laudes. Ibid. 6, 18. — Defensor Sex. Aebutii contra Caecinam. pro Caecina 12, 34.

C. Calpurnius Piso cos. a. u. c. 687. cum legem de ambitu ex senatus consulto graviorem, quam fuerat antea, ferret et propter multitudinem divisorum, qui per vim adversabantur, e foro eiectus esset, edixit, qui rem publicam salvam esse vellent, ut ad legem accipiendam adessent et maiore manu stipatus ad legem perferendam descendit. Ascon. in Cornel. p. 75. — Tulit legem de ambitu, in qua praeter alias poenas pecuniaria

quoque poena erat adiecta. Ascon. in Cornel. p. 68. — C. Calpurnius Piso, pro consule praefuit Galliae Narbonensi. (a. u. c. 689.) ad Att. 1, 1, 2. — Pacificator Allobrogum. Ibid. 13, 2. — Ex consulatu Galliam administravit; sed postquam redierat, et repetundarum et propter iniustam Transpadani hominis supplicium a C. Caesare postulatus est, Cicerone autem defendente absolutus. — Statarius et sermonis plenus orator, minime ille quidem tardus in excogitando, verum tamen voltu et simulatione multo etiam acutior, quam erat, videbatur. Brut. 68, 239. — Neque precibus neque gratia neque pretio Ciceronem impellere potuit, uti per Allobroges C. Caesar falso nominaretur. Nam cum illo graves inimicitias exercebat oppugnatus in iudicio pecuniarum repetundarum propter cuiusdam Transpadani supplicium iniustum. Sal. Catil. 49. — De animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Consul ego (a. u. c. 691.) defendi C. Pisonem qui, quia consul fortis constansque fuerat, incolumis est rei publicae conservatus. pro Flacco 39, 98. — Ei placuit meus consulatus. Philipp. 2, 5, 12. — M. Bibulus cum Lucceio se putabat per C. Pisonem posse coniungi (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 17, 11.

C. Calpurnius Piso L. F. Frugi. Ei Tulliolam despondimus. (a. u. c. 689.) ad Att. 1, 3, 3. — Coniurationis in Pompeium insimulatus a Vettio indice (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 24, 3. — C. Piso, qui in summa copia optimorum adolescentium, pari continentia, virtute, pietate reliquit neminem, nominatus a L. Vettio indice, instinctu P. Vatinii trib. pl. a. u. c. 695. in Vatinium 11, 26. — Piso a Pisonis consulis (a. u. c. 696.) pedibus supplex reiectus. pro Sestio 24, 54. — Me Pomponius et Sestius et Piso noster adhuc Thessalonicae retinuerunt. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 4, 2. — Pisonis humanitas, virtus, amor in omnes nos tantus est, ut nihil supra possit. (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 1, 4. Ibid. 2, 2. — C. Piso gener, propugnator mearum fortunarum et defensor assiduus, minas inimicorum meorum, inimicitias affinis mei, propinqui sui, consulis, Pontum et Bithyniam quaestor pro mea salute neglexit. Post red. in Sen. 15, 38. Post red. ad Quir. 3, 7. — Ei fructum pietatis suae neque ex me neque a populo Romano ferre licuit. pro Sestio 31, 68. Scilicet est mortuus a. u. c. 697. — Studio neminem nec industria maiore cognovi, quamquam ne ingenio quidem qui praestiterit, facile dixerim. Nullum tempus illi unquam vacabat aut a forensi dictione aut a commentatione domestica aut a scribendo aut a cogitando. Ceterae eius laudes amplissimae. Brut. 78, 272. in Pison. 6, 13. ad Fam. 13, 31, 1. ad Att. 3, 22, 1. Ascon. in Pison. p. 5.

Cn. Calpurnius Piso, adolescens nobilis, summae audaciae, factiosus, socius Catilinae coniurationis superioris. Sal. Catil. 18. — In citeriorem Hispaniam quaestor pro praetore missus, annitente Crasso, quod eum infestum inimicum Cn. Pompeio noverat, ab equitibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Ibid. 19. — Socius Catilinae. pro Sulla 24, 67. — Omnia, quae per hoc triennium (a. u. c. 689 — 691.) agitata sunt, iam ab eo tempore, quo a L. Catilina et Cn. Pisone initum consilium senatus interficiendi scitis esse, in hoc tempus erumpunt. pro Murena 38, 81. — Cn. Calpurnius Piso, adolescens potens et turbulentus, familiaris erat Catilinae omniumque consiliorum eius particeps et turbarum auctor. Ascon. in Cornel. p. 66. — Eius coniurationis, quae Cotta et Torquato coss. a. u. c. 689. facta est a Catilina et Pisone, Cicero arguit M. Crassum auctorem fuisse. Ascon. in tog. cand. p. 83. — Fuit opinio Catilinam et Cn. Pisonem adolescentem perditum coniurasse ad caedem senatus faciendam a. u. c. 689. eamque caedem ideo non esse factam, quod prius quam parati essent, coniuratis signum dedisset Catilina. Piso autem a. u. c. 690. iam perierat. In Hispaniam missus a senatu per honorem legationis, ibi, dum iniurias provincialibus facit, occisus erat, ut quidam credebant, a Cn. Pompeii clientibus, Pompeio non invito. Ascon. in tog. cand. p. 94. — Cfr. de hoc Pisone Dionem Cass. 36, 27.

L. Calpurnius L. F. L. N. Piso Frugi. Cognomen eius magnopere

laudatum. Tuscul, 3, 8, 16. — Legem de pecuniis repetundis primus tulit. Verr. Accusat. 3, 84, 195. — Nondum CX. anni sunt (scil. a. u. c. 605.) cum de pecuniis repetundis a L. Pisone lata lex est, nulla cum fuisset. de Off. 2, 21, 75. — L. Calpurnius Piso Frugi, Censorius dictus, tribunus pl. legem primus de pecuniis repetundis Censorino et Manilio coss. (a. u. c. 605.) tulit. Brut. 27, 106. — Semper contra C. Gracchi legem frumentariam dixit. Eius altercatio cum C. Graccho. Tuscul. 3, 20, 48. — Exstat oratio hominis nostrorum hominum longe ingeniosissimi atque eloquentissimi, C. Gracchi, qua in oratione permulta in L. Pisonem turpia ac flagitiosa dicuntur. At in quem virum? qui tanta virtute atque integritate fuit, ut etiam illis optimis temporibus, cum hominem invenire nequam neminem posses, solus tamen Frugi nominaretur, cet. pro Fonteio 13, 29. — Primus frugalitatis cognomentum meruit L. Piso, qui legem de pecuniis repetundis tulit, et fuit C. Graccho capitalis inimicus. Schol. Bob. pro Flacco p. 233. — L. Calpurnius consul cum P. Mucio Scaevola a. u. c. 621. Verr. Accusat. 4, 49, 108. ad Att. 1, 19, 4. — Orationes reliquit, quae iam evanuerunt, et annales sane exiliter scriptos. Brut. 27, 106. — Historicus exilis. de Legg. 1, 2, 6. — Quomodo historiam scripserit? de Or. 2, 12, 51. — In Annalibus suis queritur *adolescentes peni deditos esse* ad Fam. 9, 22, 2. — Piso in Annalibus, quid de Curtio tradiderit. Varro LL. 5, 32. p. 149. — Quid de porta Ianuali. Ibid. 5, 34. p. 165. — Piso in Annalibus. Varro Fr. p. 216. Bip. — Varro RR. 2, 1, 9. — Cfr. Lachmannum de fontibus T. Livii. I. p. 32. seqq. Krause Fragmm. Histor. Lat. p. 139. — Vivit ut Gallonius, loquitur ut Frugi ille Piso, (quasi proverbium.) de Finn. 2, 28, 90.

L. Calpurnius Piso Frugi, filius L. Pisonis (cos. 621.) eius, qui primus (a. u. c. 605.) de pecuniis repetundis legem tulit, pater L. Pisonis praetoris cum Verre (a. u. c. 642.), in Hispania occisus est. — Lepida de eo narratiuncula. Verr. Accusat. 4, 25, 26.

L. Calpurnius Piso, L. Cassii cos. a. u. c. 647. legatus, L. Pisonis, Caesaris soceri, avus, interfectus a Tigurinis. Caesar Gall. 1, 12.

L. Calpurnius Piso, praetor cum Verre a. u. c. 680. Multos codices implevit earum rerum, in quibus ita intercessit, quod Verres aliter atque ut edixisset decrevisset. — Erat in aequitate prudentiaque Pisonis paratissimum perfugium, quo sine labore, sine molestia, sine impensa, etiam sine patrono homines uterentur. Verr. Accusat. 1, 46, 119. — Nuper cum in P. Gabinium (praetorem a. u. c. 665.) vir fortissimus et innocentissimus L. Piso, delationem nominis postularet et contra Q. Caecilius peteret, isque se veteres inimicitias iam diu susceptas persequi diceret, cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum, tum illa erat causa iustissima, quod eum sibi Achaei patronum adoptarant. Divinat. 20, 64. — L. Piso, consulis eiusdem nominis a. u. c. 696. pater bello Italico armis faciendis praefuit. in Pison. 36, 87. Estne idem?

L. Calpurnius Piso Caesoninus. Consulatus, quem gessit cum A. Gabinio a. u. c. 696., describitur in Pison. 4, 8. seqq. — Barbarus Epicurus. Ibid. 9, 20. — Clodianus canis. Ibid. 10, 23. — Volturius provinciae (Macedoniae.) Ibid. 16, 38. — Acerrime exagitatur per totam Pisonianam. Quomodo magistratus assecutus sit. in Pison. 1, 2. — Homo deterrimus. Ei populos liberos vinctos et constrictos tradidit P. Clodius. Pro domo 9, 23. — Teter, truculentus, terribilis aspectu, Capuae duumviratum gerebat, cum consul esset a. u. c. 696. pro Sestio 8, 19. Ibid. 9, 20. Ibid. 14, 32. Ibid. 32, 70. Ibid. 43, 93. — Capuae consul ironice dicitur, id est, duumvir iuri dicundo. (Nulli enim fuerunt consules municipales.) in Pison. 11, 24. et post red. in sen. 7, 17. — Eum Caesoninum Calventium appellat de prov. cons. 4, 7. in Pison. 6, 14. post red. in sen. 6, 13. — Piso et Gabinius: cum frequentissimus senatus eos, ut de Cicerone referrent, quotidie flagitaret, non se rem improbare dicebant, sed lege Clodii impediri. Pro domo 26, 70. — Invehitur in eos Cicero pro Plancio 35, 86. — Piso consul Dianae sacellum in Caeliolo sustulit. de Harusp. resp. 15, 32. — Contempsit legem Iuliam, quam consul C. Caesar

(gener eius) de pecuniis repetundis tulerat. Schol. Bob. pro Sestio p. 310. L. Piso propter teterrimam Macedoniae administrationem acerrime exagitatur. de prov. cons. 2, 4. seqq. in Pison. 16, 38. — Gabinio turpitudine proximus est Piso. Itaque mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum meorum librorum (DE TEMPORIBUS SUIS) includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset, quorum alter (Piso) exercitum perdidisset, alter (Gabinius) vendidisset. (a. u. c. 700). ad Q. Fr. 3, 1, 7, 24. — L. Piso Caesoninus tecto nomine dicitur Calventius Marius ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11. (a. u. c. 700.) in his verbis: Alterum est de Calventii Marii oratione. Quod scribis, miror, tibi placere me ad eam rescribere, praesertim cum illam nemo lecturus sit, si ego nihil rescripsero, meam in illum pueri omnes tamquam dictata perdiscant. — Piso, consularis a. u. c. 700. laudavit M. Scaurum. Ascon. in Scaur. p. 28. — Piso, censor a. u. c. 704. pollicetur sese iturum ad Caesarem. (a. u. c. 705.) Caesar Civ. 1, 3. — Amo Pisonem: cuius iudicium de genero (Caesare, cuius partes secutus non erat) suspicor visum iri grave. (a. u. c. 705.) ad Att. 7, 13 a., 2. — Adiuvat etiam Piso causam rei publicae, quod ab urbe discedit et sceleris condemnat generum suum (Caesarem). (a. u. c. 705.) ad Fam. 14, 14, 2. — L. Piso Caesoninus, C. Caesaris socer, mentionem facit in senatu de reditu M. Marcelli. (a. u. c. 708.) ad Fam. 4, 4, 3. — Cfr. ad Att. 13, 4, 2. — Pisoni quid est quod honestius respondere possimus quam solitudinem Catonis? (a. u. c. 709.) Ibid. Ep. 6, 2. — Inaudivi L. Pisonem velle exire legatum ψευδεγγράφῳ senatus consulto. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 26, 1. — Eum in caelum ferebat M. Brutus. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 7, 5. — Num quis Pisoni in senatu est assensus? Num rediit ipse postridie? Ib. §. 7. — Eius oratio Kal. Sextil. a. u. c. 710. in senatu habita: qui quamquam parum erat, a quibus debuerat, adiutus, tamen et Bruti testimonio et omnium praedicatione, quos postea vidi, magnam mihi videbatur gloriam consecutus. Philipp. 1, 4, 10. — Non modo voce nemo L. Pisoni consularis, sed ne voltu quidem assensus est. Ibid. 6, 14. Ibid. 5, 7, 19. — Princeps civitatis (a. u. c. 711.) Philipp. 8, 10, 28. — Legatus ad Antonium. Philipp. 9, 1, 1. — L. Piso (post Caesaris interitum) in Antonium primus invectus est, nullo assentiente. ad Fam. 12, 2, 1.-Vituperatur eius legatio ad Antonium. Ibid. 4, 1. — Eius praeclara vox non solum in senatu, sed etiam in contione iure laudata est. Excessurum se ex Italia dixit, deos penates et sedes patrias relicturum, si rem publicam oppressisset Antonius. Philipp. 12, 6, 14.

L. CALPURNIUS, Ciceronis amicus. pro Caecina 12, 35.

L. CALPURNIUS PISO. Legio, quam L. Piso ducebat legatus Antonii, Ciceroni se filio meo tradidit. (a. u. c. 711.) Philipp. 10, 6, 13. — L. Piso familiaris M. Antonii, apud quem (a. u. c. 711.) erant huius uxor et liberi. Philipp. 12, 1, 1. — Idem videtur:

CALPURNIUS, M. Antonii familiarissimus. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 8. A., 2.

M. PUPIUS PISO CALPURNIANUS. Pupius dictus est, quia eum adoptavit M. Pupius. pro domo 13, 35. — M. Piso, aequalis Q. Hortensii. Brut. 64, 230. — Quaestor cum L. Scipioni consuli (a. u. c. 671.) obtigisset, non attigit pecuniam, non ad exercitum profectus est; quod de re publica sensit, ita sensit, ut nec fidem suam nec morem maiorum nec necessitudinem sortis laederet. Verr. Accusat. 1, 14, 37. — M. Pupius Piso, homo nobilissimus, innocentissimus, eloquentissimus. Ei in aedilitatis petitione populus praetulit M. Seium. pro Plancio 5, 12. Ibid. 21, 51. — Propraetore fuit Hispaniae. pro Flacco 3, 6. — Consul (a. u. c. 693.) est impositus is nobis, quem nemo praeter nos philosophos aspicere sine suspiritu possit. ad Att. 1, 18, 3. — Homo perversus. ad Att. 1, 13, 2. Cfr. ad Att. 1, 12, 4. — Consul parvo animo et pravo, tantum cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis ridiculus, nihil agens cum re publica, seiunctus ab optimatibus cet. ad Att. 1, 13, 2. — Somni plenus, imperitus, ἀπρακτότατος χαχέχτης. Ibid. 14, 6. — Desponsam ei iam Syriam ademi. Ibid. 16, 8. — Lator rogationis de Clodiana religione, idem erat dissuasor. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 14, 5. Ibid. 15, 1. — M. Piso, cognomen frugalitatis, nisi accepisset, ipse pepeisset. In novis fragmentis orat. pro Flacco. Scholiast. Cic. Vol. 2. p. 233.

— Irrisa est abs te, L. Piso, M. Pisonis cupiditas triumphandi, qui etiam si minus magnum bellum gesserat, tamen istum honorem contemnendum non putavit. in Pison. 26, 62. — Quidquid habuit, habuit ex disciplina maximeque ex omnibus, qui ante fuerunt, Graecis doctrinis eruditus fuit. — Qualis fuerit orator. — Ex Virginum (Vestalium) incestus crimine accusatarum et eo defendente absolutarum (Catil. 3, 4.) magnam laudem est adeptus. Brut. 67, 236. Ib. 90, 308, 309. — Peripateticus. de Nat. D. 1, 7, 16. Itaque illic et in libro V. de Finibus (1, 1.) inducitur explicans rationem Peripateticam de natura deorum et de finibus bonorum. — Domi suae habebat Peripateticum Staseam. de Or. 1, 22, 104. — Facete saepe Stoicos irridebat. de Finn. 4, 26, 73. — Confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικὰ M. Pisoni darem. ad Att. 13, 19, 4., unde simul constat eum ante a. u. c. 709. mortuum esse. Addit enim: Ἀζηλοτύπητον id fore putabam, quod omnes illi decesserant. — Fuit Pupius Piso eisdem temporibus, quibus Cicero, sed tanto aetate maior, ut adolescentulum Ciceronem pater ad eum deduceret, quod in eo et antiquae vitae similitudo et multae erant litterae; orator quoque *melior* [Sic etiam cod. Ambros. H. 100. Bait.] quam frequentior habitus est. Biennio tamen serius quam Cicero consul fuit; triumphavit procos. de Hispania a. u. c. 685. Ascon. in Pison. p. 15. — Cfr. Varro RR. 3, 3, 8. et 3, 13, 1.

M. Calpurnius Piso, Ciceronis necessarius et vir et civis egregius, praetor a. u. c. 710. senatus auctoritati se obtemperaturum dixit. Philipp. 3, 10, 25.

P. Calpurnius Lanarius: eius lis cum Ti. Claudio Centumalo. de Off. 3, 16, 66.

Calpurnius Salvianus, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum, praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 53.

(Calpurnii) Pisonis lucus Romae, incertum in qua regione. ad Q. Fr. 2, 3, 7.

Calva. Calvae testamentum cognovi, hominis turpis ac sordidi a. u. c. 710. ad Att. 15, 3, 1.

Calvena, id est, Matius, Caesaris amicus. (ubi vide.) ad Att. 14, 5, 1. Ib. Ep. 9, 3. — Caleni interventum et Calvenae cavebis. ad Att. 16, 11, 1.

Calventia familia exprobratur Pisoni in Pisonem 23, 53.

Calventius, Insuber, socer Pisonis patris. Ascon. in Pison. p. 5.

Calventius Marius tecto nomine dicitur L. Piso Caesoninus ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11.

Calvinus: est cognomen gentis Domitiae. Cfr. de Orat. 2, 61, 249. Suet. Caes. 36. Vide in Domitiis.

C. Calvisius Sabinus a. u. c. 706. a Caesare in Aetoliam missus. Caesar Civ. 3, 34. — Omni Aetolia potitus est. Ibid. 35. — Praetor a. u. c. 710. Ei Africa provincia obtigit. Nihil felicius! modo enim ex Africa decesserat et quasi divinans se rediturum duos legatos Uticae reliquerat. Philipp. 3, 10, 26. — Cum in Africa Q. Cornificio (a. u. c. 711.) succedere vellet, Cornificii causam in senatu egit Cicero, confirmataque est ei provincia. Iocose Cicero Calvisium Minotaurum appellat. ad Fam. 12, 25, 1. — Calvisius studiosissimus C. Furnii (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 25, 3. — Homo magni iudicii, rei publicae amans. Ibid. 26, 3.

P. Calvisius castris Cn. Pompeii filii praepositus a. u. c. 709. Bell. Hispan. 32.

C. Calvus Licinius vide Licinius.

„Calvus ex Nanneianis ille" per iocum dicitur M. Licinius Crassus ad Att. 1, 16, 5., quia, cum Nanneii a Sulla proscripti bona emisset per procuratores, in tabulis scribendum curavit, ea bona empta Licinio Calvo: nam et Licinii Calvi fuerunt. Ern.

Calydonia terra in Aetolia, apud Pacuvium. Varro LL. 7, 2. p. 305.

Calypso, nympha, cui inserviit Ulixes. de Off. 1, 31, 113.

Camenae, Casmenae, Carmenae. Varro LL. 7, 3. p. 312.

Camerinum, oppidum in montibus, qui Picenum ab Umbria dirimunt. De variationibus, quae in hoc nomine inveniuntur apud Veteres, vide Goesii Indic. geographicum in Scriptt. rei agr. Ern. Hodie *Camerino;* incolae Camertes. — ad Att. 8, 12. B. 2.

Camers ager circa oppidum Camerinum. pro Sulla 19, 53.

Camertinum foedus sanctissimum atque aequissimum. pro Balbo 20, 46. Cfr. Müller *Etrusker* I. p. 103.

Camillus. Vide in Furiis.

Camirus, Ialysus, Lindus, heroës Rhodi culti. de Nat. D. 3, 21, 54. Conditor fabulosus Camiri, oppidi Rhodiorum.

Campana causa; C. Iulius Caesar in agrum Campanum colonos deducere parabat; ei restitit Cicero (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 9, 8. seq.

Campana lex agraria (a. u c. 695.) habet exsecrationem in contione candidatorum, si mentionem fecerint, quo aliter ager possideatur atque ut e legibus Iuliis. ad Att. 2, 18, 2.

Campani. Illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione et consilio maiores nostri ad desidiosissimum otium perduxerunt. de lege agr. 2, 33, 91. — Campanum supercilium. Ibid. 34, 94. — Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine, urbis salute, descriptione, pulchritudine. Ex hac copia atque omnium rerum affluentia primum illa nata est arrogantia, quae a maioribus nostris alterum Capua consulem postulavit; deinde ea luxuries, quae ipsum Hannibalem armis etiam tum invictum voluptate vicit. Ibid. 35, 95. Vide Capuenses.

Campania: ibi terra levis. Varro RR. 1, 20, 4. — In Campania metiuntur rura versibus. Varro RR. 1, 10, 1.

Campanum vocabulum *seculae* pro falcibus. Varro LL. 5, 31. p. 139.

Campanum far. Varro RR. 1, 2, 6.

Campanus ager optimum fert frumentum. Varro Fr. p. 207. Bip. — Campanus et Leontinus ager: eos maiores nostri annonae perfugia ducebant. Philipp. 8, 8, 26. — Campanus ager, caput patrimonii publici, pulcherrima populi Ro. possessio, subsidium annonae, horreum belli, sub signo claustrisque rei publicae positum vectigal, per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitit. de lege agr. 1, 7, 21. Cfr. Ibid. 2, 28, 76. seqq. — Omnis exspectatio largitionis (a. u. c. 695.) in agrum Campanum videtur esse derivata; qui ager, ut dena iugera sint, non amplius hominum quinque milia potest sustinere. ad Att. 2, 16, 1. — Campanus ager per Caesarem periit. ad Att. 7, 7, 6. — Ad agros dividundos Campanos (in Caesaris primo consulatu) inter XX viros fuerunt M. Terentius Varro, Cn. Tremellius Scrofa. Varro RR. 1, 1, 9. — Causa agri Campani acta a. u. c. 697. ad Q. Fr. 2, 1, 1. et a. u. c. 698. Ibid. 5, 1. Ibid. 8, 2. — Actiones C. Curionis de agro Campano (a. u. c. 703.) de quo negant Caesarem laborare, sed Pompeium valde nolle, ne vacuus advenienti Caesari pateat. Caelius ad Fam. 8, 10, 4. — Cfr. ad Fam. 11, 20, 3.

Campi Macri. Varro RR. 2. Praef. 6. (inter Lunam et Pisam ad Macram fl.)

Campi Magni, in versiculo Enniano. de Or. 3, 42, 167. in Africa siti.

M. Camurtius et C. Caesernius, amatores Clodiae, propter nefarium stuprum Vettio illatum, damnati. pro Caelio 30, 70. seq.

Camula, centurio. ad Att. 5, 21, 4.

Cana s. Kana, filia Gellii Cani, quam Q. Ciceroni filio collocare cogitabant, si ei placeret. ad Att. 13, 41, 1.

Canachus: eius signa rigidiora sunt, quam ut imitentur veritatem. Brut. 18, 70. — Significatur Canachus maior, Sicyonius, qui floruit circa Olymp. 70. Praestantissimum et celebratissimum eius opus statua aenea magnitudine humanam excedente Apollinis Philesii a veteribus scriptoribus praedicatur (Plin. 34, 8. Pausan. 2, 10, 4. 9, 10, 2.) Canachus minor, huius fortasse nepos, floruit circa Olymp. 95. Cfr. Sillig Catal. Art. p. 136. seqq.

Cancer, in eo solstitium aestivum. Arat. v. 509. de Nat. D. 2, 43, 110.

Candavia. Aut accedemus in Epirum aut tarde per Candaviam ibimus. (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 7, 3. Regio montibus aspera, quae ab extrema Epiro ad Macedoniam usque pertinebat.

Canephoroe Polycliti: Vide Polyclitus. Canephoroe dicebantur virgines Athenis, quae in sacris Cereris canistra ferebant in capitibus.

Canicula in his locis, quae nos incolimus, post solstitium exoritur; apud Troglodytas, ut scribitur, ante solstitium. de Divin. 2, 44, 93. — Varro RR. 1, 28, 2.

Canidius ad Fam. 8, 9, 5. falsa lectio pro **Calidius**.

Canidius, Lepidi assecla. ad Fam. 10, 21, 4. — Legati aut tribuni munere functus videtur, quo usus est Lepidus ad milites incitandos, ut pacem flagitarent. (a. u. c. 711.)

Caninianum tempus suspiciosissimum. (cum omnes suspicarentur Caninium Gallum trib. pl. a. 698. rogationem laturum esse, ut Ptolemaeus Auletes a Pompeio cum duobus dumtaxat lictoribus reduceretur.) ad Fam. 1, 7, 3.

L. **Caninius Gallus**. (Praenomen eius apud Ciceronem nusquam extat, sed filius eius, consul a. u. c. 717. apud Dionem Cassium nominatur *Lucii filius*.) Fuit tribunus pl. a. u. c. 698.; quo anno rogationem tulit, uti Pompeius sine exercitu cum duobus lictoribus ad Ptolemaeum Auletem cum Alexandrinis conciliandum mitteretur. Plutarch. Pomp. 49., ubi in Ed. Schaeferi falso est *Κανίδιος* pro *Κανίνιος*. —Quid futurum sit latrocinio tribunorum, non divino, sed tamen suspicor per vim rogationem de rege Alexandrino Caninium perlaturum. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 2, 3. — Eius altercatio cum Lentulo Marcellino cos. ad Fam. 1, 2, 1 et 4. Ibid. 4, 1. — Cfr. Caninianum tempus. ad Fam. 1, 7, 3. — Quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 5. — Magistratu deposito (a. u. c. 699.) accusatus est, sed intercedente Pompeio defensus a Cicerone. — His ego diebus ludis scenicis, ne forte videar tibi non modo beatus, sed liber omnino fuisse, dirupi me paene in iudicio Galli Caninii, familiaris tui (M. Marii.) ad Fam. 7, 1, 4. — Praetor fuit a. u. c. 701., pro praetore Achaiae a. 702. A. a. c. 703. Athenis cum Cicerone fuit. ad Fam. 2, 8, 3. — In bello civili nullae eius partes videntur fuisse. — Amicus M. Terentii Varronis (a. u. c. 708.) ad Fam. 9, 2, 1. Ibid. 3, 1. Ibid. 6, 1. — (Ad Att. 15, 13, 3., ubi e Corradi coniectura volgo legitur *Gallo Caninio*, nunc ex Cod. Mediceo editum est: *C. Annio*.) — Mortuus est a. u. c. 710. Caninium perdidi, hominem, quod ad me attinet, non ingratum. ad Att. 16, 14, 4. — Ad eius filium pertinere videtur id, quod narrat Valerius Max. 4, 2, 6.: Caninius Gallus reum pariter atque accusatorem admirabilem egit, et C. Antonii, quem damnaverat, filiam in matrimonium ducendo, et M. Colonium, a quo damnatus fuerat, rerum suarum procuratorem habendo. — Nepos eius fuit L. Caninius Gallus triumvir monetalis a. u. c. 736., cuius extat denarius. Consule Borghesium in Giornale Arcadico Vol. 26. p. 66. seqq.

C. **Caninius Rebilus**, Caesaris legatus in Gallia a. u. c. 702. Caesar Gall. 7, 83. ad Att. 7, 3, 3. — Ad Scribonium missus, ut eum de conciliaanda pace hortaretur. Caesar Civ. 1, 26. — Sub Curione militat in Africa. Ib. 2, 24. — Caninius Rebilus, proconsul. a. u. c. 707. Bell. Afric. 86. — Thapsum recipit. Ib. 93. — Caesaris legatus in Hispania a. u. c. 709. Bell. Hispan. 35. — Mortuo Q. Fabio Maximo, cos. a. u. c. 710., consul renuntiatus est, qui usque ad Kal. Ian. esset; quae erant futurae mane postridie. Ita, Caninio consule, scito neminem prandisse. Nihil tamen eo consule mali factum est; fuit enim mirifica vigilantia, qui suo toto consulatu somnum non viderit. ad Fam. 7, 30, 1. — Cfr. Suet. Caesar. 76. Ner. 15. — Caninius Rebilus, qui uno die consul fuit, Rostra cum ascendisset, pariter honorem iniit consulatus et eieravit; quod Cicero omni gaudens occasione urbanitatis increpuit: *λογοθεώρητος est Caninius consul.* Et deinde: *Hoc consecutus est Rebilus, ut quaereretur, quibus consulibus consul fuerit.* Dicere praeterea non destitit: *Vigilantem habemus consulem, qui in consulatu suo somnum non vidit.* Macrob. Saturn. 2, 3. p. 353. Ed. Zeun. — M. Otacilius Philolaus, cum Caninius Rebilus uno tantum die consul fuisset, dixit: *Ante flamines, nunc consules diales fiunt.* Id. Ibid. Cap 2. p. 350. — Utrum ad Caninium Gallum, an ad Caninium Rebilum seqq. loci pertineant, nescio. Malo tamen ad Rebilum referre. — Tu mihi de Caninii naufragio quasi dubia misisti. Scribas igitur, si quid erit certius. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 37, 4. Ib. 41, 4. — Quid legiones, quas Annius transportavit? Caninium volui, sed *μνημονικὸν ἁμάρτημα*. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 5, 1.

T. **Caninius Rebilus** ad Att. 9, 15, 4. (ubi tamen lectio incerta est.)

Caninius Salustius quaestor Bibulo proconsuli Syriae (nomen ut videtur corruptum e *Caninio Salustiano*, vel *C. Annio Salustiano*, vel *Cn. Salustio* (de quo ad Fam. 14, 11. ad Attic. 11, 11.) — ad Fam. 2, 17, 1. — Bibuli quaestor sine nomine memoratur etiam ad Att. 6, 5, 3.

A. Caninius Satrius, frater P. Varii. ad Att. 1, 1, 3. — Fuit et mihi et Q. fratri magno usui in nostris petitionibus. Ibid. Utrum idem sit cum sequente, non constat.

Caninius Satrius, legatus C. Trebonii. (a. u. c. 711.) Pseudobrut. ad Cic. 1, 6.

Canis, Sirius, sidus. Arat. v. 349. 367. — De Nat. D. 2, 44, 114. Ibid. 3, 10, 26.

Canius (al. C. Annius) poëta. Varro LL. 6, 8. p. 257.

C. Canius, eques Romanus, adfuit P. Rutilio Rufo accusato a Scauro; facetum eius dictum; de Or. 2, 69, 280. — Homo nec infacetus et satis litteratus, deceptus Syracusis a Pythio argentario. de Off. 3, 14, 58.

Cannae, vicus Apuliae clade Romanorum bello Punico secundo nobilitatus. Cannae Paullum sustulerunt. de Nat. D. 3, 32, 80. — Tuscul. 1, 37, 89. Hinc:

Cannensis calamitas: post Cannensem calamitatem primum Marcelli ad Nolam proelio (a. u. c. 538.) populus se Romanus erexit. Brut. 3, 12. — Ea accepta, res publica nostra maiores animos habuit quam unquam rebus secundis. de Off. 3, 11, 47. — Cannensis ignominia. Cato 20, 75. — Cannensis pugna. de Divin. 2, 33, 71. — De proscriptione Sullana: pro Sex. Roscio 32, 89. — Cannensis pugna nequitiae, veluti proverbium de Verris convivio. Verr. Accusat. 5, 11, 28.

P. Cannutius P. Sulpicii orationes, quae feruntur, post mortem eius scripsisse putatur, homo extra nostrum ordinem disertissimus. Brut. 56, 205. — Homo eloquentissimus, Oppianici accusator. pro Cluentio 10, 29. — Homo in primis ingeniosus et in dicendo exercitatus, accusat Scamandrum a Cicerone defensum. Ibid. 18, 50. — Accusat C. Fabricium. Ibid. 21, 58. Ibid. 27, 73.

Ti. Cannutius. Eum, a quo erat honestissimis contentionibus et saepe et iure vexatus M. Antonius, non templo solum, verum etiam aditu prohibuit Capitolii. (a. u. c. 710.) Philipp. 3, 9, 23. — Ti. Cannutius (s. Canutius), tribunus pl. a. u. c. 710. produxit in contionem Antonium. ad Fam. 12, 3, 2. — Cfr. Ibid. 23, 2. Antonii de eo dictum. — Eum postea necavit Octavianus. Velleius 2, 64, 3. ibique Ruhnken. Perizon. A. H. c. 2. In Cod. Mediceo per duplex *n* scribitur. Alii *Canutius*.

Canopitae, incolae Canopi in Aegypto. Fragmm. p. 583.

Canterius mons in Sabinis. Varro RR. 2, 1, 8.

Canuleius. ad Att. 10, 5, 3., qui sit, non constat.

C. Canuleius trib. pl. a. u. c. 309. Decemviri connubia ut ne plebi cum patribus essent, inhumanissima lege sanxerunt, quae postea plebei scito Canuleio abrogata est. de Rep. 2, 37, 63.

L. Canuleius, qui in porta Syracusis operas dabat, Verris furta permulta nominatim ad socios perscripsit. Verr. Accusat. 2, 70, 171. Ibid. 74, 183.

L. Canuleius, Caesaris legatus, ab eo in Epirum rei frumentariae causa missus a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 42.

M. Canuleius defensus ab Hortensio et Cotta. Brut. 92, 317. (causa nobis ignota.)

Canus, s. Kanus (al. *Canius.*) a. u. c. 709. ad Att. 13, 31, 4. Ibid. 15, 21, 2. Corn. Nepos Att. 10, 2. est Q. Gellius Canus.

Canusium, oppidum Apuliae ad Aufidum, hodie *Canosa.* ad Att. 8, 11. D. 1. — Incolae Canusini. ad Att. 1, 13, 1.

Canusinus ager. Varro RR. 1, 8, 2.

Capena porta, a qua via Appia ducebatur. Origo nominis dubia est. (Hodie *porta di S. Sebastiano.*) Ad eam Calatini, Scipionum, Serviliorum, Metellorum sepulcra. Tuscul. 1, 7, 13. — ad Att. 4, 1, 5.

Capenas ager, crassus. pro Flacco 29, 71. ad Fam. 9, 17, 2. — De lege agr. 2, 25, 66. — A Capena, oppido Etruriae inter Veios et Tiberim in ripa sito, quod apud Frontinum etiam

Capenas dicitur. (Ager Capenatis: Cato apud Priscianum 4, 4, p. 153. Krehl.)

Caper magister Caesaris Octaviani: Fragmm. p. 468.

Capho. Vide Cafo.

Capito v. Atteius.

C. Capito, Caesarianus. ad Fam. 13, 29, 6. cet. — Hospes Ciceroni haud nimis gratus. ad Att. 13, 33, 4. — Ciceronis epistolae de causa Buthrotia ab Attico suscepta ad Capitonem missae. a. u. c. 710. ad Att. 16, 16. C. et F.

L. Capito cum C. Memmio trib. pl. Gabinium postulat. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 5, 15.

Capitolinae sedes. de Divin. 1, 12, 19. Ibid. 2, 20, 45.

Capitolini: collegium Romae. ad Q. Fr. 2, 5, 2.

Capitolinus mons, dictus, quod hic cum fundamenta foderentur aedis Iovis, caput humanum dicitur inventum. Varro LL. 5, 7. p. 4?. — Her. IV. 32, 43.

Capitolium, terrestre domicilium Iovis. Verr. Accusat. 4, 58, 129. — Capitolium vetus, ubi sacellum Iovis, Iunonis, Minervae, et id antiquius quam aedes quae in Capitolio facta. Varro LL. 5, 32. p. 158. — In eo aedem Iovi Opt. Max. bello Sabino vovit L. Tarquinius Priscus. de Rep. 2, 20, 36. — Aedificavit Tarquinius Superbus. Ibid. 24, 44. — Capitolium tribus templis illustratum, Iovis optimi maximi, Iunonis Reginae, Minervae. pro Scauro 2, 47. — In eo Fides et Mens dedicatae a M. Aemilio Scauro. de Nat. D. 2, 23, 61. — Turmam statuarum inauratarum equestrium P. Scipio Metellus in Capitolio posuit. ad Att. 6, 1, 17. — In Capitolio Romuli ac Tatii statuae togatae sine tunicis. Ascon. in Scaur. p. 30. — Qui triumphant eoque diutius vivos hostium duces reservant, ut, his per triumphum ductis, pulcherrimum spectaculum fructumque victoriae populus Romanus percipere possit, tamen cum de foro in Capitolium currum flectere incipiunt, illos duci in carcerem iubent, idemque dies et victoribus imperii et victis vitae finem facit. Verr. Accusat. 5, 30, 77. — Anseribus cibaria publice locantur et canes aluntur in Capitolio, ut significent, si fures venerint. pro Sex. Roscio 20, 56. — In Capitolio canes et anseres cibaria solebant accipere. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 431. — Capitolium a Gallis obsessum. pro Fonteio 10, 20. — Capitolii incensio vigesimo anno ante Ciceronis consulatum (691.) in Catil. 3, 4, 9. — Capitolium apud maiores nostros (cfr. Liv. 1, 56.) publice coactis fabris operisque imperatis gratis exaedificatum atque effectum est. Verr. Accusat. 5, 19, 48.

Capius ad Fam. 7, 24, 1. falsa lectio pro Cipius.

Cappadocia patet a Syria regesque habet finitimos, qui etiam si sunt etiam (clam?) amici nobis, tamen aperte Parthis inimici esse non audent. ad Fam. 15, 4, 4. — In ea σείροις utuntur ad condendum frumentum. Varro RR. 1, 57, 2. — Nihil illo regno spoliatius, nihil rege (Ariobarzane) egentius. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 1, 4. — Cappadociae solitudo. de lege agr. 2, 21, 55. — Ad Fam. 15, 1, 2. —In clientela M. Catonis erat. Ibid. 5, 15.

Capra, sidus. Arat. v. 167. — De Nat. D. 2, 43, 110. Ibid. 3, 16, 40.

Capraria insula propter Italiam. Varro RR. 2, 3, 3.

Capricornus. Arat. v. 293. — De Nat. D. 2, 44, 112.

Caprilius; nomen a *capra*. Varro RR. 2, 1, 10.

Caprius. de Nat. D. 3, 23, 58. Falsa lectio pro: Cabirus.

Caprotinae Nonae. Varro LL. 6, 3. p. 200.

Capsa, Numidiae oppidum, cuius conditor Hercules Libys. Sal. Iug. 89.

Capua. Capuam deduci colonos decemviri (Rullani) volunt. — — Maiores nostri Capua magistratus, senatum, consilium commune, omnia denique insignia rei publicae sustulerunt, neque aliud quidquam nisi inane nomen Capuae reliquerunt, non crudelitate, sed consilio; quod videbant, si quod rei publicae vestigium illis moenibus contineretur, urbem ipsam imperio domicilium praebere posse. — — Bello Punico quidquid potuit Capua, potuit ipsa per sese. de lege agr. 1, 6, 18. seqq. Ibid. 2, 28, 76. seqq. — De Capua (delenda necne) multum est et diu consultum: exstant litterae publicae, sunt senatus consulta complura. Statuerunt homines

sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe consilium sustulissent, imaginem rei publicae nullam reliquissent, nihil fore, quod Capuam timeremus. de lege agr. 2, 32, 88. — Post Q. Fulvium, Q. Fabium consules (a. u. c. 545.), quibus consulibus Capua devicta atque capta est, nihil est in ea urbe contra hanc rem publicam non dico factum, sed nihil omnino est cogitatum. Ibid. 33, 90. — Capua domicilium superbiae atque sedes luxuriae. Ibid. 35, 97. — In ea urbe domicilium quondam superbiae fuit. Post red. in sen. 7, 17. (ubi memorantur consules Campani, i. e. duumviri iuri dicundo. Nulli enim fuerunt consules municipales. (Cfr. Inscriptt. mearum Latin. N. 3775.) — Cfr. Müller *Etrusker* 1. p. 171. — Capuae veteri, dissolutae ac luxuriosae, opponitur „haec, quae nunc est (a. u. c. 699.) splendidissimorum hominum, fortissimorum virorum, optimorum civium, qui Ciceronem patronum asciverant et revocarant." in Pison. 11, 25. — Eam urbem propter plurimas belli opportunitates a Catilinae impia et scelerata manu attentari suspicabamur. pro Sestio 4, 9. — Conventus Capuae post oppressam Catilinae coniurationem Ciceronem unum patronum adoptavit. pro Sestio 4, 9. — Decuriones Capuae. Ibid. §. 10. — Duumvir iuri dicundo Capuae fuit Piso cos. a. u. c. 696. Ibid. 8, 19. — Capua, quae temporibus his Roma altera est, impios cives (Antonianos) iudicavit, eiecit, exclusit. Philipp. 12, 3, 7. — Nos Capuam sumpsimus tuendam (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 11, 3. — Capuam coloniam deducere conatus est M. Antonius a. u. c. 710. — Campanum agrum compransoribus suis et collusoribus dividebat. Philipp. 2, 39, 100. seq. — Victoria Capuae sudavit. de Divin. 1, 43, 98.

Capuanus: haec forma in consuetudine vehementer natat. (al. nutat.) Varro LL. 10, 2. p. 553.

Capuenses. (forma posterioris Latinitatis.) Capuensibus Cicero adscribit vitium superbiae. Schol. Bob. post red. in Sen. p. 249.

Capys Campaniam tenuit. Sal. Hist. 2. p. 201. Ed. min. Gerl.

Carachium. s. Charachium. Pseudobrut. ad Cic. 2, 3. locus ignotus veteribus geographis et reliquis scriptoribus. Ursinus et Ortelius coniiciebant legendum: *Dyrrhachium.* Ern.

Carbones. Vide in Papiriis.

Cares, insulani populi, piratica famosi. Sal. Hist. 5. p. 236.

D. Carfulenus, et animi magnitudine et rei militaris scientia vir praestans. Bell. Alex. 31. — Eum, bene de re publica sentientem, e senatu vi et minis mortis expulit M. Antonius. (a. u. c. 710.) Philipp. 3, 9, 23. — D. Carfulenus interiit in proelio Mutinensi. ad Fam. 10, 33, 4. ad Att. 15, 4, 1.

Caria, Phrygia et Mysia minime politae minimeque elegantes, asciverunt aptum suis auribus opimum quoddam et tamquam adipatae dictionis genus. Orat. 8, 24. — Hic e Phrygia et Caria rhetorum epilogus paene canticum. Ib. 18, 57. — De tota Caria nonne hoc vestra voce volgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum? pro Flacco 27, 65. (Proverbium ἐν Καρὶ κίνδυνος.) — Cariae nobilissima civitas Halicarnassus. ad Q. Fr. 1, 1, 8, 25. — Eius urbs Telmessus. de Divin. 1, 41, 91. — Caria tota in ostentis animadvertendis diligens fuit. Ibid. 42, 94.

Carinae locus urbis Romae in regione quarta prope Caelium montem. Varro LL. 5, 8. p. 52. — In Carinis erat domus Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 2, 3, 7. — (Falso Ernestium in Clavi ex Manutio h. l. explicasse: „ibi Cicero aedes habebat ab avis hereditate acceptas:" demonstravit Graeterus in Cic. Epp. interpretatione Germanica Vol. 6. p. 441.) — P. Clodius dicebat velle se in Carinis, (i. e. in Pompeii domo) aedificare alteram porticum, quae Palatio responderet. de Harusp. resp. 23, 49. — Cfr. Parad. 6, 3, 50.

Carinas nomen propr. Varro LL. 8, 41. p. 454.

T. Carinas. Vide Albius. A. u. c. 709. Ciceroni hospes haud nimis gratus. ad Att. 13, 33, 4.

Carmentalia, feriae Carmentis. Varro LL. 6, 3. p. 195.

Carmentalis flamen. Brut. 14, 56.

Carneades auctor Academiae tertiae. — Arcesilae ratio confecta est a Carneade, qui est quartus ab illo. Audivit enim Egesinum, qui Evandrum audierat, Lacydis discipulum, cum Arcesilae Lacydes fuisset. Acad. 2, 6, 16.

— Diu Academiam tenuit; nam nonaginta vixit annos: inter eius discipulos optimus Clitomachus. Ibid. — Multum est peregrinatus. Tuscul. 5, 37, 107. — Carneadem et Critolaum et Diogenem a. u. c. 599. Athenienses legatos de suis maximis rebus Romam miserunt. de Or. 2, 37, 155. — Carneades Cyrenaeus, Academicus, et Diogenes Babylonius, Stoicus, ad senatum ab Atheniensibus missi legati, philosophiae studia Romae excitaverunt. Tusc. 4, 3, 5. — Quo tempore cum Carneades et Stoicus Diogenes ad senatum in Capitolio starent, A. Albinus, praetor, iocans dixit Carneadi: „Ego tibi, Carneade, praetor esse non videor, quia sapiens non sum; nec haec urbs, nec in ea civitas." Tum ille: „Huic Stoico non videris." Acad. 2, 45, 137. — Quibus consulibus Carneades et ea legatio Romam venerit, scriptum est in tuo Annali. Haec nunc quaero, quae causa fuerit? De Oropo, opinor. ad Att. 12, 23, 2. — Homo omnium in dicendo acerrimus et copiosissimus. de Or. 1, 11, 45. — Carneades eloquens et in dicendo suavis atque ornatus. de Or. 1, 11, 49. — Carneadis vis incredibilis dicendi et varietas, qui nullam unquam in illis suis disputationibus rem defendit, quam non probarit, nullam oppugnavit, quam non everterit. de Or. 2, 38, 161. — Carneadia aut Aristotelia vis oratori comprehendenda. Ibid. 3, 19, 71. — Carneades in recentiore Academia extitit divina quadam celeritate ingenii dicendique copia; multi eius auditores. de Or. 3, 18, 68. — Carneadis discipuli Charmadas, Clitomachus, Aeschines, Metrodorus. de Or. 1, 11, 45. — Perturbatrix rerum Academia ab Arcesila et Carneade recens. de Legg. 1, 13, 38. — Concertationis studio modo ait hoc, modo illud. de Divin. 1, 30, 62. — Ratio contra omnia disserendi nullamque rem aperte iudicandi profecta a Socrate, repetita ab Arcesila, confirmata a Carneade. de Nat. D. 1, 5, 11. — Morem Socraticum in omni disputatione, quid esset simillimum veri, quaerendi Carneades acutissime copiosissimeque tenuit. Tuscul. 5, 4, 11. — In ἐποχῇ minus bene sibi constitit quam Arcesilas, ut nonnulli existimant. Acad. 2, 18, 59. — Solitus erat eo delabi interdum, ut diceret opinaturum, id est, peccaturum esse sapientem. Ibid. — Multo maior in Carneade quam in Arcesila et copia rerum et dicendi vis fuit. Ibid. §. 60. cfr. Ibid. 21, 67. — Semper Carneades προβολὴν pugilis et retentionem aurigae similem facit ἐποχῇ. ad Att. 13, 20, 3. — Catulus pater Carneadeam esse sententiam dicebat percipi nihil posse, assensurum autem non percepto sapientem, sed ita ut intelligat se opinari sciatque nihil esse, quod comprehendi et percipi possit. Acad. 2, 48, 148. — Licebat etiam nihil percipere et tamen opinari; quod a Carneade dicitur probatum cet. Acad. 2, 24, 78. — Carneades vidit, non modo quot fuissent adhuc philosophorum de summo bono, sed quot omnino esse possent sententiae. Negabat igitur ullam esse artem, quae ipsa a se proficisceretur. Etenim semper illud extra est, quod arte comprehenditur. de Finn. 5, 6, 16. — Fruendi rebus iis, quas primas secundum naturam esse dicimus, Carneades, non ille quidem auctor, sed defensor disserendi causa fuit. Ibid. 7, 20. — Tres sunt fines expertes honestatis, unus Aristippi vel Epicuri, alter Hieronymi, Carneadis tertius. de Finn. 2, 11, 35. — Carneadi frui principiis naturalibus erat extremum. Ibid. — Cfr. Ibid. 13, 42. — Carneadeus finis. de Finn. 4, 18, 49. — Carneades, non quo probaret, sed ut opponeret Stoicis, introducebat summum bonum esse frui iis rebus, quas primas natura conciliavisset. Acad. 2, 42, 131. — Carneades Calliphontis sententiam (de finibus bonorum) ita studiose defensitabat, ut eam probare etiam videretur; quamquam Clitomachus affirmabat nunquam se intelligere potuisse, quid Carneadi probaretur. Acad. 2, 45, 139. — Bona corporis secutus est. Varro Fr. p. 306. Bip. — Hoc volo, ut, quaecunque dissentientium philosophorum sententia sit de finibus, tamen virtus satis habeat ad vitam beatam praesidii, quod quidem Carneadem disputare solitum accepimus; sed is, ut contra Stoicos, quos studiosissime semper refellebat et contra quorum disciplinam ingenium eius exarserat: nos illud quidem cum pace agemus. Tuscul. 5, 29, 83. — In finibus bonorum hic quoque est: nihil bonum nisi naturae primis bonis aut omnibus aut maximis frui, ut Carneades contra Stoicos disserebat. Ibid. 30, 84. — Pauci iam desertum illum Carneadem curant defendere. Ibid. 31,

87. — Qui post Chrysippum et Diogenem fuerunt, cum Carneadem sustinere non possent, bonam famam ipsam propter se praepositam et sumendam esse dixerunt. de Finn. 3, 17, 57. — Carneades insectatus est Stoicos. Tusc. 4, 24, 53. — Libenter in Stoicos invehebatur. de Nat. D. 2, 65, 162. — A Carneade multa acute et copiose de divinatione contra Stoicos disputata sunt. de Divin. 1, 3, 7. cfr. Ibid. 7, 12. Ibid. 2, 3, 9. — Fingebat in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput extitisse Panisci. de Divin. 1, 13, 23. — Carneades contra Stoicos eorumque de deo doctrinam ita multa disseruit, ut excitaret homines non socordes ad veri investigandi cupiditatem. de Nat. D. 1, 2, 4. — Stoicos nihil de diis explicare convincebat. de Nat. D. 3, 17, 44. — Quomodo Antipatro restiterit. Acad. 2, 9, 28. Ibid. 10, 34. — Cum eo digladiatus est Antipater pluribus voluminibus. Fragmm. p. 469. — Carneades armatus a Chrysippo. Acad. 2, 27, 87. — Carneades tamquam honorarius arbiter controversiam Peripateticorum et Stoicorum solebat iudicare. Tuscul. 5, 41, 119. — Egregia eius exercitatio in dialecticis summaque eloquentia. — Pugnare non destitit in omni hac quaestione, quae de bonis et malis appelletur, non esse rerum Stoicis cum Peripateticis controversiam, sed nominum. de Finn. 3, 12, 41. — Eius disputatio de fato adversus Epicureos. de Fato 11, 23. — Eius doctrina de necessitate fatali. Ibid. 14, 31. — Dicebat ne Apollinem quidem futura posse dicere, nisi ea, quorum causas natura ita contineret, ut ea fieri necesse esset. Ibid. 14, 32. — In primis quaerere solebat, quarumne rerum divinatio esset. de Divin. 2, 3, 9. — Licentiae philosophorum, qui somniorum patrocinium susceperunt, restitit. de Divin. 2, 72, 150. — Eius disputatio de iustitia: de Rep. 3, 5, 8. Ibid. 6, 9. Ibid. 15, 24. Ibid. 19, 29. Ibid. 26, 38. Ibid. 27, 39. — Si scieris, inquit Carneades, aspidem occulte latere uspiam et velle aliquem imprudentem super eam assidere, cuius mors tibi emolumentum factura sit, improbe feceris, nisi monueris, ne assideat. de Finn. 2, 18, 59. — Carneades, ut video nostrum scribere Antiochum, reprehendere Chrysippum solebat laudantem Euripidis quandam sententiam. Tuscul. 3, 25, 59. — Carneades noster dicere solebat Clitomachum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere. Orat. 16, 51. — Filiola tua te delectari laetor et probari tibi (στοργὴν) φυσικὴν esse τὴν πρὸς τὰ τέκνα. Etenim, si haec non est, nulla potest homini esse ad hominem naturae adiunctio; qua sublata vitae societas tollitur. „Bene eveniat", (τυχῇ ἀγαθῇ παιδοποιῶμεν) inquit Carneades. Spurce! sed tamen pudentius quam Lucius (Torquatus) noster et Patro (Epicurei). ad Att. 7, 2, 4. — Carneadem Clitomachus scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem quam Praeneste vidisse Fortunam. de Divin. 2, 41, 87. — Ibid. 47, 97. — Facetum eius dictum in Chrysippum in soritis ἡσυχάζοντα. „Per me vel stertas licet, non modo quiescas." Acad. 2, 29, 93. — Aliud facetum eius dictum. — A Diogene Stoico dialectica didicerat. Acad. 2, 30, 98. — Duo placet esse ei genera visorum. Ibid. 31, 99. — Clitomachus scripsit Herculis quendam laborem exantlatum a Carneade, quod ut feram et immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem et temeritatem extraxisset. Acad. 2, 34, 108. Cfr. Ibid. §. 109. Ibid. 35, 112. — Carneadis disputatio in libro Clitomachi consolandi causa ad cives suos Karthaginienses captos misso, qua ille negabat sapientem fore in aegritudine patria capta. Tuscul. 3, 22, 54. Cfr. Ibid. 5, 37, 107. de Nat. D. 3, 12, 29.

L. Carpinatius in scriptura Siciliae pro magistro (Syracusis: Verr. Accus. 3, 71, 167.), familiaris C. Verris, prope alter Timarchides. Verr. Accusat. 2, 70, 169. — In ius ad L. Metellum a Cicerone vocatus. Ibid. 2, 76, 187.

Carrinas. Vide Carinas et Albius.

Carsitani iuxta agrum Praenestinum. Varro Fr. p. 323. Bip.

Carteia Hispaniae Baeticae oppidum ad promontorium Calpen, quae colonia Romana facta est a. u. c. 583., de qua vide Cellarium Not. Orb. ant. T. 1. p. 69. De eius situ disputant Hispani. Wesselingio ad Antonini Itiner. p. 407. videtur esse quae hodie *Rocadillo*. Ern. Item Uckert *Geographie* Vol. 2. P. 1. p. 346. — Memoratur ad Att. 12, 44, 4. Ibid. 15, 20, 3.

L. Carteius, familiaris C. Cassii, aliquid muneris in Cassii exercitu in

Syria habuisse videtur. ad Fam. 12, 11, 2.

Carthago. Vide Karthago.

Carvilius. Catilina ab atriis Sapalas et Carvilios sibi amicissimos comparavit. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10.

Sp. Carvilius. Sp. Carvilio graviter claudicanti ex volnere ob rem publicam accepto et ob eam causam verecundanti in publicum prodire mater dixit: „Quin prodis, mi Spuri? ut, quotiescunque gradum facies, toties tibi tuarum virtutum veniat in mentem." de Orat. 2, 61, 249. — Puto hunc esse, qui primus apud Romanos uxorem dimisit. (Valer. Max. 2, 1, 4. Gell. 4, 3, 17, 21.) Vir fuit illustris, qui equestri loco natus ad summam pervenit dignitatem, ut Paterculus scribit (2, 128, 2.) Consul autem fuit a. u. c. 520. cum L. Postumio Albino atque iterum a. u. c. 526. Turnebus. — Sp. Carvilius cos. iterum cum Q. Fabio Maximo Cunctatore a. u. c. 526. C. Flaminii trib. pl. agrariae legi non restitit. Cato 4, 11.

Casca. Vide Servilius Casca.

Cascellius et Cascelliani. Varro LL. 9, 9, 42. p. 508. — De Invent. 2, 9, 28.

Cascellius, praediator, ad quem Q. Scaevola consultores suos nonnunquam reiiciebat. pro Balbo 20, 45. Pater fortasse A. Cascellii ICti notissimi. — Vide Valer. Max. 6, 2, 12. et 8, 12, 1. Hoc nomen vindicant contra eos, qui *Caesellius* legi volunt, Harduinus ad Plin. 8, 61., ubi praeceptor eius Volcatius traditur, Rupertus ad Pompon. Enchirid. 5, 11., ubi de A. Cascellio ICto agit, cuius et Horatius mentionem facit. (Artis poët. v. 371.) Ceterum huic familiae hereditarium quodammodo iuris prudentiae studium fuit. Ern. Cfr. Spalding ad Quintil. T. 2. p. 599.

M. Cascellius, negotiator in provincia Asia, cum eam obtineret Q. Cicero (a. u. c. 695). ad Q. Fr. 1, 2, 2, 5.

Casilinum oppidum agri Campani, colonia Romana ad Volturnum, hodie *Nova Capova;* venit in Hannibalis potestatem. de Inv. 2, 57, 171. — Casilinenses. Ibid. (Casilinates Valerio Max. 7, 6.) — Casilinum deduxit coloniam M. Antonius (a. u. c. 710.) quo Caesar ante deduxerat. Philipp. 2, 40, 102. Cfr. ad Att. 16, 8, 1.

Casinas ager. de lege agr. 2, 25, 66. de lege agr. 3, 4, 14. Varro RR. 2, 3, 11. — Casinas ager optimam fert oleam. Varro Fr. p. 207. Bip. — Casinas fundus Varronis. Philipp. 2, 40, 103. Varro RR. 3, 5, 8. — Casinates (al. Cassinates). pro Plancio 9, 22.

Casinum oppidum Volscorum in Latio, hodie *San Germano in Terra di Lavoro*, ab Sabinis orti Samnites tenuerunt et nunc nostri etiam nunc Casinum forum vetus appellant. Varro LL. 7, 3. p. 317.

Casmilus nominatur Samothrece mysteriis dius quidam administer Diis Magnis. Varro LL. 7, 3. p. 322.

Caspium mare. Varro Fr. p. 365. Bip.

Cassander et Archelaus, summi astrologi (Chaldaico) praedictionis genere non usi sunt. de Divin. 2, 42, 88.

Cassander, Antipatri filius. de Off. 2, 14, 48.

Cassandra, Priami filia, furens futura prospiciebat. de Divin. 1, 39, 85. — Mentis scil. incitatione et permotione divina. Ibid. 40, 89. — (Ei vera vaticinanti nemo fidem habebat; itaque figurate Sex. Titius se Cassandram esse dicebat. de Or. 2, 66, 265.) — Cassandra in Accii Hecuba. de Divin. 1, 31, 66. Ibid. 2, 55, 112.

Cassia lex altera principium iustissimae libertatis, qua lege suffragiorum vis potestasque convaluit: altera Cassia, quae populi iudicia firmavit. Cornel. 1. Fragm. 24. p. 451. Lael. 12, 41. — Cassia lex tabellaria. Ascon. in Cornel. p. 78.

Cassia via. Tres sunt viae ad Mutinam, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. Philipp. 12, 9, 22. — Etruriam discriminat Cassia. Ibid. §. 23. Nomen habet a Cassio nescio quo.

Cassiani iudices, id est, severitate similes L. Cassii. pro Sex. Roscio 30, 85. Verr. Accusat. 3, 60, 137. Ibid. 62, 146. Vide L. Cassius.

Cassianum illud cui bono fuerit. pro Milone 12, 32. et iisdem verbis Philipp. 2, 14, 35. Vide L. Cassius.

Cassiepea s. Cassiopea, Cephei uxor, mater Andromedae, ausa contendere forma cum Nereidibus. Arat. v. 691.

— Sidus. Arat. v. 193. 257. de Nat. D. 2, 43, 111.

Cassii Brutus, tragoedia. Vide Cassius, post Cassiope.

Cassii: erant in cohorte amicorum Q. Ciceronis in Asia provincia (a. u. c. 695). ad Q. Fr. 1, 2, 4, 13.

Cassii. In Hispania feliciter pugnasse dicuntur Cassii. pro Balbo 17, 40. Sed videtur nomen corruptum. Manutius, probante Garatonio, coniecit *Crassi*.

C. Cassinius Schola, Interamnas, familiarissimus P. Clodii, cuius iam pridem testimonio Clodius eadem hora Interamnae fuerat et Romae. pro Milone 17, 46. — C. Cassinius Schola, eques Romanus, comes P. Clodii in ultimo eius itinere. Ascon. in Mil. p. 33. 41. 49.

Cassiope. In portum Corcyraeorum ad Cassiopen stadia CXX. (a Corcyra) processimus. ad Fam. 16, 9, 1. Est oppidum Corcyrae insulae, hodie quoque *Cassiope* s. *Cassopo*.

Cassius, poëta ignotus. Eius Brutus, fabula praetextata. Varro LL. 6, 2. p. 190. et 7, 4. p. 353. Critici correxerunt C. Accius, sed Accii, poëtae tragici, praenomen est *Lucius*; quocirca et Spengelius et Muellerus servarunt Codd. scripturam.

Cassius, homo nobis alioquin ignotus. Estne Cassius Parmensis, poëta? Apud eum M. Cicero filius Athenis declamitabat Graece. (a. u. c. 710.) M. Cicero ad Fam. 16, 21, 5.

Cassius Dionysius Uticensis vertit libris XX. Magonis Karthaginiensis libros XXVIII. de re rustica. Varro RR. 1, 1, 10. Cfr. 3, 2, 13.

(Cassius) Longinus, historicus ignotus. Historiam et exemplorum copiam, si quando opus erit, a viro optimo et istis rebus instructissimo, familiari meo Longino mutuabor. (Est M. Antonius orator, qui loquitur.) de Or. 1, 60, 256. Ita scil. nunc editur e Nic. Grucchii coniectura; libri exhibent *Longo*. pro Plancio 24, 58. ubi ironice alloquitur L. Cassium, inter alia haec dicit: „In quo, Cassi, si ita tibi respondeam, nescisse id populum Romanum, neque fuisse qui id nobis narraret, praesertim mortuo Longino" (mortuus ergo erat ante a. u. c. 700.) „non, ut opinor, admirere, cum ego ipse non abhorrens a studio antiquitatis me hic id ex te primum audisse confitear." Sed ibi Codex Erfurtensis pro *Longino* habet *longe* et Schol. Bob. pro Plancio p. 264. *Conco* et in lemmate et in scholio: („mentionem Conci videtur interposuisse cet., qui per illud tempus decesserat, homo curiosus et diligens eruendae vetustatis":) adeo, ut utroque loco de lectionis veritate dubitare liceat.

C. Cassius Longinus censor. Q. Marcius censor signum Concordiae fecerat idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium pontificum consuluit, numquid esse causae videretur, quin id signum curiamque Concordiae dedicaret. pro domo 50, 130. — C. Cassius censor de signo Concordiae dedicando ad pontificum collegium rettulit; ei M. Aemilius, pontifex maximus, pro collegio respondit, nisi eum populus Romanus nominatim praefecisset atque eius iussu faceret, non videri eam recte posse dedicari. Ibid. 53, 136. — Huius C. Cassii Longini censura incidit in a. u. c. 600. Nam praecedit mentio censoris Q. Marcii, qui decem annis ante a. u. c. 590. censor fuit. Alius Cassius censor fuit a. u. c. 628. Ern.

C. Cassius tribunus plebi non est factus. pro Plancio 21, 52. — Consul hic fuit cum Cn. Domitio Aënobarbo a. u. c. 658.

C. Cassius Varus, clarissimus et fortissimus vir, consul cum M. Terentio Varrone Lucullo a. u. c. 681. primo anno praeturae Siculae Verris, non cum L. Gellio, ut Manutius ad or. pro Rabir. perduell. Cap. 7. tradit. Nam Gellius anno post consul fuit. In eo magna improbitate usus est C. Verres. Verr. Accusat. 3, 41, 97. — Cfr. Verr. Accusat. 1, 23, 60. — C. Cassius integritate, virtute, constantia singulari, favebat legi Maniliae. pro lege Manilia 23, 68. pro Cluentio 49, 137. — Fortasse hic est pater trium Cassiorum C. L. Q., qui diserte non traditur. Ern.

C. Cassius Longinus, ut videtur, C. Cassii Vari consulis a. u. c. 681. filius, frater L. et Q. Cassiorum, primum memoratur ad Q. Fr. 2, 1, 2.: Cassius in senatu contra Marcellinum dixit. (a. u. c. 697.) Pro quaestore cum M. Licinio Crasso in Syriam profectus est. Post eius cladem in oppido Antiocheae cum omni exercitu erat. (a. u.

c. 703.) ad Att. 5, 18, 1. Ibid. Ep. 20, 3. — Feliciter ab Antiochea (ubi magnus metus erat: ad Fam. 2, 17, 6.) hostem reiecit. (a. u. c. 703.) ad Fam. 2, 10, 2. — Eius victrices litterae, plenae iactantiae. ad Att. 5, 21, 2. — Ineptas litteras misit. ad Att. 6, 1, 14. — A. u. c. 703. in eam opinionem venerat, quae diripuisset ipse, ut viderentur ab hoste vastata, finxisse bellum et Arabas in provinciam immisisse eosque Parthos esse senatui renuntiasse. Caelius ad Fam. 8, 10, 2. — Magnas C. Cassius res gessit ante Bibuli, summi viri, adventum, cum Parthorum nobilissimos duces maximasque copias fudit Syriamque immani Parthorum impetu liberavit. Philipp. 11, 14, 35. — C. Cassius pro quaestore Syriae a. u. c. 704. Ad eum sunt Epp. 14—18. Lib. 15. ad Fam. — Ipsius Ep. ad Ciceronem missa Ibid. Ep. 19.; in qua iocatur cum Cicerone de spectris Catianis et de Epicuri philosophia. — Eo allegato ac deprecatore Achaia cognovit C. Iulii Caesaris clementiam. Ibid. 15, 2. — Eum rogat Cicero, ut, si Romam venerit, omnes nervos in eo contendat, ne sibi provincia prorogetur. ad Fam. 15, 14, 5. Ibidem §. 2. notanda haec sunt verba: „Tu multis de causis vellem me convenire potuisses; - - ut amicitia nostra, quae summis officiis ab utroque culta est, sed longis intervallis temporum interruptam consuetudinem habuit, confirmaretur vehementius." Ibid. §. 5. „Tu puer me appetisti: ego autem semper ornamento te mihi fore duxi. Fuisti etiam praesidio tristissimis meis temporibus." — Augur a. u. c. 705. ad Att. 9, 9, 3. — VIII. Id. Febr. (a. u. c. 705.) Capuam C. Cassius tribunus pl. venit; attulit mandata (Caesaris) ad consules, (C. Marcellum et L. Lentulum), ut Romam venirent, pecuniam de sanctiore aerario auferrent, statim exirent urbe relicta. ad Att. 7, 21, 2. — V. Id. Febr. cum Cicerone erat in Formiano. Ib. Ep. 23, 1. Ep. 24. Ep. 25. — C. Cassius, Pompeianus, a. u. c. 706. cum classe Syrorum et Phoenicum et Cilicum in Siciliam venit et Caesarianam classem, cui praeerat M. Pomponius, incendit cet. Sed cognito exitu pugnae Pharsalicae ex iis locis discessit. Caesar Civ. 3, 101. — Legatus Pompeii a. u. c. 705. ad Att. 9, 1, 4. — C. Cassium sibi legavit Caesar post victoriam suam eiusque opera usus est contra Pharnacem in Cappadocia. ad Fam. 6, 6, 10. Cfr. Suet. Caes. 63. — C. Cassius et Dolabella studiis iisdem atque ego tenentur et meis aequissimis utuntur auribus. ad Fam. 7, 33, 2. (a. u. c. 708.) — Ad Ciceronem scripsit de M. Marcello a P. Magio Chilone interfecto. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 22, 2. — „Malo veterem et clementem dominum (Caesarem) habere quam novum et crudelem (Cn. Pompeium filium) experiri," scribit ad Ciceronem (a. u. c. 709.) ad Fam. 15, 19, 4. — Tamen adversus Caesarem coniuravit. Cfr. ad Fam. 12. Ep. 1. seqq. — Cassii et M. Bruti Praett. ad M. Antonium Cos. a. u. c. 710. Epistolae duae. ad Fam. 11, 2 et 3. — Ciceronis epistolae ad eum missae. ad Fam. 12, 1—10. — Eius Epistolae ad Ciceronem missae. ad Fam. 12. Epp. 11 et 12. — C. Cassius, in ea familia natus, quae non modo dominatum, sed ne potentiam quidem cuiusquam ferre potuit, me auctorem interficiendi Caesaris, credo, desideravit: qui etiam sine his clarissimis viris hanc rem in Cilicia ad ostium fluminis Cydni confecisset, si ille ad eam ripam, quam constituerat, non ad contrariam naves appulisset. Philipp. 2, 11, 26. — Tertullae (Cassii uxoris) nollem abortum. Tam enim Cassii sunt iam quam Bruti serendi (gignendi). (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 20, 2. — Cassius vehementer orat ac petit, ut Hirtium quam optimum faciam. ad Att. 15, 5, 1. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii et Ciceronis colloquium de legatione frumentaria Bruti et Cassii. ad Att. 15, 11, 1. — Cassius scil. in Sicilia frumentum emendum et in urbem mittendum curare debebat ex S. C., quod exspectabatur. Ib. Ep. 9, 1. — Fortibus sane oculis Cassius (Martem spirare diceres): se in Siciliam non iturum. Ib. Ep. 11, 1. — Cassius frumentariam rem aspernabatur. Eam Servilia sublaturam ex senatus consulto se esse dicebat. Ib. Ep. 12, 1. — C. Cassius eo ex Italia consilio profectus est (a. u. c. 711.), ut prohiberet Syria Dolabellam, eo iure, quod Iuppiter ipse sanxit, ut omnia, quae rei publicae salutaria essent, legitima et iusta haberentur. Philipp. 11, 12, 28. — Cassius cum classicula sua venit. ad Att. 16, 2, 4. — Eius classis plane bella. Ib. Ep. 4, 4. — Eius expeditio adversus Dolabellam apud Laodiceam. ad Fam. 12, 13, 4.

Ibid. 14, 4. Ibid. 15, 6. — Syriam, legiones Syriacas habet a. u. c. 711. ultro quidem a Murco et a Marcio et ab exercitu ipso arcessitus. Pseudobrut. ad Cic. 2, 5. — Postquam Lepidus cum Antonio se coniunxerat, una cum M. Bruto in Italia expectatur. ad Fam. 12, 10, 4. — Cfr. praeterea ad Att. 11, 13, 1. Ib. Ep. 14, 3. Ep. 15, 2. cet. — A. u. c. 710. praetor urbanus una cum M. et D. Brutis aliisque in Caesarem coniuravit. Post huius caedem Italiam reliquit, Syriam provinciam SCto obtinuit, Dolabellam debellavit et in urbe Laodicea obsessum mori coëgit. Tandem cum Octavianus, Antonius et Lepidus triumviri facti essent rei publicae constituendae, in proelio apud Philippos, cum cornu, cui praeerat, ab Antonio pulsum esset, totum exercitum fusum ratus mortem sibi ipse conscivit.

C. Cassius, quaestor. Eius Epistola ad Ciceronem missa e Cypro. ad Fam. 12, 13. Mari persequitur classem Dolabellae. Videtur ergo C. Cassii τοῦ τυραννοκτόνου quaestor fuisse aut potius Trebonii in Asia. Ern.

C. Cassius, tribunus pl. a. u. c. 704. ad Att. 7, 3, 5. Videtur leg. cum Corrado et Manutio *Q. Cassius*, vel cum Bentivolio praenomen omittendum.

L. Cassius Revilla. Verr. Accusat. 1, 55, 143., pater eius, qui legem tabellariam tulit: consul a. u. c. 627. cum L. Cinna. Censor cum Cn. Servilio a. u. c. 628.

L. Cassius Longinus, praecedentis filius, trib. pl. a. u. c. 617. Tabellaria lex ab L. Cassio ferebatur. Populus libertatem agi putabat suam. Dissentiebant principes et in salute optimatium temeritatem multitudinis et tabellae licentiam pertimescebant. pro Sestio 48, 103. — Cfr. ad Her. 4, 35, 47. — L. Cassius, nobilis homo, sed dissidens a bonis atque omnes rumusculos populari ratione aucupans, tulit secundam legem tabellariam de populi iudicio a. u. c. 617. de Legg. 3, 16, 35. — Eius legis culpam Scipio Africanus minor sustinet, quo auctore lata esse dicitur. Ibid §. 37. — Homo popularis. Acad. 2, 5, 13. — In iudiciis publicis, florente re publica, floruit. pro Cluentio 38, 107. — L. Cassius multum potuit non eloquentia, sed dicendo tamen: homo non liberalitate, ut alii, sed ipsa tristitia et severitate popularis: cuius quidem legi tabellariae M. Antius Briso, tribunus pl., diu restitit, M. Lepido consule adiuvante; eaque res P. Africano vituperationi fuit, quod eius auctoritate de sententia deductus Briso putabatur. Brut. 25, 97. — Legem suam tulit Lepido et Mancino coss. a. u. c. 617. — L. Cassius ille, quem populus Romanus verissimum et sapientissimum iudicem putabat, identidem in causis quaerere solebat cui bono fuisset. pro Sex. Roscio 30, 84. — L. Cassius fuit summae vir severitatis. — Ob quam severitatem, quo tempore Sex. Peducaeus, tribunus pl., criminatus est L. Metellum, pontif. max. totumque collegium pontificum male iudicasse de incesto virginum Vestalium, quod unam modo Aemiliam damnaverat, absolverat autem duas, Marciam et Liciniam, populus hunc Cassium creavit, qui de eisdem virginibus quaereret: isque et utrasque eas et praeterea complures alias nimia etiam, ut existimatio est, asperitate usus damnavit. Ascon. in Milon. p. 46. — L. Cassius legem tabellariam tulit, ut non voce suffragium pronuntiarent, sed tabella inscriberent, quasi securo et liberiore iudicio. Schol. Bob. pro Sestio p. 303.

L. Cassius Longinus, praetor a. u. c. 643. Iugurtham interposita fide publica Romam ducit. Sal. Iug. 32. — Privatim praeterea fidem suam interponit, quam ille non minoris quam publicam ducebat: talis ea tempestate fama de Cassio erat. Ibid. — Consul a. u. c. 647. exercitusque eius ab Helvetiis pulsus et sub iugum missus. Caesar Gall. 1, 7.

L. Cassius L. F. Longinus, tribunus pl. C. Mario, C. Flavio coss. (a. u. c. 650.) plures leges ad minuendam nobilitatis potentiam tulit, in quibus hanc etiam, ut, quem populus damnasset, cuive imperium abrogasset, in senatu non esset. Tulerat autem eam maxime propter simultates cum Q. Servilio Caepione, qui ante biennium consul fuerat et cui populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, imperium abrogavit. Ascon. in Cornel. p. 78.

L. Cassius, ex familia cum ad ceteras res, tum ad iudicandum severissima, tribunus militaris designatus a. u. c. 684. Verr. Act. 1, 10, 30.

L. Cassius Longinus, competitor Ciceronis in consulatu a. u. c. 690.

P. Galbam et L. Cassium, summo loco natos, quis est, qui petere consulatum putet? Q. Cic. de Pet. C. 2, 7. — L. Cassius Longinus, competitor Ciceronis in consulatus petitione (a. u. c. 690.) iners ac stolidus tum magis quam improbus videbatur; post paucos menses in coniuratione Catilinae esse apparuit ac cruentissimarum sententiarum fuisse auctorem. Ascon. in tog. cand. p. 82. — L. Cassius, Catilinarius, qui sibi procurationem incendendae urbis depoposcerat. in Catil. 3, 4, 9. Ibid. 6, 14. — L. Cassii adipes. Ibid. 7, 16. — L. Cassius, socius Catilinae, suspectum de coniuratione reddidit P. Sullam. pro Sulla 13, 36. seqq. — Incendiis praepositus. Ibid. 19, 53. — Cfr. Schol. Bob. pro Sulla p. 367. — L. Cassius Longinus, senator, Catilinarius. Sal. Catil. 17. Ibid. 32. — Ex urbe proficiscitur. Ibid. 44. Ibid. 51.

L. Cassius Longinus, eques Romanus, frater C. Cassii, interfectoris Caesaris, familiaris Ciceronis, omni et virtute et humanitate ornatus adolescens, subscriptor M. Laterensis in Cn. Plancium, salse exagitatur pro Plancio 24, 58. seqq. — A. u. c. 702. accusavit M. Saufeium de caede. Ascon. in Milon. p. 54. — L. Cassius Longinus a. u. c. 706. a Caesare in Thessaliam missus. Caesar Civ. 3, 34. Ib. 36. — L. Cassius, tribunus pl. fortissimus et constantissimus. Ei mortem denuntiavit M. Antonius, si in senatum venisset. (a. u. c. 710.) Philipp. 3, 9, 23. — Plausus in theatro (post Caesaris interitum) L. Cassio datus facetus mihi quidem visus est. ad Att. 14, 2, 1. — „M. Lepidus infinito fratris tui plausu (ludis Apollinaribus) dirumpitur." ad Fam. 12, 2, 2. ad Fam. 12, 7, 1.

M. Cassius a Mamertinis repetitus (sic leg. videtur pro: M. Crassus). pro Balbo 23, 52.

Q. Cassius Longinus, Caii τυραννοκτόνου frater. Lucceius de Q. Cassio cur tam vehemens fuerit, aveo scire. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 20, 8. — Frater C. Cassii, familiaris Attici. Ib. Ep. 21, 1. — Pompeius Q. Cassium sine sorte delegit (quaestorem) a. u. c. 704. Ep. 6, 6, 3. Ibid. 8, 2. — Tribunus pl. a. u. c. 705. Ib. Lib. 7, 3, 5. ubi male *C. Cassius*. — Antonius noster et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesarem cum Curione profecti sunt (a. u. c. 705). ad Fam. 16, 11, 2. — Cassium erat hic auditum expulsum Ancone eamque urbem a nobis teneri. (a. u. c. 705.) ad Att. 7, 18, 2. — Q. Cassius, tribunus pl. a. u. c. 705., intercedit sententiae Scipionis, Pompeii soceri. Caesar Civ. 1, 2. — Eum cum duabus legionibus Caesar in ulteriorem Hispaniam mittit. Ibid. 2, 19. — Eum provinciae Hispaniae ulteriori praeficit. Ibid. 21. — A. u. c. 706. in Hispania pro praetore provinciae ulterioris a Caesare relictus. Eius largitiones et exactiones. Nullum genus quaestus, etiam minimi et sordidi, praetermittebatur, quo domus et tribunal Imperatoris vacaret. A coniuratis volneratus, hos interfici iubet. Arma capit contra M. Marcellum, item Caesarianum. In Ibero flumine periit. Bell. Alex. 48—64.

Q. Cassius legatus Q. Cassii Longini, propraetoris Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 52. 57. Idem videtur Q. Cassius praetor a. u. c. 710., cui Hispania provincia obtigit, sortiente M. Antonio. Philipp. 3, 10, 26.

P. Cassius, praetor a. u. c. 688. Ascon. in Cornel. p. 59.

Cassius Scaeva. Vide Scaeva.

Sp. Cassius Viscellinus, consul a. u. c. 252., cos. iterum cum Postumo Cominio Aurunco a. u. c. 261.; quibus coss. plebs Montem Sacrum prius, deinde Aventinum occupavit. de Rep. 2, 33, 57. — Cum Latinis omnibus foedus ictum Sp. Cassio, Postumo Cominio consulibus quis ignorat? pro Balbo 23, 53. — Sp. Cassius Viscellinus (consul tertium a. u. c. 268). Eum a. u. c. 269. de occupando regno molientem, summa apud populum gratia florentem, quaestor accusavit, eumque, cum pater in ea culpa esse comperisse se dixisset, morte mactavit. de Rep. 2, 35, 60. (Invenio apud quosdam, idque propius fidem est, a quaestoribus K. Fabio et L. Valerio ei diem dictam perduellionis damnatumque populi iudicio cet. Liv. 2, 41.) — Sp. Cassius propter suspicionem regni appetendi est necatus. Philipp. 2, 44, 114. — Regnum occupare voluisse dictus est. de Rep. 2, 27, 49. — Sp. Cassius omnibus exosus. Lael. 8, 28. Ibid. 11, 36. — Eius domus eversa atque in eodem loco aedes posita Telluris. pro domo 38, 101. Val. Max. 6, 3, 1.

Castor et Pollux, secundi duo Dioscuri', Iove tertio nati et Leda. de Nat. D. 3, 21, 53. — Castor et Pollux non sunt Samothraces dei. Varro LL. 5, 10. p. 63. — Castoris nomen Graecum. Varro LL. 5, 10. p. 78. — Castor, Pollux, Hercules, Aesculapius, Liber coluntur aeque atque Apollo, Volcanus, Mercurius; apud quosdam etiam multo magis. de Nat. D. 3, 18, 45. — Castor et Pollux: per eos antiquitus viri deierare non solebant; sed id iusiurandum fuit tantum feminarum. Varro Fr. p. 375. Bip. — Castoris cultus de Legg. 2, 8, 19. — Castor et Pollux; quia in Lysandri victoria navali Aegospotamis relata, qua Athenienses conciderunt, cum Lacedaemoniorum classe visi esse dicebantur, eorum insignia deorum stellae aureae Delphis positae. de Divin. 1, 34, 75. Ibid. 2, 32, 68. — Castor et Pollux in proelio ad Lacum Regillum ex equis pugnare visi sunt, et recentiore memoria iidem Tyndaridae Persen victum nuntiarunt, teste P. Vatinio. de Nat. D. 2, 2, 6. — Ibid. 24, 62. Ibid. 3, 5, 11. seqq. — Castor et Pollux laudati a Simonide. de Or. 2, 86, 352. — Castoris aedes: „antiquissima, si quidem Livius eam in pugna ad lacum Regillum (a. u. c. 255.) votam et XVI. annis post dedicatam tradit 2, 20, 42. (in Foro constituta: Suet. Caes. 10.) Refecta est a L. Metello Dalmatico. Vide Accusat. 1. C. 59. et Ascon. ad Orat. pro Scauro. Vocabatur quidem Castoris, sed erat etiam fratris Pollucis." Zumpt. — In aede Castoris, celeberrimo clarissimoque monumento, quod templum in oculis quotidianoque aspectu populi Ro. positum est, quo saepenumero senatus convocatur, quo maximarum rerum frequentissimae advocationes fiunt, in eo loco, in sermone hominum, audaciae suae monumentum aeternum relinquere ausus est Verres. Verr. Accusat. 1, 49, 129. — In hac aede Sestius volneratus. ad Q. Fr. 2, 3, 6. — Castoris aedes ex manubiis exstructa a L. Caecilio Metello Dalmatico. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 199. — In Castoris aede negotiatores solebant pecunias deponere. pro Quint. 4, 17. Iuvenal. Sat. 14, 260: *ad vigilem ponendi Castora nummi.* Sic quidem Graevius; sed Ernestius in Clavi: „Hoc nihil ad rem. Locus explicandus videtur e Verr. Accus. 1, 49, 129." Significare videtur vv. *quo maximarum rerum frequentissimae advocationes fiunt.* Aperte tamen in Quintianae loco de re pecuniaria agitur. — Castoris et Pollucis aedes Tusculi icta de caelo. de Divin. 1, 43, 98.

Castor, nepos Deiotari, avum in discrimen capitis adduxit adolescentiaeque suae terrorem intulit ei, cuius senectutem tueri et tegere debebat. pro Deiotaro 1, 2. — Hic adolescens, qui meus in Cilicia miles, in Graecia commilito fuit, cum in illo nostro exercitu equitaret cum suis delectis equitibus, quos una cum eo ad Pompeium pater miserat, quos concursus facere solebat! quam se iactare! Ibid. 10, 28. — Diversa de huius Castoris patre tradunt Strabo et Suidas. Ille scilicet Lib. 12. p. 852. Almelov. *Γορβειοῦς τὸ τοῦ Κάστορος βασίλειον τοῦ Σαωκονδαρίου, ἐν ᾧ γαμβρὸν ὄντα τοῦτον ἀπέσφαξε Δηϊόταρος καὶ τὴν θυγατέρα τὴν ἑαυτοῦ· τὸ δὲ φρούριον ἀνέσπασε καὶ διελυμήνατο τὸ πλεῖστον τῆς κατοικίας.* Suidas contra in v. *Κάστωρ.* Ed. Kusteri p. 246. et rursus p. 250. *Κάστωρ, Ῥόδιος, ἢ, ὥς τινες, Γαλάτης· ὡς δὲ ἄλλοι ἐπλανήθησαν, Μασσαλιώτης, ῥήτωρ· ὃς ἐκλήθη Φιλορωμαῖος· γήμας δὲ οὗτος Δηϊοτάρου τοῦ συγκλητικοῦ* (quasi vero Deiotarus fuisset senator Romanus:) *θυγατέρα, ἀνηρέθη ὑπ' αὐτοῦ ἅμα τῇ γαμετῇ, διότι αὐτὸν Καίσαρι διέβαλεν· ἔγραψε δὲ Χρονικὰ ἀγνοήματα κ. τ. λ.* Suidam secutus est Scaliger ad Eusebium p. 18. Potior autem Strabonis auctoritas mihi videtur, etsi fuerunt, qui utrumque scriptorem errasse contenderent. Verum si coniectura uti licet, Deiotarus Saocondarium generum et filiam post Caesaris interitum ideo interfecit, quod sciret filium Castorem ab iis ad avum accusandum instigatum esse, quo, si Caesar eum condemnasset, Deiotari regnum dono acciperent. Quid de Castore ipso factum sit, ignoramus. Suidas autem Castorem rhetorem et Castorem Deiotari nepotem videtur confudisse. Omnino probabilius est Galatae alicui (et Galaticum nomen est Saocondarii) quam Graeculo rhetori a Deiotaro filiam esse in matrimonium collocatam.

Castor. Vide Tarcondarius Castor.

M. Castricius videtur negotiator in Asia fuisse. ad Att. 2, 7, 5. — Eius negotium cum Q. Cicerone de mancipiis ab eo emptis. ad Att. 12, 28, 3.

Ib. Ep. 30, 2. — M. Castricius, vir summo splendore, ingenio, gratia praeditus. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 3, 80, 185. — Creditor civitatis Trallianae. pro Flacco 23, 54. — Publice sepultus a Smyrnaeis. Ibid. 31, 75.

L. Castrinius Paetus. — Commentarium rerum urbanarum primum dedi L. Castrinio Paeto. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 2, 2.

L. Castronius Paetus, longe princeps municipii Lucensis, commendatur M. Bruto. ad Fam. 13, 13. Ernestio hic idem cum praecedente videtur alterque locus ex altero corrigendus.

Castrum Minervae, s. Arx Minervae s. Minervium, oppidum Salentinorum, hodie *Castro.* Varro Fr. p. 205. Bip.

Castrum Truentinum s. Truentum in agro Piceno, hodie *Torre Segura.* ad Att. 8, 12. B. 1.

Castulonensis saltus prope Castulonem, oppidum Hispaniae Tarraconensis ad ripas Baetis situm, hodie *Cazlona.* ad Fam. 10, 31, 1. (cfr. Uckert *Geographie* 2, 1. p. 408.)

Catabathmos in Africa. Sal. Iug. 17. Aegyptum ab Africa dividit. Ib. 19.

Catadupa Nili, s. Cataractes Nili prope Philas. de Rep. 6, 18, 19. (Somn. Scip. C. 5.)

Catiana spectra, (εἴδωλα, φαντασίαι) v. Catius Insuber.

T. Catienus, homo levis ac sordidus, sed tamen equestri censu; iratus Q. Ciceroni, placatus a Marco. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 2, 6.

L. Catilina v. L. Sergius Catilina.

Catilius (alii C. Atilius). Huius piratae et hominis crudelissimi, quem ceperat, supplicium, Cicerone et Sex. Servilio deprecantibus, se remissurum paullo difficilius promittit P. Vatinius. ad Fam. 5, 10, 1.

Catina s. Catana, Siciliae oppidum locuples, honestum, copiosum. Verr. Accusat. 4, 23, 50. Verr. Accusat. 3, 83, 192. Hodie *Catania.* — Catina in Sicilia capta a M. Valerio Messala cos. Varro Fr. p. 373. Bip.

Catinenses. Sacrarium Cereris est apud Catinenses. Verr. Accusat. 4, 45, 99. — Catinenses, locupletissimi homines; eorum agri vexati a Q. Apronio. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Catius, Insuber, Epicureus, qui nuper (ante a. u. c. 709.) est mortuus, quae ille Gargettius (Epicurus) et iam ante Democritus εἴδωλα, hic *spectra* nominat. ad Fam. 15, 16, 1. Ibid. 19, 1. (ubi iungitur cum Amafinio.)

C. Catius, Vestinus, tribunus mil. in exercitu M. Antonii a L. Munatio Planco exceptus. ad Fam. 10, 23, 5. (Vestini populus Samnii a Piceno usque ad Aternum fl., a mari Hadriatico usque ad Apenninum.)

Q. Catius Aemilianus, homo honestus. pro Tullio §. 19.

Cato Lusitanus, civis Romanus, Caesaris clementiam implorat a. u. c. 709. Bell. Hispan. 17.

Catones. Vide in Porciis.

Catonium: *Vereor ne in Catonium Catoninos* (a. u. c. 709.) ad Fam. 7, 25, 2. i. e. Vereor ne Caesar ad inferos demittat Catonis sectatores et laudatores (qualis erat M. Fadius Gallus, ad quem scribit:) ita ut Catonium dicatur locus mortuorum, quo Cato Uticensis suapte sponte abierat. Sunt, qui *Catonium* a κάτω derivatum esse putent; minus probabiliter. Vocabulum *Catonium* a Laberio usurpatum esse testatur Gellius N. A. 16, 7. his versiculis: *Tollet bona* ‖ *Fide vos Orcus nudas in Catonium*, ubi Turnebus volebat *catomum.* Sed cfr. Salmas. ad Ael. Spartiani Hadr. C. 18. pag. 48. Ed. Paris., qui a κάτω ducit. Ceterum Cod. Mediceus e collatione del Furiae videtur habere *ne catomum* omisso *in;* id quod esset *ne κατ' ὤμων Catoninos* Caesar caedi iubeat, quod sane convenit vv. praecedd. *magister adest citius, quam putaramus.*

Catuli. Vide in Lutatiis.

Caucasus, mons Asiae Iberiam et Albaniam a septentrione claudens. Eius nives hiemalisque vis. Tuscul. 5, 27, 77. — Eius accolae Babylonii. de Divin. 1, 19, 36. — Tuscul. 2, 10, 23. Ibid. 22, 52. Tuscul. 5, 3, 8. de Rep. 6, 20, 22. (Somn. Scip. C. 6.)

Caudinum proelium, i. e. ignominia, quam perpessi sunt Romani, superatis Sp. Postumio, T. Veturio Coss. iterum a. u. c. 433. a C. Pontio Telesino Samnite, ad Furculas Caudinas, hodie *Val d'Arpaja.* (v. Micali *Ed. terza* Vol. 3. p. 297.) Cato 12, 41.

C. Caudinus; in iudiciis publicis, florente re publica floruit. pro Cluen-

tio 38, 107. Caudinus cognomen est gentis Corneliae.

Caudium in Samnio. Male ibi pugnatum. de Off. 3, 30, 109. Vide supra Caudinum proelium.

L. Caulius Mercus, senator, in iudiciis publicis, florente re publica, floruit. pro Cluentio 38, 107.

Caunii, incolae Cauni, urbis Cariae: ad Fam. 13, 56, 3. — Caunii nuper (a. u. c. 694.) omnesque ex insulis, quae erant ab Sulla Rhodiis attributae, confugerunt ad senatum, nobis ut potius vectigal quam Rhodiis penderent. ad Q. Fr. 1, 1, 11, 33.

Caunus Cariae oppidum. de Divin. 2, 40, 81.

Cauneae. Ibid. Scil. ficus Cauneae in magno pretio in Italia erant, sunt enim Caricae optimae. Frustra Gronovius ad h. l. malebat *Cauniae*, item Dukerus et Drakenborchius ad Liv. 33, 20.; nam utrumque rectum est, ut *Alexandria* et *Alexandrea;* et e v. *Cauneas* melius intelligitur omen (*cave, ne eas*) quam e *Caunias*. De urbe Cauno dignus est qui conferatur Wesselingius ad Hieroclis Synecdemum p. 685. Ern.

Cea insula. Varro Fr. p. 366. Bip.

Cecrops, Atheniensium rex primus. de Legg. 2, 25, 63. Schol. Bob. pro Sestio p. 299. Varro Fragmm. p. 360. Bip.

Cei ortum Caniculae diligenter quotannis solent observare coniecturamque capere, salubrisne an pestilens annus futurus sit. de Divin. 1, 57, 130. Cfr. Victorii Var. Lectt. 19, 21.

Ceius (al. Caelius), Samnis. Eius uxor post bellum (Italicum) a Cluentio repetita esse dicebatur. pro Cluentio 59, 162.

Celaeno, Pleias. Arat. v. 269.

Celer tuus disertus magis est quam sapiens. ad Att. 10, 1, 4. „Libertus videtur Attici, nec intelligi potest Q. Metellus Celer, ut Ernestius per errorem in notis scripsit, quem hic intelligi rectius in Clave negaverat." Schuetz. Memoratur etiam ad Att. 11, 4, 2. Ib. 12, 8.

Celeripes. Attici servus. ad Att. 9, 7, 1.

Celies in Sardinia (voc. corruptum ex *Iolles*.) Varro RR. 1, 16, 2.

L. Cella. Ei et filio vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 89.

Celtiberi et Cimbri in proeliis exsultant, lamentantur in morbo. Tuscul. 2, 27, 65. — Cum Celtiberis, cum Cimbris bellum, ut cum inimicis gerebatur, uter esset, non uter imperaret. de Off. 1, 12, 38.

Celtiberia, regio Hispaniae Tarraconensis. Philipp. 11, 5, 12.

Cementria Naevii. Varro LL. 7, 3. p. 339.

C. Censius, praetor. Eius luxus. Varro Fr. p. 244. Bip.

Censoriae tabulae. Orat. 46, 156. — Censoriarum tabularum fragmentum. Varro LL. 6, 9. p. 262.

Censorinus. Vide in Marciis.

Centaurus. Nubium una Centauros peperisse dicitur. de Nat. D. 3, 20, 51. — Centaurus in Capitolio ictus e caelo. de Divin. 1, 43, 98.

Centaurus, sidus. Arat. v. 417. de Nat. D. 2, 44, 114.

C. Cento. Vide in Claudiis.

Centuripini agri Aetnensis multo maximam partem possident; arant tota Sicilia fere. Verr. Accusat. 3, 45, 108. Ibid. 48, 114. — Centuripinorum senatus decrevit populusque iussit, ut, quae statuae C. Verris ipsius et patris eius et filii essent, eas quaestores demoliendas locarent; reprehensi ideo a L. Metello, et statuae repositae. Verr. Accusat. 2, 67, 161. — Centuripina et Segestana civitas cum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populi Romani nomen attingunt. Verr. Accusat. 5, 32, 83. — Centuripina civitas sine foedere immunis ac libera. Verr. Accusat. 3, 6, 13. — Centuripini, civitas totius Siciliae multo maxima et locupletissima. Verr. Accusat. 4, 23, 50. „Quo loco pro Codd. lectione *Centuripinis* Hervag. Lamb. dederunt *Centuripis* eamque emendationem Garatonius et Ernestius summopere probarunt, Beckius et Schuetzius denuo in textum receperunt. Non ego, cum videatur haec civitas esse inter eas, quae semper gentili nomine, non urbis, legantur, ut *Leontini*. Certe nondum *Centuripas* (s. potius *Centuripa*) apud Ciceronem inveni, quamvis in his Orationibus frequentissima Centuripinorum commemoratio fiat." Zumpt. —

Oppidum est Siciliae XII. milia passuum ab Aetna, ut est in Itiner. Antonin. p. 93. Ibi est *Centuripa*, quod Wesselingio neutrum plurale videtur, recte. Nam sic Strabo L. 6. p. 417. Ed. Almelov. *Κεντόριπα κεῖνται* et sic saepius. Ern.

Ceos s. Cea insula celebris e Cycladibus, patria Simonidis, qui dicitur Ceus de Orat. 2, 86, 351. ad Att. 5, 12, 1.

Ceparius. Vide Caeparius.

Cepasii fratres, editur a plerisque in Cluentianae §§. 57 et 58. Vide: Caepasii.

Cephalio, fortasse servus Attici tabellarius. ad Att. 7, 25. Ibid. 9, 19, 3. Ibid. 10, 1, 3. Ibid. 11, 12, 1.

Cephaloeditana civitas. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Cephaloedium sive Cephaloedis, oppidum Siciliae, hodie Cefalù, Cifalù. Verr. Accusat. 2, 52, 128. ubi ego scripsi *Cephaloedii*, Zumptius *Cephaloedi*, quasi a *Cephaloedis;* sed haec quoque est genitivi forma antiquior secundae declinationis. De nominis varia scriptura et terminatione cfr. Interpretes ad Strabonis Lib. 6. p. 266. Wesseling ad Antonini Itiner. p. 92. Incolae Cephaloeditani.

Cephalus, pater Lysiae oratoris, locuples et festivus senex; quomodo inductus in Platonis *πολιτείᾳ*· ad Att. 4, 16, 3.

Cepheus. Nec Atlas sustinere caelum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore (Cassiepea), genero (Perseo), filia (Andromeda) traderetur, nisi caelestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset. Tuscul. 5, 3, 8. — Cepheus, sidus. Arat. v. 286. 323. 665. de Nat. D. 2, 43, 111.

Ceramicus locus celeber Athenis duplex, alter in urbe, alter extra urbem, cuius saepissime apud Graecos mentio; de utroque loco docte scripsit Meursius in libello de Ceramico gemino, qui extat Thesauri Gronoviani T. IV. Ern. — In eo amplitudines sepulcrorum. de Legg. 2, 26, 64. — Ibi statua Chrysippi. de Finn. 1, 11, 39. — In eo erat Attici villa. ad Att. 1, 10, 1.

Cerberus triceps canis Hydra genitus. Tuscul. 2, 9, 22. — Cerberus triceps apud inferos. Tuscul. 1, 5, 10. — Cerberus deus non putandus. de Nat. D. 3, 17, 43.

Cercops, Pythagoreus. Hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cercopis. de Nat. D. 1, 38, 107. — Cfr. Clementem Alex. Strom. 1. §. 132. (p. 397. Pott.) *Ἐπιγένης ἐν τοῖς περὶ τῆς εἰς Ὀρφέα ποιήσεως Κέρκωπος εἶναι λέγει τοῦ Πυθαγορείου τὴν εἰς Ἅιδου κατάβασιν καὶ τὸν ἱερὸν λόγον, τὸν δὲ πέπλον καὶ τὰ φυσικὰ Βροντίνου.* Suidas in *Ὀρφεύς*. Lobeck de Orphei Theogonia 1. p. 7.

Ceres. de Nat. D. 2, 23, 60. — dicta a gerendis frugibus tamquam *Geres;* a Graecis quoque *Δημήτηρ* quasi *Γῆ μήτηρ* nominata est. Ibid. 26, 67. Ibid. 28, 71. — Ceres a gerendo. de Nat. D. 3, 20, 52. Item de Nat. D. 3, 24, 62. — Ceres dicta quod gerit fruges. Varro LL. 5, 10. p. 70. — Ceres mater. Varro RR. 3, 1, 5. — *Initia* vocantur potissimum ea, quae Cereri fiunt sacra. Ibid. — Cereris initiis porci immolantur. Varro RR. 2, 4, 9. — Nemo initiandus Romae nisi, ut assolet, Cereri Graeco sacra. de Legg. 2, 9, 21. Ibid. 15, 37. — Cereris sacra summa maiores nostri religione confici caerimoniaque voluerunt; quae cum essent assumpta de Graecia, et per Graecas semper curata sunt sacerdotes et Graeca omnia nominata. Sed cum illam, quae Graecum illud sacrum monstraret et faceret, ex Graecia deligerent, tamen sacra pro civibus civem facere voluerunt, ut deos immortales scientia peregrina et externa, mente domestica et civili precaretur. Has sacerdotes video fere aut Neapolitanas aut Velienses fuisse. pro Balbo 24, 55. Cfr. Inscriptt. mearum Latin. N. 2188.: Casponia P. F. Maxima Sacerdos publica populi Romani Sicula. — Cereris sacra Graeco ritu, non Romano administrata. Varro LL. 7, 5. p. 360. — Mihi aedili ludi sanctissimi maxima cum cura et caerimonia Cereri, Libero Liberaeque faciendi erunt. Verr. Accusat. 5, 14, 36. — Sacrarium Cereris est apud Catinenses; in eo sacrario intimo signum fuit Cereris perantiquum, quod viri non modo cuiusmodi esset, sed ne esse quidem sciebant; aditus enim in id sacrarium non est viris: sacra per mulieres ac

virgines confici solent. Verr. Accusat. 4, 45, 99. — Ceres pro frugibus. de Or. 3, 42, 167. Her. 4. 32, 43. de Nat. D. 3, 25, 64. Varro Fr. p. 241. Bip. — Ceres et Liber (Dii consentes). Varro RR. 1, 1, 5. — Ceres, Liber et Libera. de Nat. D. 2, 24, 62. — Ceres et Libera. Verr. Accusat. 4, 48, 106. — Cereris Hennensis religio. Ibid. §. 107 et 109. Orat. 62, 210.

Cerialia. ad Att. 2, 12, 2. Varro LL. 6, 3. p. 198. Celebrabantur a. d. XIII. Kal. Maias. (d. 19. m. Aprilis).

Cermalus (al. *Germalus*). Varro LL. 5, 8. p. 59. Vide Germalus.

Ceroliensis locus prope Carinas. Varro LL. 5, 8. p. 52.

P. Cervius, legatus C. Verris, vir honestus: „qui quia legatus isto praetore in Sicilia fuit, primus ab isto iudex reiectus est." Verr. Accusat. 5, 44, 114. Cfr. Iahn ad Horatii Serm. 2, 1, 47.

Cescum oppidum Ciliciae. Varro Fr. p. 366. Bip.

C. Cesenius Philo a. u. c. 702. accusavit et damnavit Sex. Clodium. Ascon. in Milon. p. 55.

Cespius, s. Cispius mons, in Exquiliis. Varro LL. 5, 8. p. 55.

Cesistio Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 349. — Nomen Plautinae fabulae, ut videtur, aliunde non cognitum. Hinc *Gastrione* s. *Gastrone* coniecit Scaliger.

C. Cestilius tribunus pl., a. u. c. 697. Ciceronis cupidus. Post red. in Sen. 8, 21.

Cestius, Ciceronis familiaris (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 13, 1.

C. Cestius, eques Romanus, testis in causa Flacci. pro Flacco 13, 31.

C. Cestius, praetor a. u. c. 710. magno animo et constanti provinciam repudiavit. Philipp. 3, 10, 26. Fortasse tres hi loci de uno eodemque C. Cestio intelligendi.

Cethegus, v. Cornelius Cethegus.

C. Cetheius (al. Ceteius) Milonem de vi postulavit a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 40.

Ceyx. Fragmm. p. 566.

Chaerea pro Rosc. Com. 1, 1. vide C. Fannius Chaerea.

Chaereas et Chaeresteus Athenienses de agricultura scripserunt. Varro RR. 1, 1, 8.

Chaerestratus: persona comica apud Caecilium Statium. pro Sex. Roscio 16, 46.

Chaerippus, Graeculus, familiaris Ciceronis. ad Fam. 12, 22, 4. — Unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in provincia Asia (a. u. c. 694.) ad Q. Fr. 1, 1, 4, 14. — O hominem semper illum quidem mihi aptum! nunc vero etiam suavem, (a. u. c. 711.) ad Fam. 12. 30, 3. — Ad Att. 4, 7, 1. 5, 4, 2. Male in plerisque Editionibus scribitur Cherippus.

Chaeron loquens inducebatur in Dicaearchi Trophoniana narratione (περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως.) ad Att. 6, 2, 3.

Chalcedonius, a Chalcedone urbe Bithyniae. de Orat. 3, 32, 128.

Chalcidicus Euripus de Nat. D. 3, 10, 24. fretum inter Euboeam et Graeciam continentem, quod nomen habet a Chalcide, Euboeae urbe, septies die et nocte reciprocans de volgari fama. Plin. 2, 97. Mela 2, 7. ad quem locum vide Interpretes. In primis Liv. 28, 6., qui illius freti naturam breviter, sed accurate describit. Ern.

Chaldaei „non ex artis, sed ex gentis vocabulo nominati," astrologiae inventores. de Divin. 1, 1, 2. — Chaldaei in Syria cognitione astrorum sollertiaque ingeniorum antecellunt. de Divin. 1, 41, 91. — Cfr. de Fato 8, 15. Chaldaeos Chrysippus sperat contentos Stoicorum causa fore. Ibid. §. 16. — Eudoxi de iis iudicium. de Divin. 2, 42, 87. — Eorum (vana) promissa. Tuscul. 1, 40, 95. — Chaldaei multa falsa Pompeio, Crasso, Caesari praedixerunt. de Divin. 2, 47, 99. — Chaldaei quid climacteras appellent? Varro Fr. p. 257. Bip. — Chaldaicum praedicendi genus reiectum ab Eudoxo, Archelao, Cassandro et Scylace. de Divin. 2, 42. 87. seqq.

Chaonia. Tu, quem videbitur, praeficies Thesprotiae et Chaoniae (rebus tuis Epiroticis curandis.) ad Att. 6, 3, 2.

Charachium s. Carachium lectio, ut videtur, falsa pro Dyrrhachio. Pseudobrut. ad Cic. 2, 4.

Chares Lindius, aequalis Alexandri M., a Lysippo statuas facere didicit. Her. 4, 6, 9. Cfr. Sillig. Catal. Art. p. 146. — Celebrem illum Solis colossum Rhodium, qui inter septem mi-

racula numerabatur, fecit. Cfr. Plin. 34, 8.

Charidemus Chius, trierarchus, testis contra Verrem ob fanum Sami a Verre spoliatum causam dixit apud Chios Samiis accusantibus. Verr. Acc. 1, 20, 52.

Charisius, Atticus rhetor, multarum orationum, quas scribebat aliis, cum cupere videretur imitari Lysiam. Brut. 83, 286. — Eius imitator Hegesias. Ibid. Cfr. Quintil. 10, 1, 70. Rutil. Lupum 1, 10. Grammatici Graeci nusquam Charisii auctoritate uti solent. Cfr. Ruhnk. H. Cr. Orat. p. 362. Ed. Friedemann.

Charisius, grammaticus Latinus. Rufinus p. 190. 191.

Charmadas et Clitomachus et Aeschines Carneadis discipuli, obtinebant (circa a. u. c. 645.) florentem Academiam, ut temporibus illis ferebatur. de Or. 1, 11, 45. — Charmadas summus homo et divina prope memoria. de Or. 2, 88, 360. Tuscul. 1, 24, 59. — Cum eo L. Crassus Athenis legit Platonis Gorgiam. de Or. 1, 18, 84. — Charmadas ingenium L. Crassi vehementer admirabatur. de Or. 1, 20, 93. — Eius eloquentia. Acad. 2, 6, 16. — Uberius de officio oratoris loquebatur quam Mnesarchus. de Or. 1, 18, 83. — Scitum est, quod Carneades noster dicere solebat, Clitomachum eadem dicere, Charmadam autem eodem etiam modo dicere. Orat. 16, 51. „Carneades duos discipulos inter se comparat, sed ita, ut se ipso tamquam exemplo utatur. Clitomachus, inquit, eadem atque ego dicit; Charmadas vero non modo eadem dicit atque ego, sed eodem etiam modo atque ego, id est, pari eloquentia." Burchardi reiiciens Schuetzii coniecturam: *Charmadam autem quodam etiam modo*. Cfr. de Finn. 5, 2, 4 et 6. In Edd. antiquioribus ubivis fere pro Charmadas legitur Carneades.

Charon: deus non putandus. de Nat. D. 3, 17, 43.

Charondas et Zaleucus. de Legg. 1, 22, 57. — Ante leges ipsas expositas de singularum laude dixerunt: quamquam quidem illi non studii et delectationis (ut Plato) sed rei publicae causa leges civitatibus suis conscripserunt. Eos imitatus est Plato. de Legg. 2, 6, 14. — Charondas in suis legibus, (quam Catanensibus aliisque Siculis dedit) non solum, ut cives obtemperent obediantque magistratibus, sed etiam ut eos colant diligantque praescripsit. Ib. 3, 2, 5. — Legum Charondae Fragmenta vide in Heynii Opusculis T. 2. p. 74. seqq.

Charybdis, mare vorticosum. Sal. Hist. 4. p. 226. Ed. Gerl. min. — Charybdis bonorum, tralatum vitiosum. de Or. 3, 41, 163. — Ei comparatur C. Verres. Verr. Accusat. 5, 57, 146. — Cum ea comparatur P. Clodius. de Harusp. resp. 27, 59. — Quae Charybdis tam vorax quam M. Antonius? Philipp. 2, 27, 67.

Chelae, sidus. Arat. v. 237. 454. 639. de Nat. D. 2, 44, 114.

Chelidon, nobile C. Verris scortum. Verr. Accusat. 1, 40, 104. Cfr. in primis Ibid. 52, 137. seqq. — Iura omnia praetoris urbani L. Lucullo et M. Cotta consulibus a. u. c. 680. nutu atque arbitrio Chelidonis meretriculae gubernabantur. Verr. Accusat. 5, 15, 34. Ibid. 15, 38. — Chelidon heredem instituit C. Verrem. (a. u. c. 682.) Verr. Accusat. 2, 47, 116. — Chelidonis hereditaria ornamenta. Ibid. 4, 32, 71. — Plebeia quaedam clienta Verris fuit, quae illum etiam moriens fecit heredem. Pseudoasconius in Verr. Act. 2. p. 193. Cfr. Scholia Vatic. ad Verr. p. 376.

Cherronenses s. rectius Cherronesenses, Chersonesi Thracicae incolae. in Pison. 35, 86.

Cherronesus Attalici agri in Cherroneso publici populi Ro. de lege agr. 2, 19, 50. Pseudobrut. 1. Ep. 2.

Chersonesus Taurica. ad Att. 6, 1, 19. Varro Fr. p. 363. Bip.

Chia (adiect.) insula: navibus vindemiam condimus (nunc nos Romani) ex insula Coa et Chia. Varro RR. 2, Praef. 3.

Chiae apothecae. Varro Fr. p. 271. Bip.

Chilius, poëta Graecus. Chilius te rogat, et ego eius rogatu, Εὐμολπιδῶν πάτρια. ad Att. 1, 9, 2. Ibid. 12, 2. — Epigrammata componebat. Ibid. 16, 15.

Chilo (al. Cillo) ad Q. Fr. 3, 1, 2, 5. V. Magius Chilo.

Chimaera. de Nat. D. 1, 38, 108.

— Quis Chimaeram fuisse putat? Ibid. 2, 2, 5.

Chius insula Aegaeo defixa in gurgite. Arat. v. 670. — Chius, civitas libera. de Harusp. resp. 16, 34. — Chio per vim signa pulcherrima abstulit Verres. Verr. Accusat. 1, 19, 59. — Homerum Colophonii civem esse dicunt suum, Chii suum vindicant. pro Archia 8, 19. — Chiorum lapidicinae. de Divin. 1, 13, 23. Ibid. 2, 21, 49. — Chios. Varro LL. 9, 40. p. 505. — Chium vinum: ei marina non additur. Varro Fr. p. 376. Bip.

Chlorus. Vide Sex. Pompeius Chlorus.

Chremes Terentianus. de Finn. 1, 1, 3. — Is humani nihil a se alienum putat. de Off. 1, 9, 30.

Chrestus, libertus vel servus alioquin ignotus. Eius compilatio s. furtum. ad Fam. 2, 8, 1.

Christiani. Secundum Christianorum opinionem non est necessarium argumentum: „Si peperit, cum viro concubuit." Neque hoc rursus: „Si natus est, morietur." Nam apud eos manifestum est sine viro natum, et non mortuum. Victorinus I. p. 89.

Chritilius Brut. 74, 260. falsa lectio pro C. Rutilius.

Chrysas fluvius Siciliae, hodie *Dittaino*, qui in Simaethum influit. Eius, qui apud Assorinos deus habebatur, fanum et simulacrum. Verr. Acc. 4, 44, 96.

Chryses sacerdos Apollinis apud Homerum Iliad. ά. — Tragoedia Pacuvii. Orat. 46, 155. de Divin. 1, 57, 131.

Chrysippus, Cleanthis in Stoa successor, an 240. ante Christum, Solensis Cilix. — Quid est a Chrysippo praetermissum in Stoicis? Legimus tamen Diogenem, Antipatrum, Mnesarchum, Panaetium, multos alios, in primisque familiarem nostrum Posidonium. de Finn. 1, 2, 6. — Chrysippus a Cleanthe, doctore suo, multis rebus dissidet. Acad. 2, 47, 143. — Chrysippus qui fulcisse putatur porticum Stoicorum, quam multa ille contra sensus, quam multa contra omnia, quae in consuetudine probantur! At dissolvit idem. Mihi quidem non videtur, sed dissolverit sane. Acad. 2, 24, 75. — Chrysippus, homo acutissimus, qui reliquit sex libros περὶ ἀνωμαλίας. Is de inaequabilitate eum scribit sermonis, propositum habet ostendere similes res dissimilibus verbis et dissimilibus similes esse vocabulis notatas. Varro LL. 9, 1. p. 456 et 457. — Homo sine dubio versutus et callidus. de Nat. D. 3, 10, 25. — Chrysippus acerrimo vir ingenio totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam, uno praeterea de oraculis, uno de somniis. de Divin. 1, 3, 6. — Chrysippus oraculis totum volumen implevit partim falsis, partim casu veris, partim flexiloquis et obscuris, partim ambiguis. de Divin. 2, 56, 115. — Collegit innumerabilia oracula nec ullum sine locuplete auctore atque teste. de Divin. 1, 19, 37. — Multa et minuta somnia collegit. Ibid. 20, 39. — Eius liber de somniis. de Divin. 2, 65, 134. Ibid. 70, 144. — Chrysippus in omni historia curiosus. Tuscul. 1, 45, 108. — Loquitur de Sibylla Delphica in eo libro, quem de Divinatione composuit. Varro Fr. p. 216. Bip. — Chrysippus (in doctrina de fato) tamquam arbiter honorarius, medium ferire voluit; sed applicat se ad eos potius, qui necessitate motus animorum liberatos volunt. Dum autem verbis utitur suis, delabitur in eas difficultates, ut necessitatem fati confirmet invitus. de Fato 17, 39. Ibid. 18, 41. — Cfr. Fragm. libri de Fato. p. 235. Ed. meae. — Eius laquei; doctrina de fato. de Fato 4, 7. — Τὸ κατὰ Χρύσιππον δυνατόν. ad Fam. 9, 4. — Ei cum Diodoro, valente dialectico, magna (de fato) luctatio erat. de Fato 6, 12. Ibid. 7, 13. — In doctrina de fato dissentiebat aliquantum a magistro Cleanthe. Ibid. §. 14. cfr. Ibid. 10, 20. — Chrysippus Academicos refellens, permulto clariora et certiora esse dicit, quae vigilantibus videantur, quam quae somniantibus. de Divin. 2, 61, 126. — Statua eius sedentis porrecta manu Athenis in Ceramico, quid significans? de Finn. 1, 11, 39. — Scripsit artem rhetoricam Cleanthes, Chrysippus etiam; sed sic, ut si quis obmutescere cupierit, nihil aliud legere debeat. de Finn. 4, 3, 7. — Chrysippus quibus argumentis demonstrarit esse deos. de Nat. D. 2, 6, 16. — Chrysippus, Stoicorum somniorum (loquitur Velleius Epicureus) vaferrimus interpres: eius sententiae de natura deorum; interpretationes allegoricae fabellarum Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique. de Nat. D. 1, 15, 38. seqq.

— Zeno primus, post Cleanthes, deinde Chrysippus magnam molestiam suscepit commenticiarum fabularum reddere rationem. de Nat. D. 3, 24, 63. — Varro LL. 6, 1. p. 184. — *Αἰῶνα* ait esse *ἀεὶ ὄν*. Ibid. 6, 2. p. 194. — Eius ratiocinatio de divinatione. de Divin. 1, 39, 84. Ibid. 2, 49, 101. — Divinationem definit his verbis: *vim cognoscentem et videntem et explicantem signa, quae a diis hominibus portendantur:* somniorum coniectionem sic: *esse vim cernentem et explanantem, quae a diis hominibus significentur in somnis.* de Divin. 2, 63, 130. — Ab eo nihil magnum nec magnificum desideravi, qui suo quodam more loquitur, ut omnia verborum momentis, non rerum ponderibus examinet. de Rep. 3, 8, 12. — Chrysippus et Cleanthes cum Democrito collati mihi quintae classis videntur. Acad. 2, 23, 73. — Chrysippus, quem acutissimum ferunt, de philosophia ieiune et exiliter disputavit. de Or. 1, 11, 50. — Chrysippi disciplina (dialectica, quae opponitur antiquae, i. e. Peripateticae) institutus esse debet, qui eloquentiae laude ducatur. Orat. 32, 115. — De dialecticis etsi a Chrysippo maxime est elaboratum, tamen a Zenone minus multo quam ab antiquis. Ab hoc (Chrysippo) autem quaedam non melius quam veteres; quaedam omnino relicta. de Finn. 4, 4, 9. — Ei placet in soritis, cum gradatim interrogetur, verbi causa, tria pauca sint, anne multa, aliquanto prius, quam ad multa perveniatur, *ἡσυχάζειν*. Per me vel stertas licet, inquit Carneades, non modo quiescas. Acad. 2, 29, 93. — Chrysippi *ψευδόμενος*. Acad. 2, 30, 96. — Omnem enuntiationem aut veram aut falsam esse dicebat (contra Epicureos.) de Fato 16, 38. — De eo queri solent Stoici, dum studiose omnia conquisierit contra sensus et perspicuitatem contraque rationem, ipsum sibi respondentem inferiorem fuisse; itaque ab eo armatum esse Carneadem. Acad. 2, 27, 87. — Locus de physica ratione fabularum a Zenone tractatus post a Cleanthe et Chrysippo pluribus verbis explicatus est. de Nat. D. 2, 24, 63. — Chrysippus praeter mundum cetera omnia aliorum causa esse generata scite docuit. de Nat. D. 2, 14, 37—39. Ibid. 3, 7, 18. — Praeclare Chrysippus, cetera nata esse hominum causa et deorum; eos autem communitatis et societatis suae. de Finn. 3, 20, 67. — Chrysippus exponens differentias animantium ait alias earum corpore excellere, alias autem animas nonnullas valere utraque re: deinde disputat, quod cuiusque generis animantis statui deceat extremum. (in libris *περὶ τελῶν*, ut videtur Goerenzio.) de Finn. 4, 11, 28. — Chrysippus testatur saepe tres solas esse sententias, quae defendi possint, de finibus bonorum: aut enim honestatem esse finem aut voluptatem aut utrumque. Acad. 2, 45, 138. Ibid. 46, 140. — Chrysippus et Diogenes Babylonius, detracta utilitate, ne digitum quidem bonae famae causa porrigendum esse dicebant de Finn. 3, 17, 57. — Bonum Peripateticus appellat, quicquid secundum naturam est. Nec ille solus, sed tu etiam, Chrysippe, in foro, domi; in schola desinis. de Finn. 5, 29, 89. — Eius sapiens. Fragmm. p. 470. — Quomodo fortitudinem definierit. Tuscul. 4, 21, 53. — Chrysippus et Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in iis partiendis et definiendis occupati sunt; illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis nec eos turbulentos esse patiantur: Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt; spinas partiendi et definiendi praetermittunt. Tuscul. 4, 5, 9. — Nimium operae consumitur a Stoicis, maxime a Chrysippo, dum morbis corporum comparatur morborum animi similitudo. Tuscul. 4, 10, 23. — Chrysippus vetat ad recentes quasi animi tumores animi remedium adhibere. Tuscul. 4, 29, 63. — Caput esse censet in consolando detrahere illam opinionem maerendi, si se officio fungi putet iusto atque debito Tuscul. 3, 31, 76. Ibid. 33, 79. — Chrysippus reprehensus a Carneade. Tuscul. 3, 25, 59. — *Λύπην* quasi *λύσιν*, id est, solutionem totius hominis appellatam putat Ibid. §. 61. — Chrysippus diligentissime contra Aristonem disputavit. de Finn. 4, 25, 68. — Scitum eius dictum. de Off. 3, 10, 42. — Chrysippus, sui, ne putresceret, animam ipsam pro sale datam dicit esse. de Nat. D. 2, 64, 160. — Chrysippus, Chesippus dictus a Zenone Epicureo. de Nat. D. 1, 34, 93. — de Finn. 2, 13, 43. Ibid. 14, 44. —

Tuscul. 5, 37, 107. de Divin. 2, 28, 61. Varro LL. 6, 7. p. 233. LL. 10, 3. p. 578. — De Chrysippo vide in primis S. F. N. Gisl. Baguet de Chrysippi vita, doctrina et reliquiis commentationem. Lovanii 1822. 4. Christianum Petersen in Ersch u. Gruber *Encyclopaedie Theil* XXI. p 209. seqq. et Eiusdem philosophiae Chrysippeae fundamenta. Hamburgi 1827. 8.

Chrysippus, libertus Ciceronis. Chrysippum, quem ego propter litterularum nescio quid libenter vidi, in honore habui, discedere a puero (Marco) insciente me! Mitto alia, quae audio, multa; mitto furta: fugam non fero, qua mihi nihil visum est sceleratius. ad Att. 7, 2, 8. Ib. Ep. 5, 3. Ibid. 11, 2, 3. ad Q. Fr. 1, 4, 5. Ibid. Ep. 5, 6.

Chrysippus Vettius, Cyri architecti libertus, ad Fam. 7, 14, 1. ad Att. 13, 29, 2. Ibid. 14, 9, 1.

Chrysis, persona Terentiana. de Or. 2, 80, 327.

Chrysis, persona comica apud Trabeam. Tuscul. 4, 31, 67.

Chrysogonus v. L. Cornelius Chrysogonus.

Chrysogonus servus C. Verris. Verr. Accusat. 1, 36, 92.

Cibyra oppidum Phrygiae magnae; alii ad Pisidiam referunt, quia est fere in confiniis. Verr. Accusat. 4, 13, 30. ad Fam. 13, 21, 1.

Cibyratae. Caelius ad Fam. 8, 4, 5. Ibid. 9, 3. — Cibyratae pantherae. ad Att. 5, 21, 5. — Cibyraticum forum agam. Ib. §. 9. — Cibyratae venatus studiosi et periti erant, unde Cibyratici canes (*Spürhunde*) dicuntur illi Cibyratae fratres Tlepolemus et Hiero, quorum opera et consilio Verres in furtis et praedis faciendis utebatur. Verr. Accusat. 4, 21, 47.

Cicerones. Vide in Tulliis.

Cicurii Veturiorum cognomen. Varro LL. 7, 5. p. 368.

Cilices, Pisidae et Pamphylia volatibus avium cantibusque declarari res futuras putant. de Divin. 1, 1, 2. — A Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis, Lyciis auspicia tenentur. de Divin. 1, 15, 25. Ibid. 41, 92 et 94. — Cilices augurium retinent. de Legg. 2, 13, 33. — Cilicia invenerunt. Varro RR. 2, 11, 12. — Cilices piratae asciverunt sibi Phaselidem, Lyciae oppidum. Verr. Accusat. 4, 10, 21. — Praedonum Cilicum expeditiones ac facinora, ante quam debellati essent a Cn. Pompeio. pro lege Manilia 12, 32. — Eorum myoparoni praedonibusque Syracusanorum portus patuit Verre praetore. Verr. Accusat. 4, 52, 116.

Cilicia provincia inter Syriam ad orientem, Pamphyliam ad occidentem, Taurum montem ad septentrionem et pelagus Cilicium ad meridiem sita. Eam pro consulibus obtinuerunt a. u. c. 691. Cn. Pompeius Magnus; a. 698 — 700. P. Cornelius Lentulus Spinther; a. 701. 702. Appius Claudius Pulcher; a. 703. M. Tullius Cicero. — Duo sunt aditus in Ciliciam ex Syria. ad Fam. 15, 4, 4. — Amphilochus et Mopsus Argivorum reges, urbes in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt. de Divin. 1, 40, 88. — Difficile est in Asia, Cilicia, Syria ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quam de hoste ac de laude cogitet. pro lege Manilia 22, 64. — Magna in Cilicia latrocinia (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 4, 1. Tim. Cap. 1. p. 496.

Ciliciensis provincia. Ei τρεῖς διοικήσεις Asiaticae attributae fuerunt. ad Fam. 13, 67, 1. — Ciliciensis praetor interior vicinus dicitur Q. Ciceronis Asiae propraetoris ad Q. Fr. 1, 2, 3, 7.

Cilix, libertus App. Claudii Pulchri. Eius laudes. ad Fam. 3, 1, 2.

Cillo (al. Chilo) ad Q. F. 3, 1, 2, 3.

Cilnius Maecenas. Varro LL. 8, 41. p. 454.

C. Cilnius Maecenas, C. Flavius Pusio, Cn. Titinnius (equites Romani), illa robora populi Romani, fortiter restiterunt M. Druso, tribuno pl. pro Cluentio 56, 153.

Cilo s. Chilo ad Fam. 6, 20, 1. Pro servo aut liberto Toranii habet Schuetzii Index. Res incerta: quippe potest esse P. Magius Cilo s. Chilo M. Marcelli interfector. — Extat nummus cum hac inscriptione : L. Flamin(ius) Chilo iiiivir Pri. Fl., quem pro hoc Chilone habent nonnulli. Vide Borghesium in *Giornale Arcadico* Vol. 28. p. 215.

Cimber histrio. Her. 5, 21, 34.

Cimber Tillius: laudatur ad Fam. 6, 12, 2. Vide Tillius Cimber.

Cimbri, populi Germaniae in Chersoneso ab Albis ostio in septentrionem longe procurrente, quae Cimbria ab iis dicitur, hodie *Jütland*. De iis, eorum migratione et bello cum Romanis accurate egit Cellarius in Diss de Cimbris et Teutonis, inter Diss. Acadd. p. 488. Ern. Cfr. Io. Muelleri Bellum Cimbricum. Turici 1776. 8. — Cimbri et Celtiberi in proeliis exsultant, lamentantur in morbo Tuscul. 2, 27, 65. — Cum Celtiberis, cum Cimbris bellum ut cum inimicis gerebatur, uter esset, non uter imperaret. de Off. 1, 12, 38. — Cimbri devicti a C. Mario. pro lege Manilia 20, 60. — Cimbricum bellum diu prave simul et infeliciter gestum est, veluti a M. Iunio Silano cos. a. u. c. 645. Ascon. in Cornel. p. 68. — Cimbrica praeda. Sal. Hist. 1, 15.

Cimmerii sunt populi fabulosi Italiae ab oppido Cimmerio, quod ad Baianum et Avernum sinum fuisse dicitur. Fabula est in Homeri Odyssea λ. 14—19. Ab iis *Cimmeriae tenebrae* dicuntur. Ern. — Cimmeriis quidem, quibus adspectum solis sive deus aliquis sive natura ademerat, sive eius loci, quem incolebant, situs, ignes tamen aderant, quorum illis uti lumine licebat. Acad. 2, 19, 61.

Cimon, Miltiadis pater. Schol. Bob. pro Sestio p. 312. — Cimon, ut Theophrastus scribit, Athenis etiam in suos curiales Laciadas hospitalis fuit cet. de Off. 2, 18, 64.

Cincia lex de donis et muneribus lata a. u. c. 550. Eius suasor Q. Fabius Maximus cunctator. Cato 4, 10.

L. Cincius, procurator Attici. ad Att. 1, 1, 1. Ibid. Ep. 7. Ib. 8, 2. Ib. 16, 17. Ibid. 20, 1. Ibid. §. 7. Ibid. 4, 40. — Cincius ad Atticum scripsit de Statii sermone. ad Att. 6, 2, 1. ad Q. Fr. 2, 2, 1. Ibid. 3, 1, 2, 6.

M. Cincius Alimentus, tribunus plebi. — Eo die, quo legem de donis et muneribus tulit (a. u. c. 550.), salse reprehendit C. Centonem. de Or. 2, 71, 286.

P. Cincius. pro Sulla 20, 56. falsa lectio pro: P. Sittius.

Cincinnatus v. L. Quintius Cincinnatus.

Cineas Thessalus: eius colloquium cum C. Fabricio de Epicuro. Cato 13, 43. — Cineas, qui a Pyrrho legatus ad Senatum est missus: eximia eius memoria. Tuscul. 1, 24, 59. — Cineae et Pyrrhi libri de re militari. ad Fam. 9, 25, 1.

Cingulum, Picenorum oppidum, hodie *Cingoli*. ad Att. 7, 11, 1. Ib. Ep. 13. b. 7. — Hoc oppidum Labienus constituerat suaque pecunia exaedificaverat. (ante a. u. c. 705.) Caesar Civ. 1, 15. De „alio Cingulo, quod Florentinum dicatur, ut ab hoc Piceno distinguatur" (Ern.), nihil habent Cellarius et Mannertus.

Cinna. Vide L. Cornelius Cinna.

Cipius, opinor, olim, „Non omnibus dormio:" sic ego non omnibus, mi Galle, servio. ad Fam. 7, 24, 1. — Non omnibus dormio: proverbium videtur natum a Cipio quodam qui παραρέγχων dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor eius moecharetur. Eius meminit Lucilius. Festus ed. Dac. p. 282.

Ciprius Vicus v. Vicus Ciprius.

Circaeum poculum, proverbium. — Repente e vestigio ex homine, tamquam aliquo Circaeo poculo, factus est Verres. Divinat. 17, 57.

Circe et Pasiphaë, e Perseide, Oceani filia natae, patre Sole, num deorum numero habendae? quamquam Circen quoque coloni nostri Circeienses religiose colunt. de Nat. D. 3, 19, 48. — Circe et Aeetes Colchis a Sole quinto procreati. de Nat. D. 3, 21, 54. — Circe socios Ulixis mutavit in bestias. Varro Fr. p. 361. Bip. — Cfr. de Off. 1, 31, 113.

Circeienses coloni Circen religiose colunt. de Nat. D. 3, 19, 48. Cfr. Inscriptt. meas Lat. N. 1849.

Circeii oppidum cum promontorio Veteris Latii, subiectum Pomptinae paludi. de Finn. 4, 3, 7.

Circeius mons, quondam insula. Varro Fr. p. 367. Bip.

Circus Flaminius. Varro LL. 5, 32. p. 154. Varro Fr. p. 219. Bip.

Circus Maximus. Varro LL. 5, 32. p. 152.

Cirta, Numidiae oppidum opulentissimum. Bell. Afric. 25. Sal. Iug. 21,

L. Cispius, Caesarianus, a. u. c. 707. Bell. Afric. 62.

M. Cispius tribunus pl. fuerat, quo anno Cicero in patriam restitutus est (a. u. c. 697.) idque ipsum, ut restitueretur, cum aliis efficere studuerat. Itaque cum postea de ambitu accusatus esset, ita Cicero eum defendit, ut propter eius in se merita absolvendum putaret. Sed iudices Ciceronis precibus non passi sunt se commoveri Cispiumque condemnarunt. pro Plancio 31, 75. — Amicus Ciceronis, vi depulsus a foro per operas Clodianas. pro Sestio 35, 76. — Ei ego ipsi, parenti fratrique eius sentio quantum debeam: qui cum a me voluntas eorum in privato iudicio esset offensa, publici mei beneficii memoria privatam offensionem oblitterarunt. Post red. in sen. 8, 21.

Cispius debitor Ciceronis (a. u. c. 7[illegible].) ad Att. 12, 24, 2. Ibid. 13, 33, 2.

Cispius Laevus. ad Fam. 10, 21, 3.

Cistellaria Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 344.

Citarini s. Cetarini, Κητάρια, parva civitas Siciliae inter Bathyis fl. ostium et Panhormum. Verr. Accusat. 3, 43, 103. Cluverius et Zumptius praeferunt *Cetarini*, ut est apud Plinium 3, 8.

Citiei in insula Cypro e Phoenicia profecti, Catonis clientes. de Finn. 4, 20, 56.

Civaro. ad Fam. 10, 23, 7. falsa lectio pro Cularo, id est, Gratianopolis, hodie *Grenoble*.

Clarius Brut. 51, 191. falsa lectio pro clarus.

Classitius falsa lectio pro Crassicius. Philipp. 5, 6, 18. Cfr. Philipp. 13, 2, 3. Vidit Bardili.

Clastidium vicus Galliae Cisalpinae. Tuscul. 4, 22, 49.

Clastidius Naevii. Varro LL. 7, 6. p. 385. — Varro LL. 9, 46. p. 511.

Claterna oppidum Lingonum in Gallia Cispadana iuxta amnem eiusdem nominis, hodie *Varignano*, vel, ut alii volunt, *Quaderna*. ad Fam. 12, 5, 2. — Antonii praesidium Claterna deiecit A. Hirtius. Philipp. 8, 2, 6.

STEMMA CLAUDIORUM.

1. Appius Claudius Crassus Caecus cos. a. u. c. 447. 458.
2. P. Claudius Ap. (1) F. Pulcher, primus sic dictus, cos. 505.
3. Ap. Claudius Pulcher cos. 542.
4. Ap. Claudius Pulcher cos. 569.
5. C. Claudius Pulcher cos. 577.
6. Ap. Claudius C. F. Pulcher cos. 611. mortuus ante a. 625.
7. C. Claudius Pulcher Lentulus cos. 624.
8. C. Claudius Ap. (6) F. C. N. Pulcher aedilis cur. 655. praetor 659. cos. 662.
9. Ap. Claudius C. (8) F. Tribunus mil. occisus in proelio ad portam Collinam adversus Sullam commisso 672. (Appian. B. C. 1, 68. Plutarch. in Sulla 73.)
10. Ap. Claudius Ap. (6.) F. Pulcher (avunculus L. Philippi cos. 663. pro domo 32, 84.) cos. 675. mortuus a. 678. Eius uxor videtur fuisse Terentia. Huius filii tres et filiae duae. (a. b. c. d. e.)
11. (a.) Ap. Claudius Pulcher cos. 700. censor 704. mortuus paullo ante pugnam Pharsalicam.
12. (b.) C. Claudius Pulcher praetor 698. procos. Asiae 699. 700., cuius filii duo Appius cos. 716. et Caius adoptati sunt ab Appio patruo, qui mascula prole caruit, sed duas filias habuit, alteram uxorem Cn. Pompeii Cn. Magni filii, alteram M. Bruti ab eo repudiatam a. 709.
13. (c.) P. Clodius Pulcher (trib. pl. 696.) Eius uxor Fulvia, cuius mater Sempronia, Sempronii Tuditani filia.
14. (d.) Clodia maior, „quadrantaria" uxor Q. Metelli Celeris.
15. (e) Clodia minor, uxor L. Luculli. Terentia illa, quam nonnulli, ut Beier Cic. Fragmm. p. 228., pro tertia Appii (10) filia habent, Q. Marcii Regis uxor, fuit potius N. 11—15. consobrina.
16. P. Clodius s. Claudius P. (13) filius. Val. Max. 3, 5, 3. Huius extat inscriptio in vase alabastrino:

P. CLAVDIVS. P. F.
AP. N. AP. PRON.
PVLCHER. Q. QVAESITOR
PR. AVGVR.

ex qua Borghesius in *Giornale Arcadico* Vol. 28. p. 232. demonstravit C. Claudium Pulchrum cos. 662. (8) et Ap. Claudium Pulchrum cos. 675. (10) filios fuisse Ap. Claudii Pulchri cos. 611. (6), uti reapse C. Claudius (8) nominatur Appii filius a Cic. de Off. 2, 16., non vero C. Claudii cos. 624. (7); subesse igitur errorem vel Ciceronis ipsius vel librariorum in Plancianae c. 14., ubi dicitur C. Claudii filius. Contra ex Plancianae 14, 51., si sequimur librorum lectionem: *vivo patre suo*, *C. Claudio*, collata Caelianae 14. §. 33. stemma sic esset constituendum:

Ap. Claudius Caecus,	Clodiae	quadrantariae	tritavus	(1.)
P. Claudius Pulcher cos. 505.	„	„	atavus	(2.)
Ap. Claudius Pulcher cos. 542.	„	„	abavus	(3)
C. Claudius Pulcher cos. 577.	„	„	proavus	(5.)
C. Claudius Pulcher Lentulus cos. 624.	„	„	avus	(7.)
Ap. Claudius Pulcher cos. 675.	„	„	pater	(10.)

Cfr. Manutium ad l. l. Schottum Nod. Cic. 3, 14. Borghesii tamen rationem ego quoque sequor, cum ad cetera testimonia accedat etiam cistophorus Laodicenus cum hac inscriptione: Ap. Pvlcher, Ap. F. Procos. Eckhel D. N. Vol. 5. p. 171. In seqq. Claudii ordinati sunt ex praenominum tenore alphabetico.

Q. Claudia. Matris Idaeae sacra accepit femina, quae matronarum castissima putabatur, Q. Claudia. (a. u. c. 549.) de Harusp. resp. 13, 27. — „Navem cum sacris Matris Deum Magnae Idaeae obhaerentem Tiberino vado extraxit, precata propalam, ut ita demum sequeretur, ubi pudicitia constaret." Suet. Tiber. 2. Haec Ap. Claudii Caeci dicitur *progenies* (pro Caelio 14, 34.), ex quo, ut recte Abramius monuit, filiam Appii Caeci non fuisse satis intelligas; neque enim filia ac ne neptis quidem Isidoro teste progenies apte diceretur, qui dicit *progeniem* appellari *quasi porro post genitos; nam filios et nepotes non esse progeniem*, *quia non sit in eis longa posteritas*. Et vero filiam non fuisse Appii Caeci hanc Q. Claudiam ex eo demonstrat Abramius, quod bello Punico secundo quinquaginta plus minus annis, postquam Appius Caecus summa senectute confectus pacem cum Pyrrho dissuaserat, aetate florens in suspicionem impudicitiae vocata sit, cum Matris Pessinuntiae simulacrum Romam advectum est. Vestalem non fuisse, ut nonnulli tradidere vel existimavere, docet Dukerus ad Liv. 29, 14. Ern. Eiusdem sententiae fuit Garatonius ad orat. de harusp. resp. 11, 22. Contra Borghesius in *Giornale Arcadico* Vol. 28. p. 240. appellat partim testimonium Scriptoris de viris illustr. c. 46., partim nummum C. Claudii, Caii (12.), P. Clodii fratris, filii, quem ibi docte illustrat, in cuius parte aversa est inscriptio Vestalis cum eius figura velata et in scamno sedente, simili igitur Q. Claudiae statuae, de qua Valerius Maximus 1, 8, 11.: „In vestibulo templi Matris Deum posita, bis ea aede incendio consumpta, prius P. Nasica Scipione et L. Bestia, item M. Servilio et L. Lamia coss., in sua basi flammis intacta sedit." Hanc ipsam Q. Claudiam Appii Caeci neptem (non filiam nec proneptem) Navisalviae nomine cultam esse Romae nonnullorum est opinio, ut Scip. Maffeii, Saxii et Borghesii; alii navem, qua Mater Deum Romam salva et incolumis advecta sit, ita appellatam esse existimant. Cfr. Inscriptt. mear. Lat. N. 1905. 1906. 2403. Cfr. Ovid. Fast. 4, 305.

Claudia, virgo Vestalis, patrem (App. Claudium Pulchrum cos. a. u. c. 611.) complexa triumphantem (de Salassis, Gallica natione) ab inimico tribuno plebi, (cuius nomen ignoramus) de curru detrahi passa non est. pro Caelio 14, 34. Fratrem vocat Suetonius Tib. 2. Sed cfr. Dionis Cassii Fragmm. Opp. 1. 1. Ed. Sturz p. 78. Valer. Max. 5, 3, 6.

Claudia semel, nisi fallor, vocatur

Clodia, P. Clodii soror, Q. Metelli Celeris uxor. (a. u. c. 692.) ad Fam. 5, 2, 6.

Claudii. Fuerunt duae familiae Claudiae: earum, quae Marcellorum appellata est, plebeia; quae Pulchrorum, patricia. Ascon. in Scaur. p. 25. — Claudii Pulchri patricii. Horum et Marcellorum plebeiorum controversia apud centumviros. de Or. 1, 39, 176. — Cfr. Schol. Bob. pro Scauro p. 374. — De gente Claudia videatur Suetonius in Tiberio C. 1. Spanhemius de U. et P. N. T. 2. p. 48.

Appius Claudius, decemvir a. u. c. 303. Eius libido. de Fin. 2, 20, 66. Cognomine Crassinus. Vide Pighium ad a. 302. Regillanus dicitur Suetonio Tib. 2.

Appius Claudius Crassus, L. Furius Camillus coss. a. u. c. 405. Iis coss. Plato Tarentum venit. Cato 12, 41.

Appius Claudius Caecus. Appium veterem illum, qui caecus annos multos fuit, et ex magistratibus et ex rebus gestis intelligimus, in illo suo casu nec privato nec publico muneri defuisse. Tuscul. 5, 38, 112. — Cfr. pro Caelio 14, 33. Pacem Pyrrhi diremit; aquam Appiam adduxit; viam Appiam munivit. Ibid. §. 34. — Disertus homo, senatum iamiam inclinatum a Pyrrhi pace revocavit. Interrex comitia contra leges habebat, cum de plebe consulem non accipiebat. Brut. 14, 55. — De Pyrrhi, credo, pace agebatur: ad quam caussam etiam Appium illum et caecum et senem delatum esse memoriae proditum est. Philipp. 1, 5, 11. — Oratio eius de Pyrrho scripta exstabat Ciceronis tempore. Brut. 16, 61. — Ad eius senectutem accedebat etiam, ut caecus esset: tamen is cum sententia senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho foedusque faciendum, non dubitavit dicere illa, quae versibus persecutus est Ennius *Quo vobis mentes* cet. — et tamen ipsius Appii exstat oratio. Atque haec ille egit septem et decem annis (a. u. c. 475. St. Allais Vol. 5. p. 456.; alii referunt ad a. u. c. 474.) post alterum consulatum (a. u. c. 458), cum inter duos consulatus anni decem interfuissent, censorque (a. u. c. 442.) ante superiorem consulatum (a. u. c. 447.) fuisset: ex quo intelligitur Pyrrhi bello grandem sane fuisse. Cato 6, 16. — Maxima eius auctoritas etsi caeci et senis inter suos. Ibid. 11, 36. — Mihi quidem Appii Caeci carmen, quod valde Panaetius laudat epistola quadam, quae est ad Q. Tuberonem, Pythagoreum videtur. Tuscul. 4, 2, 4. — In carminibus Appius ait fabrum esse suae quemque fortunae. Pseudosal. ad Caes. 1. p. 263. Gerl. De hoc carmine sententioso sive gnomico cfr. in primis Spalding ad Quintilian. T. 4. p. 491. — Cfr. praeterea pro Caecina 19, 54. pro Milone 7, 17.

Appius Claudius Caudex cos. a. u. c. 490., cum M. Fulvio Flacco; quibus consulibus primum bellum Punicum coeptum est. — *Appius indixit Karthaginiensibu' bellum*: versus Ennii. de Inv. 1, 19, 27.

Appius Claudius cos. a. u. c. 611. (avus Appii Claudii Pulchri a. u. c 700.) inimicus P. Africani. pro Scauro 2, 32. — Competitor fuit P. Africani minoris in censura, quam hic repulso Appio administravit a. u. c. 612. — Volubilis, sed paullo fervidior erat eius oratio. Brut. 28, 108. — App. Claudius, princeps senatus, socer et fautor Ti. Gracchi: obtrectator et invidus Scipionis Africani mortuus ante a. u. c. 625. de Rep. 1, 19, 31.

Appius (Claudius) maior, homo dicax. de Or. 2, 60, 246. Ibid. C. 70, 284. „Quinam hic e Claudiis sit, non constat." Henrichsen. „Dicitur *maior*, quia fratrem eodem nomine habuit minorem, P. Clodii patrem." Schuetz. Est tamen fortasse tribunus militaris occisus a. 672., stemmatis 9.

Appius Claudius, nobilissimus homo, vivo patre suo, C. Claudio, potentissimo et clarissimo cive, aedilis non est factus, et idem sine repulsa factus est consul. (a. u. c. 675.) pro Plancio 21, 51., ubi aut *fratre* pro *patre* legendum cum Borghesio aut *Ap.* pro *C.* — App. Claudius Megalesia fecisse traditur de Harusp. resp. 12, 26. „Sed dubium est, an unquam fuerit aedilis, et aedilem fuisse oportet, si Megalesia fecit. Cicero quidem pro Plancio 21, 51. refert illum vivo patre suo, aedilem non factum cet." Wolf. „Sed aedilis creari poterat, mortuo patre suo." Garatonius. — Praetor fuit a. u. c. 665. cum P. Gabinio et Q. Metello Pio. — Appii tabulae negligentius asservatae dicebantur. pro Archia 5, 9. — App. Claudius, P. Clodii pater, civis egregius dissimilisque Publii filii, cum de

eo tribunus pl. promulgasset, adesse propter iniquitatem Cinnani temporis noluit eique imperium est abrogatum. Pro domo 31, 83. — Eum L. (Marcius) Philippus (cos. a. u. c. 663.) censor avunculum suum praeteriit in recitando senatu. Ibid. 32, 84. — L. Marcius Philippus a. u. c. 676. in senatu censuit, ut Appius Claudius interrex cum Q. Lutatio Catulo proconsule urbi praesidio esset. Sal. Hist. 1, 19.

Appius Claudius Ap. F. Pulcher, a. u. c. 678 et 679. Terentium Varronem procos. Asiae de repetundis postulavit. Militavit in Asia sub L. Lucullo, sororis Clodiae minoris marito, a quo a. 684. legatus ad Tigranem missus est petitum, ut Mithridates Romanis traderetur, sed repulsam tulit, unde bellum illi indixit. Plutarch. in Lucullo C. 21. init. et Memnon apud Photium. Cod. 224. C. 48. A. 693., quando P. Clodius, frater eius, Bonae Deae sacra violarat, in Graecia degebat (Schol. Bob. in P. Clodium et Curionem p. 338). A. 695. Romae in augurum collegium cooptatus est. A. 696. petiturus erat aedilitatem curulem, sed L. Pisonis consulis opera in annum sequentem praetor designatus est, quo in honore quaestionem de repetundis exercebat. Ex praetura Sardiniam provinciam obtinuit (Plutarch. Caes. 21.), in qua ei successit M. Aemilius Scaurus. Consul creatus est cum L. Domitio Aënobarbo. Ex consulatu propriis sumptibus in Ciliciam profectus est, quam ante eum P. Lentulus Spinther obtinuerat; ipsi successit Cicero. Ibi ex victoria de Parthis parta Imperatoris nomen accepit, ut constat et ex Ciceronis Epistolis ad eum missis ad Fam. Lib. 3. et ex cistophoro Laodiceno in Stemmate memorato. Provincia decedentem Ciceroeam ingrediens convenire voluit, sed ille vitavit, quem promiserat, congressum Ciceronis. Hinc illae querelae in hisce Epistolis obviae. Nec minus postea Appius de Cicerone conquestus est, quod Cicero actiones suas reprehendisset. Causa vero inter eos minus sincerae benevolentiae, quamvis vellent amici videri, fuit iniuria a P. Clodio, Appii fratre, Ciceroni illata; nec ipse Appius eo, quo Cicero revocatus est ab exilio, anno 697. praetor, cum ceteris praetoribus pro Ciceronis salute laborantibus consenserat: omninoque homo fuit versutus et callidus, parum candidus, apertus et simplex. (Cfr. infra M. Caelii de eo iudicium ad Fam. 8. Epp. 6 et 12.) Cicero tamen magno opere cavit, praesertim ex eo inde tempore, quo per Cn. Pompeium simultatem cum eo deposuerat (a. 700.), ne hunc summae auctoritatis virum aperte haberet inimicum, et aegre tulit, quod P. Dolabella, gener Ciceronis absentis factus, Appium accusaverat, cum ad Urbem esset triumphi causa, quem tamen urbem defendendi causa ingrediens neglexit. Absolutus est ambitus et maiestatis crimine, laborante pro eo Cn. Pompeio et defendente Q. Hortensio. Eodem anno 704. censor factus est cum L. Pisone, Caesaris socero. Fuit censor severus, adeo ut Horatius Sat. 1, 6, 21. mortui nomen pro quovis censore austero usurparit. Cum in eadem censura Caesaris animum offendisset (cfr. Dion. Cass. 40, 63.) a. u. c. 705. Pompeium ex Italia fugientem sequi coactus est, et Achaiae a Pompeio praefectus paullo ante pugnam Pharsalicam in Euboea insula mortem obiit a Pythia vate praedictam: multum scilicet sortibus, hariolationibus et psychomantia utebatur. (Cfr. Appius.) Valer. Max. 1, 8, 10. Lucanus 5, 69. Orosius 6, 15. Cfr. Wetzelii Praefat. ad Epp. ad Fam. Librum 3. Borghesium in *Giornale Arcadico* 28. p. 222. — Appius Claudius augur ita de se loquitur apud Varr. RR. 3, 16, 2.: „cum pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus essem relictus, alteram sine dote dedi Lucullo." Cfr. Schneider ad Varr. l. l. p. 569. — Memoratur item a Varrone RR. 3, 2, 2. — App. Claudius, adolescens nobilis, cum accusaret Terentium Varronem repetundarum ex Asia victus ab Hortensio. Pseudoascon. in Divin. p. 109. — Ciceroni consuli nuntiavit, addubitato Salutis augurio, bellum domesticum turbulentum fore. de Divin. 1, 47, 105. — App. Claudius praetor a. u. c. 697. pro Sestio 36, 78. — Salse deridetur pro Sestio 59, 126. ibique Schol. Bobiensia. — Quaestionem de repetundis sortitus erat. Unde eum Q. fratris ex provincia redeuntis causa metuit Cicero. ad Att. 3, 17, 1. — Post Ciceronis reditum contionem dedit P. Clodio a. u. c. 697. ad Att. 4, 2, 3. — Temerariae eius contiones. Ibid. 3, 4. Ibid. 15, 9. Schol. Bob. pro Sestio

p. 507. — Cum Appio in gratiam rediit Cicero. ad Fam. 1, 9, 4 et 19.: et quidem per Cn. Pompeium. Fragmm. p. 466. — Consul fortissimus atque ornatissimus vir mecumque, ut spero, fideli in gratiam reditu firmoque coniunctus (a. u. c. 700.) inimicus M. Scauri. pro Scauro 2, 31. — Consul a. u. c. 700 mirifice mihi et per se et per Pomponium blanditur ad Q. Fr. 2, 12, 2. — „Appius miscet:" (cum a u c. 700. multi de Pompeio dictatore dicendo cogitarent.) ad Q. Fr. 3, 9, 3. — Favet Pomptino; — sine lege suo sumptu in Ciliciam cogitat. ad Att. 4, 16, 12. Cfr. ibid. Ep. 18, 2. — Appii calumnia legis curiatae. ad Fam. 1, 9, 25. — Appius sine lege curiata confirmat se Lentulo nostro successurum: Gabinium accusavit maiestatis. ad Q. Fr. 3, 2, 3. — P. Clodius Appium fratrem, hominem mihi coniunctum fidissima gratia (a. u. c. 702.) absentem de possessione fundi deiecit. pro Milone 27, 75. — Seditio militum in Asia sedata ab Appio (a. u. c. 703). ad Att. 5, 14, 1. — Appii volnera non refrico; sed apparent nec occuli possunt. Ib. Ep. 15, 2, — Appius, ut audivit nos venire, in ultimam provinciam se coniecit Tarsum usque. Ib. Ep. 16, 4. Ep. 17, 6. — Praefectum habuerat M. Scaptium. Ib. Ep. 21, 10. Ib. Lib. 6, 1, 6. Ep. 2, 8. — Appius ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curavit, sanguinem misit, mihi tradidit enectam. Ib. Lib. 6, 1, 2. — Audio Appium προπύλαιον Eleusine facere. Ibid. §. 26. — (Appius de Eleusine iam non cogitat. Ib. Ep. 6, 2.) — Pro Appio nos hic omnia facimus: honeste tamen, sed plane libenter: nec enim ipsum odimus et Brutum (eius generum) amamus: et Pompeius (cuius filius Cnaeus Appii filiam habebat in matrimonio (ad Fam. 3, 4, 2.) mirifice a me contendit. Ibid. Ep. 2, 10. Ibid. Ep. 3, 7. — In censura (Appi Claudi Pulcher), si iam es censor, ut spero, de proavo multum cogitato tuo. ad Fam. 3, 11, 5. — A Dolabella reus factus a. u. c. 704. Caelius ad Fam. 8, 6, 1. — Pompeius dicitur valde pro Appio laborare. Ibid. §. 3. — Homo ingratissimus, avarus, a Caelio lege Scantinia postulatus a. u. c. 704. Ibid. 12. per totam Ep. — Absolutus est, defendentibus Q. Hortensio paullo ante eius mortem et M. Bruto, Appii tum genero. Cfr. Brut. 64, 230. — Scis Appium censorem hic ostenta facere? de signis et tabulis, de agri modo, de aere alieno acerrime agere? Persuasum est ei censuram lomentum aut nitrum esse. Errare mihi videtur: nam sordes eluere vult; venas sibi omnes et viscera aperit. Caelius ad Fam. 8, 14, 4. Ibid. 17, 1. — Appium valde diligo, meque ab eo diligi statim coeptum esse, ut simultatem deposuimus, sensi. Nam et honorificus in me consul fuit et suavis amicus et studiosus studiorum etiam meorum. (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 13, 2. — Appius Claudius, bonus augur non satis scienter C. Ateium (censor) notavit, quod ementitum auspicia subscriberet. de Divin. 1, 16, 29. (Pompeianorum) nemo nec stultior est quam L. Domitius nec inconstantior quam App. Claudius. (a. u. c. 705.) Ib. Lib. 8, 1, 3. — Appius Caesarem timet propter inimicitias recentes. Ib. Lib. 9, 1, 4. — Satis studiosus et valde cum doctus, tum etiam exercitatus orator et cum auguralis, tum omnis publici iuris antiquitatisque nostrae bene peritus fuit Brut. 77, 267. — Est inter Marcellum et Appium optimos augures magna dissensio: nam eorum ego in libros incidi (Atticus loquitur): cum alteri placeat, auspicia ad utilitatem esse rei publicae composita; alteri (Appio) disciplina auguralis quasi divinare videatur prorsus posse. de Legg. 2, 13, 32. — Eius *liber auguralis* ad Ciceronem scriptus. Ibid. 3, 4, 1. Eum laudat Festus in *Solistimum* p. 516. Dacer. Cfr. ad Fam. 3, 9, 3. Ibid. 11, 4. — Appius, amicus Ciceronis, sortibus, hariolationibus et psychomantiis uti solebat. de Divin. 1, 58, 132. — Meus amicus Appius νεκρομαντεῖα faciebat. Tuscul. 1, 16, 37. Cfr. Appius. Sane hi loci accipiendi de Appio Claudio. — „Si mehercule Appii os haberem, in cuius locum suffectus sum, hoc non sustinerem." P. Vatinius ad Fam. 5, 10, 2. — Etsi alium significari putat Pighius Ann. Vol. 3. p. 419., nihil obstat, quo minus de Appio Claudio, in cuius locum P. Vatinius aliquanto ante a. u. c. 709., quo anno scripta est epistola, augur suffectus sit, intelligamus. Philipp. 13, 14, 29. ad Att. 4, 11, 2. pro Sulla 14, 42. ad Q. Fr. 2, 6, 6. de Divin. 2, 35, 75.

App. Claudius (maior), C. Claudii filius; is accusaturus fore Q. Cicero-

nem putabatur (a. u. c. 695). ad Att. 5, 17, 1. — App. Claudius maior natu infamis in P. Clodium fuit. Schol. Bob pro Sestio p. 295. — Appius Claudius maior, accusator Milonis. pro Milone 22, 59. — Ad eum est Ep. 29. ad Fam. Lib. 10. male volgo *Ampio* inscripta. — Appius Claudius C. F., nobilissimus adolescens, qui se cum Antonio coniunxerat, a Cicerone commendatur D. Bruto (a. u. c. 711.) „ut eum auctoritate sua conservatum velit." ad Fam. 11, 22, 1. Utrum hic maior, an minor sit, haud satis constat. Is dicitur pietate adductus propter patris restitutionem se cum Antonio coniunxisse. Sed neque de patris exilio, e quo eum M. Antonius consul restituerit, neque de mutuis inter eum et Ciceronem officiis, quae ibi memorantur, quidquam praeterea constat. Appii (s. C.) Claudii C. F. minoris mentio fit ad Fam. 8, 8, 2., ad quem locum vide, quae Schuetzius in Editione epistolarum Ciceronis temporum ordine dispositarum ad corrigendam Manutii annotationem dixit. — Postulaverunt apud Pompeium familiam Milonis exhibendam duo adolescentuli, qui Appii Claudii ambo appellabantur, qui erant C. Claudii filii, qui frater fuerat Clodii, et ob id illi patrui sui mortem velut auctore fratre persequebantur. Ascon. in Mil. p. 35. 40. 54. — Non sine causa Borghesius suspicatur, antequam hi duo C. Claudii adoptarentur ab Appio patruo, maiori praenomen fuisse Appio, minori Caio.

Appius (Claudius?) frater Aufii (al. *Alfii*). ad Att. 6, 1, 10.

A. Claudius s. Clodius, Niconis filius Drepanitanus, civis Romanus factus, cum antea fuisset Apollonius. Verr. Accusat. 2, 57, 140. Ibid. 4, 17, 37. — Fuit igitur Siculus, a Claudio (Marcello) aliquo civitate donatus, sive a maioribus accepto nomine, qui ius civitatis per Claudium aliquem accepissent. Schuetz.

C. Claudius Cento, Appii Caeci filius, consul cum M. Sempronio Tuditano a. u. c. 514. Tuscul 1, 1, 3. — Salse reprehensus a M. Cincio Alimento. de Or. 2, 71, 286. Brut. 18, 72. — Quo loco in Edd., etiam in minore mea, est *C. Clodio*. sed praestat Ed. Romanae principis scriptura *C. Claudio*, ut est in Fastis. — Cato 14, 50. Varro Fr. p. 259. Bip.

C. Claudius Pulcher, consul cum Ti. Sempronio Graccho a. u. c. 577., quo anno Istros et Ligures devicit; a. u. c. 585. censor cum eodem Ti. Sempronio Graccho concordem magistratum gessit. — Eius invidiam Ti. Gracchi (collegae in censura) caritas deprecata est. de Rep. 6, 2, 2.

C. Claudius Ap. F. Pulcher. — C. Claudius, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — C. Claudius, quamquam potentissimus et clarissimus civis, tamen aliquando aedilitatis repulsam tulit, postea eum magistratum adeptus est. pro Plancio 21, 51. Vide supra p. 149. vers. 5. — Eius aedilitas ornatissima a. u. c. 655. Verr. Accusat. 4, 59, 133. de Off. 2, 16, 57. — Eius aedilitatem magnificentissimam fuisse scimus. Verr. Accusat. 4, 3, 6. (Primum colorum varietate scenam adumbravisse Plinius H. N. 8, 7, 16 tradit, vacuis ante pictura tabulis extentam. Zumpt. — Eadem primi omnium Romae in Circo pugnarunt elephanti. Plin. l. l.) — Mamertini populi patronus. Ibid. — Praetor a. u. c. 659. quo anno decrevit senatus, ut is Halesinis de senatu cooptando leges conscriberet. Verr. Accusat. 2, 49, 122. — Consul a. u. c. 662. rettulit de Cn. Carbonis seditione. de Legg. 3, 19, 42. de Harusp. resp. 12, 26. — Etsi propter summam nobilitatem et singularem potentiam magnus erat, tamen etiam eloquentiae quandam mediocritatem afferebat. Brut. 45, 166. — Hoc loco in Edd. et, quantum scio, etiam in libris scriptis, est *C. Clodius*.

C. Claudius Pulcher, frater Appii Claudii et P. Clodii. — Eius filius, Appius Claudius Q. Ciceronem accusaturus fore putabatur. (a. u. c. 695.) ad Att. 3, 17, 1. — Propraetor Asiae (a. u. c. 700.) a cuncta Asia supplice exoratus anteposuit honori suo commoda salutemque provinciae. pro Scauro 2, 33 et 35.; ubi consule Ed. Beieri. — C. et Appius Claudii, cum ludos facerent, servos de cavea exire iubebant. de Harusp resp. 12, 26. — Cfr. etiam Ascon. in Mil. p. 35.

C. Claudius, senator (circa a. u. c. 680.) pro Tullio §. 14. Idem fortasse cum praecedente.

C. Claudius, C. F. Palatina: homo obscuro loco natus. Eum C. Verres

cognitorem adscripsit Sthenio. (a. u. c. 682.) Verr. Accusat. 2, 43, 106 et 107. — Verris sequester et interpres. Ibid. 44, 108.

L. Claudius, rex sacrorum a. u. c. 697. cum ceteris pontificibus Ciceronis domum religione liberavit. Pro domo 49, 127. de Harusp. resp. 6, 12. — Lucii praenomen duos tantum e gente Claudia gessisse et usurpatum ab ea amplius non esse, quod de rebus capitalibus damnati essent, tradit Suetonius in Tiberio C. 1. Unde dubitare quis posset de hoc praenomine, sicuti Drakenborchius ad Liv. 41, 21. haeret in L. Claudio Asello. Sed id non de omnibus Claudiis intelligendum, verum tantum de patriciis. Ern. Verumenimvero in hoc ipso cernitur declamatoris error. „Subtilis scrupulus oritur ex eo, quod in pontificibus ponitur L. Claudius, cum constet, illud praenomen abdicatum esse a patriciis Claudiis, sacrificulus autem rex non potuerit esse nisi e patriciis. Sed quid? si non ita sancte illa observata lex fuit? Quid? si illa *L.* ex *C.* corrupta est?" Gesnerus ad l. l. de Har. resp. — „Quid denique? si haec oratio ab homine indocto composita est?" Wolf. Ibid.

M. Claudius ficticium nomen adversarii in formula. pro Tullio §. 29.

P. Claudius Pulcher, Appii Caeci filius, eiusque collega L. Iunius Pullus (coss. a. u. c. 505. bello Punico primo) classes maximas perdiderunt, cum vitio navigassent. de Divin. 1, 16, 29. — *P. Clodius* idem dicitur Ibid. 2, 8, 20. Cfr. 33, 71. — Eius temeritas et impius iocus de pullis. — Classis eius devicta; — ipse a populo condemnatus est. de Nat D. 2, 3, 7. — Hic P. Claudius, primus ex isto genere Pulcher appellatus est: (ceterae eius res gestae et iudicium perduellionis de eo habitum). (a. u. c. 505.) Schol. Bob. in Clodium p. 337. Sueton. Tib. 2.

Ser. Claudius (al. *Clodius*) frater L. Papirii Paeti. ad Att. 1, 20, 7. Ibid. 2, 1, 12.

P. Claudius Pulcher, consul a. u. c. 570. cum L. Porcio Licino. Brut. 15, 60.

T. Claudius. T. Claudium a se consilium P. Sestii accusandi petisse dicebat P. Vatinius, sed abiecit hoc consilium, cum M. Tullius Albinovanus illum accusare institueret. in Vatinium 1, 3.

Ti. Claudius Asellus. A Scipione Africano minore censore (a. u. c. 612.) notatur et equo adempto in aerarios refertur; et cum se omnes provincias stipendia merentem peragrasse gloriaretur et quereretur scilicet sibi equum a censore adimi, respondit Scipio: „Age asellum", significans proverbium: „Agas asellum, si bovem agere non queas." de Or. 2, 64, 258. — Idem cum Africano obiiceret lustrum infelix (quia illud pestilentia fuerat consecuta); Scipio respondit eius culpam esse in L. Mummio collega suo in censura, eum enim lustrum condidisse et taurum immolasse; idque propterea infelix fuisse, quod Asellum ex aerariis exemerit. Ibid. cap. 66, 268. Val. Max. 6, 4. Aurelius Victor de vir. ill. 58.

Ti. Claudius Centumalus: eius lis cum P. Calpurnio Lanario. de Off. 3, 16, 66.

C. Claudius Nero, consul a. u. c. 547. — Ridiculum est illud Neronianum vetus in furace servo: „Solum esse, cui domi nihil sit nec obsignatum nec occlusum": quod idem in bono servo dici solet. de Or. 2, 61, 248. Cfr. ibi Turnebum et Spaldingium ad Quintil. 6, 3, 30. Vol. 2. p. 561.

C. Claudius Nero Asiae provinciae praefuit a. u. c. 674. — De expugnatione fani Iunonis Samiae (a Verre facta) cum legati ad C. Neronem in Asiam Samo venissent, responsum tulerunt, eiusmodi querimonias, quae ad legatum populi Ro. pertinerent, non ad praetorem, sed Romam deferri oportere. Verr. Accusat. 1, 19, 50. — Vir optimus atque innocentissimus, nonnullis in rebus nimium timidus et demissus, condemnat Philodamum a Cn. Dolabella inductus. Ibid. 30, 75.

Ti. Claudius Nero. In senatu cum a. u. c. 691. de animadversione in Catilinarios ageretur, de ea re praesidiis additis referundum censuit. Sal. Catil. 50. Pater sequentis.

Ti. Claudius Nero, Liviae ante Octavianum maritus, pater Tiberii Caesaris. — Cum bonis subscriptoribus de repetundis postulavit A. Gabinium a. u. c. 700. ad Q. Fr. 3, 1, 5, 15. Ib. Ep. 2, 1. — Commendatur P. Silio ad Fam. 13,

61, 1. „— Adolescens (a. u. c. 703.) nobilis, ingeniosus, abstinens." Ibid. §. 2. — Eum generum sibi volebat Cicero (a. u. c. 704.): sed Terentiae, ut videtur, magis placebat P. Dolabella. ad Att. 6, 6, 1. — In bello Alexandrino a. u. c. 706. eum classi praefecit Caesar. Bell. Alex. 25. — Cfr. de eo Suet. Tib. C. 4.

Claudii Marcelli plebeii. de Or. 1, 39, 176. — Omnino Marcellorum nomini tota provincia Sicilia adiuncta est. Divinat. 4, 13. Verr. Accusat 2, 11, 36. — Marcelli, antiquissimi Siciliae patroni. Verr. Accusat. 3, 18, 45. — C. Claudius Appii F. Pulcher praetor a. u. c. 659. adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit. Verr. Accusat. 2, 49, 122. — Nostros veteres Marcellos Maximosque multi eunuchi e Syria Aegyptoque vicerunt. Orat. 70, 232. Cornel. II. Fragmm. 6. p. 453.

C. et M. (Claudii) Marcelli. (cos. 703 et 705.) — Marcelli quidem, nisi gladium Caesaris timuissent, manerent (apud Pompeium. a. u. c. 705). ad Att. 9, 1, 4.

(Claudius) Marcellus, candidatus aedilicius a. u. c. 697. ad Att. 4, 4, 5. videtur C. Marcellus potius quam M. Marcellus.

C. Claudius Marcellus, M. F. M. N. Marci eius, qui Syracusas cepit, pronepos (Pseudoascon. ad Verr. Accus. 2, 3, 9 p. 206. Ed. Bait.) sive, ut placet Wesselingio Obss. 2. abnepos; pater eius Caii, qui cum L. Paullo a. u. c. 704. consul fuit. — Eius fide atque praesidio Siculi maxime utebantur adversus C. Verrem. (a. u. c. 684.) Divinat. 4, 13. — Siculi illum annum (M. Lepidi a. u. c. 674 aut 675.) pertulerunt, qui sic eos afflixerat, ut salvi esse possent, nisi C. Marcellus quasi aliquo fato venisset, ut bis ex eadem familia salus Siciliae constitueretur. Verr. Accusat. 2, 3, 8. — Verris imperio Syracusis Marcellia tolluntur maximo gemitu luctuque civitatis; quem illi diem festum cum recentibus beneficiis C. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiae Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Verr. Accusat. 2, 21, 51. — C. Marcellus, propraetor Siciliae, ab aequitate, ab lege, ab institutis non recessit. Verr. Accusat. 3, 16, 42. — C. Marcelle, te appello, Siciliae provinciae, cum esses pro consule, praefuisti: num quae in tuo imperio pecuniae cellae nomine coactae sunt? Neque ego hoc in tua laude pono: alia sunt tua facta et consilia, summa laude digna, quibus illam tu provinciam afflictam et perditam erexisti atque recreasti: nam hoc de cella ne Lepidus quidem fecerat, cui tu successisti. Verr. Accusat. 3, 91, 212. „C. Marcellus Siciliae praefuisse dicitur pro consule, quod pertinet ad maiorem vim, si ille voluisset uti, inferendae iniuriae; fuerat enim re vera praetor tantum, sed in illis turbis post Sullae mortem et metum recrudescentis belli (a u. c. 676.) proconsularem ei potestatem a senatu datam veri simile fit." Zumpt. — Maxima eius officia in Siciliam provinciam. Verr. Accusat. 4, 40, 86. — Tutor Heii pupilli, Lilybaetani. Verr. Accusat. 4, 17, 37. — Ad eum est Ep. 8. Lib. 15. ad Fam. — Eius uxor Iunia. Ib. — C. Claudius Marcellus Ciceronis in auguratu collega. Est inter Marcellum et Appium (Claudium Pulchrum) optimos augures magna dissensio: nam eorum ego in libros incidi (Atticus loquitur), cum alteri (Marcello) placeat, auspicia ad utilitatem esse rei publicae composita, alteri disciplina auguralis quasi divinare videatur prorsus posse. de Legg. 2, 13, 32. — Existimabat ius augurum etsi divinationis opinione principio constitutum sit, tamen postea rei publicae causa conservatum ac retentum. de Divin. 2, 35, 75.

C. Claudius C. F. M. N. Marcellus consul (cum L. Aemilio Paullo) factus (a. u. c. 704). Caelius ad Fam. 8, 4, 1. Ibid. 8, 8, 5. Ibid. 9, 2. — Ad eum scriptae sunt Epp. 10, 11. (in plerisque Edd. etiam 7.) Lib. 15 ad Fam. Memoratur Ibid. Ep. 8. et Ep. 9, 1. Brut. 61, 229. Ibid. 96, 328. — Fuit frater patruelis M. Claudii Marcelli cos. a. u. c. 703. Suet. Caes. 29. — Caii Claudii Marcelli pater et filius, quorum alter apud me parentis gravitatem, alter filii suavitatem obtinebat, deprecati sunt pro P. Sulla. pro Sulla 6, 19. Intellige de his duobus.

C. Claudius M. F. Marcellus et L. Lentulus coss. a. u. c. 705. „qui omnem honorem et dignitatem Caesaris exspoliarent." Bell. Gall. 8, 50. — Cum impugnaret Caesaris dignitatem, contra legem Pompeii et Crassi rettu-

lerat ante tempus de Caesaris provinciis, sententiisque dictis, discessionem faciente Marcello, qui sibi omnem dignitatem ex Caesaris invidia quaerebat, senatus frequens in alia omnia transiit. Bell. Gall. 8, 53. — Caesar, cum in Italiam venisset, cognoscit per C. Marcellum cos. legiones duas ab se remissas, quae ex S. C. deberent ad Parthicum bellum duci, Cn. Pompeio transditas atque in Italia retentas esse. Ib. 55. — C. Claudius Marcellus cos. a. u. c. 705. Pompeianus. Caesar Civ. 1, 6. Ex urbe profugit. Ib. 14. ad Fam. 7, 3, 1. — C. Marcellus, L. Lentulus, duo consules amicissimi patriae simul ex Italia eiecti. Philipp. 13, 14, 29. — Cave putes quidquam minoris esse his consulibus. Capuam erant venturi, inanes, imparati. ad Att. 7, 20, 1. — Nihil in consulibus. Ib. Ep. 21, 1. — Unum C. Marcellum cognovi Ser. Sulpicio timidiorem, quem consulem fuisse poenitet. Ὢ πολλῆς ἀγεννείας! qui etiam Antonium confirmasse dicitur, ut me impediret; quo ipse, credo, honestius (remaneret in Italia). ad Att. 10, 15, 2. — Cfr. ad Att. 15, 3, 1. Vide etiam L. Cornelius Lentulus Crus. Cum Pompeio erat a. u. c. 705. ad Att. 8, 12. A., 4. — A. u. c. 705. de Sicilia petenda cogitabat aut bene simulabat. ad Att. 10, 12, 3. Ib. Ep. 13, 2. — Rhodiis Pompeii navibus praeerat a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 5. — C. Marcellus se in senatu ad Caesaris pedes abiecit, ut Marco fratri reditus concederetur. (a. u. c. 708.) ad Fam. 4, 4, 3. Ibid. 7, 6. Ibid. 9, 4. Ibid. 11, 1. — C. Marcellus, vir commemorabili pietate praeditus, deprecatus est pro Marco fratre, exsule. pro Marcello 4, 10. Ibid. 11, 34. — C. Marcellus Aricinae filiam habuit uxorem. Philipp. 3, 6, 17. Id est Octaviam, Caesaris Octaviani sororem, Atiae filiam, ex qua genuit Marcellum, cuius praematurum obitum deflet Virgilius Aen. 6, 861. — Ei Octavianus deditus esse videbatur. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 12. — Marcellus Pansae et Hirtio non nimis credebat. Ibid. — Cautus Marcellus. Ib. Ep. 13, 3. — Nec me Philippus aut Marcellus movet. Alia enim eorum ratio; et, si non est, videtur. ad Att. 16, 14, 2. Qui minus ego istic recte esse possim quam Marcellus? Ib. Ep. 15, 6. (a. u. c. 710.)

C. (Claudius) Marcellus Aeserninus. Verr. Accusat. 4, 42, 91. falsa lectio pro: M. Marcellus Aeserninus.

C. (Claudius) Marcellus M. F. Catilinarius; cum is non Capuam solum venisset, verum etiam se quasi armorum studio in maximam familiam coniecisset, exterminandum ex illa urbe curavit P. Sestius. pro Sestio 4, 9.

M. Claudius M. F. Marcellus. Magnitudine animi excellit. de Off. 1, 18, 61. — Acer et pugnax. de Rep. 5, 8, 10. — In primo consulatu (a. u. c. 532.) Gaesatas profligavit eorumque ducem Virdomarum occidit ipse „et tertia post Romulum patrem Feretrio Iovi arma (sive spolia opima) suspendit." Florus, 2, 4, 5. Huc refertur sequens locus: — Marcellus fortis ad Clastidium, non iratus hosti. Tuscul. 4, 22, 49. — M. Marcellus ille quinquies consul (a. u. c. 532. [539.] 540. 544. 546.) ex acuminibus (al. e cacuminibus), quod totum auspicium militare est, totum omisit, idem imperator, idem augur optimus. de Divin. 2, 36, 77. — Secundum eius proelium ad Nolam. (a. u. c. 539.) Brut. 3, 12. — Syracusas, urbem ornatissimam cepit. (a. u. c. 542.) Verr. Accusat. 1, 21, 55. — M. Marcellus, cuius virtute captae, misericordia conservatae sunt Syracusae, habitare in ea parte urbis, quae insula est, Syracusanorum neminem voluit. Verr. Accusat. 5, 32, 84. — M. Marcellus, cuius in Sicilia virtutem hostes, misericordiam victi, fidem ceteri Siculi perspexerunt, non solum sociis in eo bello consuluit, verum etiam superatis hostibus temperavit; Syracusas cum vi consilioque cepisset, non solum incolumes passus est esse, sed ita reliquit ornatas, ut esset idem monumentum victoriae, mansuetudinis, continentiae. Verr. Accusat. 2, 2, 4. — M. Claudius Marcellus, (avus M. Marcelli consulis a. u. c. 588.) Archimedis sphaeram, captis Syracusis, ex urbe locupletissima atque ornatissima sustulit, cum aliud nihil ex tanta praeda domum suam deportavisset. de Rep. 1, 14, 21. — Quomodo Syracusis captis se gesserit. Verr. Accusat. 4, 52, 115. Ibid. 55, 122. — Requisisse dicitur Archimedem; quem cum audisset interfectum, permoleste tulisse. Ibid. 58, 131. — Syracusas victor servavit incolumes. Pseudoascon. in Divin.

p. 100. — M. Claudius Marcellus bellum Punicum secundum contudit. de Rep. 1, 1, 1. — Ab eo Virtutis Honoris templum renovatum. de Nat. D. 2, 23, 61. Val. Max. 1, 1, 8. Lactant. Inst. 1, 20. — M. Marcelli et P. Africani monumenta ex fanis religiosissimis et ex urbibus sociorum a Verre ablata. Verr. Accusat. 1, 4, 11. — Eum Hannibal interemit. de Nat. D. 3, 32, 80. — (In quinto consulatu, belli Punici anno undecimo, a. u. c. 546.) — Venusiae interemptus. Tuscul. 1, 37, 89. — In eius honorem a Siculis sollemne Marcelliorum institutum. — Verris imperio Syracusis Marcellia tolluntur maximo gemitu luctuque civitatis; quem illi diem festum cum recentibus beneficiis C. Marcelli debitum reddebant, tum generi, nomini, familiae Marcellorum maxima voluntate tribuebant. Verr. Accusat. 2, 21, 51. Ibid. 63, 154. Cfr. Wesseling. Obss. 2, 1. — Marcellia sublata a Verre. Verr. Accusat. 4, 67, 151. — Praetextata (tragoedia) Marcellus apud Diomedem p. 487. Putsch. de hoc Marcello intelligenda est.

M. Claudius Marcellus, qui ter consul fuit (a. u. c. 588. 599. 602.), summa virtute, pietate, gloria militari periit in mari; (profectus legatus ad Masinissam:) qui tamen ob virtutem gloria et laude vivit. in Pison. 19, 44. — M. Claudius Marcellus, nepos M. Marcelli eius, qui bello Punico secundo Syracusas vicit et V. consulatus adeptus est. Hic autem Marcellus, de quo Cicero (in Pisoniana §. 44.) dicit, naufragio ad ipsam Africam periit paullo ante coeptum bellum Punicum tertium. (a. u. c. 606) Idem cum statuas sibi ac patri (M. Claudio Marcello cos. a. u. c. 558) itemque avo poneret in monumentis avi sui ad Honoris et Virtutis, decore subscripsit: III. Marcelli. Novies. Cos., avus quinquies, pater semel, (ipse ter.) Ascon. in Pison. p. 12. — Naufragio ad ipsam Africam periit, paullo ante coeptum bellum Punicum tertium. de Divin. 2, 5, 14. de Fato 11, 32. Livii Epit. L. 50. — de Rep. 1, 14, 21.

M. Claudius Marcellus, Aesernini pater, non ille quidem in patronis, sed et in promptis tamen et non inexercitatis ad dicendum fuit, ut filius eius P. Lentulus. (Marcellinus.) Brut. 36, 136. — L. Crassi testimonium in eum non valuit. pro Fonteio 7, 13. Idem, ni fallor est, quem ab hoc distinxit Ernestius. M. Marcellus, qui in causa P. Quintii C. Aquilio aderat in consilio. (a. u. c. 673.) pro Quint. 17, 54. — Item: M. Marcellus vir primarius, summo officio ac virtute praeditus. (a. u. c. 680.) Verr. Accusat. 1, 51, 135. — Videtur is, quem Pseudoasconius in Divinat. §. 16. p. 105. iuris magis quam eloquentiae studiosum dicit, frater fortasse C. Marcelli, propraetoris Siciliae.

M. (al. C.) (Claudius) Marcellus M. F. Aeserninus, adolescens (a. u. c. 684) Verr. Accusat. 4, 42, 91. Zumptius eundem putat qui fuit consul a. u. c. 703. Fuitne potius:

M. (Claudius) Marcellus, Caesarianus, qui arma cepit contra Q. Cassium Longinum, praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 57. 59. — ? Certe M. Marcellum Aeserninum hunc vocat Dio Cassius 42, 15.

M. Claudius Marcellus, sodalis Catilinae, „vir optimus (κατ' εἰρωνείαν.) in Catil. 1, 8, 19. — Pater, ut videtur, C. Marcelli Catilinarii. Ad eum Catilina vitandae suspicionis causa migravit. Ibid. Vide Muretum ad h. l. collato Spaldingio ad Quintil. 9, 2, 45.

M. Claudius M. F. Marcellus, vir fortissimus. in Catil. 1, 8, 21. — Manutius de patre accipit, quod *vir* dicatur, quasi non possit *vir* dici qui XII. annis post consul fuit. Ern. — M. Marcellus dixit pro Milone a Cicerone rogatus a. d. IV. Non. Febr. a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 1. — Defendit M. Scaurum a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 20. — Affuit Miloni. Id. in Mil. p. 35. — Consul a. u. c. 703. Ad eum scriptae sunt Epp. 7. (ubi *Marci* praenomen habet Cod. Mediceus, solus fide dignus, defenditque Victorius in Curis tertiis, ceteri *Caii.*) Ep. 9. Lib. 15. ad Fam. — Eius frater patruelis C. Marcellus consul a. u. c. 704. — Eius collega fuit Ser. Sulpicius Rufus. Iis Coss. renovatum foedus cum Rhodiis. ad Fam. 12, 15, 2. — M. Marcello consuli finienti provinciis Galliis Kalendarum Martiarum diem restitit Pompeius. ad Att. 8, 3, 3. — Marcellus foede de Comensi. Etsi ille magistratum non gesserat,

erat tamen Transpadanus. ad Att. 5, 11, 2., ubi confer Manutium et Malaspinam. Videtur eum virgis caedi iussisse. — Cfr. de eo Caelium ad Fam. 8, 1, 2. — Eius impetus (de successore Caesari in Galliam mittendo) resederunt, non inertia, sed consilio. Caelius Ibid 2, 2. Ibid. 5, 3. — Nosti Marcellum, quam tardus et parum efficax sit, itemque Servius (Sulpicius Rufus, eius collega) quam cunctator. Caelius ad Fam. 8, 10, 3. Ibid. 13, 2. — Amplissimae eius laudes. Brut. 71, 249. — Exsulem Mytilenis eum viderat Brutus a Cratippo instructum omni copia doctrinae. Ibid. §. 250. — Ad Fam. 4, 7. a. u. c. 708. comprobato per speciem M. Marcelli consilio, qui patria fortunisque suis perpetuo carere mallet, quam a Caesare, cuius rationibus in consulatu pertinaciter adversatus fuerat, reditum precibus impetrare, altiusque repetita consiliorum Marcelli de initio belli civilis et de omni Caesaris Pompeiique causa enumeratione, postea suum consilium explicat, quo illum et suo et in primis C. Marcelli fratris nomine hortatur et rogat, ne spreta humanitate ac liberalitate Caesaris, Romam redire recuset. Martyni-Laguna Epp. Cic. p. 180. — Quae acta sint Romae in senatu de M. Marcelli reditu, et quomodo Cicero pluribus verbis egerit gratias (a. u. c. 708), narrat ad Fam. 4, 4, 3. seqq. — Eius epistola ad Ciceronem. Ibid. Ep. 11. — De eo legenda tota Marcellina. — Ciceronis amicus: nostri sensus, ut in pace semper, sic etiam in bello congruebant. Quoties ego eum et quanto cum dolore vidi cum insolentiam certorum hominum, tum etiam ipsius victoriae ferocitatem extimescentem. pro Marcello 6, 16. — M. Marcellum, cui maxime succensebat, cum summa illius dignitate restituit Caesar. ad Fam. 6, 6, 10. — Caesaris in eum clementia. pro Ligario 12, 37. — M. Marcelli caedem Athenis a P. Magio Cilone s. Chilone a. u. c. 709. patratam Ciceroni narrat Ser. Sulpicius ad Fam. 4, 12. „De interitu Marcelli temere in suspicionem vocatum Caesarem iam tum docuisse Bruti litteras, ut furor Magii causam omnem sustinuerit, intelligitur ex epistolis ad Atticum 13, 10. ipso Cicerone, qui id refert, ut inconstans et frigida sane narratio prodere videtur, nonnihil subdubitante." Martyni-Laguna Epp. Cic. p. 192. — Marcellus occisus a P. Magio Chilone. Minime miror te et graviter ferre de Marcello et plura vereri periculi genera Quis enim hoc timeret, quod neque acciderat antea nec videbatur natura ferre, ut accidere posset? ad Att. 13, 10, 1. — Brutus per litteras purgat Caesarem de interitu Marcelli; in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. Magius solvendo non erat. Credo eum petisse a Marcello aliquid, et illum, ut erat, cunctantius respondisse. ad Att. 13, 10, 3. — De Marcello scripserat ad me Cassius antea: τὸ κατὰ μέρος Servius. O rem acerbam! Ib. 22, 2. — ad Fam. 8, 8, 5 et 6. ad Att. 5, 4, 2. ad Att. 5, 21, 9. Philipp. 13, 14, 29. — Caesar Civ. 1, 2. Cfr. Schol. Gronov. ad Marcell. p. 418. Victorinus I. p. 5. — Vide etiam Ser. Sulpicius Rufus. — M. Marcelli vitam optime exposuit Franciscus Passow in: Zimmermann's *Zeitschrift für die Alterthumswissenschaft* 1835. *zweites Heft*. p. 113., ubi Marcellinae orationis αὐθεντίαν defendere conatur.

Clazomenae, urbs Ioniae, Anaxagorae patria. Tuscul. 1, 43, 104.

Cleanthes, qui quasi maiorum est gentium Stoicus, Zenonis auditor, solem dominari et rerum potiri putat. Acad. 2, 41, 126. — Cleanthes et Chrysippus cum Democrito collati mihi quintae classis videntur. Acad. 2, 23, 73. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Cleanthes, qui Zenonem audivit una cum Aristone, tum ipsum mundum deum dicit esse, tum totius naturae menti atque animo tribuit hoc nomen, tum ultimum, omnia cingentem ardorem, qui aether nominetur, certissimum deum iudicat. Idemque in iis libris, quos scripsit contra voluptatem, tum fingit formam quandam et speciem deorum, tum divinitatem omnem tribuit astris, tum nihil ratione censet esse divinius. de Nat. D. 1, 14, 37. — Cleanthes quattuor de causis dixit in animis hominum informatas deorum esse notiones cet. de Nat. D. 2, 5, 13. Ibid. 3, 7, 16. — Quibus argumentis docuerit, quanta vis insit caloris in omni corpore. Ibid. 9, 24. Cfr. Ibid. 15, 40. — Zeno primus, post Clean-

thes, deinde Chrysippus magnam molestiam suscepit commenticiarum fabularum reddere rationem. de Nat. D. 3, 24, 63. — Locus de physica ratione fabularum a Zenone tractatus post a Cleanthe et Chrysippo pluribus verbis explicatus est. de Nat. D. 2, 24, 63 — Scripsit artem rhetoricam Cleanthes; Chrysippus etiam; sed sic, ut si quis obmutescere cupierit, nihil aliud legere debeat. de Finn. 4, 3, 7. — Cleanthes semina doctrinae de divinatione a Zenone sparsa paullo uberiora fecit. de Divin. 1, 3, 6. — Eius tabula, Voluptas cum Virtutibus ancillis, verbis depicta. de Finn. 2, 21, 69. — Sunt, qui unum officium consolantis putent, malum illud omnino non esse ostendere, ut Cleanthi placet. Tusc. 3, 31, 76. — Refutatus. Ibid. 32, 77. — Eam causam affert, cur se sol referat nec longius progrediatur solstitiali orbe itemque brumali, ne longius discedat a cibo. de Nat. D. 3, 14, 37. — Cleanthes quomodo reprehenderit Dionysium Heracleotam. Tuscul. 2, 25, 60. — A Cleanthe, doctore suo, multis rebus Chrysippus dissidet. Acad. 2, 47, 143. — Cleanthes, magister Chrysippi, qui ab illo in doctrina de fato aliquantum dissentiebat. de Fato 7, 14. — Cleanthis lucerna, i. e. doctrina Stoicorum. Varro LL. 5, 1. p. 20. Tuscul. 5, 37, 107.

Cleobis et Bito, Argiae sacerdotis filii; eorum pietas in matrem et mors. Tuscul. 1, 47, 112.

Cleombrotus, Lacedaemoniorum dux: is cum invidiam timens temere (Leuctris) cum Epaminonda conflixisset, Lacedaemoniorum opes corruerunt. de Off. 1, 24, 84.

Cleombrotus Ambraciota. Graeculi quidem multa fingunt: apud quos etiam Cleombrotum Ambraciotam ferunt se ex altissimo praecipitasse muro, non quo acerbitatis accepisset aliquid, sed cum Platonis librum de morte legisset. pro Scauro 2, 4. — In eum Callimachi epigramma est. (Ep. XXIV.) Tuscul. 1, 34, 84.

Cleomenes Lacedaemonius. de Nat. D. 3. Fragm. Ed. meae. p. 123.

Cleomenes Syracusanus: eius uxor Nice amata a Verre. Verr. Accusat. 5, 12, 31. — A Verre praepositus classi populi Romani. Verr. Accusat. 5, 31, 82. seqq. — Cleomenes et Aeschrio *κατ' εἰρωνείαν* Verris affines nominantur, quod ille eorum uxores nunquam alienas existimarat. Verr. Accusat. 2, 14, 36. Ibid. 21, 50.

Cleon, coriarius, Atheniensis, *δημαγωγός*, popularis homo improbus, laesus a Comoedia prisca (praesertim ab Aristophane in Equitibus). de Rep. 4, 10, 11. — Cleonem turbulentum illum quidem civem, sed tamen eloquentem constat fuisse. Brut. 7, 28.

Cleopatra, Aegypti regina. Reginae fuga mihi non molesta est. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 8, 1. — De regina velim atque etiam de Caesare illo (s. Caesarione). Ib. Ep. 20, [illegible] — Reginam odi. Me iure facere [illegible]. Sponsor promissorum eius Ammonius; quae quidem erant *φιλόλογα* et dignitatis meae, ut vel in contione dicere auderem cet. ad Att. 15, 15, 2. — Cum ea bellum gerit Ptolemaeus frater a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 103, 107. Eam, quae manserat in fide praesidiisque Caesaris, post victoriam reginam instituit. Bell. Alex. 33.

Cleophantus, medicus ignobilis, sed spectatus homo, venenum Cluentio porrigere recusat. pro Cluentio 16, 47.

Cleophantus. Varro Fr. p. 285 et 351. Bip.

Cleophon, popularis homo improbus, laesus a Comoedia prisca. de Rep. 4, 10, 11.

Clinias Cres inducitur in Platonis libris de Legibus. de Legg. 1, 5, 15.

Clinicus, Illyriae Rex. Varro Fragmm. p. 250. Bip.

Clisthenes Atheniensis, civis egregius, cum rebus timeret suis, Iunoni Samiae filiarum dotes credidit. de Legg. 2, 16, 41. — Opinio est et Pisistratum et paullo seniorem etiam Solonem posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. Brut. 7, 27. — Cfr. de Rep. 2, 1, 2.

Clitarchus (Alexandri M. comes:) non optimus historicus, quem unum tamen Sisenna imitatus est. de Legg. 1, 2, 7. — Clitarchus narrat apud Issum Dareum ab Alexandro esse superatum. ad Fam. 2, 10, 3. — Clitarchus et Stratocles ficta tradiderunt de Themistoclis morte. Brut. 11, 42.

Cliternini colei, ad Fam. 9, 22, 4. a Cliterno, Aequorum oppido.

Clitomachus Karthaginiensis cum Charmada et Aeschine caput Acade-

miae post Carneadem circa a. u. c. 645. de Or. 1, 11, 45. — Clitomachus usque ad senectutem cum Carneade fuit, homo et acutus, ut Poenus, et valde studiosus ac diligens. Quattuor eius libri sunt de sustinendis assensionibus. Acad. 2, 31, 98. — In eo industriae plurimum fuit; declarat multitudo librorum. Acad. 2, 6, 16. — Ei Philo operam multos annos dedit. Ibid. §. 17. — Clitomachus scribit Herculi quendam laborem exanclatum a Carneade, quod, ut feram et immanem beluam, sic ex animis nostris assensionem, id est, opinationem et temeritatem extraxisset. Acad. 2, 34, 108. — Legimus librum Clitomachi, quem ille eversa Karthagine misit consolandi causa ad captivos cives suos: in eo est disputatio scripta Carneadis, quam se ait in commentarium rettulisse. Cum ita positum esset, videri fore in aegritudine sapientem, patria capta, quae Carneades contra dixerit, scripta sunt. — Tuscul. 3, 22, 54. — Locus ex eius libro, quem ad C. Lucilium scripsit poëtam, cum scripsisset iisdem de rebus ad L. Censorinum. Acad. 2, 32, 102. — Clitomachus affirmabat nunquam se intelligere potuisse, quid Carneadi probaretur. Acad 2, 45, 139. — Carneadis de Clitomacho iudicium. Orat. 16, 51. (Vide Charmadas) — Ex eo faceta dicta A. Albini et Carneadis afferuntur. Acad. 2, 45, 137. — Clitomachus Carneadem scribit dicere solitum, nusquam se fortunatiorem quam Praeneste vidisse Fortunam. de Divin. 2, 41, 87. — „Clitomacho plus de Carneade, quam Philoni aut Metrodoro credo." Acad. 2, 21, 78. — Cfr. Tuscul. 5, 37, 107.

Clitorius lacus. Varro Fr. p. 367.

Clitus, dux Alexandri, ab eo interemptus. Tuscul. 4, 37, 79.

Clivus Cosconius, Publicius, Publius. Varro LL. 5, 37. p. 157.

Clodia gens eadem, quae Claudia. Sacra Clodiae gentis intereunt, quod in te est, P. Clodi, (ex quo scil. ad plebem transisti. Pro domo 13, 34. — Notat Borghesius in *Giornale Arcadico* 1825. p 101. recentiorem esse scribendi rationem Clodius pro Claudius, eamque a Marcellis nunquam usurpatam.

Clodia gens ironice vocantur operae P. Clodii. pro Sestio 38, 81. ad Q. Fr. 2, 13, 2.

Clódia. (Velim me facias certiorem), num Clodia D. Bruto consulari, filio suo, mortuo vixerit. ad Att. 12, 22, 2. — Consul fuit D. Iunius Brutus Gallaicus a. u. c. 616., alius D. Iunius Brutus cum Mamerco Aemilio Lepido a. u. c. 676. Incertum igitur, utrius Clodia mater fuerit; probabilius autem de priore, illustriore. Praeterea de consule a. 676. Cicero ipse hoc facilius meminisse poterat, quam de priore, de cuius matre inspiciendum erat stemma aliquod vel laudatio funebris, cuiusmodi *γενεαλογιῶν* colligendarum in primis studiosus erat Atticus.

Clodia s. Claudia, P. Clodii soror, Q. Metelli Celeris uxor. (a. u. c. 692.) ad Fam. 5, 2, 6. — Palatina Medea. pro Caelio 8, 18. — Mulier non solum nobilis, sed etiam nota. Ibid. 13, 31. — Uxor Q. Metelli Celeris. Ibid. 14, 34. — Quem veneno necasse tecte insimulatur. Ibid. 24, 60. Eam ob causam Caelius *quadrantariam Clytaemnestram* eam dixit. Quintil. 8, 6, 53. ibique Spalding. — Salse deridetur passim per totam Caelianam. v. c. 15, 36. cet. — Obliviscor iam iniurias tuas, Clodia, depono memoriam doloris mei: quae abs te crudeliter in meos me absente facta sunt, negligo. Ibid. 20, 50. — Clodia, P. Clodii soror; ea est seditiosa; ea cum viro bellum gerit, neque solum cum Metello (Q. Metello consule), sed etiam cum Fadio, quod eos mihi esse amicos moleste fert. ad Att. 2, 1, 5. — Falsa scripsit de Pompeio (a. u. c. 705). ad Att. 9, 9, 2. — Clodia *βοῶπις* vocatur ad Att. 2, 9, 1. Ibid. 12, 2. Ibid. 14, 1. Ibid. 22, 5. — Versus obscoenissimi in Clodium et Clodiam dicti. ad Q. Fr. 2, 3, 2. — Eam veteres litterae tradunt studiosam fuisse saltandi profusius et immoderatius quam matronam deceret. Schol. Bob pro Sestio p. 301.

Clodia, socrus L. Metelli, tribuni pl. a. u. c. 705. ad Att. 9, 6, 3.

Clodia (a. u. c. 709). ad Att. 12, 38, 4. Ib. 42, 1. Ib. 47, 2. — Clodia quid egerit (a. u. c. 710), scribas ad me velim. ad Att. 14, 8, 1. Erat mulier copiosa. — Huius Clodiae fundum quendam Cicero emere cogitabat ad fanum Tulliae extruendum.

Clodianus ad Att. 1, 19, 2. est Cn. Cornelius Lentulus Clodianus consul a. u. c. 682. cum L. Gellio Poplicola.

Clodius: nomen. de Inv. 2, 9, 28.

Clodius „nescio quis." Fragmm. p. 464.

Clodius, Caesarianus. ad Att. 10, 8, 3. Vide A. Clodius. (1.)

Clodius Patavinus. a. u. c. 709. ad Att. 12, 44, 4.

Clodius Hermogenes libertus a. u. c. 709. ad Att. 13, 24.

Clodius Philhetaerus, libertus, „homo fidelis." (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 4, 6.

A. Clodius. Vide: A. Claudius.

A. Clodius, familiaris Caesaris et Scipionis Metelli. Eum Caesar cum mandatis de compositione frustra mittit ad Scipionem a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 57. — Videtur idem, qui ad Att. 10, 8, 3. simpliciter *Clodius*. (al. *Cloelius*.)

A. Clodius; antequam civis Romanus fieret, Apollonius, Niconis F., Drepanitanus. Verr. Accusat. 4, 17, 37.

C. Clodius, Publii frater. ad Att. 3, 17, 1. Vide C. Claudius.

C. Clodius, comes P. Clodii. pro Milone 17, 46. — C. Clodius, plebeius, comes P. Clodii in ultimo eius itinere. Ascon. in Mil. p. 33.

C. Clodius Philo, Halesinus, commendatur Acilio. ad Fam. 13, 32, 1.

L. Clodius, praefectus fabrum Appii Claudii Pulchri. ad Fam. 3, 4, 1. Ibid. 5, 3. Ibid. 6, 2. Ibid. 8, 7. — Idem videtur, qui memoratur ad Att. 12, 30, 1. — De eodem illud intelligendum: Clodium nihil arbitror malitiose: quamquam . . . ad Att. 15, 13, 3. — L. Clodius, tribunus pl. designatus (a. u. c. 711.) valde me diligit, vel, ut ἐμφατικώτερον dicam, valde me amat. Pseudocic. ad Brut. 1, 1. — Auctus Antonii beneficio. Ibid. — Hunc L. Clodium Borghesius in *Giornale Arcadico* 1825. p. 102. eundem putat cum (L.) Clodio Bithynico, a militibus suis occiso a. u. c. 714. Appian. B. C. 5, 49.

L. Clodius, grammaticus. Schol. Bob. pro Archia p. 357.

L. Clodius, Anconitanus, pharmacopola circumforaneus, Appianici instinctu venenum dat eius socrui, Dinaeae. pro Cluentio 14, 40.

M. Clodius Archaga[...]us [...] commendatur Acilio. [a]d Fam. 1[3], 32, 1.

P. Clodius consul cum L. Iunio a. u. c. 505. de Divin. 2, 8, 20. Vide P. Claudius Pulcher.

(P.) Clodius Licinus, Gellius, Asellio successere L. Caelio Antipatro; nihil ad eum; sed potius ad antiquorum languorem atque inscitiam. de Legg. 1, 2, 6. — Publii praenomen haud nimis certum est. Apud Appianum R. Celt. Fragm. 3. ὡς ἐν χρονικαῖς συντάξεσιν δοκεῖ Παύλῳ τῷ Κλαυδίῳ, in quo sane latet error. Ciceroni l. l. et Plutarcho in Numa c. 1. simpliciter est *Clodius*; Livio autem 29, 22. *Clodius Licinus* sine praenom., ubi eius narratio de Pleminio ex „libro tertio rerum Romanarum" affertur. Cfr. Krause Vitae et Fragmm. vett. hist. Roman. p. 213. Perizon. Animadvv. hist. p. 349.

P. Clodius Appii F. Pulcher: a piratis captus. Dio Cass. 35, 17. — Repetundarum accusavit L. Catilinam a. u. c. 689. Ascon. in tog. cand. p. 85. — Catilina lege repetundarum absolutus accusante P. Clodio. Ascon. in Pison. p. 10. — P. Clodius Catilinam repetundarum reum fecit. Ascon. in Cornel. p. 66. — P. Clodium Appii F. (cum esset quaestor designatus: Ascon. in Milon. p. 52.) credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Caesaris, cum pro populo fieret, eumque per manus servulae servatum et eductum. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 12, 3. Ibid. 13, 3. Ibid. 14, 1. — Emissus, cum stuprum Bonae Deae pulvinaribus intulisset. in Pison. 39, 95. — Contiones miseras habebat, in quibus Lucullum, Hortensium, C. Pisonem, Messalam consulem contumeliose laedebat: me tantum „comperisse omnia" criminabatur. ad Att. 1, 14, 5. — Iudicium Clodianum a M. Crasso corruptum. Ibid. 16. per totam epistolam. — Ciceronis cum eo altercatio. Ibid. §. 9. — Emptum constupratumque iudicium. Ibid. 18, 3. — C. Herennius, tribunus pl., P. Clodium ad plebem traduxit. (a. u. c. 694.) Ibid. §. 4. — Pulchellus iam non simulat, sed plane tribunus pl. fieri cupit. Ibid. Lib. 2, 1, 5. — Iam familiariter cum ipso etiam cavillor. Ibid. — Clodius ergo ad Tigranem? Facile patior; (a. u.

c. 695.) Ibid. 4, 2. — Sacerdos Bonae Deae. (κατ' εἰρωνείαν.) Ibid. Cfr. ibid. 7, 2. — Subcontumeliose tractatur; ne in viginti quidem viris esse potuit: deinde alia legatio dicta erat, alia data est. Ibid. §. 3. — Nebulo. Ibid. 9, 1. — Negent illi Publium plebeium factum esse! Hoc vero regnum est et ferri nullo pacto potest. Ibid. 12, 1. — Si diem nobis [Clodius] dixerit, tota Italia concurret, ut multiplicata gloria discedamus: sin autem vi agere conabitur, spero fore studiis non solum amicorum, sed etiam alienorum, ut vi resistamus. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — P. Clodius adoptatus a Fonteio, imberbi adolescente. Pro domo 13, 34 et 35. — In eo adoptando Cn. Pompeius augur fuit. ad Att. 8, 3, 3. — Tribunatum pl. petit a. u. c. 695. et inimicissimus quidem Caesaris. ad Att. 2, 12, 2. Ibid. 15, 2. — Pudor Pulchelli, (ironice.) Ibid. 18, 3. — Minae Clodii contentionesque, quae mihi proponuntur, modice me tangunt. Ibid. 19, 1. Ibid. §. 4. — Clodius adhuc mihi denuntiat periculum: Pompeius affirmat non esse periculum cet. Ibid. 20, 2. — Mihi periculosum est (hoc) credere; ad resistendum me paro. Ibid. 21, 5. — Volitat, furit, nihil habet certi; multis denuntiat; quod fors obtulerit, id acturus videtur. - - Nobis autem ipsis cum vim, tum iudicium minatur. Ibid. 22, 1. — Non mediocres terrores iacit atque denuntiat; et Sampsiceramo (Pompeio) negat, ceteris prae se fert et ostendit. Ibid. 23, 3. — Caput legis Clodiae (a. u. c. 696.) Ibid. 3, 15, 6. — Ita sanxit, ut vix aut omnino non posset nec per senatum nec per populum infirmari sua lex. Ibid. 23, 2. — Turbae ab eo concitatae post reditum Ciceronis. Ibid. 4, 1, 6. — Quomodo in senatu se gesserit, cum ageretur de Ciceronis domo restituenda. Ibid. 2, 4. — Q. fratris domus a. d. III. Non. Novembr. (a. u. c. 697.) inflammata iussu Clodii. Ibid. 3, 2. — Desertus a suis, vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet; servorum consiliis utitur. Ibid. — Impetum in Ciceronem ipsum fecit a. d. III. Idus Nov. Ibid. §. 3. — Milonis cum eo contentiones: „Clodium occisum iri ab ipso Milone video." Ibid. §. 5. — In causa Sufenatis et C. Catonis (a. u. c. 700.) sane diserto epilogo criminans mentes iudicum movit. Ibid. 15, 4. — P. Clodius insidiatus est Cn. Pompeio a. u. c. 696. Ascon. in Milon. p. 47. — Tigranis filium emisit. Ibid. — P. Clodius furibundus homo ac perditus tribunus pl. Cn. Pompeium terruit; legum sacratarum catenis lege curiata solutus a C. Iulio Caesare consule. pro Sestio 7, 15. seqq. Ibid. 17, 39. — Leges perniciosae ab eo latae. Ibid. 25, 55. — P. Clodius, tribunus pl., lege lata restituit collegia, sublata anno u. c. 690. Ascon. in Pison. p. 8. — Fuit inter leges P. Clodii, quas ferre proposuerat, ea quoque, qua libertini, qui non nisi in urbanis tribubus suffragium ferebant, possent in rusticis quoque tribubus, quae propriae ingenuorum sunt, ferre. Ascon. in Milon. p. 52. — Clodianarum legum fuit et haec, ne liceret censori praeterire aliquem in senatu recitando nisi eum, quem damnatum esse constaret. Schol. Bob. pro Sestio p. 300. — Anno suo Publius frumentariam legem tulit, ut gratuito populus acciperet. Ib. p. 301. — P. Clodius, tribunus pl. (a. u. c. 696.), quattuor leges perniciosas populo Romano tulit: annonianam (annonariam), ut frumentum populo, quod antea semissibus aeris ac trientibus in singulos modios dabatur, gratis daretur; alteram, ne quis per eos dies, quibus cum populo agi liceret, de caelo servaret; tertiam de collegiis restituendis novisque instituendis; quartam, ne quem censores in senatu legendo praeterirent neve qua ignominia afficerent, nisi qui apud eos accusatus et utriusque censoris sententia damnatus esset. Ascon. in Pison. p. 9. — A P. Clodio, fatali portento prodigioque rei publicae, lex Aelia et Fufia eversa est, propugnacula murique tranquillitatis atque otii, cet. (a. u. c. 696.) in Pison. 4, 9. — Quae L. Catilinam conantem consul prohibui, ea P. Clodium facientem consules (Piso et Gabinius a. u. c. 696.) adiuverunt. Ibid. 7, 15. — Intimus erat in tribunatu Clodio M. Antonius; eius omnium incendiorum fax. Philipp. 2, 19, 48. — Postea P. Clodium, approbante populo Romano, in foro est conatus occidere. Ibid 20, 49. — P. Clodius lege nefaria Ptolemaeum, regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, causa incognita publicavit,

atque eius pecuniae deportandae et, si quis suum defenderet, bello gerendo M. Catonem praefecit. Pro domo 8, 20. Ibid. 20, 52. Dio Cass. 38, 30. Velleius 2, 45. — Eius flagitia et scelera enumerantur de Harusp. resp. 20, 42. seqq. — Capite velato, contione advocata, foculo posito, bona sui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum Persarumque donarat, consecravit. Pro domo 47, 124. — P. Clodius Licentiae potius quam Libertatis templum exaedificavit in area domus Tullianae. de Legg. 2, 17, 42. — Exercitum C. Caesaris in curiam se immissurum minitabatur; Cn. Pompeio adiutore, M. Crasso auctore, quae faciebat facere clamabat. de Harusp. resp. 22, 47. — Etiam privatus eadem manu poterit contiones concitare. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 4, 3. — Clodiana incendia, trucidationes, lapidationes. Ibid. 2, 1, 2 et 3. — P. Clodius, pestis illius anni (a. u. c. 696.), furia patriae, tempestas rei publicae, appellatus a P. Vatinio, ne causam diceret. in Vatinium 12, 33. Ibid. 15, 36. — P. Clodius, inimicus meus — meus autem? immo vero legum iudiciorum, otii patriae, bonorum omnium. ad Fam. 1, 9, 10. — Illa furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam Deam, quam tres sorores, impunitatem corruptorum iudicum sententiis assecutus. Ibid. §. 15. — P. Clodius, aedilis curulis a. u. c. 698., diem dixit et accusavit de vi Milonem. pro Sestio 44, 95. — De eius levitate et imbecillitate (a. u. c. 698.) P. Lentulus Spinther gratulabatur Ciceroni. ad Fam. 1, 7, 7. — Eius oratio contra Pompeium a. d. VIII. Id. Febr. a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 2. — Praeturam petit. Fragmm. p. 456. — P. Clodius (a. u. c. 699.) cupit legationem aliquam, si minus per senatum, per populum, liberam aut Byzantium aut ad Brogitarum aut utrumque. Plena res nummorum. ad Q. Fr. 2, 9, 2. — De Clodii ad Caesarem litteris: in quo Caesaris consilium probo, quod tibi amantissime petenti veniam non dedit, ut ullum ad illam furiam verbum rescriberet. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11. — P. Clodius Pulcher defendit M. Scaurum a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 20. — Inter eius Canes numeratur L. Gavius. ad Att. 6, 3, 6. — Quis, meum consulatum qui vituperaret, praeter Clodium inventus est? Philipp. 2, 5, 11. — Eius mors. Ibid. 9. 21. — In eum invehitur per totam Milonianam. In Appia via ornatissimum equitem Romanum M. Papirium occidit; in templo Castoris servum ad interficiendum Cn. Pompeium collocavit. pro Milone 7, 18. — Quomodo praeturam gerere decreverit. Ibid. 9, 24. — Quomodo Milonem in petitione consulatus impedire tentarit. Ibid. §. 25. seqq. — Quomodo (a. u. c. 702.) occisus in Appia via a Milonis servis. Ibid. 10, 27. seqq. — Reus Milonis lege Plotia fuit Clodius, quoad vixit. Ibid. 13, 35. — Eius caedes vocatur ironice Bovillana pugna. ad Att. 5, 13, 1. Leuctrica pugna: ad Att. 6, 1, 26. — Eius caedes. Schol. Bob. pro Milone p. 275. — P. Clodius quo significatu *frater* Q. Metelli Celeris dicatur. pro Caelio 24, 60. Pseudocic. post reditum in sen. 10, 25. Scilicet erant proprie consobrini. Vide Ed. meam minorem Caelianae. Pro domo 3, 7. Ibid. 5, 13. — Quod mihi odium cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciosum patriae civem fore putabam, qui turpissima libidine incensus duas res sanctissimas, religionem et pudicitiam, uno scelere violasset? de prov. cons. 10, 24. — Cfr. ib. 17, 42. Ib. 19, 46. — Ib. 27, 70. — Acriter in eum invehitur de Legg. 3, 9, 21. Ib. 11, 25. — Tangitur item de Legg. 2, 14, 36. — P. Clodius, perniciosus civis, sceleratus, libidinosus, impius, audax, facinorosus. Philipp. 8, 5, 16. — Clodii satellites eum felicem Catilinam nominabant. Pro domo 27, 72. — Declamatiuncula in eum. Parad. 4, 1, 27. seqq. — Vide etiam fragmenta orationis in P. Clodium et C. Curionem. — De Off. 2, 17, 58. — In eum invehitur Orator pro domo 2, 3. seqq. — Cfr. Schol. Bob. in Clodium p. 329. seqq. in or. de aere al. Mil. p. 341. seqq. — Contendi cum P. Clodio, cum ego publicam causam, ille suam defenderet. Nostras concertationes res publica diiudicavit. Si viveret, mihi cum illo nulla contentio iam maneret. ad Att. 14, 13. B., 4.

P. Clodius, P. F. Pulcher (minor.) Voles P. Clodium, optima in spe repositum puerum, existimare non te insectatum esse, cum potueris, amicos paternos (Sex. Clodium.) Antonius ad Ciceronem in Ep. ad Att. 14, 13.

A., 2. — De puero Clodio tuas (Antoni) partes esse arbitror, ut eius animum tenerum iis opinionibus imbuas, ut ne quas inimicitias residere in familiis nostris arbitretur. Cic. ad Antonium. Ib. Ep. B., 4.

P. Clodius subscriptor L. Atratini in M. Caelium, diversus a tribuno pl., fortasse e familia plebeia. — P. Clodius, amicus meus, cum se gravissime vehementissimeque iactaret et omnia inflammatus ageret tristissimis verbis, voce maxima, tametsi probabam eius eloquentiam, tamen non pertimescebam. Aliquot enim in causis eum videram frustra litigantem. pro Caelio 11, 27.

Ser. Clodius s. Claudius, eques Romanus, frater (patruelis) L. Papirii Paeti. — Servius frater tuus (Paete), quem litteratissimum fuisse iudico, facile dicebat: „hic versus Plauti non est, hic est": quod tritas aures haberet notandis generibus poëtarum et consuetudine legendi. ad Fam. 9, 16, 4. cfr. ad Att. 1, 20, 7. Ibid. 2, 1, 12. cfr. Sueton. Gramm. C. 2. Varro Fr. p. 355. Bip.

Sex. Clodius, „cui nomen est Phormio, nec minus niger nec minus confidens quam ille Terentianus est Phormio", testis in causa A. Caecinae. pro Caecina 10, 27.

Sex. Clodius, rhetor, cliens Clodiorum patriciorum. Is absolutus est, quem vos per biennium (696—698) aut ministrum seditionis aut ducem vidistis - - hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis, ore, lingua, manu, vita omni inquinatum cet. pro Caelio 32, 78. — Ad Att. 2, 12, 2. vocatur Athenio, quia fuit dux servorum Romae tumultuantium, ut Athenio fugitivorum. — Homo impurus. in Pison. 4, 8. Ibid. 10, 23. — Unum accidit imprudentia Milonis incommode, de Sexto Clodio: quem neque hoc tempore neque ab imbecillis accusatoribus mihi placuit accusari. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 6. — Sex. Clodius dicebat P. Vatinium proscriptionis Ciceronis tabulam esse, se scriptorem. pro Sestio 64, 133. — Sex. Clodius, familiarissimus P. Clodii et operarum Clodianarum dux cet. Ascon. in Pison. p. 8. — Heluo spurcissimus, praegustator libidinum P. Clodii, qui ei omnes provincias frumentarias tradidit lege de annona. (?) Orator pro domo 10, 25. — Scriptor legum P. Clodii. Ibid. 31, 83. — De Harusp. resp. 6, 11. Ibid. 27, 59. — P. Clodii cruentum cadaver eiecit domo, in publicum abiecit; spoliatum imaginibus, exsequiis, pompa, laudatione, infelicissimis lignis semiustulatum, nocturnis canibus dilaniandum reliquit. pro Milone 13, 33. — P. Clodius mortuus, uno ex suis satellitibus Sex. Clodio duce; curiam incendit. Ibid. 33, 90. — Sex Clodius scriba. Eo duce populus corpus P. Clodii in curiam intulit cremavitque. Ascon. in Mil. p. 34. 46. 48. — Accusantibus C. Cesennio Philone et M. Aufidio damnatus est a. u. c. 702. Ibid. p. 55. — De eius restitutione cum Cicerone agit M. Antonius (a. u. c. 710). ad Att. 14, 13. A. et B. Ib. Ep. 14, 2. Ib. Ep. 19, 2.

Sex. Clodius; e Sicilia, Latinae simul Graecaeque eloquentiae professor. Suet. Rhetor. 5. — Vereor, ne lepore te suo detineat diutius rhetor Clodius. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 15, 2. — Sex. Clodius, magister Antonii, ex oratore arator factus cet. Philipp. 3, 9, 22. — Ei duo milia iugerum campi Leontini assignavit M. Antonius et quidem immunia, ut populi Romani tanta mercede nihil sapere disceret. Philipp. 2, 17, 43. — Hic fortasse est Sex. Clodius, cuius librum sextum de diis Graecum memorat Arnobius 5, 18. (Lactant. Instt. 1, 22.) E Commentariis eiusdem, ut videtur, nonnulla affert Servius ad Aen. 1, 52. et 176. Item 2, 229. Cfr. Krause Vit. et Fragmm. vett. hist. Roman. p. 215.

T. Cloelius (al. Caelius, Caecilius) Tarracinensis (circa a. u. c. 670.), cum coenatus cubitum in idem conclave cum duobus adolescentibus filiis isset, inventus est mane iugulatus: filii tamen, cum parricidii rei facti essent, iudicio absoluti et suspicione omni liberati sunt. pro Sex. Roscio 23, 64.

Clotho, Lachesis, Atropos, fatalis necessitas est in triade. Eulogius p. 405.

Cluatius, architectus. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 18, 1. Ib. Ep. 36, 2. Manutio architectus videtur, qui Ciceroni formam fani descripserat, quo Tullia consecraretur.

Cluentia, A. Cluentii Habiti, quem Cicero defendit, soror, nupta A. Aurio Melino, consobrino. pro Cluentio 5, 11. — Ab eo, propter Sassiae matris flagitia, discedit. Ibid. §. 13. — Uxor

Oppianici, ab eo veneno interfecta. Ibid. 10, 30.

A. Cluentius Habitus pater; homo non solum municipii Larinatis, ex quo erat, sed etiam regionis illius et vicinitatis virtute, existimatione, nobilitate facile princeps; mortuus Sulla et Pompeio Coss. (a. u. c. 666.) pro Cluentio 5, 11.

A. Cluentius Habitus, filius, a Cicerone defensus, per totam Cluentianam. „*Habiti* cognomen olim in omnibus Edd. sine ulla suspicione volgabatur. Primus Lambinus magno Cuiacio morem gessit, qui ad Paulli S. R. III. tit. 4. librariorum errore illud, ubicunque appareret, natum esse contendit, et antiquam, quae illi videbatur, formam, *Avitus* ex Florentino Pandectarum (l. 39. D. de poenis XLVIII. 19.) codice restituendum censuit. — Sed ibi *Abitus* legitur. — Nobis necessario illa nominis forma reducenda videbatur, quam per totam orationem longe plerique et praestantissimi Codd. exhibent, quamque Quintiliani libri ad unum omnes pluribus locis constanter tuentur: cfr. Lib. 4, 2, 16.; 5, 10, 68. *Habitus*, ut *Ambustus*, *Potitus*, *Novatus*, *Tacitus*. — Errorem summi viri nimis diu propagatum primus notavit Niebuhr *Mus. Rhen.* 1. 3. p. 223." — Classen p. 145. Cfr. Victorii Var. Lectt. 27, 2. Spalding. ad Quintil. 11, 1, 61. p. 261. — Eius contentiones cum Oppianico pro Cluentio 15, 44. — A. Cluentius accusatus a T. Accio Pisaurensi, a Cicerone defensus. Brut. 78, 271. Orat. 29, 103. — Cicero se tenebras offudisse iudicibus in causa Cluentii gloriatus est. Fragmm. p. 581. Pseudoascon. in Act. I. in Verr. p. 141. — Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 395.

Num. Cluentius, eques Romanus, adolescens pudentissimus et in primis honestus, A. Cluentii sororis filius. pro Cluentio 60, 165.

Tullus Cluilius, legatus populi Romani, interemptus a Larte Tolumnio, Veientium rege. Philipp. 9, 2, 4 et 5.

Clupeani fugitivi et Domitius in Africa a Cn. Pompeio oppressi. Schol. Bob. pro Sestio p. 307. Schol. Gronov. ad Manil. p. 441. — A Clupea (Bell. Afric. 2.) aliis Clypea et Aspide, Africae oppido.

C. Clusinus, centurio, a Caesare ignominiae causa ab exercitu remotus a. u. c. 707. Bell. Afric. 54.

Clusium, Etruriae oppidum, hodie *Chiusi*. Ibi sepulcrum Porsenae. Varro Fr. p. 337. Bip.

Clutidae. Vide Clytidae.

Cluvius: ei negotium agrorum assignandorum in Gallia Cisalpina datum erat a. u. c. 709. — Epistola ad eum, qua ei commendatur municipium Atellanum. ad Fam. 13, 7. — Diversus hic videtur a M. Cluvio Puteolano. Cluvius autem hic ex sententia Philippi a Turre idem est cum C. Cluvio commemorato in Laudatione funebri temporis Augustei apud Fabrettum p. 168, 323. Marinium *Iscrizioni Albane* p. 136. et in meis Inscriptt. Latinis N. 4859.

C. Cluvius, eques Ro., iudex in causa C. Fannii Chaereae petitoris et Q. Flavii rei circa a. u. c. 677. pro Roscio Com. 14, 41.

M. Cluvius Puteolanus: de eo optime existimabat Cicero. ad Att. 6, 2, 3. — Commendatur Thermo a. u. c. 703. ad Fam. 13, 56, 1. — Heredem scribit Ciceronem cum aliis. Hinc cretio hereditatis Cluvianae (709). ad Att. 13, 46, 3. Ib. Lib. 14, 9, 1.

Tullus Cluvius. Philipp. 9, 2, 5. falsa lectio pro: Tullus Cluilius, ubi vide.

Clytaemnestra, Agamemnonis uxor. Her. 1, 10, 17. Ibid. 1, 16, 26. de Inv. 1, 13, 18. Ibid. 1, 22, 31. Victorinus 1. p. 54. 64. Iulius Victor p. 240.

Clytaemnestra, Accii fabula. de Off. 1, 31, 114. et ad Fam. 7, 1, 2.

Clytidae s. Clutidae, familia in Elide haruspicinae nobilitate praestans. de Divin. 1, 41, 91. Herodot. 9, 33.

Cnidii, incolae Cnidi, urbis Cariae. Quid arbitramini Cnidios merere velle, ut amittant Venerem marmoream? Verr. Accusat. 4, 60, 135.

Cnidus, Colophon, Samus a praedonibus Ciliciensibus captae. pro lege Manilia 12, 33.

Cnosii, incolae urbis Cnosi in Creta. Eorum cupresseta in Platonis Legibus. de Legg. 1, 5, 15.

Coa (adiect.) insula: navibus vindemiam condimus (nunc nos Romani) ex insula Coa et Chia. Varro RR. 2. Praef. 3.

Cobiamachus, vicus inter Tolosam et Narbonem. pro Fonteio 5, 9. Hodie

Caunes. Rectior scriptura videtur *Cobiamachus* quam *Cobiomachus*.

Cocceius (a. u. c. 710). ad Att. 12, 13, 2. Ib. Ep. 19, 2. Ib. 16, 15, 5. Ab eo Cicero videtur mutuam sumere voluisse pecuniam. Manutius putabat eum Ciceroni pecuniam debuisse. Ernestio videtur esse is, qui deinde M. Antonii triumviri quaestor et legatus pro quaestore fuit, auctor pacis inter Antonium et Octavianum, de quo Appianus B. C. 5, 60—64. Praenomen eius apud Appianum est Lucius, in nummo apud Valentem de Num. Fam. T. 1. p. 288. Havercamp. Thes. Morel. 2. p. 100. Marcus.

Cocles. Vide Horatius Cocles.

Coclites apud Ennium, Arimaspi, unoculi. Varro LL. 7, 3. p. 352.

Coctia lex. Vocabulum corruptum. ad Att. 4, 16, 14. (al. *Cincia*, *Plotia*, *Coelia*.)

Coctius (fortasse corruptum e Cocceius, ut visum est Corrado). ad Fam. 9, 4.

Cocytus, fluvius apud inferos; eius fremitus. Tuscul. 1, 5, 10. de Nat. D. 3, 7, 43.

Codrus, Atheniensium rex, se in medios immisit hostes, veste famulari, ne posset agnosci, si esset ornatu regio; quod oraculum erat datum, si rex interfectus esset, victrices Athenas fore. Tuscul. 1, 48, 116. — Codrus, qui pugnans pro patriae libertate cecidit, num ideo deus? de Nat. D. 3, 19, 49. — Quis urbis conservatorem Codrum non maxime laudat? de Finn. 5, 22, 62.

Coi. Quid arbitramini Coos mercre velle, ut amittant pictam Venerem (τὴν Ἀναδυομένην, Apellis Coi opus). Verr. Accusat. 4, 60, 135. Eorum patria Cos insula.

Colchi. Colchis Aeetes et Circe a Sole quinto procreati. de Nat. D. 3, 21, 54. — Colchorum auratus aries. Orat. 49, 163. — Colchorum copiae ad Pompeium adductae. ad Att. 9, 9, 2. Ibid. 9, 10, 3. Herenn. 2, 22, 34.

Collatia, oppidum Latii non procul ab urbe Roma. de lege agr. 2, 35, 96.

Collatinus. Vide Tarquinius.

Collina porta: extra eam Honoris aedes. de Legg. 2, 23, 58.

Collina regio. Varro LL. 5, 8. p. 51.

Collina tribus. Collinam novam delectu perditissimorum civium conscribebat P. Clodius. pro Milone 9, 25.

Coloneus locus s. collis prope Athenas. Eius incola Sophocles. de Finn. 5, 1, 3.

Coloniae item conditae, ut Roma. Varro LL. 5, 32. p. 135.

Colophon (urbs Ioniae celebris, patria Nicandri poëtae). Cnidus, Samus a praedonibus Ciliciensibus captae. pro lege Manilia 12, 33.

Colophonii. ad Fam. 13, 69, 2. — Colophonii Homerum civem esse dicunt suum. pro Archia 8, 19.

Colotes inter Epicuri auditores famosior et loquacitate notabilior. de Rep. 6, 7, 7. Est is, adversus quem scripsit Plutarchus. Eius reliquiae extant in papyris Herculaneis nuper evolutis.

Comana, vetustissimum et sanctissimum in Cappadocia Bellonae templum, quod tanta religione colitur, ut sacerdos eius deae maiestate, imperio, potentia secundus a rege consensu gentis illius habeatur. Bell. Alex. 66.

Comensis ad Att. 5, 11, 2. a Como s. Novocomo, colonia Transpadana Galliae Cisalpinae.

Comici aliquot versiculi fortasse ex Caecilii Statii vel Novii deperditis fabulis. de Or. 2, 67, 274. — Comoediarum incertarum fragmenta. ad Her. 1, 10, 14. de Or. 3, 58, 219. Orat. 49, 166. Topic. 13, 55. pro Caelio 15, 36. ad Fam. 3, 8, 8. — Comici ignoti versiculi. ad Att. 13, 23, 3. — Comici senes, annorum LXV. Varro Fr. p. 368. Bip.

P. et L. Cominii, equites Romani, honesti homines et diserti, accusaverunt Staienum. pro Cluentio 36, 99. — P. et C. (?) Cominii fratres reum C. Cornelium tribunicium lege Cornelia de maiestate fecerunt a. u. c. 688. Ascon. in Cornel. p. 59. — Extat oratio P. Cominii, quam sumere in manum est aliquod operae pretium etiam propter semet ipsam. Ibid. p. 62.

P. Cominius Spoletinus, eques Romanus, quo accusante Cicero defendit C. Cornelium; in eo et compositum dicendi genus et acre et expeditum fuit. Brut. 78, 271. Cornel. 1. Fragm. 1. p. 448. Ibid. Fragmm. 46 et 54. p. 452.

Postumus Cominius Auruncus cos. cum Sp. Cassio Viscellino a. u. c. 261.; quibus coss. plebs montem Sacrum prius, deinde Aventinum occupavit. de Rep. 2, 33, 57.

Q. Cominius et L. Ticida, equites Ro. Caesariani, a. u. c. 707. a C. Virgilio Pompeiano capti sunt. Bell. Afric. 44. — Eos ob negligentiam ignominiae causa dimittendos ab exercitu gravissimumque in eos edictum proponendum curavit Caesar. Ib. 46.

Sex. Cominius, eques Romanus. Eum C. Verres de convivio in vincla atque in tenebras abripi iussit. Verr. Accusat. 4, 10, 24.

Comitiales dies. Varro LL. 6, 4. p. 210.

Comitium: eo coibant comitiis curiatis et litium causa. Varro LL. 5, 32. p. 154.

Commagene, pars Syriae, Amano monti et Euphrati interiecta. ad Fam. 8, 10, 1.

Commagenus ad Q. Fr. 2, 12, 2. est Antiochus II. Commagenes rex. (a. u. c. 700.) Idem commemoratur ad Fam. 15, 4, 3. (a. u. c. 703.) Cfr. Visconti Iconogr. Gr. Ed. Mediol. Vol. 2. p. 348.

Commentarii Consulares. Varro LL. 6, 9. p. 265.

Commoris vicus vel castellum Ciliciae ad montem Amanum. ad Fam. 15, 4, 9.

Commotiae Lymphae ad lacum Cutiliensem. Varro LL. 5, 10. p. 77.

Comoedia prisca Athenis: laesit non solum populares homines improbos, sed etiam Periclem. de Rep. 4, 10, 11.

Compitalia, dies conceptivus, attributus Laribus. Varro LL. 6, 3. p. 206. ad Att. 2, 3, 3. — Compitaliorum dies a. u. c. 686. vel 690. in Kalendas Ianuarias incidit. in Pison. 4, 8. — Compitalitii ludi sublati a Q. Metello Celere consule (designato) a. u. c. 693. Ascon. in Pison. p. 8. — Compitalitius ludus, a L. Calpurnio Pisone factus contra auctoritatem senatus. in Pison. 4, 8.

Compsani. Vide Consani.

Concordia dea. de Nat. D. 2, 23, 61. Ibid. 31, 79. de Nat. D. 3, 18, 47. — Concordiae aedes. in Catil. 3, 9, 21. Varro LL. 5, 32. p. 155.

Concus (nomen corruptum), homo curiosus et diligens eruendae vetustatis. Schol. Bob. pro Plancio p. 264. (Edd. Ciceronis (Cassius) Longinus, ubi vide.)

Condalium Plauti. Varro LL. 7, 4. p. 356.

Confluens Rhodanus. ad Fam. 10, 34, 1. Videtur corruptum pro: *Confluens ad Rhodanum* vel: *Confluens Araris et Rhodani* Inscr. mear. Lat. N. 660 et 4018.

Connus, nobilissimus fidicen, Socratem fidibus docuit. ad Fam. 9, 22, 3.

Conon Atheniensis. Eius pater Timotheus. ad Att. 6, 5, 2. — Praestantissimus imperator. de Or. 3, 34, 139. — Timotheus, Cononis filius, cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit. de Off. 1, 32, 116.

Consani vel **Compsani**, incolae Compsae, Hirpinorum urbis, hodie *Conza*. Verr. Accusat. 5, 61, 158., ubi alii male *Cosano municipe*, a Cosa, Etruriae oppido.

Consentes Dii XII. partim urbani, quorum imagines ad forum auratae stant; partim agricolarum duces. Varro RR. 1, 1, 4. Varro LL. 8, 38. p. 444.

Consentini, incolae oppidi Consentiae in mediterranea Bruttiorum. de Finn. 1, 3, 7.

Consentinus ager habet malos biferas. Varro RR. 1, 7, 6.

C. Considius Longus, propraetor Africae, paullo ante bellum civile inter Caesarem et Pompeium a. u. c. 704. vel initio a. 705. decedens provincia Ligarium provinciae praefecit. pro Ligario 1, 2. — Ad consulatus petitionem eum Romam redisse narrat Schol. Gronov. in Ligar. p. 414. — A. u. c. 705. Adrumetum tuebatur. Caesar Civ. 2, 23. — A. u. c. 706. praeerat Adrumeto. Bell. Afric. 3. — Captivum litteras sibi perferentem a L. Planco Caesaris nomine scriptas interfici iubet. Ib. 4. — Frustra Achillam, liberam civitatem Africae oppugnat. Ibid. 33. — Adrumetum se recepit. Ib. 43. — Tisdrae postea fuit. Ibid. 76. — Eum Gaetuli concidunt. Ibid. 93.

C. Considius, C. Considii Longi filius. Ei vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 89. — Hunc eundem esse cum C. Considio Paeto, cuius extat nummus circa a. u. c. 705. cusus, suspicatur Borghesius in *Giornale Arcadico* Vol. 28. p. 84.

L. Considius et Sex. Saltius praetores Capuae coloniae (a M. Bruto patre deductae). Cum ceteris in coloniis duumviri appellentur, hi se praetores appellari volebant. Considium hominem, vegrandi macie torridum, Romae contemptum atque abiectum, Capuae Campano supercilio ac regio spiritu vidimus. de lege agr. 2, 34, 92. seqq.

P. Considius, rei militaris peritissimus, a. u. c. 696. Caesar Gall. 1, 21.

Q. Considius Gallus. Cum C. Verris patronus ex eo quaereret, cur suos familiarissimos, Sex. Peducaeum, Q. Considium, Q. Iunium iudices reiici passus esset, respondit, quod eos in iudicando nimium sui iuris sententiaeque cognosset. Verr. Accusat. 1, 7, 18. — Quis C. Considio iudiciorum atque eius dignitatis, quae in iudiciis publicis versari debet, peritior? pro Cluentio 38, 107. — Modo (a. u. c. 695.) caedem timueramus (a Caesaris militibus), quam oratio fortissimi senis, Q. Considii, discusserat. ad Att. 2, 24, 4. — Nimirum, ut Plutarchus (Caes. 14.) narrat, cum Caesare et Bibulo consulibus aliquando pauci senatores in curiam convenirent, Considius Caesari causam dixit esse, quod milites illius et arma timerent. Cui Caesar, cur tu quoque ob eandem causam domi te non contines? Quia, inquit Considius, senectus me intrepidum facit.

Q. Considius Gallus (a. u. c. 711.) heres Q. Turii. ad Fam. 12, 26, 1. Praecedentis fortasse filius.

Q. Considius, fenerator (vixit tempore coniurationis Catilinariae a. u. c. 691.) ad Att. 1, 12, 1. Val. Max. 4, 8, 3. filius fortasse Considii publicani commemorati a Valerio Max. 9, 1, 1. diversus a Q. Considio senatore.

M. Considius Nonianus, praetor a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 55. — Ei citeriorem Galliam traditurum se pollicebatur Caesar a. u. c. 705. ad Fam. 16, 12, 3. — Propraetor eodem anno, Pompeianus. ad Att. 8, 11. B., 2. — De his Considiis omnibus cfr. Borghesium in *Giornale Arcadico* V. 28. p. 80. seqq.

Consualia. Varro LL. 6, 3. p. 202. Cic. de Rep. 2, 7, 12.

Consulares Commentarii. Varro LL. 6, 9. p. 265.

Consus. Varro LL. 6, 3. p. 202. — Consus, consiliorum secretorum deus, i. e. Neptunus, laticum rex et rerum conditarum. Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 142.

Contumeliae et Impudentiae fanum Athenis. de Legg. 2, 11, 28.

T. et C. Coponii, adolescentes humanissimi et doctissimi, rectissimis studiis atque optimis artibus praediti. pro Caelio 10, 24. pro Balbo 23, 53.

Coponius, sculptor Romanus. Varro Fr. p. 354. Bip.

C. Coponius praetor a. u. c. 705., Pompeianus ad Att. 8, 12. A., 4. — Rhodiis Pompeii navibus praeerat a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 5. — C. Coponius praetorio imperio (in bello Pharsalico) Dyrrhachii classi Rhodiae praeerat, cum primis homo prudens atque doctus. de Divin. 1, 32, 68. Ibid. 2, 55, 114.

M. Coponius. Eius causa celebratissima. de Or. 1, 39, 180. — Coponius in causa Curiana. de Or. 2, 32, 140. — Pro eo in causa Curiana dixit Q. Scaevola. Brut. 52, 194.

T. Coponius, Tiburs, avus T. et C. Coponiorum, damnato C. Massone, civis Romanus est factus. pro Balbo 23, 53.

Corax et Tisias, Syracusani (Olymp. 78.) artis rhetoricae inventores et principes; ne mediocriter quidem diserti. de Or. 1, 20, 91. Vide Tisias. — Corax et Tisias, Siculi, primum artem et praecepta (eloquentiae) conscripserunt. Brut. 12, 46. Victorinus II. p. 120. — Coracem, inquit L. Crassus, patiamur nos quidem pullos suos excludere in nido, qui evolent clamatores odiosi ac molesti. de Or. 3, 21, 81.

Corcyra insula nota Graeca a parte occidentali, hodie *Corfù*. ad Att. 5, 9, 1. Lib. 7, 2, 3. ad Fam. 16, 7. Ibid. 9, 1. cet.

Corcyraei. In portum Corcyraeorum ad Cassiopen stadia CXX. (a Corcyra) processimus. ad Fam. 16, 9, 1.

Corduba, urbs in Hispania ulteriore s. Baetica. Cordubae nati poëtae pingue sonantes atque peregrinum. pro Archia 10, 26. Cfr. Seneca Rhetor. Suasor. 6. p. 45. Bipont. ad Fam. 10, 31, 5.

L. Cordius, falsa lectio pro: L. Curidius. Verr. Accusat. 4, 20, 44.

CORDUENNI. Apud Corduennos amomum nascitur. Sal. Hist. 4. p. 230.

CORDUS, cognomen C. Mucii Scaevolae, qui Porsennam occidere voluit. Schol. Bob. pro Sestio p. 299.

L. CORFIDIUS, eques Romanus, advocatus Q. Ligarii. pro Ligario 11, 33. Eius nomen tolli ex hac orat. voluit Cicero, monitu Attici (ad Att. 13, 44, 3.) quod ille tum iam mortuus esset, cum haec oratio dicta esset. Non paruerunt librarii. — Hic est, ut opinor, de cuius opinato reditu in vitam lepidam fabulam e Varrone narrat Plin. H. N. 7, 52. ERN. Cfr. Varr. Fragmm. p. 356. Bip. — Brutus mihi T. Ligarii verbis nuntiavit, quod appelletur L. Corfidius in oratione Ligariana erratum esse meum: sed ut aiunt, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sciebam Corfidium pernecessarium Ligariorum; sed eum video esse ante mortuum. ad Att. 13, 44, 3.

CORFINIENSES duumviri. Caesar Civ. 1, 23.

CORFINIUM municipium in Pelignis, cum bello Italico, tum civili Caesaris nobilitatum. — A Caesare obsidetur (a. u. c. 705.) ad Att. 8, 3, 7. — Pendeo animi exspectatione Corfiniensi: in qua de salute rei publicae decernitur. ad Att. 8, 5, 2. — A Caesare occupatur. Ibid. 9, 7. C. §. 1.

CORIA. Minervam quartam Arcades Coriam nominant et quadrigarum inventricem ferunt. de Nat. D. 3, 23, 59.

CORICUS. Philipp. 13, 12, 26. falsa lectio pro *corycus* (*κώρυκος*, *Sandsack*). Priores vero interpretes explicabant de aedile Corico sive C. Orico Caesaris beneficio facto et a Cicerone defenso.

CORINTHIA opera. Parad. 1, 3, 13. Ibid. 5, 2, 36. cet. — Corinthia et Deliaca vasa iunguntur pro Sex. Roscio 46, 133.

CORINTHII agri opimi et fertiles, publici populi Ro. de lege agr. 2, 19, 51.

CORINTHII. Eorum πολιτεία a Dicaearcho descripta. ad Att. 2, 2, 2. — Corinthii publicis equis assignandis et alendis, orborum et viduarum tributis fuerunt quondam diligentes. de Rep. 2, 20, 36. — Corinthii oratores nulli. Brut. 13, 50. — Deliberabant rhetores, an Corinthiis bellum indiceretur, an non. de Inv. 1, 12, 17. — Vidi in Peloponneso, cum essem adolescens, quosdam Corinthios. Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare, *Haec omnia vidi* — — sed iam decantaverant fortasse. Eo enim erant voltu, oratione, omni reliquo motu et statu, ut eos Achivos aut Sicyonios diceres: magisque me moverant Corinthi subito adspectae parietinae quam ipsos Corinthios, quorum animis diuturna cogitatio callum vetustatis obduxerat. Tuscul. 3, 22, 53. — Corinthiis nihil erudita calliditas praesidii tulit. ad Her. 4, 27, 37.

CORINTHIUM aes in aeruginem incidit tardius. Tuscul. 4, 14, 32.

CORINTHIUS ager optimus et fructuosissimus L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Ro. adiunctus est. de lege agr. 1, 2, 5. Ibid. 2, 19, 51.

CORINTHUS, urbs Achaiae ad Isthmum. Nulla res magis labefactatam diu et Karthaginem et Corinthum pervertit aliquando quam error ac dissipatio civium, quod mercandi cupiditate et navigandi et agrorum et armorum cultum reliquerant. de Rep. 2, 4, 7. — Et quod de Corintho dixi, id haud scio an liceat de cuncta Graecia verissime dicere. Ibid. §. 8. — Disciplinis erudita. Ibid. 4, 53, 66. — Corinthus Critolai, Achaeorum praetoris, culpa eversa. de Nat. D. 3, 38, 91. — Corinthus deleta. Her. 4, 27, 37. — Corinthus prostrata et diruta. ad Fam. 4, 5, 4. — Legati quod erant appellati superbius, Corinthum patres nostri, totius Graeciae lumen exstinctum voluerunt. pro lege Manilia 5, 11. — Corinthus, urbs pulcherrima atque ornatissima, plenissima rerum omnium, deleta a L. Mummio (a. u. c. 608.) Verr. Accusat. 1, 21, 55. — Corinthi vestigium vix relictum est. Erat enim posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut terrâ claustra locorum teneret et duo maria, maxime navigationi diversa, paene coniungeret. de lege agr. 2, 32, 87. — Utilitatis specie in re publica saepissime peccatur, ut in Corinthi disturbatione nostri. de Off. 3, 11, 46. — Karthaginem et Numantiam maiores nostri funditus sustulerunt; nollem Corinthum; sed credo aliquid secutos, opportunitatem loci maxime, ne posset aliquando ad bellum faciendum locus ipse adhortari. de Off. 1, 11, 35.

CORIOLANUS. Vide Cn. MARCIUS CORIOLANUS.

Cornelia gens. Eam usque ad memoriam nostram humatione scimus esse usam. Sulla primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari. Declarat etiam Ennius de Africano *Hic est ille situs.* de Legg. 2, 22, 56 et 57.

Cornelia lex de maiestate. Ascon. in Cornel. p. 59.

Cornelia lex, Sullae: qua tribunis pl. aliorum magistratuum capessendorum facultatas adimebatur. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 200.

Cornelia Baebia lex, lata a P. Cornelio Cethego et M. Baebio Tamphilo coss. a. u. c. 573., qua damnati crimine ambitus hoc genus poenae ferebant, ut magistratuum petitione per decem annos abstinerent. Schol. Bob. pro Sulla p. 361.

Corneliae leges; ne reiiciendi quidem amplius quam trium iudicum praeclarae leges Corneliae faciunt potestatem. Verr. Accusat. 2, 31, 77. Pertinere videtur ad legem de pecuniis repetundis.

Cornelia lex: quae de proscriptione est, sive Valeria est sive Cornelia; non enim novi nec scio. pro Sex. Roscio 43, 125. — Corneliam liquido appellat Verr. Accusat. 1, 47, 123.

Cornelia lex testamentaria, nummaria, ceterae complures. Verr. Accusat. 1, 42, 108.

Cornelia lex. Ea triginta dies ad decedendum e provinciis constituti. ad Fam. 3, 6, 4 et 6. cfr. Pigh. Annal. 3. p. 264. ad Fam. 3, 10, 6.

Cornelia lex. C. Iunius quaesitor ex lege illa Cornelia, quae tum erat, quaesivit ab eo reo (Scamandro) clam an palam de se sententiam ferri vellet. pro Cluentio 20, 55.

Cornelia, P. Scipionis Africani minoris filia, Ti. Gracchi cos. uxor, ab eo servata. de Divin. 1, 18, 36. — Mulier egregia, mater Ti. et C. Gracchorum: legimus epistolas eius; apparet filios non tam in gremio educatos quam in sermone matris. Brut. 58, 211. — Memoratur item de Inv. 1, 49, 91. Brut. 27, 104.

Cornelia, uxor P. Sestii, Cornelii Scipionis filia. ad Fam. 5, 6, 1.

Cornelia, M. Aemilii Lepidi triumviri uxor, cuius castitas pro exemplo habita est. Ascon. in Milon. p. 43.

Corneliana oratio. Orat. 29, 103. Ibid. 29, 30, 108. Orat. 70, 232. — Corneliana secunda Ibid. 67, 225.

Cornelii ita multi sunt, ut iam etiam collegium (Corneliorum) constitutum sit. Cornel. 1. p. 75. Ed. Baiteri.

Cornelius pupillus; nomen fictum in iuris testamentarii formulis. pro Caecina 19, 54.

Cornelius in basilica Aemilia et Fulvia inumbravit solarium. Varro LL. 6, 2. p. 187.

Cornelius, familiaris, ut videtur C. Antonii, et negotiorum eius procurator. ad Att. 1, 12, 1. Videtur idem, qui ibid. 13, 1. praenomen habet Marci.

Cornelius (Salustio in Lepidi Oratione §. 7. Ed. meae: „homo rapax:") qui in Sullae dictatura scriba fuerat, in Caesaris dictatura fuit quaestor urbanus. de Off. 2, 8, 29.

Cornelius medicus ex C. Verris cohorte; is est Artemidorus Pergaeus, qui in sua patria dux Verri quondam et magister ad dispoliandum Dianae templum fuit. Verr. Accusat. 3, 11, 28. Ibid. 21, 54. — Repente Cornelius factus. Ibid. 28, 69.

Cornelius, lictor C. Verris, Lampsaci in tumultu occisus. Verr. Accusat. 1, 26, 67.

Cornelius, P. Sullae, ut videtur, libertus, praefuisse dicebatur familiae gladiatoriae Fausti Sullae. pro Sulla 19, 55.

C. Cornelius, pater, eques Romanus, (Sal. Cat. 17.), socius Catilinae, qui una cum L. Vargunteio Ciceronem in lectulo interficere conatus erat. (Salust. Cat. 28.) — Nemo eum defendit. pro Sulla 2, 6. Ibid. 6, 18. Ibid. 18, 51 et 52.

C. Cornelius filius eius, qui inter socios Catilinae fuerat, subscriptor L. Torquati in accusando P. Sulla. pro Sulla 18, 51.

C. Cornelius, quaestor Cn. Pompeii, tribunus plebis a. u. c. 687., accusatus a. u. c. 689. cfr. omnino Asconii Argumentum Cornelianae p. 56. — Eius rogationes. Ibid. p. 57. Cornelius, seditiosus homo. Fragmm. p. 483. — C. Cornelius, civis ad ambitionem gratiosissimus. (a. u. c. 690.) Q. Cic. de Pet. C. 5, 19. Ibid. 13, 51. — Accusante P. Cominio Spoletino defensus a Cicerone. Brut. 78, 271. in Vatinium 2, 5. — Schol. Bob. pro

Sestio p. 315. — Cfr. Oratt. Fragmm. pag. 445. seqq. — Eius bonorum possessio a L. Sisenna edicto P. Scipioni data. Cornel. 1. Fragmm. 18. p. 450. — Eum Cn. Nerius index (a. u. c. 698.) edidit ad allegatos. ad Q. Fr. 2, 3, 5. — De eo confer Cassium Dionem 36, 21.

Cn. Cornelius. de lege agr. 2, 14, 35. est Cn. Cornelius Dolabella, qui consul cum M. Tullio Decula fuit a. u. c. 663.

Cn. Cornelius pro Balbo 8, 19., qui legem de civitate ex SCo tulit, est Cn. Cornelius Lentulus Clodianus, qui a. u. c. 682. consul fuit cum L. Gellio Poplicola.

Cn. Cornelius, amicus Trebatii; ceterum homo obscurus. ad Fam. 7, 9.

L. Cornelius pro Balbo 8, 19. et 17, 38. est Balbus.

M. Cornelius reddit Ciceroni Attici epistolam. ad Att. 1, 13, 1.

P. Cornelius Brut. 22, 85. est Scipio Africanus minor censor cum L. Mummio a. u. c. 612.

P. Cornelius trib. pl. a. u. c. 703. ad Fam. 8, 8, 6. Nihil de eo habet Pighius.

P. Cornelius commendatur Q. Valerio Orcae. ad Fam. 13, 6 a. Videtur publicanus fuisse societatis Africanae.

P. Cornelius: ad Fam. 13, 14, 1. Civis Romanus in Gallia Cisalpina negotiator, qui pecuniam debebat L. Titio Straboni.

P. Cornelius civitate Romana adepta vocabatur Demetrius Megas, Siculus. ad Fam. 13, 36, 1. — Scilicet P. Cornelius Dolabella civitatem rogatu Ciceronis a Caesare ei impetraverat.

Q. Cornelius, iureconsultus circa a. u. c. 700. Cornelio nihil audeo dicere, cuius tu (Trebati) periculo stultus es, quoniam te ab eo sapere didicisse profiteris. ad Fam. 7, 8, 2. — Hoc, quemadmodum vos, (iureconsulti) scribere soletis in vestris libris, IDEM Q. CORNELIO VIDEBATUR. Ibid. 17, 3. Idem fortasse cum duobus sequentibus.

Q. Cornelius, pontifex minor (a. u. c. 697). de Harusp. resp. 6, 12.

Q. Cornelius, affinis P. Sestii, frater fortasse eius uxoris. (a. u. c. 692.) ad Fam. 5, 6, 1. Idem esse videtur, qui Terentiam convenerat de pecunia, quam Cicero mutuam sumere volebat. ad Attic. 1, 12, 1.

P. Cornelius Asina, triumvir coloniae deducendae Placentiam. (a. u. c. 536.) Ascon. in Pison. p. 3.

L. Cornelius Balbus (nonnunquam Balbus maior dictus ut ad Att. 14, 20, 4.) Gaditanus (unde per iocum Tartessius dicitur ad Att. 7, 3, 11.), sed rogatu L. Cornelii Lentuli (a quo praenomen et nomen assumpsit) a Pompeio lege Gellia Cornelia civitate Romana donatus. Qua civitate cum esset aliquamdiu usus, de ea controversia ei mota est a Gaditano quodam. Contra eum nactus est defensores Pompeium, Crassum et Ciceronem, cuius oratio habita a. u. c. 698. extat. Pervenit in tribum Crustuminam. pro Balbo 25, 57. — Familiarissimus fuit Caesaris. Suet. Caes. 81. — De eo confer in primis Ruhnk. ad Vellei. Paterc. 2, 51, 3. p. 249. — Pro eo Cn. Pompeius simul cum Cicerone dixit. de Legg. 2, 3, 6. — Confer totam Balbianam. — Eius epistolae ad Caesarem missae. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 12, 4. — Eum in oculis fero. Ibid. 3, 1, 3, 9. — D. Laelius repetundarum reum Flaccum fecit subscribentibus L. Balbo et Appuleio Deciano. Schol. Bob. pro Flacco p. 228. — Ei inscribitur liber octavus de Bello Gallico. Praefat. — Memoratur a Caesare Civ. 3, 19. — Balbus et Oppius fere coniunguntur. ad Att. 11, 7, 5. Ibid. 12, 1. — Balbus Caesaris causa contristatus sententia Q. Metelli Scipionis de provinciis Galliis. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 9, 5. — Balbi operam et sedulitatem laudare possum. (Laboravit scil. ut Ciceroni supplicatio decerneretur. a. u. c. 704.) Ibid. 11, 2. — Amans Varronis. ad Fam. 9, 6, 1. — Ex eo Cic. (a. u. c. 708.) consilia et actiones Caesaris resciebat. Ib. 17, 1. Ib. 19, 1. — Quae Balbus et Oppius, absente Caesare, egerant, ea solebant illi rata esse. ad Fam. 6, 8, 1. Ibid. 12, 2. Ibid. 18, 1. Ibid. 19, 2. Ibid. 7, 5, 2. Ibid. 7, 1. Ibid. 9, 1. Ibid. 16, 3. Ibid. 18, 3. — Caesar mihi litteras blandas mittit. Idem facit pro eo Balbus. ad Att. 7, 3, 11. Cfr. ib. Ep. 4, 2. — Balbus maior ad me scribit nihil malle Caesarem quam principe Pompeio sine metu vivere. ad Att. 8, 9, 4. Ibid. Lib. 9, 5, 3. Ibid. Ep. 6, 1. — Homo satis pecuniosus. pro Balbo 25, 56. —

Adoptatus a Theophane Mytilenaeo, Pompeii amico et historico. Ibid. §. 57. Unde inter calamitates illius temporis (a. u. c. 704.) Cicero enumerat etiam: „adoptatum Gaditanum a Mytilenaeo." ad Att. 7, 7, 6. — Habuit praedium Tusculanum. pro Balbo 25, 56. — Eius cum Caesare familiaritas. Ibid. 28, 63. — (Iam a. u. c. 694.) ad Att. 2, 3, 3. — In eo spem maximam habet Cicero Trebatii causa. ad Fam. 7, 7, 2. — Dicitur e Britannia bene comitatus (id est, nummatus) esse venturus. ad Q. Fr. 3, 1, 12. — Confirmat Ciceroni Trebatium divitem futurum. ad Fam. 7, 16, 3. — Ei ad Caesarem redeunti Trebatius more Romano (id est, sincere atque ex animo) commendatur. Ibid. Ep. 18, 3. — Caesaris beneficio hortos et Tusculanum praedium accipit, qua de re queritur Cicero ad Att. 7, 7, 6. — Ei Pompeius locum dederat, ubi hortos aedificaret. ad Att. 9, 13. — Ex eius sermone cum Attico habito colligit Cicero suum consilium in Melitam abeundi Caesari non probari. ad Att. 10. 18, 2. — Eum adiri volt Cicero post pugnam Pharsalicam in Italiam regressus, ut sciat an sibi liceat Brundisio propius ad urbem accedere. ad Att. 11, 6, 3. — Eius opem in reconciliando Caesare exoptat. Ibid. Ep. 7, 5. et 8, 1. — De ea re Balbi litterae languidiores. Ibid. Ep. 9, 1. — Tenuiculo apparatu apud Paetum contentus fuisse dicitur. ad Fam. 9, 19, 1. — Respondet Ciceroni de Caesaris lege de decurionibus. ad Fam. 6, 18, 1. — Describit librum quintum de Finibus. ad Att. 13, 21, 4. — Eum appellari volt Cicero de auctione bonorum Cluvianorum proscribenda. Ib. Ep. 37, 4. — Pedum doloribus afficitur. ad Fam. 6, 19, 2. — Scribit ad Caesarem, Ciceronem legisse eius Anticatonem et vehementer probasse. ad Att. 13, 50, 1. — Iocose Cicero dicit eum scripsisse tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit. ad Fam. 16, 23, 1. — Magni eum facit Cicero. Fragmm. p. 462. — Lentuli cos. a. u. c. 705. omnia negotia Romae sustinet, permittente id Caesare. ad Att. 9, 7. B., 2. — Caesaris ad eum epistola. Ib. C., in qua Caesaris ad ipsum Ep. inest. — Etiamne Balbus in senatum venire cogitet? Ib. Lib. 10, 11, 4. — (His temporibus tristissimis) Balbus aedificat; τί γὰρ αὐτῷ μέλει; (a. u. c. 708.) ad Att. 12, 2, 2. — Balbus et Oppius Ligarianam orationem mirifice probant. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 19, 2. — Balbus maior bene loquitur. (Bonus non est.) a. u. c. 710. ad Att. 14, 20, 4. — Vir tectus: sed tamen Antonii consilia narrabat. Questus est etiam de sua invidia eaque omnis eius oratio fuit ut amare videretur Antonium. Quid quaeris? Nihil sinceri. Ib. Ep. 21, 2. — Eius et Oppii communis epistola ad Ciceronem. ad Att. 9, 7. A. Tres aliae ab eo solo ad Ciceronem scriptae. ad Att. 8, 15. A. Lib. 9, 7. B. Lib. 9, 13. A. ad Fam. 16, 23, 1. Ibid. 24, 2.

L. Cornelius Balbus minor. Ad Lentulum cos. a. u. c. 705. missus a Caesare cum litteris, cum mandatis. ad Att. 8, 9, 4. Ibid. Ep. 15. A., 3. Ibid. Lib. 9, 6, 1. — Inverso nominum ordine, id quod frequentius est post Augusti aetatem, vocatur Balbus Cornelius minor: ad Att. 11, 12, 1. — Scribit Ciceroni Caesarem existimare Q. filium lituum profectionis suae fuisse. Ibid. — Scribit de Q. filii importunitate. ad Att. 12, 38, 2. — Narrat Ciceroni iram Tigellii. ad Att. 13, 49, 2. — A. u. c. 711. quaestor in Hispania Asinii Pollionis, qui vehementer de eo queritur: „plane bene peculiatus Calpem traiecit sese in regnum Bogudis." ad Fam. 10, 32, 1. — Eius impudentia et petulantia facinora. Ibid. — Garamantum (oppida) omnia armis Romanis superata et a Cornelio Balbo triumphata, uni huic omnium externo curru et Quiritium iure donato; quippe Gadibus genito civitas Romana cum Balbo maiore, patruo, data est. Plin. H. N. 5, 5, 36. Fuit igitur Balbi maioris ex fratre nepos, id est ex consuetudine Latina, *nipote*, *neveu*, *Neffe*. Fuerunt, qui pro filio maioris haberent, de hoc scilicet explicantes locum ad Att. 10, 1, 4.: *Istum, qui filium Brundisium de pace misit* (a. u. c. 705.); sed per v. *istum* significatur Ser. Sulpicius Rufus. — Mongaltius et Olivetus crediderunt etiam in his: „*Modo Balbilium incolumem videam, subsidium nostrae senectutis!*" (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 13, 4. significari Balbum minorem. Sed id prorsus improbabile.

(Cornelius) Cetegus (sic pronuntiatum). Orat. 48, 160.

C. (al. Cn.) Cornelius Cethegus consul cum Q. Minucio Rufo (a. u. c. 557.)

Brut. 18, 73. — Censor a. u. c. 560. Ascon. in Cornel. p. 69.

C. Cornelius Cethegus, senator Catilinarius. Sal. Catil. 17. — Ciceronis domum obsidere eamque vi aggredi debebat. Ibid. 43. — Ad Ciceronem vocatus. Ibid. 46. — Familiam atque libertos suos orat, ut grege facto cum telis ad sese irrumperent. Ibid. 50. — Supplicium de eo sumptum in Tulliano. Ibid. 55. — Cethegus, socius Catilinae, caedi praepositus. pro Sulla 19, 53. — Eius in Hispaniam profectio et volnus Q. Metello Pio inflictum. Ibid. 25, 70. — Eum de vi accusaturus erat L. Aemilius Paulus. Schol. Bob. in Vatin. p. 320. — Cfr. in Catil. 3, 3, 6. Ibid. 5, 10. Ibid. 6, 14. — Eius furiosa temeritas. Ibid. 7, 16. Ibid. 4, 6, 11. — Cethegus, consobrinus L. Pisonis Caesonini. Post red. in Sen. 4, 10.

M. Cornelius M. F. Cethegus primus fuit, de quo sit memoriae proditum eloquentem fuisse et ita esse habitum, (teste Ennio, qui eum Suadae medullam appellavit). Brut. 15, 57. — Consul a. u. c. 550. cum P. Tuditano. Ibid. §. 60. — Eum, quem recte *Suadae medullam* dixit Ennius, quanto studio exerceri in dicendo videbamus etiam senem! Cato 14, 50. — Memoratur in Catōne 4, 10. Varro Fragmm. p. 259.

P. Cornelius Cethegus consul cum M. Baebio Tamphilo a. u. c. 573. Eorum lex Cornelia Baebia de ambitu. Schol. Bob. pro Sulla p. 361.

P. Cornelius Cethegus (praetor a. u. c. 680?): aequalis C. Iulii Caesaris Strabonis; ei de re publica satis suppeditabat oratio: totam enim tenebat eam penitusque cognorat; itaque in senatu consularium auctoritatem assequebatur; sed in causis publicis nihil, in privatis satis veterator videbatur. Brut. 48, 178. pro Cluentio 31, 84. — Cethego, homini non probatissimo, ambitio servire coëgit eos, qui sibi esse amplissimi videbantur. Parad. 5, 3, 40. Quo loco respicit potissimum ad L. Lucullum. Cfr. Plutarch. in Lucullo 5. — Idem proditor (a. u. c. 676). vocatur a L. Marcio Philippo. Sal. Hist. 1, 19.

L. Cornelius Cinna legatus in bello sociali s. Marsico, belli gerendi peritissimus. pro Fonteio 15, 33. — Cinna cum Carbone de novorum civium suffragiis bellum civile gessit. Philipp. 8, 2, 7. — Cum Octavio collega Cinna dissedit: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. de Harusp. resp. 25, 54. — Cinna si concordiam cum Octavio confirmare voluisset, hominum in re publica sanitas remanere potuisset. Philipp. 13, 1, 2. — Cinna quater consul (a. u. c. 667. 668. 669. 670.), collegae sui, consulis Cn. Octavii praecidi caput iussit, P. Crassi, L. Caesaris nobilissimorum hominum, quorum virtus fuerat domi militiaeque cognita; M. Antonii, omnium eloquentissimi, quos ego audierim; C. Caesaris, in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis, suavitatis, leporis. Tuscul. 5, 19, 55. — Cn. Octavius armis ex urbe collegam suam (Cinnam, a. u. c. 667.) expulit. Superavit postea Cinna cum Mario. Tum vero clarissimis viris interfectis, lumina civitatis exstincta sunt. Ultus est huius victoriae crudelitatem postea Sulla. in Catil. 3, 10, 24. — L. Cinna crudelissime interfecit M. Antonium. Philipp. 1, 14, 34. — Permulti civitatis principes ab eo interempti. de Nat. D. 3, 32, 80. — Homo omnium crudelissimus diu regnavit. Ibid. §. 81. — Cinnanus dies; quo L. Cinna et Cn. Octavius coss. a. u. c. 667. inter se mutuo dissidentes magnam civium stragem ediderunt. pro Sestio 36, 77. — Equester ordo pro Cinnanis partibus contra Sullam steterat: multasque pecunias abstulerant; ex quo sacculari erant appellati atque ob eius rei invidiam post Sullanam victoriam erant interfecti. Ascon. in tog. cand. p. 90. — Cinnae in Urbem reditu decus senatus interiit. Sal. Hist. 1, 19. — Supplicatio Cinnae nulla victoris. Philipp. 14, 8, 23. — Etiam in cruore Cinnano leges Aelia et Fufia vixerunt. in Vatinium 9, 23. — Cinna nimis potens. Philipp. 2, 42, 108. — L. Cinna crudelis, C. Marius in iracundia perseverans, L. Sulla vehemens. Philipp. 11, 1, 1. — Cinna, Sulla, Caesar. Hi tres post civitatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam universa res publica. Philipp. 5, 6, 17. — Illud omnibus exploratum est, si boni victi sint, nec in caede principum clementiorem Caesarem fore, quam Cinna fuerit, nec moderatiorem quam Sulla in pecuniis locupletium. ad Att. 7, 7, 7. — Cinna deiectus ex Urbe. pro

Caecina 30, 87. — Cfr. ad Att. 9, 10, 5. — Ut illud in Salustio: „Tyrannumque et Cinnam appellantes." Victorinus I. p. 70. — Cinnae res gestae. Schol. Gronov. ad Catil. p. 410. — Vide etiam L. Cornelius Sulla.

L. Cornelius Cinna praetor a.u.c. 710. Eius spectata multis magnisque rebus singularis integritas minus admirabilem facit huius honestissimi facti gloriam, qui omnino provinciam neglexit. Philipp. 3, 10, 26. Fuit Caesaris affinis et eius tamen interfectorum laudator atque defensor, cui patriae libertas omnibus erat rebus antiquior. Garat. — L. Cinna legatus P. Dolabellae, proconsulis Syriae a. u. c. 711., significatur Philipp. 10, 6, 13. Plutarch. in Bruto c. 25.

L. Cornelius Chrysogonus, Sullae libertus, apud eum gratiosus. — Bona patris huiusce Sex. Roscii, quae sunt sexagies, de viro fortissimo et clarissimo L. Sulla, duobus milibus nummum sese dicit emisse adolescens vel potentissimus hoc tempore nostrae civitatis, L. Cornelius Chrysogonus. (a. u. c. 674.) pro Sex. Roscio, 2, 6. — Cfr. in primis Ibid. 43, 124. — Idcircone experrecta nobilitas armis atque ferro rem publicam recuperavit, ut ad libidinem suam liberti servulique nobilium bona, fortunas vestras nostrasque vexare possent? Ibid. 49, 141. — Atrox eius iniuria in Roscium cum indignatione deploratur. Ibid. 50, 145.

A. Cornelius Cossus Arvina consul cum M. Valerio Corvo tertium a. u. c. 411. de Divin. 1, 24, 51.

Cornelius Culleolus, hariolus s. vates tempore belli Octaviani. (a. u. c. 667.) De Divin. 1, 2, 4. „Nullam habet probabilitatem Hottingeri suspicio vv. *Octaviano bello* l. l. vitium subesse, ut fortasse C. Cornelius augur intelligatur, cuius praedictio Caesaris victoriae celebratur a Plutarcho in Caes. Dio Cass. 41, 18?. Iul. Obseq. 125. Lucan. *Phars.* 7, 195. Gell. N. A. 15, 18." Giese.

Cn. Cornelii Dolabellae duo fuerunt eodem tempore (circa a. u. c. 687.), quorum alterum C. Caesar accusavit, alterum M. Scaurus. Ascon. in Cornel. p. 73. — Duo eodem tempore fuerunt et praenomine et nomine et cognomine (eodem) Dolabellae. Horum igitur alterum Caesar accusavit, nec damnavit, alterum M. Scaurus et accusavit et damnavit. Ascon. in Scaur. p. 26. — Hos duos Dolabellas confundunt (Pseudo-) Asconius ad Divin. in Caecil. 7, 24. (p. 110. Ed. Baiteri.) et Corradus in Quaestura, propterea reprehensi a Perizonio Animadvv. Hist. C. 2. p. 51. Ern. Pseudoasconius l. l. ita miscet: „Significat Caesarem adolescentem in Dolabella reo ex Cilicia, qui quidem damnatus est, quantum potuit per Hortensii gratiam. — Potest significare sane etiam Scaurum, qui alterum Dolabellam consularem triumphalemque accusavit." — De duobus Cn. Dolabellis saepe confusis vide Interpretes ad Suet. Caes. 4 et 49; in primis Oudendorpium. — (*Dolobella* saepe scribitur in Codd. Cfr. Drakenborch. ad Liv. Epit. Lib. 119. et Ruhnk. ad Vellei. Pat. 2, 43, 3., ubi sic edidit. Spalding ad Quintil. 4, 2, 132.)

Cn. Cornelius Dolabella cos. a. u. c. 673. cum M. Tullio Decula, quem consularem et triumphalem (triumphaverat autem ex Macedonia Pison. 19, 44.) C. Iulius Caesar, unum tum et vicesimum annum agens (Tacit. Dial. de Oratt. 34, 8.) a. u. c. 675. repetundarum accusavit. (Suet. Caes. c. 3.); defensus est a C. Cotta et Q. Hortensio, atque absolutus. Brut. 92, 317. De lege agr. 2, 14, 35.

Cn. Cornelius Dolabella praetor urbanus a. u. c. 673. coss. cognomine eius et M. Tullio Decula. Eius iniquitas et iniuria in P. Quintii causa; quod contra omnium consuetudinem iudicium prius de probro quam de re maluit fieri cet. pro Quint. 2, 9. Ibid. 8, 30. — In Cn. Dolabellam Verres scelus suum illud pristinum renovavit et instauravit quaestorium, cum eum, cui legatus et pro quaestore fuisset, et in invidiam suis maleficiis adduxit et in ipsis periculis non solum deseruit, sed etiam oppugnavit ac prodidit. Verr. Act. 1, 4, 11. — Miser cum esset Cn. Dolabella cum proditione istius nefaria, tum improbo et falso eiusdem testimonio, tum multo ex maxima parte istius furtorum ac flagitiorum invidia conflagravit. Ibid. Accusat. 1, 15, 41. — Provinciae Ciliciae praefuit. (a. u. c. 674 et 675., donec P. Servilius cos. a. u. c. 675. ei successit.) Ibid. 17, 44. — Urget

supplicium Philodami Lampsaceni apud C. Neronem. Ibid. 29, 72. — Cn. Dolabella. M. Aemilii Scauri paternus inimicus, ab eo accusatus et damnatus; diversus ab eo, in quem Asconii tempore exstabant C. Caesaris orationes. pro Scauro 2, 45. h. Asconius pag. 26. — Propter hoc scelus negat Cicero neque Dolabellae neque eius liberum, quos miseros in egestate et solitudine reliquerit, misereri posse. Ibid. 30, 77. Cfr. Ibid. 34, 88. Ibid. 36, 91. Ibid. 38, 95. — Cn. Dolabella C. Volcatium communi et quotidiano iure privavit. Cornel. 1. Fragmm. 18. p. 450. Ad hunc, praetorem, referre malim.

P. Cornelius Dolabella, praetor urbanus a. u. c. 673., in Ernestii et Schuetzii Indicibus est error pro *Cn. Dolabella.* Deinceps tertium P. Dolabellam faciunt quindecimvirum ex Caelii Epistola ad Cic. (ad Fam. 8, 4, 1.) a. u. c. 703., qui mihi Ciceronis gener videtur. Huic ipsi iidem falso *Cn.* praenomen tribuunt pro *P.*

P. Cornelius Dolabella. — Dolabellam, quem ego perspicio et iudico cupidissimum esse atque amantissimum mei, cohortare, mi Volumni, et confirma et redde plane meum. (a. u. c. 703.) ad Fam. 7, 32, 3. Ibid. 33, 2. — Quindecimvir factus a. u. c. 703. Caelius ad Fam. 8, 4, 1. — Reum facit Ap. Claudium Pulchrum a. u. c. 704. Ibid. 6, 1. — Temeritas nostri Dolabellae (in accusando Appio Claudio Pulchro a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 13, 2. In primis 3, 10, 4. — Spero fore iucundum generum nobis. Ibid. 2, 15, 2. — Caelius Ciceroni gratulatur de affinitate Dolabellae (a. u. c. 704.) his verbis: Gratulor tibi affinitate viri medius fidius optimi: nam hoc ego de illo existimo. Cetera porro, quibus adhuc ille sibi parum utilis fuit, et aetate iam sunt decussa et consuetudine et pudore Tulliae, si qua restabunt, confido celeriter sublatum iri. Non est enim pugnax in vitiis neque hebes ad id, quod melius sit, intelligendum. Caelius ad Fam. 8, 13, 1. — Inter postulationem (Appii Claudii) et nominis delationem uxor a Dolabella discessit. Caelius ad Fam. 8, 6, 1. Cfr. Quintil. 6, 3, 73.: Cicero Fabiae Dolabellae dicenti se triginta annos habere, „Verum est," inquit; „nam hoc iam viginti annos audio." Ubi Spalding: Dolabellam hunc esse notissimum Ciceronis generum, antequam duceret Tulliam, iam maritum, nec quo probem habeo, nec, quare negem, reperio. — Ei Terentia in primis Tulliam in matrimonium dederat (a. u. c. 704.), cum Tullius cogitaret de Ti. Nerone, qui ea de re cum eo egerat. ad Att. 6, 6, 1. — Gener est suavis mihi, Tulliae, Terentiae; quantumvis vel ingenii vel humanitatis (a. u. c. 704.) Ibid. Lib. 7, 3, 12. — Dolabellam video Liviae testamento cum duobus coheredibus esse in triente, sed iuberi mutare nomen. Est *πολιτικὸν σκέμμα*, rectumne sit nobili adolescenti mutare nomen mulieris testamento. Ib. Ep. 8, 5. — Dolabella gener meus, adolescens optimus mihique carissimus. (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 16, 5 et 7. — Habeo etiam illam molestiam, quod Dolabella noster apud Caesarem est. (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 12, 5. — De Tullia et Terentia, cum mihi barbarorum adventus proponitur, omnia timeo; cum autem Dolabellae venit in mentem, paullum respiro. (a. u. c. 705.) ad Att. 7, 13, a. 3. — Dolabella (scribit) me valde Caesari satisfacere (ante fugam) Ib. Ep. 21, 3. — „Dolabella tuo nihil scito mihi esse iucundius." Caesar ad Cic. Epistola. ad Att. 9, 16. A., 3. — Dolabellae valetudo et Tulliae (a. u. c. 706.) ad Fam. 14, 9. — Vereor, ut Dolabella ipse satis prodesse nobis possit. (a. u. c. 705.) ad Fam. 14, 14, 1. Ibid. 18, 1. — Eius epistola ad Ciceronem (a. u. c. 706.) qua ei suadet, ut se vel Athenas vel in quamvis quietam recipiat civitatem. ad Fam. 9, 9. — Ad Dolabellam sunt eiusdem libri Epp. 10 — 14. — Hirtium et Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros. (a. u. c. 708.) ad Fam. 9, 16, 7. ad Att. 10, 4, 11. — Omnium conspectum horreo, praesertim hoc genero. ad Att. 11, 14, 2. — O dii! generumne nostrum potissimum, ut hoc, vel tabulas novas! Placet mihi igitur et idem tibi nuntium remitti. cet. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 23, 3. — Dolabellam antea tantummodo diligebam: obligatus ei nihil eram (nec enim acciderat mihi opus esse) et ille mihi debebat, quod non defueram eius periculis. Nunc tanto sum devinctus

eius beneficio, quod et antea in re et hoc tempore in salute tua (Trebiane vel Treboni vel L. Torquato) cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. (a. u. c. 706.) ad Fam. 6, 11, 1. Ibid. 18, 5. — Eius adventus in Italiam. (a. u. c. 708.) ad Fam. 9, 7, 2. — Dolabella scribit se ad me postridie Idus. O magistrum molestum! (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 47, 1. — Dolabella nihil possum dicere ἐκτενέστερον, nihil φιλοστοργότερον. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 9, 1. — Ad Dolabellam (scribam librum, in quo sint) κοινότερα quaedam et πολιτικώτερα. Valde enim desiderat. ad Att. 13, 10, 2. Ib. Ep. 13, 2. — Caesar Saturnalibus a. u. c. 709. Dolabellae villam cum praeteriret, omnis armatorum copia dextra sinistra ad equum nec usquam alibi. ad Att. 13, 52, 2. — Ex epistola tua theatrum Publiumque cognovi: bona signa consentientis multitudinis. Ib. Lib. 14, 2, 1. — O mirificum Dolabellam meum! Iam enim dico meum, antea, crede mihi, subdubitabam. Magnam ἀναθεώρησιν res habet: de saxo; in crucem; columnam tollere; locum illum sternendum locare. Quid quaeris? ἡρωϊκά. (a. u. c. 710.) Ib. Ep. 15, 1. — O Dolabellae nostri ἀριστείαν! Ib. Ep. 16, 2. — Rursus, quia non solvit, quod debebat, acriter de eo queritur Cicero ib. Ep. 18, 1. (Satis aculeatas ad Dolabellam litteras dedi: quae si nihil profecerint, puto fore, ut me praesentem non sustineat. Ib.) — Eius ἀπιστία. Ib. Ep. 19, 1. — Me facere magnam πρᾶξιν Dolabellae Mihi mehercule ita videtur: non potuisset maiora tali re talique tempore. Ib. §. 5. — L. Antonii horribilis contio, Dolabellae praeclara. Iam vel sibi habeat nummos, modo numeret Idibus. Ib. Ep. 20, 2. Ep. 21, 4. — Dolabella me sibi legavit a. d. 4. Nonas (Apriles a. u. c. 710.) Ib. Lib. 15, 11, 4. — Vir optimus. Ib. Ep. 13, 5. — Ciceronis Epistola ad Dolabellam. Ib. Ep. 14, 2, — A Dolabella mandata habebo, quae mihi videbuntur, id est, nihil. Ib. Ep. 19, 2. Ep. 20, 1. — De laudibus Dolabellae deruam cumulum (in oratione Philippica 2.) Ib. Lib. 16, 11, 2. — Ego, si me non improbissime Dolabella tractasset, dubitassem fortasse, utrum remissior essem, an summo iure contenderem. Nunc vero etiam gaudeo mihi causam oblatam, in qua et ipse sentiat et reliqui omnes me ab illo alienatum: idque prae me feram, et quidem me mea facere et rei publicae causa, ut illum oderim, quod, cum eam me auctore defendere coepisset, non modo deseruerit, emptus pecunia, sed etiam, quantum in ipso fuerit, everterit. Ib. Ep. 15, 1. — Talis animadversio fuit (a. u. c. 710.) Dolabellae cum in audaces sceleratosque servos, tum in impuros et nefarios liberos, talisque eversio illius exsecratae columnae, ut mihi alterum videatur tam valde reliquum tempus ab illo uno die dissensisse. Philipp. 1, 2, 5. Ibid. 11, 27. Ibid. 12, 29. seqq. — Spem iam habeo ipse meliorem, re publica a Dolabella meo praeclarissime gesta (a. u. c. 710.) ad Fam. 12, 1, 1. — Valde vituperabatur, quod C. Cassio tam cito succederet, itaque constabat eum recipi in Syriam non oportere. Ibid. 4, 2. — Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. Omnibus adfuit his pugnis Dolabella; in Hispaniensi etiam volnus accepit. Philipp. 2, 30, 75. — Post bellum Hispaniense perfide elusus a Caesare et Antonio. Ibid. 32, 79. — Duo haec capita nata sunt post homines natos teterrima et spurcissima, Dolabella et Antonius. Philipp. 11, 1, 1. (Invehitur scil. in eum propter crudelem et miserabilem necem C. Trebonii.) — Eius ferum et immane facinus in C. Trebonium, quod nulla barbaria posset agnoscere. Philipp. 14, 3, 8. — Rumores de oppresso Dolabella. a. u. c. 711. ad Fam. 12, 8, 2. Ibid. 9, 1. Ibid. 10, 1. — Nefarie Trebonium occidit. Ibid. 12, 2. — In Ciliciam venit. Ibid. §. 4. — Eius classi Lucilius praeerat. Ibid. 13, 3. — Arcessitus a Tarsensibus et Laodicenis. Ibid. §. 4. — Eius res gestas et consilia exponit P. Lentulus, propraetor. Ibid. Ep. 14 et 15. — P. Dolabella quinque cohortes misit in Cherrhonesum. (a. u. c. 711.) Pseudocic. ad Brut. 1, 2. Cfr. Ibid. Ep. 5. — A Tillio Cimbro et Deiotaro caesus fugatusque esse dicebatur. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6. — Pseudobrut. ad Cic. 2, 3. — Repugnante et irascente Pansa, sententiam dixi, ut Dolabellam bello Cassius persequeretur. — Dolabella vexat Asiam. A Rhodiis exclusus est. Pseudocic. ad Brut.

2, 4. — De Tullia et de Lentuli nomine, quod ab Asconio aliisque Dolabellae tribuitur, vide, quae disputavi ad Fabricii Vitam Cic. a. 708. pag. 91.

Cornelius Gallus, familiaris Asinii Pollionis. ad Fam. 10, 32, 5. — Poëta est nobilis sub Octaviano, ut putat Manutius; nec video, quid obstet. Vide Burmann. ad Suet. Aug. 66 et Ovid. Am. 3, 9, 64. Ern. Apud Cic. l. l. invertuntur nomen et cognomen: *Gallus Cornelius*.

Cn. Cornelius Lentulus, consul cum L. Mummio a. u. c. 608. ad Att. 13, 33, 3.

Cn. Cornelius Lentulus Clodianus cum collega L. Gellio cos. a. u. c. 682. legem tulit, qua videmus satis esse sanctum, uti cives Romani sint ii, quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim civitate donavit. pro Balbo 8, 19. Ibid. 14, 33. — Cn. Lentulus et L. Gellius coss. a. u. c. 682. (propter iniqua C. Verris iudicia) in senatu fecerunt mentionem, placere statui, si patribus conscriptis videretur, ne absentes homines in provinciis rei fierent rerum capitalium. Verr. Accusat. 2, 39, 95. — Cn. Cornelius Lentulus, patriciae gentis, (collega Gellii), cui cognomen Clodiano fuit, per incertum stolidior an vanior, legem de pecunia, quam Sulla emptoribus bonorum remiserat, exigenda promulgavit. Sal. Hist. 4. p. 227. Ed. Gerl. min. v. Aul. Gell. 18. 4. Gerl. Introd. hist. p. 27 et 104. Comm. — A. u. c. 684. testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 5, 7, 15. — Censor, Temnitarum patronus. pro Flacco 19, 45. — Cn. Lentulus censor „a me pro eximia sua virtute summisque honoribus, quos a populo Romano adeptus est, honoris causa nominatur." pro Cluentio 42, 118. — Cum L. Gellio collega animadvertit in iudices quosdam consilii Iuniani. Ibid. §. 119. — Eius bona tribunus plebis (a scriptore haud nominatus) publicavit. Pro domo 47, 124. (Quod dicit Ern. in Ind. eum tribunum pl. fuisse C. Atinium Labeonem, error est ortus ex initio eiusdem §. 124.) — Ascon. in tog. cand. p. 84. — Cn. Lentulus: „in quo omnes pro amplissimis vestris honoribus, summum consilium, summam gravitatem esse cognovistis;" favebat legi Maniliae. pro lege Manilia 23, 68. — Cn. Lentulus, aequalis Q. Hortensii. Brut. 64, 230. Ibid. 90, 308. — Cn. Cornelius Lentulus Clodianus multo maiorem opinionem dicendi actione faciebat cet. Brut. 66, 234.

(Cornelius) Lentulus, Clodiani filius. Legati (in Galliam missi) sunt (a. u. c. 694.) Q. Metellus Creticus et L. Flaccus et, τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον, Lentulus, Clodiani filius. ad Att. 1, 19, 2. Marcellinus esse nequit, cum is in Fastis nominetur Publii filius. Ceterum Graeco illo proverbio significat, sicut ridiculum esset lentes unguento perfundi, sic indignum fuisse hunc Lentulum, qui illis viris legatus adderetur.

Cn. Cornelius P. F. P. N. Lentulus Marcellinus, „qui (pro *qui* leg. *cos.* vel excidit *consul fuit*) a. u. c. 698., patre Claudio Marcello plebeiae gentis natus, quod ex Cic. Ep. ad Fam. 10, 15, 1. („Quoniam accidit, ut omnium Marcellorum, Marcellinorum etiam - - studio tuus consulatus satisfacere posset:") et (Pseudo-) Ascon. in Divin. 4. (p. 105. Ed. Baiteri: Et Marcellus et Marcellinus inter se gentiles sunt:) intelligitur; a Cn. Cornelio Lentulo adoptatus, se Cn. Cornelium Lentulum non *Claudianum* (*s. Clodianum*) a nomine gentis, qua natus erat, ut alii solebant, sed *Marcellinum* a nomine familiae patris naturalis appellari voluit, ne e Claudiis Pulchris aut Neronibus patriciis esse videretur, qui e Claudiis Marcellis plebeiis erat." Duker. ad Liv. 39, 23. Vel, ut a Cn. Clodiano distingueretur. Ern. (Omnia haec perquam confuse exponuntur in Ern. Clavi et Schuetzii Indice.) *Clodianus* tamen dicitur in Vatin. 11, 27. in optimis quibusque Codd. Verba haec sunt: „Expectarisne, dum C. Antonius reus fieret apud Cn. Lentulum Clodianum?" quo de loco haec exhibent Ern. et Schuetz. in praecedente Cn. Lentulo Clodiano: Cum vulgo legeretur *Cn. Lentulum et Q. Claudium*, viri docti e Mss. reposuerunt *Cn. Lentulum Clodianum*, Fr. Fabricius, Ursinus, Gruterus, alii; quis autem sit ille Lentulus Clodianus tacent. De hoc nostro Lentulo (Clodiano cos. 682.) accipi non potest, qui diu ante consul fuerat, quam C. Antonius accusaretur. In altera autem lectione omnia expedita sunt. Ern. Nimirum a.

a. c. 695. praetores fuerunt Cn. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus et Q. Claudius Flamininus, apud quos Pighius quoque Vol. 3. p. 353. reum factum esse C. Antonium existimat. SCHUETZ. Sed nomen Q. Claudii (Flaminini cognomen unde repetierit Pighius, nescio:) in Vatinianae loco Edd. vett. nititur, ex quibus propagatum est usque ad Lambinum. Omnino magnopere dubitare licet, an Q. Claudius praetor a. u. c. 695., qui nusquam praeterea memorari videtur, unquam in vivis fuerit. — Marcellini fide atque praesidio Siculi maxime utebantur adversus C. Verrem. (a. u. c. 684.) Divinat. 4, 13. — Cn. Lentulus, patronus Siciliae, clarissimus adolescens. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 2, 42, 103. — Testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 4, 24, 53. — Cn. Cornelius Lentulus subscripsit L. Lentulo in accusando P. Clodio. Schol. Bob. in Clodium p. 336. — Marcellinus in senatu graviter de Clodianis incendiis, trucidationibus, lapidationibus questus est. (a. u. c. 697.) ad Q. Fr. 2, 1, 2. — Marcellinus, cupidissimus Ciceronis, (a. u. c. 697.) — Senatus consultum de Ciceronis domo factum est in sententiam Marcellini. ad Att. 4, 2, 4. Ibid. 3, 3. ad Att. 5, 21, 11. — Marcellinus consul a. u. c. 698. ad Att. 9, 9, 4. — Eius stirps in terna: atavus P. Scipio is, qui est optimus a populo Ro. iudicatus; abavus P. Scipio Nasica Corculum; proavus P. Scipio Nasica Serapio, qui Ti. Gracchum interemit; avus ille Scipio, sub initia belli Iugurthini mortuus. Cfr. Fabric. Garat. Wolf. ad Or. de Harusp. resp. 11, 22. — „De Harusp. resp. 11, 22. dicitur eius *avia* manibus accepisse Matrem deum. Sed Fr. Fabricius et P. Manutius ostenderunt esse legendum *atavi* (cfr. Wolf ad l. l., qui tamen dedit *abavi.*) id est Nasicae. Idem memoratur ad Fam. 1. Ep. 1 et 2. in causa Lentuli Spintheris, cui adversabatur; erat enim ei inimicus." ERN. — Marcellinus hoc uno mihi quidem non satisfacit, quod Pompeium nimis aspere tractat: quamquam id senatu non invito facit. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 5. — Quomodo se gesserit in causa Ptolemaei Auletae. ad Fam. 1, 1, 2. Ibid. 2, 1. — Nec unquam indisertus et in consulatu pereloquens visus est — facetus satis. Brut. 70, 247. — De Harusp. resp. 1, 2.

CORNELIUS LENTULUS MARCELLINUS, quaestor a. u. c. 706. Caesarianus. Caesar Civ. 3, 62. Oros. 6, 15. *Publii* praenomen ei tribuit Pighius.

Cn. (CORNELIUS) LENTULUS, tribunus pl. et anno proximo legatus. pro lege Manilia 19, 58. Quis fuerit, nemo interpretum docet. Plebeius certe, quoniam trib. pl.

Cn. LENTULUS VATIA. Eum Cn. Nerius index (a. u. c. 698.) edidit ad allegatos inter conscios corruptarum per P. Sestium tribuum. ad Q. Fr. 2, 3, 5. — Alii scribunt *Vaccia;* idem est nomen. Vide Schotti Suppl. Annal. Pigh. T. 3. p. 566.

L. CORNELIUS LENTULUS CRUS, qui consul fuit post cum C. Marcello, P. Clodium incesti reum fecit, subscribentibus Cn. et L. Lentulis. Schol. Bob. in Clodium p. 336. — A tribus Lentulis accusatum esse P. Clodium tradit etiam Valerius Max. 4, 2, 5. praenominibus non additis, unde interpretes cogitarunt de P. Lentulo Spinthere, L. Lentulo Crure, Cn. Lentulo Marcellino (Pighius ad a. 692. 693. Varr.) Iam ex Scholiasta patet P. Lentulo Spintheri substituendum esse L. Lentulum, Flaminem Martialem. Cfr. etiam Wolfium ad orat. de Harusp. resp. 17, 37., ubi Lentulus nominatur „gravis orator ac disertus." Accusator Clodii significatur, non nominatur ad Att. 1, 16, 3. — L. Lentulus Crus praetor a. u. c. 696. pro Cicerone L. Pisonem consulem deprecatus est. in Pison. 31, 77. — Repulsus a. u. c. 703. in petitione Quindecimviratus potius quam consulatus, propter verba: *quam ipso diffidente Dolabella!* (qui XVvir tum factus est.) Caelius ad Fam. 8, 4, 1. — Consul designatus a. u. c. 704. ad Att. 6, 8, 2. ad Fam. 7, 3, 1. — L. Cornelius Lentulus Crus et C. Claudius Marcellus coss. facti a. u. c. 705; „qui omnem honorem et dignitatem Caesaris exspoliarent." Bell. Gall. 8, 50. — Iis consulibus, Kalendis Ianuariis, cum labantem et prope cadentem rem publicam fulcire cuperet senatus ipsique C. Caesari, si sana mente esset, consulere vellet, tum M. Antonius venditum atque emancipatum tribunatum consiliis senatus opposuit. Philipp. 2, 21, 51. — Lentulus cos.

dixit se relaturum de Ciceronis triumpho. ad Fam. 16, 11, 3. — L. Lentulus, C. Marcellus, duo consules amicissimi patriae simul ex Italia eiecti. Philipp. 13, 14, 29. — Lentulus inimicus Caesaris. Eius oratio in senatu ante coeptum bellum civile. Caesar Civ. 1, 1. — Aeris alieni magnitudine et spe exercitus ac provinciarum et regum appellandorum largitionibus movetur seque alterum fore Sullam inter suos gloriatur. Ibid. Cap. 4. — Ex Urbe profugit. Ibid. 14. — Caesarem fugiens Larinum iter habuit. ad Att. 7, 12, 2. — L. Lentulus Ciceronem timidum esse dixerat. ad Fam. 6, 21, 1. — Cave putes quidquam minoris esse his consulibus. Capuam erant venturi, inanes; imparati. ad Att. 7, 20, 1. — Nihil in consulibus. Ib. Ep. 21, 1. — Eius responsum ad Caesarem missum. Ibid. §. 2. — Caesaris mandata ad eum per Balbum minorem missa. Ib. Lib. 8, 9, 4. scil. cum praemiorum promissis. Ib. Ep. 11, 6. Ib. Ep. 15. A. 2. Ib. L. 9, 6, 1. — Post fugam ex Urbe Capuae Caesaris gladiatores libertati confirmat atque iis equos attribuit cet. Caesar Civ. 1, 14. — Dyrrhachium proficiscitur. Ib. 24. — Omnia eius negotia, permittente Caesare, Romae sustinebat Balbus maior. Balbus in Ep. ad Cic. B., 2. ad Att. 9, 7. — Hortensii domum sibi et Caesaris hortos et Baias desponderat, si Pompeius vicisset. (a. u. c. 706.) ad Att. 11, 6, 6. — Eius tabernacula protecta edera in castris Pompeianis ad Pharsalum. Caesar Civ. 3, 96. — Ab Rhodiis non receptus. Ibid. 102. et ad Fam. 12, 14, 3. — Comprehenditur ab rege Ptolemaeo et in custodia necatur. Caes. Civ. 3, 104. — Illa, Lentulo et Marcello coss. acta in aede Apollinis, nec causa eadem est nec simile tempus (ac nunc a. u. c. 710.) ad Att. 15, 3, 1. — Satis erat fortis orator, si modo orator, sed cogitandi non ferebat laborem cet. Brut. 77, 268.

L. Cornelius Lentulus Lupus consul cum C. Marcio Figulo a. u. c. 598. non indisertus. Brut. 20, 79. — De bello Punico cum aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla inter eos concertatio unquam fuit. Tuscul. 3, 21, 51.

L. Cornelius Lentulus praetor. pro Archia 5, 9. — Praetor hic fuit inter annum 665., (non 654., ut est apud Schuetzium:) quo lata est Carbonis et Silani tribb. pl. lex de civitate, et a. 692., quo habita est Archiana. Per maiorem autem partem horum annorum Pighii Annalium defectum minus accurate supplevit Schottus. Pighius L. Cornelium Lentulum, flaminem Martialem praetorem facit a. u. c. 693. (Varr.) Vide igitur, ne hic ipse intelligatur, praetura autem eius in annum aliquem a. 692. Varr. antecedentem inciderit.

L. Cornelius Lentulus Niger, flamen Martialis. — Accusat P. Clodium a. u. c. 693. Vide in L. Lentulo Crure. Eum, quod (a. u. c. 695.) erat Gabinii competitor, L. Vettii indicio opprimere voluit P. Vatinius, trib. pl. Qui si tum illam labem pestemque vicisset, quod ei Vatinii scelere non licuit, res publica victa non esset. Huius etiam filium (item Lucium) eodem indicio et crimine ad patris interitum aggregare voluit Vatinius. in Vatinium 10, 25. — Cfr. de Harusp. resp. 6, 12. — De Lentulo sic fero, ut debeo. Virum bonum et magnum hominem et in summa magnitudine animi multa humanitate temperatum perdidimus. Sic amabat patriam, ut mihi aliquo deorum beneficio videatur ex eius incendio esse ereptus. (a. u. c. 698.) ad Att. 4, 6, 1. Ibid. 12, 7, 1. — Eius cognomen Niger memoratur ab Asconio in Scaur. p. 29., ubi ei tribuit filium Publium. — Hunc diversum esse a L. Lentulo Crure inde clarum est, quod flamen competitor fuit Gabinii in consulatu, Crus praetor Gabinio consule a. u. c. 696. Ern. Idem fortasse est Lentulus, Ciceronis et Attici familiaris, ad Att. 1, 8. 2. Ibid. 9, 2. quem falsa lectione deceptus Clodiae (Clodiani) filium nominat Corradus.

L. Cornelius L. F. Lentulus, flaminis filius, a Vettio indice (a. u. c. 695.) coniurationis in Pompeium insimulatus. ad Att. 2, 24, 2. — De maiestate postulavit A. Gabinium a. u. c. 700. ad Q. Fr. 3, 1, 5, 15. — Gabinius absolutus est. Omnino nihil accusatore Lentulo subscriptoribusque infantius. ad Q. Fr. 3, 4, 1. — Eius incredibilis infantia, immo praevaricatio in accusando A. Gabinio. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 9.

L. Cornelius Lentulus, praetor a.

u. c. 710. familiarissimus Antonii, mihi homo coniunctus, nullam se habere provinciam, nullam Antonii sortitionem fuisse iudicavit. Philipp. 3, 10, 25. — L. Lentulus proconsul Hispaniae. a. u. c. 711. ad Fam. 10, 32, 3. Idem fortasse cum flaminis filio.

P. Cornelius Lentulus Caudinus consul a. u. c. 518. Brut. 19, 77. — Ubi dicitur grandior natu fuisse cum Catone Censorio.

P. Cornelius Lentulus, avus P. Lentuli Surae Catilinarii, consul suffectus cum Cn. Domitio Aënobarbo. a. u. c. 592., princeps senatus, vitam produxit usque ad a. u. c. 633., quo in tumultu Gracchano volneratus nec multo post mortuus est. — P. Lentulus, is, qui princeps senatus fuit, accusavit M'. Aquillium (patrem, cos. a. u. c. 625.), subscriptore C. Rutilio Rufo. Divinat. 21, 69. („Indices Ciceroniani duos faciunt P. Lentulos, principes senatus, ex hoc uno." Zumpt. l. l. Cfr. etiam Ellendt ad Brut. p. 81.) — Rei publicae rector et consilii publici auctor. de Or. 1, 43, 211. — Ille princeps ad rem publicam dumtaxat quod opus esset satis habuisse eloquentiae dicitur. Brut. 28, 108. — P. Lentulus, princeps senatus, cum in ea loca (Campaniam) missus esset, ut privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica coëmeret, dicitur renuntiasse, nulla se pecunia fundum cuiusquam emere potuisse; eumque, qui nollet vendere, ideo negasse se adduci posse, uti venderet, quod cum plures fundos haberet, ex illo solo fundo nunquam malum nuntium audisset. de lege agr. 2, 30, 82. — P. Lentulus, clarissimus vir, armatus C. Gracchum est persecutus; ille etiam grave tum volnus accepit, ne quid de summa re publica minueretur. in Catil. 4, 6, 13. cfr. Val. Max. 5, 3. p. 452. Torr. — P. Lentulus, princeps senatus, volneratus in C. Gracchi caede. Philipp. 8, 4, 14. — Cornelius Lentulus, avus P. Lentuli Surae. Catil. 4, 6, 13. Pseudoascon. in Divin. p. 124 (ubi male Surae pater vocatur) Dio Cass. 46. p. 463. Reim.

P. Cornelius Lentulus Spinther, quod cognomen tulit ab histrione quodam propter similitudinem. Valer. Max. 9, 14, 4. Cfr. Plin. H. N. 7, 12. Quintil. 6, 3, 57. Aedilis a. u. 691., consule Cicerone, splendore in ludis magnificis edendis vicit omnes superiores. Plin. 9, 34, 19. Valer. Max. 2, 4, 6. — Praetor fuit 694. Propraetor Hispaniae citerioris a. u. c. 695. Cfr. Caes. Bell. Civ. 1, 22., ubi se per Caesarem consulem eius anni provinciam Hispaniam ex praetura habuisse exponit. Consul a. u. c. 697. eximiam Ciceroni ab exilio revocando navavit operam; quod meritum hic grato ac pio animo saepenumero celebrat. Proconsul Ciliciae a. u c. 698—700; successore Appio Claudio Pulchro. In hoc imperio Ptolemaeum Auleten, Aegypti regem, ab Alexandrinis expulsum reducere volebat; qua de causa variis calumniis diu multumque in senatu agitata agunt Epp. ad Fam. L. 1—6. Libri primi; quamque et Epp. 7 et 8. attingunt, cum in nona de se ipso agat Cicero et rationes exponat. quas in re publica administranda sequatur. In bello civili Pompeii partes secutus est. Post pugnam deinde Pharsalicam, cui interfuerat, navibus fugiens a Rhodiis non exceptus, in eodem bello periit. Wetzel. — Ille nostrarum iniuriarum ultor, auctor salutis, quidquid habuit, quantumcunque fuit, illud totum habuit e disciplina: instrumenta naturae deerant; sed tantus animi splendor et tanta magnitudo, ut sibi omnia, quae clarorum virorum essent, non dubitaret adsciscere eaque omni dignitate obtineret. Brut. 77, 268. — Aedilis a. u. c. 691. Ei P. Lentulus Sura in liberam custodiam traditur. Sal. Catil. 47. — Eius aedilitas magnificentissima a. u. c. 691. omnes vicit superiores. de Off. 2, 16. 57. — Praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — Credo tua causa velle Lentulum, qui erit consul. (a. u. c. 696.) Ibid. Ep. 4, 5. Ibid. 2, 2, 1. — Totus in Pompeii potestate. ad Att. 3, 22, 2. Ibid. 23, 1. Ibid. 24, 2. — P. Lentulus cos. designatus a. u. c. 696. Ciceronis studiosus. ad Fam. 14, 1, 2. — Consul et pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Optime meritus de revocando Cicerone. pro Sestio 32, 70. Ibid. 33, 72. — P. Lentulus frequentissimo senatu rettulit de revocando Cicerone. in Pison. 15, 34. — Habuit de me contionem. Egit cau-

sam summa cum gravitate copiaque dicendi cet. pro Sestio 50, 107. — Consul est egregius Lentulus, non impediente collega; sic, inquam, bonus, ut meliorem non viderim. ad Q. Fr. 2, 6, 4. — Deus ac parens fortunae ac nominis mei et fratris rerumque nostrarum; rogatio tribunicia adversus eum lata. pro Sestio 69, 144. Ibid. §. 147. — Clarissimus et fortissimus consul, inimicus Clodio, ultor sceleris illius, propugnator senatus, restitutor salutis meae. pro Milone 15, 39. — Post red. in sen. 3, 5. — Eius laudes. Ibid. 4, 8. Ibid. 11, 27. Post red. ad Quir. 5, 11. Ibid. 6, 16 cet. Pro domo 3, 7. — Cum nihil aliud dies et noctes nisi de salute mea cogitaret, eius consiliis omnibus interfuit Cn. Pompeius. Pro domo 12, 30. Ibid. 27, 70. Ibid. 28, 75. — P. Lentulum mihi ipsi antepono. ad Fam. 3, 7, 5. — Amicissimus Ciceronis. Schol. Bob. pro Milone p. 288. — Eius triumphus ex Cilicia. ad Att. 5, 21, 4. (Vide Manut.) — Eius lex provincialis Ciliciae data. ad Fam. 13, 48. — Ptolemaeum Auleten in regnum reducere cupiebat: quid ea de re actum sit in senatu circa XIIII. Kal. Febr. a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 2, 3. — P. Lentulus Aegyptum provinciam cum et auctoritate senatus et sorte haberet, interposita religione, sine ulla dubitatione deposuit. in Pison. 21, 50. — Ad P. Lentuli, clarissimi viri, auctoritatem a senatu profectam Roma ad Ptolemaeum Auleten contendit C. Rabirius Postumus. pro Rab. Postumo 8; 21. — Apud Lentulum ponam te in gratiam. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 3, 3. — Lentulum nostrum Tusculanum proscripsisse audio. Ib. Lib. 6, 1, 23. — Furnius et Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, una nobiscum circumierunt et laborarunt (ut Ciceroni supplicatio decerneretur a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 11, 2. — V. Id. Febr. (705.) litteras accepi, cohortes ex Piceno, Lentulo et Thermo ducentibus, cum Domitii exercitu coniunctas esse. ad Att. 7, 23, 1. — A. u. c. 705. Asculo cohortes secum abducere conatus, a magna parte militum deseritur. Caesar Civ. 1, 15. — Corfinii supplicat Caesari, qui eum dimittit incolumem. Ib. 22 et 23. — A Caesare Corfinio incolumis dimissus. ad Att. 8, 12, 6. Ib. Ep. 14, 3. Ib. Lib. 9, 3, 1. Ib. Ep. 7, 6. — Puteolis se in hortis suis occultans litteras mihi remisit mirifice gratias agens Caesari. Ib. Ep. 11, 1. et ibid. A., 3. — Lentulus noster Puteolis est, ἀδημονῶν, quid agat; διαφορὴν Corfiniensem reformidat; Pompeio nunc putat satisfactum; beneficio Caesaris movetur. ad Att. 9, 13, 7. Ib. Ep. 15. — P. Lentulum patrem Rhodi esse aiunt, Alexandreae filium. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 13, 1. — Non receptus a Rhodiis. ad Fam. 12, 14, 3. — Post pugnam Pharsalicam ab Rhodiis non receptus. Caesar Civ. 3, 102. — Lentulus foede periit in bello civili. ad Fam. 9, 18, 2. — Cfr. Philipp. 13, 14, 29.

P. Cornelius Lentulus Spinther, superioris filius. Eximia spe summae virtutis adolescens. ad Fam. 1, 7, 11. Ibid. 9, 23 et 24. — Ei annus idem (697) et virilem, patris, et praetextam (auguratus) populi iudicio togam dedit. pro Sestio 69, 144. — Eodem anno, quo togam virilem a patre sumpsit, etiam auguratus praetextam iudicio populi adeptus est. Schol. Bob. pro Sestio p. 313. — De hoc intelligenda *coena auguralis apud Lentulum.* a. u. c. 697. ad. Fam. 7, 26, 2. — P. Lentulus Spinther filius vestitum mutavit, cum C. Cato legem promulgasset de imperio eius patri abrogando (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 3, 1. — Quid est quod audio Spintherem fecisse divortium? (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 52, 2. — Lentulus cum Metella certe fecit divortium. Ib. 7, 1. — Apud Ciceronem fuit a. u. c. 710. ad Att. 14, 11, 2. — Particeps caedis Caesarianae. Pro quaestore a. u. c. 711. cum Trebonio proconsule profectus; hoc occiso, propraetoris nomen assumpserat, quo maiore auctoritate sociis imperare posset. Epistolas de suis rebus gestis misit cum ad Ciceronem ad Fam. 12, 14, tum ad Consules cet. Ibid Ep. 15. — Appetebat procurationem Asiae. Ibid. 14, 5. — Adoptatum esse hunc Lentulum a Manlio Torquato ex Dione 39, 17. docet Manutius ad Fam. 1, 7. extr. Ern. — Lentulus, qui in M. Bruti castris erat a. u. c. 711., petebat pontificatum minorem. Pseudocic. ad Brut. 1, 14. — Memoratur etiam Pseudociceroni ad Brut. 2, 2. — De P. Lentulo Spinthere filio potius quam de

alterutro Lentuli Nigri filio cogitasse videtur scriptor.

P. Cornelius Lentulus Sura. Optime de hoc homine egit Plutarchus in Cic. cap. 17. *Τοὺς δ' ὑπολειφθέντας ἐν τῇ πόλει τῶν διεφθαρμένων ὑπὸ τοῦ Κατιλίνα συνῆγε καὶ παρεθάῤῥυνε Κορνήλιος Λέντλος Σούρας ἐπίκλησιν, ἀνὴρ γένους μὲν ἐνδόξου, βεβιωκὼς δὲ φαύλως καὶ δι' ἀσέλγειαν ἐξεληλαμένος τῆς βουλῆς πρότερον, τότε δὲ στρατηγῶν τὸ δεύτερον, ὡς ἔθος ἐστὶ τοις ἐξ ὑπαρχῆς ἀνακτωμένοις τὸ βουλευτικὸν ἀξίωμα. Λέγεται δὲ καὶ τὴν ἐπίκλησιν αὐτῷ γενέσθαι τὸν Σούραν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. Ἐν τοῖς κατὰ Σύλλαν χρόνοις ταμιεύων συχνὰ τῶν δημοσίων χρημάτων ἀπώλεσε καὶ διέφθειρεν. Ἀγανακτοῦντος δὲ τοῦ Σύλλα καὶ λόγον ἀπαιτοῦντος ἐν τῇ συγκλήτῳ, προελθὼν ὀλιγώρως πάνυ καὶ καταφρονητικῶς λογον μὲν οὐκ ἔφη διδόναι, παρέχειν δὲ την κνήμην, ὥσπερ εἰώθεισαν οἱ παῖδες, ὅταν ἐν τῷ σφαιρίζειν ἁμάρτωσιν. Ἐκ τούτου Σούρας παρωνομάσθη· σούραν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τὴν κνημην λέγουσι. Πάλιν δὲ δίκην ἔχων καὶ διαφθείρας ἐνίους τῶν δικαστῶν, ἐπεὶ δυσὶ μόναις ἀπέφυγε ψήφοις, ἔφη παρανάλωμα γεγονέναι τὸ θατέρῳ κριτῇ δοθὲν, ἀρκεῖν γὰρ ἂν, εἰ καὶ μιᾷ ψήφῳ μόνον ἀπελύθη. Τοῦτον ὄντα τῇ φυσει τοιοῦτον κεκινημένον ὑπὸ τοῦ Κατιλίνα προσδιέφθειραν ἐλπίσι κεναῖς ψευδομάντεις καὶ γόητες ἔπη πεπλασμένα καὶ χρησμοὺς ᾄδοντες, ὡς ἐκ τῶν Σιβυλλείων προδηλοῦντας εἱμαρμένους εἶναι τῇ Ῥώμῃ Κορνηλίους τρεῖς μονάρχους, ὧν δυο μὲν ἤδη πεπληρωκέναι τὸ χρεὼν, Κίνμαν τε καὶ Σύλλαν, τρίτῳ δὲ λοιπῷ Κορνηλίῳ ἐκείνῳ φέροντα τὴν μοναρχίαν ἥκειν τὸν δαίμονα καὶ δεῖν πάντως δέχεσθαι καὶ μὴ διαφθείρειν μέλλοντα τοὺς καιροὺς ὥσπερ Κατιλίνας.* — P. Lentulus Sura aequalis Q. Hortensii. Brut. 64, 230. Ibid. 90, 308. — Quaestor urbanus a. u. c. 673. (cfr. Plutarchi Cic. c. 17.) non, ut est apud Schuetzium, Scipione et Norbano coss. a. u. c. 671. Verr. Accus. 1, 14, 37. — Consul a. u. c. 683. a Cn. Lentulo Clodiano et L. Gellio censoribus a. u. c. 685. ob libidinum foeditatem turpissimorumque hominum societatem senatu est motus. Insequenti tamen tempore iterum, ut in senatum reciperetur, factus praetor a. u. c. 691., Catilinariae coniurationis particeps, supplicio affectus est. — Eius et excogitandi et loquendi tarditatem tegebat formae dignitas, corporis motus plenus et artis et venustatis, vocis et suavitas et magnitudo: sic in hoc nihil praeter actionem fuit, cetera etiam minora quam in Cn. Lentulo Clodiano. Brut. 66, 235. — Bis absolutus. ad Att. 1, 16, 9. — P. Lentulus Sura praetor (iterum) a. u. c. 691., Allobrogum legatos sollicitavit. in Catil. 3, 2, 4. — Ad Ciceronem vocatus. Ibid. 3, 6. — Allobrogibus confirmarat ex fatis Sibyllinis se esse tertium illum Cornelium, ad quem regnum huius urbis atque imperium pervenire esset necesse: Cinnam ante se et Sullam fuisse. Ibid. 4, 9. Ibid. 5, 10. seqq. — Eius litterae ad Catilinam datae. Ibid. §. 12. — Patres censuerunt, ut cum se praetura abdicasset, tum in custodiam traderetur. Ibid. 6, 14 et 15. — P. Lentuli somnus. Ibid. 7, 16. — Suum nomen inductus a vatibus fatale ad perniciem rei publicae fore putavit. Ibid. 4, 1, 2. et 6, 12. — Catilinarius. Sal. Catil. 17. Ib. 32. — Eius consilia et incepta post Catilinae profectionem in Etruriam. Ibid. 39. — Litterarum eius per T. Volturcium ad Catilinam missarum exemplum. Ibid. 44. — Ad Ciceronem vocatus. Ibid. 46. — Cicero Lentulum, quod praetor erat, ipse manu tenens in senatum perducit. Ibid. — Sermones habere solitus erat: ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis portendi; Cinnam atque Sullam antea, se tertium esse, cui fatum foret Urbis potiri. Ib. 47. — Senatus decernit, uti abdicato magistratu Lentulus itemque ceteri in liberis custodiis haberentur. Ibid. — In carcerem deductus. In Tullianum postquam demissus est, vindices rerum capitalium laqueo gulam fregere. Itaque ille patricius ex clarissima gente Corneliorum, qui consulare imperium Romae habuerat, dignum moribus factisque suis exitium vitae invenit. Ibid. 55. — De Lentuli socordia atque ignavia queritur Catilina. Ib 58. — L. Caesar, qua oratione, qua constantia sententiam dixit in sororis suae virum, vitricum tuum, Antoni! Philipp. 2, 6, 14. Ibid. 7, 17. — Quod flagitium Lentulus non cum L. Vargunteio concepit? pro Sulla 6, 16. — De supplicio P. Lentuli, de carcere magna et queribunda voce dixerat L. Torquatus.

Ibid. 10, 30. Cfr. Ibid. 11, 33. Ibid. 25, 70. Ibid. 27, 76. — Quam potestis P. Lentulo, qui vos in complexu liberorum coniugumque vestrarum trucidatos incendio patriae sepelire conatus est, mactare victimam gratiorem, quam si L. Flacci sanguine illius nefarium in nos omnes odium saturaveritis? pro Flacco 38, 95. — P. Lentulo ferrum et flammam de manibus extorsimus. Ibid. 39, 97.

P. Cornelius Lentulus, Lentuli Nigri flaminis filius, rogavit iudices pro M. Aemilio Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29. — Lentuli Nigri flaminis filius Lucius, qui eodem anno Gabinium de maiestate postulavit, memoratur ad Q. Fr. 3, 1, 5. Beier. De Lucio vide supra.

P. Cornelius Lentulus. Cicero filiam post mortem Pisonis generi P. Lentulo (Dolabellae) collocavit., apud quem illa ex partu decessit. Ascon. in Pison. p. 5.

(P. Cornelius) Lentulus, nepos Ciceronis ex P. Dolabella et Tullia. Dabo meum testamentum legendum, cui voluerit Terentia: intelliget non potuisse honorificentius a me fieri de nepote, quam fecerim. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 18a., 2. — Lentulum puerum visas eique de mancipiis, quae tibi videbitur, attribuas. (eodem anno.) Ib. Ep. 28, 3. — Quod Lentulum invisis, valde gratum. Pueros attribue ei, quot et quos videbitur. (Vide, quae de his quattuor locis notavimus ad Fabricii Vitam Cic. a. u. c. 708.)

L. Cornelius Lupus, homo periurus et impurus notatus a Lucilio. de Nat. D. 1, 23, 63. — Lupus a Lucilio derisus. Varro LL. 7, 3. p. 333.

L. Cornelius Merula consulari familia ortus. Varro RR. 3, 2, 2. (ib. §. 8.)

Cornelius Nepos, notus historicus, Ciceronis, Attici, Catulli amicus. Fragmm. epistolarum ad eum. Fragmm. p. 462. — Male narras de Nepotis filio. Valde mehercule moveor et moleste fero. Nescieram omnino esse istum puerum. (a. u. c. 710.) ad Attic. 16, 14, 4. — Nepotis epistolam exspecto. Cupidus ille meorum? qui ea, quibus maxime γαυρῶ, legenda non putet. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 5, 5.

P. Cornelius Rufinus cos. a. u. c. 464. „cum M'. Curio Dentato collega adversus Samnites missus bellum confecit. (Eutrop. 2, 5.) cos. iterum a. u. c. 477., Pyrrhi bello excelluit (Vell. Pat. 2, 7.) atque Crotone Locrisque potitus est (Zonaras 8, 6). Etiam dictatorem eum fuisse tradunt scriptores eumque his functum honoribus a C. Fabricio Luscino et Q. Aemilio Papo censoribus senatu motum, quod decem pondo argenti facti haberet. Liv. Epit. 14. Excerpta Dionys. Halic. 20, 1. Val. Max. 2, 9, 4. Plutarch. Sylla init. Gell. 4, 8. 17, 21. Flor. 1, 18." Henrichsen. — C. Fabricii dictum in eum. de Or. 2, 66, 268.

Cornelii Scipiones.

STEMMA SCIPIONUM.

L. Cornelius Scipio cos. 456. Etruscos vincit. Liv. 10, 11.

Cn. Cornelius Scipio Asina, cos. 494. Ex consule captivus Karthaginiensium bello Punico primo et ex captivo iterum consul 500.	L. Cornelius Scipio, cos. 495. vincit Sardos et Hannonem bello Punico primo.		
	P. Cornelius Scipio, cos. 536., a filio ad Ticinum servatus, victus ad Trebiam. Periit cum fratre in Hispania 542.	Cn. Cornelius Scipio Calvus, cos. 532. Periit in Hispania 542.	L. Cornelius Scipio obscurus.
P. Cornelius Scipio Asina, quo cos. 533. Hannibal dux Poenorum in Hispania fit.			
P. Cornelius Scipio Africanus maior, bis cos. 549. et 560. Victor Hannibalis. *a.*	L. Cornelius Scipio Asiaticus, cos. 564. Victor Antiochi magni.	P. Cornelius Scipio Nasica nondum quaestor optimus vir 550. iudicatus, cos. 563. *b.*	Cn. Cornelius Scipio Hispallus, cos. 578., a quo familia Hispallorum.

a.

- **P. Cornelius Scipio Africanus, imbecillus, castra non secutus. Augur 574. Adoptavit:**
  - **P. Cornelium Scipionem Aemilianum, Africanum minorem (L. Aemilii Paulli Macedonici filium) bis cos. 607. et 620., Karthaginis et Numantiae eversorem.**
- **L. Cornelius Scipio Africanus, ab Antiocho in Asia captus, degener; a censoribus notatur.**
- **Cornelia, mater Ti. et C. Gracchorum.**

b.

- **P. Cornelius Scipio Nasica Corculum, bis cos. 592. et 599.**
  - **P. Cornelius Scipio Nasica Serapio cos. 616., occisor Ti. Gracchi 621.**
    - **P. Cornelius Scipio Nasica, quo consule 643. bellum Iugurthinum exarsit; mortuus in consulatu.**
      - **P. Cornelius Scipio Nasica, gener L. Licinii Crassi oratoris, praetor 660.**
        - **L. Licinius Crassus Scipio, ab avo materno adoptatus.**
        - **P. Cornelius Scipio Nasica, idem (a Q. Metello Pio adoptatus) Q. Caecilius Metellus Scipio, cos. 702., Pompeii Magni socer, a Caesare victus in Africa se occidit.**

De Scipionum familia vide Interpretes ad Orat. de Harusp. resp. 11, 22. — Scipionum sepulchra ad portam Capenam. Tuscul. 1, 7, 13. — Ennius in sepulchro Scipionum putatur esse constitutus e marmore. pro Archia 9, 22. — Cfr. Monumenti degli Scipioni pubblicati dal cavaliere Francesco Piranesi, architetto Romano (ed illustrati da Ennio Quirino Visconti). Roma 1785. fol. Inscriptt. meas Latinas N. 550—559.

(Cornelius) Scipio apud Caelium ad Fam. 8, 9, 5. et 11, 2. est Q. Caecilius Q. F. Metellus Pius Scipio.

(Cornelius) Scipio. A Scipione quidam male dicunt Scipioninos; nam est Scipionarios. Varro LL. 9, 42. p. 508.

C. (Cornelius) Scipio pro Sestio 3, 7. falsa lectio pro *L. Scipio*.

(Cornelius) Scipio, praetor Siciliae de Or. 2, 69, 208., qui fuerit non liquet. — In Codd. saepe *Scipiones* substituuntur *Caepionibus*, quod illud nomen erat notius librariis.

Cn. et P. Cornelii Scipiones comitatu nobilium iuvenum fortunati. Cato 9, 29. — Scipiones duo, fortes viri de Off. 3, 4, 16. — Scipiones duo oriens incendium belli Punici secundi sanguine suo restinxerunt. de Rep. 1, 1, 1. Scil. Cn. Cornelius Scipio Calvus eiusque frater P. Cornelius Scipio consules in Hispania adversus Poenos pugnantes caesi. — Cn. et P. Scipiones, duo propugnacula belli Punici; qui Karthaginiensium adventum corporibus suis intercludendum putaverunt. Parad. 1, 2, 12. — Cn. et P. Cornelii Scipiones duo iter Poenis vel corporibus suis obstruere voluerunt. Cato 20, 75. Ib. 23, 82. — Cn. et P. Scipiones, duo fulmina nostri imperii. pro Balbo 15, 34. — Scipiones in Hispania pro patria ceciderunt. Tuscul. 1, 37, 89. — Duo Scipiones, fortissimos et optimos viros, in Hispania Poenus oppressit. de Nat. D. 3, 32, 80. de Off. 1, 18, 61. — Cornelii Scipiones in Hispania occisi. Schol. Bob. pro Scauro p. 376.

Cn. Cornelius Scipio, triumvir coloniae deducendae Placentiam. (a. u. c. 536.) Ascon. in Pison. p. 3. — Est

Cn. Cornelius Scipio L. F. Calvus, cum fratre natu maiore Publio in Hispania cum Poenis bellum gessit, pater P. Scipionis Nasicae, qui vir optimus iudicatus est. In Hispania occisus est cum fratre. a. u. c. 542. Liv. 25, 34 et 36.

P. Cornelius L. F. Scipio laudatur plerumque iunctim cum fratre Cnaeo, propter res in bello fortiter gestas. Pater fuit P. Scipionis Africani maioris et L. Scipionis Asiatici.

L. Cornelius P. F. Scipio Asiaticus sive Asiagenes (Asiagenus Inscriptt. mear. Lat. N. 557). Gronov. Obss. 4, 25. p. 813. — L. Scipio bellum in Asia gessit Antiochumque regem potentissimum vicit. Verr. Accusat. 1, 21, 55. — Maximum bellum populus Romanus cum Antiocho gessit; cuius belli victor L. Scipio, parta cum Publio fratre gloria, quam laudem ille, Africa oppressa, cognomine ipso prae se ferebat, eundem hic sibi ex Asiae nomine assumpsit. pro Murena 14, 31. — Bello Antiochino magno et gravi, cum L. Scipioni provincia Asia obvenisset, parumque in eo putaretur esse animi, parum roboris senatusque ad collegam eius C. Laelium (cos. a. u. c. 564.), huius Sapientis patrem negotium deferret, surrexit P. Africanus, frater maior L. Scipionis et illam ignominiam a familia deprecatus est, dixitque et in fratre suo summam virtutem esse summumque consilium neque se ei legatum id aetatis iisque rebus gestis defuturum. Quod cum ab eo esset dictum, nihil est de Scipionis provincia commutatum. Philipp. 11, 7, 17. — Ei ex toto illo collegio tribunorum plebis solus auxilio fuit Ti. Gracchus pater, inimicus. de prov. cons. 8, 18. — L. Scipionis, qui bellum in Asia gessit Antiochumque devicit, non solum cum chlamyde, sed etiam cum crepidis in Capitolio statuam videtis. pro Rab. Postumo 10, 27. — De eius triumpho vide Plinii H. N. 33, 11. — L. Cornelius Scipio Asiaticus: de quo cum senatus ambigeret, utrum idoneus esset, qui in Asiam contra Antiochum mitteretur, P. Scipio Africanus, frater eius, legatum se ei obtulit. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 175. — L. Cornelius Scipio Asiaticus vicit Antiochum magnum. Schol. Bob. pro Sestio p. 301. — Eius filii titulus repertus in Scipionum monumento: L. Corneli L. F. P. N. Scipio quaist. tr. mil. annos gnatus XXXIII. mortuos. Pater regem Antioco subegit. Inscriptt. Latt. N. 556.

L. Cornelius L. F. Scipio Asiaticus. — L. Scipio, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Ut si deliberet senatus bello Italico, solvatne legibus Scipionem, ut eum liceat ante tempus consulem fieri. ad Her. 3, 2, 2. — Fuit in consulatu C. Iunio Norbano collega. (a. u. c. 671.) Uterque autem pro partibus C. Marii et Cn. Carbonis contra Sullam steterunt: verum post bellum civile per colloquium fraudulentum desertus est ab exercitu suo, cum milites ad Sullam deficerent. Idemque postea in exilio Massiliensi aut apud Stoechadas insulas supremum vitae diem functus est. Schol. Bob. pro P. Sestio p. 293. — Ei quaestor obtigit M. Pupius Piso Calpurnianus. Verr. Accusat. 1, 14, 37. — Memoratur pro Quint. 6, 24. — Cum C. Norbano ab exercitu, quem contra Sullam ducebat, desertus, sed propter nobilitatem a victore conservatus est. — Dicebat non imperite. Brut. 47, 175. — Eius colloquium cum L. Sulla. Philipp. 12, 11, 27. Philipp. 13, 1, 2. — L. Cornelius Scipio Asiaticus, optimus et calamitosissimus vir cos. a. u. c. 671. proscriptus a Sulla (Oros. 5, 21.) in exilium Massiliense profectus: ibi eum consolatus est gener P. Sestius. pro Sestio 3, 7. ibique Scholia Bob. Crameri Schol. Iuvenal. p. 180. Olim male legebatur C. Scipio. — L. Scipio a Sulla proscriptus. ad Att. 9, 15, 2.

L. Cornelius Scipio fulmine ictus. Varro Fr. p. 215. Bip.

L. Cornelius Scipio Nasica: eius dictum. de Or. 2, 64, 260. — Incertum est quis Nasicarum hic fuerit. Codd. habent *L. Porcius Nasica*, corrupte.

M. Cornelius Scipio Maluginensis; praetor a. u. c. 578. Eius dictum in L. Manlium Acidinum consulem. de Or. 2, 64, 260. — Esse videtur M. Scipio, qui inter praetores nominatur apud Livium 41, 14 et 27., ubi M. Cornelius Maluginensis dicitur. Sic placet Sigonio de nomin. C. 5. disputanti contra Robortellum, qui apud Ciceronem *Caepio* legi volebat. Aliquid ta-

men dubitationis remanet Dukero ad Liv. l. l. Ern.

P. Cornelius Scipio, Africanus maior. Aedilis curulis fuit a. u. c. 541.; aedilicius a. u. c. 543. Hispaniam extra ordinem pro consule obtinuit eamque provinciam prorogato imperio cum exercitu per sequentes annos 544—548. tenuit ibique rem publicam contra Poenos felicissime gessit. Romam rediit a. u. c. 548. Triumphum tamen haud consecutus est, quod ad eam diem constabat neminem triumphasse, qui sine magistratu rem gessisset. A. u. c. 549. primum consul factus est cum P. Licinio Crasso Divite, eique provincia Sicilia extra ordinem assignata, quam a. 550. prorogato imperio tenuit, ex eaque cum classe in Africam traiecit eamque a. 551. 552. 553. tenuit ac debellato ad Zamam Hannibale ex S. C. et populi iussu pacem cum Poenis fecit et clarissimo triumpho Urbem ingressus est. Africani cognomen honoris causa adeptus est. A. 555. censor fuit cum P. Aelio Paeto. A. 560. iterum consul fuit cum Ti. Sempronio Longo. Praeter Publium, hominem imbecillum, patrem adoptivum Africani minoris, habuit etiam alterum filium Cnaeum (Valer. Max. 4, 5.) quem Pighius ad a. 559. (560.) putat esse eum, qui apud Livium 41, 27. L. Scipio dicitur praetor. Ern. — Mortui quoque nomen splendori ac decori est civitati. Scriptor ad Herennium 4, 15, 22. — Scipio Africanus superior, admodum adolescens consul factus. Philipp. 5, 17, 48. — „Ab eius morte (Cato Censorius est, qui loquens inducitur) tertius hic et tricesimus est annus (scil. a. u. c. 604). Anno ante me censorem (a. u. c. 570.) mortuus est (a. u. c. 569.) novem annis post meum consulatum (a. u. c. 559.) cum consul iterum me consule designatus esset." Cato 6, 19. cfr. St. Allais Vol. 5. p. 75. — Optimus atque invictissimus vir. de Rep. 6, 9, 9. (Somn. Scip. C. 1.) — Formula triumphi ei decreti QVOD EIVS VIRTVTE AVT FELICITATE . . . de Finn. 4, 9, 22. — Ad honestatem omnem conatum suum referebat, non ad voluptatem. de Finn. 2, 17, 57. — Scipio Africanus maior, Paullus, Q. Maximus: eorum non in sententia solum, sed etiam in nutu residebat auctoritas. Cato 17, 61. — Comitatu nobilium iuvenum fortunatus. Cato 9, 29. — Eum scribit Cato solitum esse dicere, nunquam se plus agere, quam nihil cum ageret, nunquam minus solum esse, quam cum solus esset. de Rep. 1, 17, 27. de Off. 3, 1, 1. — Legatus fratri profectus in Asiam. pro Murena 14, 32. Vide L. Cornelius Scipio Asiaticus.— Legatum se L. Scipioni fratri minori obtulit. Philipp. 11, 7, 17. — Eius in re gerunda celeritas. Verr. Accusat. 5, 10, 25. — Responsum ab eo Corinthiis datum. de Or. 2, 65, 262. — Eius dictum in M. Naevium, a quo erat accusatus. de Or. 2, 61, 249. — Quid ei dixerit P. Licinius Varus. Ibid. §. 250. — Saepe ego audivi Q. Maxumum, P. Scipionem, praeterea civitatis nostrae praeclaros viros solitos ita dicere, cum maiorum imagines intuerentur, vehementissume sibi animum ad virtutem accendi. Sal. Iug. 4. Hic locus melius ad Africanum maiorem refertur quam vel ad minorem vel ad P. Scipionem, qui matrem Idaeam accepit. — Africanus maior dicere solitus, nunquam se minus otiosum esse, quam cum otiosus esset cet. de Off. 3, 1, 1. — Nulla eius ingenii monumenta mandata litteris, nullum opus otii, nullum solitudinis munus exstat. Ibid. §. 4. — Eum accepimus non infantem fuisse. Brut. 19, 77. — Ab eo in amicitiam receptus Masinissa. Sal. Iug. 5. — Agrigentinis de senatu cooptando leges dedit. a. u. c. 549. Verr. Accusat. 2, 50, 123. — Eius consilio ac virtute Hannibal in Africam redire atque ex Italia decedere coactus est. in Catil. 4, 10, 21. — Bellum Punicum secundum a portis huius urbis avolsum compulit intra hostium moenia. de Rep. 1, 1, 1. — Africanus maior — etiam a se ipso saepe accusatus est, quod, cum consul esset cum Ti. Longo (a. u. c. 560.), passus esset tum primum a populari consessu (in Megalensibus) senatoria subsellia separari. Cornel. 1. Fragmm. 12. pag. 449. — Megalenses ludi sunt more institutisque maxime casti, sollemnes religiosi; quibus ludis primum ante populi consessum senatui locum P. Africanus iterum consul ille maior dedit. de Harusp. resp. 12, 24. — Ennii distichon in eius laudem. Tuscul. 5, 17, 49. — Ennii versus in eius laudem. de Finn. 2, 32, 106. — Scipio invicte! Ennius dixit. Orat. 45, 152. de Finn. 5, 24, 70. Parad. 1, 2, 12. Herenn. 4, 5, 7.

P. Cornelius Scipio, filius Africani maioris, is, qui hunc minorem Scipionem a Paullo adoptavit, si corpore valuisset, in primis habitus esset disertus: indicant cum oratiunculae, tum historia quaedam Graeca, scripta dulcissime. Brut. 19, 77. — P. Cornelius Scipio filius superioris Africani ex Aemilia Paulli Macedonici sorore propter infirmitatem valetudinis non tam potuit patris similis esse, quam ille fuerat sui. de Off. 1, 33, 121. — P. Scipio Africani filius, is, qui adoptavit Africanum minorem, fuit imbecillus, tenui aut nulla potius valetudine. Quod ni ita fuisset, alterum illud exstitisset lumen civitatis; ad paternam enim magnitudinem animi doctrina uberior accesserat. Cato 11, 35. — Huius titulus repertus est in monumento Scipionum extra portam Capenam: Quei apicem insigne Dialis flaminis gessistei, mors perfecit tua, ut essent omnia brevia, honos fama virtusque gloria atque ingenium; quibus sei in longa licuisset tibe utier vita, facile superasses gloriam maiorum. Quare lubens te in gremiu, Scipio, recipit terra, Publi, prognatum Publio, Corneli. Inscriptt. Latt. N. 558.

P. Cornelius Scipio Aemilianus, Africanus minor, L. Paulli Aemilii filius adoptatus a P. Cornelio Scipione, Africani maioris filio, sub initium belli Punici tertii a. u. c. 603. tribunus militum fuit in Celtiberia; deinde anno eius belli secundo a. u. c. 606., cum rex Masinissa decessisset, e castris apud Karthaginem evocatus eius regnum inter tres filios, Micipsam, Gulussam, Manastabalem divisit. A. u. c. 607. cum C. Livio Mamiliano Druso cum aedilitatem peteret, legibus solutus, 37. annos natus consul factus Africam populi iussu extra sortem provinciam accepit. Karthaginem obsessam a. u. c. 608. prorogato ei proconsulari imperio cepit et excidit, Africaque in provinciae Romanae formam redacta cognomen Africani a Scipione Africano maiore quasi hereditate relictum propria etiam virtute et felicitate obtinuit et ad Urbem reversus triumphum splendidissimum duxit. A. u. c. 612. censor fuit cum L. Mummio Achaico. (Brut. 22, 85. de Off. 2, 22, 76. ad Att. 16, 13. c., 2.). A. u. c. 620. legibus solutus, cum non peteret, consul iterum factus est cum C. Fulvio Flacco. Eodem anno ei Hispania citerior bellumque Numantinum extra sortem decretum est. A. u. c. 621. Numantiam cepit et funditus delevit; annoque sequente de Numantinis triumphavit. A. u. c. 625. cum ferveret seditio a triumviris agris dividundis C. Graccho, C. Carbone, M. Fulvio Flacco excitata, quorum iniuriis adversus socios Scipio gravissime se opposuerat, mane in lectulo mortuus inventus est, annos natus 56., non sine magna suspicione eum ab inimicis veneno interemptum vel alio modo noctu ei vim illatam esse. — Scipio Afr. minor in gloria rei militaris Paullum patrem imitatus est. pro Rab. Postumo 1, 2. — Discipulus Catonis et Laelii. de Inv. 1, 4, 5. — In Africam venit M'. Manilio consuli (a. u. c. 605.) ad quartam legionem tribunus militum. de Rep. 6, 9, 9. (Somn. Scip. C. 1.) — Corona obsidionali donatus a Manilio consule. Varro Fr. p. 352. Bip. — De Africano vel iurare possum, non illum iracundia tum inflammatum fuisse, cum in acie M. Allienum Pelignum scuto protexerit gladiumque hosti in pectus infixerit. Tuscul. 4, 22, 50. — Nunquam se ille Philo, nunquam Rupilio, nunquam Mummio anteposuit, nunquam inferioris ordinis amicis. Q. vero Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam superiorem colebat suosque omnes per se esse ampliores volebat. Lael. 19, 69. — L. Paulli patris hereditatis Q. Maximo fratri partem suam concessit. Parad. 6, 2, 48. — Cum esset censor et in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodisset, clara voce, ut omnis contio audire posset, dixit se scire, illum verbis conceptis peierasse; si quis contra vellet dicere, usurum esse eum suo testimonio; deinde cum nemo contra diceret, iussit equum traducere. Ita is, cuius arbitrio et populus Romanus et exterae gentes contentae esse consuerunt, ipse sua scientia ad ignominiam alterius contentus non fuit. pro Cluentio 48, 134. Val. Max. 4, 1, 10. Quintil. 5, 11, 13. — Corneliam filiam Ti. Graccho collocavit. de Inv. 1, 49, 91. — Vituperationi ei fuit, quod M. Antius Briso, qui L. Cassii legi tabellariae diu restitit, eius auctoritate de sententia deductus putabatur. Brut. 25, 97. — Constans opinio de eius virtute. Topic. 20, 78. —

Gravitatem habuit. de Or. 3, 7, 28. — Eum nonnulli in popularium numerum referre solent. Acad. 2, 5, 13. — Eius singulare consilium. Verr. Accusat. 5, 10, 25. — Rei publicae rector et consilii publici auctor. de Or. 1, 48, 211 et 215. — Sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio, quos appellare possim nominatim. Tuscul. 4, 3, 5. — Semper Africanus Socraticum Xenophontem in manibus habebat; cuius in primis laudabat illud, quod diceret eosdem labores non esse aeque graves imperatori et militi, quod ipse honos laborem leviorem faceret imperatori. Tuscul. 2, 26, 62. — Xenophontis *Κυρου παιδείαν* non sine causa de manibus ponere non solebat. ad Q. Fr. 1, 1, 8, 23. — Scipionem Africanum minorem doctum fuisse traditum est. Tuscul. 1, 3, 5. — P. Scipio, C. Laelius optime loquebantur: aetatis illius ista fuit laus tamquam innocentiae, sic Latine loquendi; nec omnium tamen. Brut. 74, 258. — Omnia sermone conficiebat paullo intentiore. de Or. 1, 60, 255. — Paulli filius Africanus in re militari excelluit: eloquentia cumulavit bellicam gloriam. de Off. 1, 32, 116. — P. Scipio Africanus minor et C. Laelius in primis eloquentes habiti: quorum exstant orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest. Brut. 21, 82. — Comparatur cum Laelio. Ibid. §. 83 et 84. — P. Africanus Karthagine deleta Siculorum urbes signis monumentisque pulcherrimis exornavit. Verr. Accusat. 2, 2, 3. — Oppidum Himeram Karthaginienses quondam ceperant; quod fuerat in primis Siciliae clarum et ornatum, Scipio, qui hoc dignum populo Romano arbitrabatur bello confecto socios sua per nostram victoriam recuperare, Siculis omnibus, Karthagine capta, quae potuit restituenda curavit; (inter alia etiam Thermitanis, quibuscum se miscuerant Himeraei, Himerae simulacrum et Stesichori statuam.) Verr. Accusat. 2, 35, 86. — Siculis ornamenta urbium et deorum simulacra a Poenis ablata, deleta Karthagine, iisdem reddidit. Eius dictum ea de re. Verr. Accusat. 4, 33, 73. seqq. Cfr. Ibid. 39, 84. — Scipio Africanus Karthagine excisa Siciliae ornamenta rettulit ea, quibus quondam a Poenis victoribus spoliata erat. Pseudoascon. in Divin. p. 100. — Laudat Africanum Panaetius, quod fuerit abstinens. - - Imitatus patrem Africanus nihilo locupletior Karthagine eversa. de Off. 2, 22, 76. et ad Att. 16, 13. c. 2. — Eius providentia Karthaginis opes fregit. Her. 4, 32, 43. — Natus ad interitum exitiumque Karthaginis. de Harusp. resp. 4, 6. — Ad bellum Punicum tertium populus Romanus ita sibi ipse delegit idoneum ducem, P. Scipionem, ut eum tamen bellum gerere consulem vellet. Philipp. 11, 7, 17. — De Numantinis triumphavit a. u. c. 622. Ibid. 8, 18. — Ad eum privatum a. u. c. 622. bellum contra Aristonicum delatum non est; duas tribus solas tulit. Ibid. — Singularis vir et imperator, non plus in excidenda Numantia rei publicae profuit quam eodem tempore P. Nasica privatus, cum Ti. Gracchum interemit. de Off. 1, 22, 76. — Ad Numantiam Iugurtham in amicis habuit; urbe illa deleta donatum atque laudatum magnifice pro contione secreto monuit, ut potius publice quam privatim amicicitiam populi Romani coleret; cum litteris eum, quas Micipsae redderet, dimisit. Sal. Iug. 7—9. — Attalus rex magnificentissima dona P. Africano usque ad Numantiam misit ex Asia; quae Africanus inspectante exercitu accepit. pro Deiotaro 7, 19., ubi consule interpretes. — Karthaginem delevit, triumphum egit, censor fuit, obiit legatus Aegyptum, Syriam, Asiam, Graeciam, delectus iterum absens consul, bellum maximum confecit, Numantiam excidit. de Rep. 6, 11, 11. (Somn. Scip. C. 2.) — Numantiam sustulit, Karthaginem delevit. Her. 4, 13, 19. — Sol geminatus Tuditano et Aquilio coss. a. u. c. 625. (cfr. de Rep. 1, 13, 19.), quo quidem anno P. Africanus sol alter exstinctus est. de Nat. D. 2, 5, 14. — Non fuisset illa nox tam acerba Africano, sapientissimo viro, si nihil eum fefellisset. ad Att. 10, 8, 7. — Africanum domestici parietes non texerunt. de Nat. D. 3, 32, 80. — Eius mors. de Fato 9, 18. Confer etiam Ibid. 12, 27. — C. Carbo P. Africani necis socius nominatus est a L. Crasso. de Or. 2, 40, 170. — C. Carbo, trib. pl. a. u. c. 621. cos. a. u. c. 634. P. Africano vim attulisse existimatus est. ad Fam. 9, 21, 3. — Cnaeus Pompeius Magnus (a. u. c. 698.) dixit aperte, se munitiorem ad custodiendam vitam

suam fore, quam Africanus fuisset, quem C. Carbo interemisset. ad Q. Fr. 2, 3, 3. — Quantum luctum in hac urbe fuisse a patribus nostris accepimus, cum P. Africano domi suae quiescenti illa nocturna vis esset illata? quis tum non ingemuit? quis non arsit dolore? quem immortalem si fieri posset, omnes esse cuperent, eius ne necessariam quidem exspectatam esse mortem! Num igitur ulla quaestio de Africani morte lata est? Certe nulla. pro Milone 7, 16. — Ti. Gracchum etiam post mortem secuti amici et propinqui quid in P. Scipione effecerint, sine lacrimis non queo dicere. (Laelius est qui loquitur.) Lael. 12, 41. (Ibid. 3, 4.) — Cfr. Viti Theophili Scheu de morte Africani minoris eiusque auctoribus dissertationem historico-criticam in Beieri Ed. maiore Laelii. Lipsiae 1828. p. 171. seqq. — P. Cornelius Scipio Aemilianus (Africanus minor) cum Latinorum causam societatis iure contra C. Gracchum triumvirum eiusque collegas perseveranter defensurus esset, ne ager ipsorum divideretur, repentina morte domi suae interceptus est, non sine infamia et ipsius C. Gracchi et uxoris suae Semproniae; qui excessit vita sex et quinquaginta annos natus in eiusque faucibus vestigia livoris inventa sunt. Super eius laudibus exstat oratio C. Laelii Sapientis, qua usus videtur Q. Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis. Schol. Bob. pro Mil. p. 283. — Africanum cum supremo eius die Q. Fabius Maximus Aemilianus (cuius patruus erat Scipio) laudaret, gratias egit diis immortalibus, quod ille vir in hac re publica potissimum natus esset; necesse enim fuisse ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. pro Murena 36, 75. — Q. (non P.) Tuberoni Africanum avunculum laudanti C. Caelius scripsit laudationem funebrem. de Or. 2, 84, 341. — Eius statuae ad Opis et ad Πολυδεύκους. ad Att. 6, 1, 17. — Africanus, qui suo cognomine declarat tertiam partem orbis se subegisse, tamen, si sua res ageretur, testimonium non diceret. pro Sex. Roscio 36, 103. — Acipenser ei allatus in Lavernio. Fragm. libri de Fato p. 235. Ed. meae: Moserianae p. 652. — Scipio Africanus minor, persona librorum de re publica. ad Att. 4, 16, 2. — A. u. c. 625. feriis Latinis fingitur ab eo habita disputatio de re publica. de Rep. 1, 9, 14. — Loquens inducitur in Catone maiore. Cato 1, 3. — Eius fratres (filii L. Aemilii Paulli) exspectati ad amplissimam dignitatem, immatura morte abrepti. Cato 19, 68. Vellei. 1, 10. — Scipionis Africani fratris nepos, homo perditus, est Q. Fabius Maximus Allobrogicus, Q. Fabii Maximi Aemiliani Allobrogici cos. a. u. c. 632. filius. Tuscul. 1, 33, 81. Val. Max. 3, 5, 2. Cfr. de Or. 2, 6, 22. pro lege Manilia 20, 60. de lege agr. 1, 2, 5. Ibid. 2, 19, 51. in Catil. 4, 10, 21. de Finn. 5, 24, 70. Parad. 1, 2, 12. — Vide etiam Laelius. — Εἰρωνείαν ait in Africano fuisse Fannius: idque propterea vitiosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate. Acad. 2, 5, 15. — Εἴρων appellatus a C. Fannio in Annalibus. de Or. 2, 67, 270. — Εἴρων fuit, ut ait in historia sua C. Fannius. Brut. 87, 299. — Eius dictum a Panaetio relatum. de Off. 1, 26, 90. — Facete reprehendit centurionem ignavum. de Or. 2, 67, 272. — Amarum eius dictum in C. Metellum Caprarium. de Or. 2, 66, 267. — Eius dicta in Asellum, trib. pl. de Or. 2, 64, 258. Ibid. C. 66, 268. — Maxime reprehendere solebat (Biantis) dictum, ita amare oportere, ut si aliquando esset osurus. Lael. 16, 59. — Africani est hoc, hominis liberalissimi (verumtamen ea liberalitas est probanda, quae sine periculo existimationis est, ut in illo fuit:) cum ab eo quidam vetus assectator ex numero amicorum non impetraret, uti se praefectum in Asiam duceret, et id ferret moleste: „Noli," inquit, „mirari, si tu a me hoc non impetras; ego iam pridem ab eo, cui meam existimationem caram fore arbitror, peto, ut mecum praefectus proficiscatur et adhuc impetrare non possum." Verr. Accusat. 2, 11, 29. — Militiae propter eximiam belli gloriam Africanum ut deum colebat Laelius; domi vicissim Laelium, quod aetate antecedebat, observabat in parentis loco Scipio. de Rep. 1, 12, 18. — Eius et Laelii amicitia. Lael. 27, 102. seqq. — Erat in C. Laelio multa hilaritas; in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior. de Off. 1, 30, 108. — Vix intellexisses Africanum id agere, cum ageret tamen (scil. philosophis operam dare.) de Or. 3,

23, 87. — Secum eruditissimos homines ex Graecia (Polybium, Panaetium) palam semper habuit. de Or. 2, 37, 154. — Eius, historiae loquuntur, in legatione illa nobili (ad inspicienda sociorum regna) quam ante censuram obiit, Panaetium unum omnino comitem fuisse. Acad. 2, 2, 5. — Habuit Panaetium, eruditissimum hominem et paene divinum, domi; cuius oratione et praeceptis tamen asperior non est factus, sed (ut accepi a senibus) lenissimus. pro Murena 31, 66. — Bis consul fuerat P. Africanus et duos terrores huius imperii, Karthaginem Numantiamque deleverat, cum accusavit L. Aurelium Cottam. Erat in eo summa eloquentia, summa fides, summa integritas, auctoritas tanta, quanta in ipso imperio populi Romani, quod illius opera tenebatur. Saepe hoc maiores natu dicere audivi, hanc accusatoris eximiam dignitatem plurimum L. Cottae profuisse. pro Murena 28, 58. — P. Scipio Africanus homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, posteaquam bis consul et censor fuerat, L. Cottam (vel patrem cos. a. u. c. 610. vel filium cos. a. u. c. 635.) in iudicium vocavit. Divinat. 21, 69. — P. Cornelius Scipio Africanus post secundum consulatum et censuram L. Cottam dicitur accusasse. Pseudoascon. in Divin. p. 124. — C. Papirio Carboni trib. pl. (a. u. c. 625.) de Ti. Graccho interroganti respondit iure caesum videri. de Or. 2, 25, 106. — Cum a Carbone, tribuno pl., in contione seditiose interrogaretur, quid de Ti. Gracchi morte sentiret, respondit iure caesum videri. pro Milone 3, 8. — Eius oratio adversus C. Papirii Carbonis legem de tribunis plebi reficiendis. Lael. 25, 96. — Ab amicitia Q. Pompeii Nepotis Laelii nomine se removerat; propter dissensionem autem, quae erat in re publica, alienatus est a Q. Caecilio Metello Macedonico; utrumque egit graviter auctoritate et offensione animi non acerba. Lael. 21, 77. — Inter P. Africanum et Q. Metellum (Macedonicum) fuit sine acerbitate dissensio. de Off. 1, 25, 87. — Eius obtrectatores et invidi P. Crassus Mucianus, Ap. Claudius princeps senatus, hisque mortuis Q. Metellus Q. F. L. N. Macedonicus, P. Mucius Scaevola, P. Crassi frater, tenebant senatus alteram partem dissidentem ab Africano eiusque amicis, neque eum, qui unus poterat, concitatis sociis et nomine Latino, foederibus violatis, triumviris seditiosissimis aliquid quotidie novi molientibus, bonis viris locupletibus perturbatis, tam periculosis rebus subvenire patiebantur. de Rep. 1, 19, 31.

P. Cornelius CN. F. L. N. Scipio Nasica. Ad sacra Idaea accipienda optimum virum delegimus. de Finn. 5, 22, 64. Brut. 20, 79. Cfr. Liv. 29, 14. 35, 10. Et tamen bis repulsam tulit. Plin. H. N. 7, 34. — Matris Idaeae sacra accepit, qui est optimus populi Romani iudicatus P. Scipio (a. u. c. 550.) de Harusp. resp. 13, 27. — P. Cornelius Scipio Nasica Optimus, pontifex maximus, cos. a. u. c. 563. cum M'. Acilio Glabrione. Quomodo iocatus sit cum Ennio. de Or. 2, 68, 276. — Homo prudentissimus et in senatu et apud populum et in causis amicorum et domi et militiae consilium suum fidemque praestabat. Ibid. 3, 33, 134. — Iuris prudentia celeber fuit. Cfr. Rupertum ad Pompon. 3, 3. Ern.

P. Cornelius P. F. CN. N. Scipio Nasica Corculum (id est, Sapiens:) cos. cum C. Marcio Figulo a. u. c. 592., censor a. u. c. 595., cos. iterum cum M. Claudio Marcello a. u. c. 599., proavus Scipionis, generi L. Crassi; eius sapientia. de Or. 3, 33, 134. de Nat. D. 2, 4, 10. — Scipio et Figulus coss. Ti. Gracchi litteris, cum augures iudicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicaverunt. de Divin. 2, 35, 74. — P. Scipio Nasica Corculum, qui bis consul et censor (a. u. c. 595.) fuit, habitus est eloquens, Optimi illius, qui sacra (Matris Deum magnae Idaeae) accepit, filius. Brut. 20, 79. — P. Scipio Nasica Corculum Pontif. Max. a. u. c. 604., pater Serapionis. Eximium in eo et pontificii et civilis iuris studium. Cato 14, 50. — P. Scipio, qui bis consul fuit, qui est Corculum dictus. Brut. 58, 213. — Nasica ille prudens, bis consul, Corculum. Tusc. 1, 9, 18.

P. Cornelius P. F. P. N. Cn. Pron. Scipio Nasica Serapio. (Sic scilicet dictus est a similitudine suarii cuiusdam negotiatoris sive alius vilis hominis primum ab irridente tribuno

plebis Curiatio (Liv. Epit. 55.), deinde volgo. Cfr. Plin. H. N. 7, 12.) — P. Scipio Nasica aediliciam accepit repulsam, quo cive neminem ego statuo in hac re publica fortiorem. pro Plancio 21, 51. — Consul fuit cum D. Iunio Bruto Callaico. a. u. c. 616. Brut. 22, 85. — Serapio et D. Brutus coss. in vincula coniecti a C. Curiatio trib. pl. de Legg 3, 9, 20. — Serapio, quo duce privato Ti. Gracchus occisus est; eum cum omnibus in rebus vehementem, tum acrem aiebat L. Accius in dicendo fuisse. Brut. 28, 107. — Ti. Gracchum perculit. de Or. 2, 70, 285. — Ex dominatu T. Gracchi privatus in libertatem rem publicam vindicavit. Brut. 58, 212. — Mihi ne Scipio quidem ille, pontifex maximus, qui hoc Stoicorum verum esse declaravit, nunquam privatum esse sapientem, iratus videtur fuisse Ti. Graccho tum, cum consulem languentem (P. Mucium Scaevolam) reliquit atque ipse privatus, ut si consul esset, qui rem publicam salvam esse vellet, se sequi iussit. Tuscul. 4, 23, 51. — Nullam comitatem habebat sermonis. de Off. 1, 30, 109. — P. Scipio Nasica, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae privatus interfecit. in Catil. 1, 1, 3. — P. Scipio Nasica, cum privatus Ti. Gracchum interemit, non minus profuit rei publicae quam Africanus in excidenda Numantia. de Off. 1, 22, 76. — P. Mucius Scaevola arma, quae privatus P. Scipio sumpserat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit. pro Plancio 36, 88. — Scipionis factum statim P. Mucius (Scaevola) consul, qui in gerenda re publica putabatur fuisse segnior, gestam multis senatus consultis non modo defendit, sed etiam ornavit. Pro domo 34, 91. — Fulius Calenus primas omnium civium P. Nasicae, qui Ti. Gracchum interfecit, dare solebat; eius virtute, consilio, magnitudine animi liberatam rem publicam arbitrabatur. Philipp. 8, 4, 13. — Serapio censor non fuit, ut tamen rebatur eius pronepos P. Scipio Metellus. ad Att. 6, 1, 17. — Nasica, qui Ti. Gracchum occidit, Pergami exsul mortuus est. pro Flacco 31, 75. — Nullae ei statuae in publico in interfecti tyranni remunerationem locatae. de Rep. 6, 8, 8. — Memoratur praeterea pro Milone 3, 8. — De Nat. D. 3, 2, 5. Lael. 27, 101.

P. Cornelius Scipio Nasica, Serapionis filius, cos. a. u. c. 643. cum L. Calpurnio Bestia in sermonibus efficiebat, ut unus de multis esse videretur: contra pater eius, ille, qui Ti. Gracchi conatus perditos vindicavit, nullam comitatem habebat sermonis. de Off. 1, 30, 109. — Nasica, qui est in consulatu mortuus, non multum ille quidem nec saepe dicebat, sed et Latine loquendo cuivis par erat et omnes sale facetiisque superabat. Brut. 34, 128. — Granii praeconis in eum libere dictum. pro Plancio 14, 33. (Male hunc locum ad Serapionem rettulit Ernestius. Cfr. Wunderum.)— Praeconem Q. Granium, cum edicto iustitio Nasica consul compellavisset obviam sibi forte venientem dixissetque iocülariter: Grani, quid tristis es? an quod auctiones reiectae sunt? Immo, respondit Granius, ideo tristis sum, quod legationes reiectae sunt. Voluit autem pudorem Nasicae consulis perstringere hoc amarissimo dicto. Nam legationes ab externis populis missae ad senatum solebant ordinari pro voluntate consulum, quas plerumque gratia, nonnunquam et accepta pecunia, consules ordinabant, ut introduci ad senatum possent. Schol. Bob. ad Planc. p. 259. Diodorus exc. Peiresc. p. 385. magnifice Nasicam laudat et ἀδωροδόκητον dicit ἅπαντα τὸν βίον. — In consulatu ei Italia obvenit, Bestiae Numidia. Sal. Iug. 27.

P. Cornelius Scipio Nasica, Scipionis Nasicae Serapionis nepos, praetor a. u. c. 660. — Advocatus Sex. Roscii. pro Sex. Roscio 28, 77. — Scipio Nasica, Serapionis nepos, uxorem habuit Liciniam alteram, L. Crassi oratoris filiam. Brut. 58, 211.

Q. Cornelius Metellus Scipio, socer Pompeii. Eius oratio in senatu ante coeptum bellum civile. Caesar Civ. 1, 1. — Plerique inviti et coacti eius sententiam sequuntur. Ib. C. 2. — Eum spes provinciae atque exercituum impellit, quos se pro necessitudine partiturum cum Pompeio arbitratur; simul iudiciorum metus, adulatio atque ostentatio sui et potentium, qui in re publica iudiciisque tum plurimum pollebant. Ib. Cap. 4. — Ei ob-

venit Syria. Ib. 6. — Ceteros de hoc Scipione locos quaere in Caeciliis Metellis. Casu haec scheda, cum illud caput componerem, loco suo mota est.

L. Cornelius Sisenna, patricii generis, natus circiter a. u. c. 635 (non 603.), praetor anno suo, id est legitimo a. u. c. 676. Varr. (cfr. Inscript. Graecam apud Brissonium de Formulis. p. 224. ed. Bachii. Gruter. p. 503. ubi dicitur *στρατηγὸς κατὰ πόλιν καὶ ἐπὶ τῶν ξένων*, quod cum Rothio interpretandum censeo, „praetor et urbanus et peregrinus." Hic autem praeturae annus legitimus, quadragesimus, maximo argumento est, eum natum esse a. 635 vel 636. Varr., non a. 605., ut volt Weichertus Poët. Lat. p. 99. seqq.) A. 677. Siciliam provinciam obtinuit. — Pompeii legatus et Graeciae praefectus a. u. c. 687. Appian. in Mithr. 95. — A Pompeio, sive Creticae ille victoriae cupidus erat, sive ut Q. Metelli saevitiam coërceret, in Cretam cum exercitu missus est, sed, cum Metello clementiam suaderet, nihil ab eo impetravit. Paullo post in eadem insula morbo absumptus est circiter a. 52. natus. Dio Cass. 36, 2. Cfr. L. Cornelii Sisennae, historici Romani, vitam conscripsit Car. Lud. Roth. Basileae 1834. 4., quem in his secuti sumus. Cfr. etiam Krause Fragm. hist. Lat. p. 299. — L. Sisenna, doctus vir et studiis optimis deditus, bene Latine loquens, gnarus rei publicae, non sine facetiis; sed neque laboris multi nec satis versatus in causis; interiectusque inter duas aetates Hortensii et Sulpicii, nec maiorem consequi poterat et minori necesse erat cedere. Huius omnis facultas ex historia ipsius perspici potest, quae cum facile vincat omnes superiores, tum indicat tamen, quantum absit a summo quamque hoc genus scriptionis nondum sit satis Latinis litteris illustratum. Brut. 64, 228. Vellei. 2, 9, 5. — Sisenna omnes adhuc nostros scriptores facile superavit. Is tamen neque orator in numero vestro unquam est habitus et in historia puerile quiddam consectatur, ut unum Clitarchum neque praeterea quemquam de Graecis legisse videatur. de Legg. 1, 2, 7. — Sisenna quasi emendator sermonis usitati cum esse vellet, ne a C. Rusio quidem accusatore deterreri potuit, quo minus inusitatis verbis uteretur. Hoc enim accusante C. Rutilium (olim corrupte: *Chritilium*) Sisenna defendens dixit, quaedam eius *sputatilica* esse crimina cet. Brut. 74, 259. — In praetura bonorum Cn. Cornelii possessionem edicto P. Scipioni dat. pro Cornel. 1, Fr. 18. p. 450., ad quem locum Ascon. p. 73.: Hic est L. Sisenna, qui res Romanas scripsit. — A. u. c. 684. cum Hortensio defendit C. Verrem repetundarum reum, patronus eo magis idoneus, quod ipse in Sicilia commoratus fuerat, tanti a Verre habitus, ut eius familiaribus ille quae rapuisset, redderet. Verr. Accusat. 2, 45, 110. et 4, 20, 43. — Vir primarius et dives. Verr. Accusat. 4, 15, 33. — L. Sisenna optume et diligentissume omnium, qui Sullae res dixere, persecutus parum mihi libero ore locutus videtur. Sal. Iug. 95. — Caeciliae, Q. filiae somnium Sisenna cum disputavisset mirifice ad verbum cum re convenisse, tum insolenter, (credo ab Epicureo aliquo inductus) disputat somniis credi non oportere. Idem contra ostenta nihil disputat exponitque initio belli Marsici et deorum simulacra sudavisse et sanguinem fluxisse et discessisse caelum cet. de Divin. 1, 44, 99. — Ibid. 33, 72. incerta est lectio; nam cum Codd. habeant *ut in Sullae scriptum historia videmus* (id quod Giese praetulit), volgo editur: *ut in Sisennae scriptum historia videmus.*

L. Cornelius L. F. P. N. Sulla Felix. Ei, C. Marii quaestori, Bocchus Iugurtham tradit a. u. c. 648. — Praeturam gessit a. u. c. 661. Pro praetore Asiae Ariobarzanem regem Cappadociae instituit a. 662. Legatus L. Caesaris in bello sociali Marsos caedit. a. 664. — De Samnitium duce Cluentio ingentem victoriam reportat et Bovianum capit. a. 665. Consuli a. 666. provincia Asia et bellum Mithridaticum datur. P. Sulpicius, Trib. pl., legem ut novi cives et libertini in omnibus 35. tribubus suffragia ferrent, per vim, fugato Sulla cos., perfert. Idem Sullam provincia spoliat et C. Mario Asiam provinciam extra ordinem tradit. Sulla una cum collega Q. Pompeio Rufo ad exercitum suum confugit eoque Romam ducto Sulpicias leges

tollit earumque auctorem cum C. Mario et decem aliis hostes a senatu iudicari iubet. Deinde ad bellum cum Mithridate gerendum proficiscitur. A. 667. oppugnat Athenas; C. Marius revocatur. A. 668. capit urbem portumque Athenarum. Ad Chaeroneam vincit Archelaum, Mithridatis ducem. A. 669. adversus Thraces bellum prospere gerit. A. 670. pacem cum Mithridate facit; exercitum in Graeciam traiicit. A. 671. Brundisium venit. C. Marium filium ad Signiam vincit a. 672., Romam venit et res pro tempore componit. Pontius Telesinus coacto 40000. Samnitium exercitu cum Marium iuniorem Praeneste obsessum liberare non potuisset, sub ipsius urbis Romae moenibus cum Sulla depugnat Kal. Novembr. ac vincitur M. Crassi opera. Praeneste deditur, C. Mario semet ipso interimente; cives Praenestini caeduntur, agri publicantur. Iam vero Sulla victoria crudeliter abutitur 6000. deditittiis caedendis proscribendisque adversariis, quorum numerus ferme 4700. fuisse traditur; eorum bona veneunt liberique iure petendorum honorum excluduntur. Sulla per L. Valerium Flaccum interregem dictator perpetuus creatur. A. 673. leges Cornelias multas fert, quarum pars ad publicum, pars ad privatum ius pertinet; priorum maxime memorabiles hae: de sacerdotiis, ut sacerdotes et pontifex maximus a collegio cooptarentur; iudiciaria, qua senatui restituebantur iudicia; tribunicia, qua tribunorum pl. potestas ita imminuebatur, ut auxilii latio iis relinqueretur, ius legum ferendarum maiorumque magistratuum petendorum adimeretur. Quaestionum perpetuarum numerum auget, octo creatis praetoribus. De Mithridate triumphat. A. 674. cos. iterum cum Q. Caecilio Metello Pio. Nola deditur. XXIII. coloniae militares veteranorum Sullanorum deducuntur. Constituta re publica, dictatura se abdicat a. 675. A. 676. Puteolis moritur φθειριάσει, 60. annos natus et magnifice Romae in Campo Martio sepelitur. Zumpt. Annal. p. 90. seqq. — L. Cornelius Sulla litteris Graecis et Latinis iuxta atque doctissume eruditus, animo ingenti, cupidus voluptatum, sed gloriae cupidior, otio luxurioso esse; tamen ab negotiis nunquam voluptas remorata, nisi quod de uxore potuit honestius consuli; facundus, callidus et amicitia facilis; ad simulanda negotia altitudo ingeni incredibilis; multarum rerum ac maxume pecuniae largitor. Atque illi felicissumo omnium ante civilem victoriam nunquam super industriam fortuna fuit multique dubitavere, fortior an felicior esset: nam postea quae fecerit, incertum habeo, pudeat an pigeat magis disserere. A. u. c. 647. quaestor cum magno exercitu in Marii castra venit. Sal. Iug. 95. — Rudis antea et ignarus belli, sollertissumus omnium in paucis tempestatibus factus est. Ib. 96. — Brevi Mario militibusque carissumus factus. Ibid. — A Mario cum A. Manlio ad Bocchum mittitur. Ib. 102. — Eius oratio. Ibid. — Bocchi legatos a Gaetulis spoliatos benigne excipit. Ib. 103. — Iterum ad Bocchum mittitur. Ib. 105. — Post varia pericula cum Voluce Bocchi filio ad Maurum venit: qui eum Punica fide attinuit, multum cum animo suo volvere solitus, Iugurtham Romanis an illi Sullam traderet. Ib. 108. — Boccho suadet, ut Iugurtham Romanis tradat. Ib. 111. — Post varias tergiversationes tandem Iugurtha Sullae vinctus traditur et ab eo ad Marium deductus est a. u. c. 648. Ib. 113. — Unus adhuc fuit post Romam conditam, (dii immortales faxint, ne sit alter!) cui res publica totam se traderet, temporibus et malis coacta domesticis, L. Sulla. Hic tantum potuit, ut nemo illo invito nec bona nec patriam nec vitam retinere posset: tantum animi habuit ad audaciam, ut dicere in contione non dubitaret, bona civium Romanorum cum venderet, se praedam suam vendere. Eius omnes res gestas non solum obtinemus, verum etiam propter maiorum incommodorum et calamitatum metum publica auctoritate defendimus; unum hoc aliquot senatus consultis reprehensum, decretumque est, ut, quibus ille de capite dempsisset, hi pecunias in aerarium referrent. Statuit senatus hoc, ne illi quidem esse licitum, cui concesserat omnia, a populo factarum quaesitarumque rerum summas imminuere. Verr. Accusat. 3, 35, 81. — Sulla potuit efficere, ab interrege ut dictator diceretur. a. u. c. 672. ad Att. 9, 15, 2. — Sulla dictator omnes, quos oderat, morte multabat. Ipse iubebat occidi, nullo postulante;

praemiis etiam invitabat. pro Ligario 4, 12. — C. Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor, acerbiore odio incitatus quam si tam sapiens fuisset, quam fuit vehemens. Quod haud scio an timens suo corpori posse accidere, primus e patriciis Corneliis igni voluit cremari. de Legg. 2, 22, 57. — Eius dictum insolens. — Post Sullae victoriam desitum est videri quidquam in socios iniquum, cum exstitisset in cives tanta crudelitas. de Off. 2, 7, 26. — Sapiens rectius appellabitur magister populi (is enim dictator est) quam Sulla, qui trium pestiferorum vitiorum, luxuriae, avaritiae, crudelitatis magister fuit. de Finn. 3, 22, 75. — Sulla legem dedit, qua tribunis pl. aliorum magistratuum capessendorum facultas adimebatur. Pseudoascon. in Act. 2. Verr. p. 200. — Sullam (Q. Cicero est, qui loquitur:) vehementer probo, qui tribunis pl. sua lege iniuriae faciendae potestatem ademerit, auxilii ferendi reliquerit. de Legg. 3, 9, 22. — C. Cotta legem tulit, ut tribunis pl. liceret postea alios magistratus capere, quod lege Sullae iis erat ademptum. Ascon. in Cornel. p. 78. — Sulla in victoria dictator uni Cn. Pompeio descendere equo, assurgere sella, caput aperire solitus. Sal. Hist. 5. p. 235. Ed. Gerl. min. — Sulla Cn. Pompeii opibus regnavit. Philipp. 5, 16, 44. — L. Sulla Cn. Pompeii virtute et subsidio Italiam confessus est liberatam. pro lege Manilia 11, 30. — L. Sulla P. Sulpicium oppressit; ex urbe eiecit C. Marium, custodem huius urbis, multosque fortes viros partim eiecit ex civitate, partim interemit. in Catil. 3, 10, 24. — Sulla a. u. c. 666. oppressit P. Sulpicium Rufum trib. pl. Ascon. in Cornel. p. 64. — Sulla cum Sulpicio de iure legum, quas per vim latas Sulla dicebat, bellum civile gessit: rursum cum Mario et Carbone, ne dominarentur indigni et ut clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem. Philipp. 8, 2, 7. — M. Vergilius trib. pl. (a. u. c. 667.) L. Sullae imperatori diem dixit. Brut. 48, 179. — Inter profectionem reditumque L. Sullae (a. u. c. 667—671.) sine iure fuit et sine ulla dignitate res publica. Brut. 63, 227. — Mithridatem cum bello invectum totam in Asiam cum pace dimisit. pro Murena 15, 32. — Triumphavit L. Sulla, triumphavit L. Murena de Mithridate, duo fortissimi viri et summi imperatores; sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. — Ab eo bello Sullam in Italiam res publica, Murenam Sulla revocavit. pro lege Manilia 3, 8. — Sulla omnes Asiae civitates pro portione in provincia descripsit. pro Flacco 14, 32. — Sulla Graecis Asianis vectigal aequaliter descripsit. ad Q. Fr. 1, 1, 11, 33. — Turbulentissimum rei publicae tempus, cum adventu L. Sullae in Italiam maximi exercitus civium dissiderent de iudiciis ac legibus. pro Fonteio loci Niebuhr. 3, 6. — Sulla cum Scipione (L. Cornelio Scipione Asiatico cos. a. u. c. 671.) inter Cales et Teanum, cum alter nobilitatis florem, alter belli socios adhibuisset, de auctoritate senatus, de suffragiis populi et de iure civitatis leges inter se condicionesque contulerunt. Non tenuit omnino colloquium illud fidem: a vi tamen periculoque abfuit. Philipp. 12, 11, 27. — Pacem cum Scipione Sulla sive faciebat sive simulabat, non erat desperandum, si convenisset, fore aliquem tolerabilem statum civitatis. Philipp. 13, 1, 2. — Sulla C. Verrem, proditorem Cn. Carbonis, (a. u. c. 671.) ab se atque ab exercitu suo removit; Beneventi esse iussit. Ei postea praemia liberaliter tribuit; bona quaedam proscriptorum in agro Beneventano diripienda concessit; habuit honorem ut proditori, non ut amico fidem. Verr. Accusat. 1, 15, 38. — In exilium pellit L. Scipionem consulem a. u. c. 671. Schol. Bob. pro Sestio p. 293. — Rostra post adventum L. Sullae tribunicia voce deserta. pro Cluentio 40, 110. — Sullanum regnum. ad Att. 8, 11, 2. — Eius gravis victoria turbulentaque. pro Sulla 26, 72. — Multi (ex plebe tempore coniurationis Catilinariae) memores Sullanae victoriae, quod ex gregariis militibus alios senatores videbant, alios ita divites, uti regio victu atque cultu aetatem agerent, sibi quisque, si in armis foret, ex victoria talia sperabat. Sal. Catil. 37. — Eius lege Arretinis civitas adempta est. pro Caecina 33, 97. — Ita tulit de civitate, ut non sustulerit eorum nexa atque hereditates. Iubet enim eodem iure esse, quo fuerint Ariminenses, quos quis

ignorat duodecim coloniarum fuisse? Ibid. 32, 105. — Scilicet in hoc loco restituenda est lectio Codd. *duodecim*, cui substitueram Savignyi coniecturam *duodeviginti*. Recte enim Walter *Geschichte des römischen Rechts* p. 203. interpretatur de duodecim coloniis Latinis a M. Livio Druso a. u. c. 630. deductis. Cfr. Appian. B. C. 1, 23. Plutarch. C. Gracch. 9, 10. — L. Sulla, homo a populi causa remotissimus, odium habuit in equestrem ordinem; acerbitate proscriptionis suae est usus in veteres iudices. pro Cluentio 55, 151. — Sulla senatores iudicare praecepit. Schol. Gronov. in Divin. p. 384. — Verum tamen est maiestas, etsi Sulla voluit, ne in quemvis impune declamari liceret. (locus corruptus.) ad Fam. 3, 11, 2. — L. Sulla dictator vendidit bona Sex. Alfeni. pro Quint. 24, 76. — L. Sulla, cos. iterum. Verr. Accusat. 1, 50, 130. — Eo cos. iterum cum Q. Caecilio Metello Pio a. u. c. 674. habita est oratio pro Sex. Roscio. — Bona patris huiusce Sex. Roscii — de viro fortissimo et clarissimo L. Sulla - - duobus milibus nummum sese dicit emisse - - L. Cornelius Chrysogonus. pro Sex. Roscio 2, 6. — Haec omnia (de Sex. Roscio) imprudente L. Sulla facta esse certo scio. Neque enim mirum, cum eodem tempore et ea, quae praeterita sunt, et ea, quae videntur instare, praeparet; cum et pacis constituendae rationem et belli gerendi potestatem solus habeat; cum omnes in unum spectent, unus omnia gubernet; cum tot tantisque negotiis distentus sit, ut respirare libere non possit, si aliquid non animadvertat; cum praesertim tam multi occupationem eius observent tempusque aucupentur, ut simul atque ille despexerit, aliquid huiuscemodi moliantur. Huc accedit, quod quamvis ille felix sit, sicut est, tamen in tanta felicitate nemo potest esse, in magna familia qui neminem neque servum neque libertum improbum habeat. (a. u. c. 674.) pro Sex. Roscio 8, 23. — Sullam et oratio mea ab initio et ipsius eximia virtus omni tempore purgavit. Ibid. 44, 127. — Proscriptio Sullana. Ibid. 47, 136. seq. — Postquam L. Sulla armis recepta re publica bonis initiis malos eventus habuit, rapere omnes, trahere cet. Sal. Catil. 11. — Exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum luxuriose nimisque liberaliter habuerat. Ibid. — Dissensit cum Mario L. Sulla. Horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit. Cum Octavio collega Cinna dissedit: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. Idem iterum Sulla superavit: tum sine dubio habuit regalem potestatem, quamquam rem publicam recuperavit. de Harusp. resp. 25, 54. — Populus Romanus, L. Sulla dictatore ferente, comitiis centuriatis municipiis civitatem ademit, ademit iisdem agros: de agris ratum est; fuit enim populi potestas; de civitate ne tamdiu quidem valuit, quamdiu illa Sullani temporis arma valuerunt. Pro domo 30, 79. — Proscriptionis miserrimum nomen illud et omnis acerbitas Sullani temporis; — quid habet, quod maxime sit insigne ad memoriam crudelitatis? Opinor, poenam in cives Romanos sine iudicio constitutam. Pro domo 17, 43. — M. Aemilii Lepidi cos. a. u. c. 676. oratio adversum tyrannidem L. Sullae. Sal. Hist. 1, 15. — L. Cornelius Sulla eo processit, ut nihil gloriosum nisi tutum et omnia retinendae dominationis honesta aestumet. Sal. Hist. 1, 15. (in Orat. Lepidi contra Sullam.) — Sulla per multos annos, quibus exercitibus praefuerat et rem publicam tenuerat, sumpserat pecunias ex vectigalibus et ex aerario populi Romani cet. Ascon. in Cornel. p. 72. — Sullae ludis, quos hic propter victoriam fecit, quadrigas C. Antonius et alii quidam nobiles homines agitarunt. Ascon. in tog. cand. p. 89 et 94. — Sulla dictator Lucretium Ofellam consulatum contra Sullae voluntatem ad turbandum statum civitatis petentem occidi iussit, usus ad id opera L. Bellieni. Ascon. in tog. cand. p. 92. — Cum bona indemnatorum civium funesta illa auctione sua venderet et se praedam suam diceret vendere, tamen ex hoc loco (foro Romano) vendidit, nec, quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est. (contra Decemviri Rullani.) de lege agr. 2, 21, 56. — Campanus ager per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitit. de lege agr. 1, 7, 21. — L. Sulla, qui omnia

sine ulla religione quibus voluit est dilargitus, agrum Campanum attingere ausus non est. de lege agr. 2, 29, 81. — L. Sulla colonos Faesulas deduxit. in Catil. 3, 6, 14. — L. Sulla nonnullas civitates, pecunia accepta, ex senatus consulto liberavit: eas rursus vectigales reddidit L. Philippus. de Off. 3, 22, 87. — Victor Sulla cum Damasippum et alios huiusmodi, qui malo rei publicae creverant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat? Illi, quibus Damasippi mors laetitiae fuerat, paulo post ipsi trahebantur neque prius finis iugulandi fuit, quam Sulla omnes suos divitiis explevit. Sal. Catil. 51. — L. Cinna crudelis, C. Marius in iracundia perseverans, L. Sulla vehemens. Philipp. 11, 1, 1. — Sulla, Marius, Cinna recte egerunt, immo iure fortasse. Sed quid eorum victoria crudelius? quid funestius? ad Att. 9, 10, 3. — Sulla, Cinna, Caesar: hi tres post civitatem a L. Bruto liberatam plus potuerunt quam universa res publica. Philipp. 5, 6, 17. — Sullana (Sullae actiones) confers cum Caesarianis; in illis omnia genere ipso praeclarissima fuerunt, moderatione paullo minus temperata. ad Att. 11, 21, 3. — Sulla ex iis hominibus fuit, qui quidvis perpetiuntur, cuivis deserviunt, dum, quod volunt, consequantur. de Off. 1, 30, 109. — Civile bellum consul Sulla gessit; legionibus in urbem adductis, quos voluit, expulit; quos potuit, occidit: supplicationis mentio nulla. Grave bellum Octavianum insecutum est; supplicatio Cinnae nulla victoris. Cinnae victoriam imperator ultus est Sulla: nulla supplicatio decreta a senatu. Philipp. 14, 8, 23. — L. Sullae et C. Caesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. de Off. 1, 14, 43. — Illud omnibus exploratum est, si boni victi sint, nec in caede principum clementiorem Caesarem fore, quam Cinna fuerit, nec moderatiorem quam Sulla in pecuniis locupletium. ad Att. 7, 7, 7. — Historia ab eo conscripta. de Divin. 1, 33, 72. „ut in Sullae (al. Sisennae) scriptum historia videmus." (L. Corn. Sullae rerum gestarum libri commemorantur a Gellio N. A. 1, 12. 20, 6., quos cum inchoatos reliquisset, L. Cornelius Epicades, eius libertus, ad finem perduxit. Sueton. Gramm. C. 12.) — Prodigio ei oblato ante oppidum Nolam fortissima Samnitium castra cepit. de Divin. 1, 33, 72. Ibid. 2, 30, 65. — Eius dictum de malo poëta. pro Archia 10, 25. — Neapoli cum mitella saepe vidimus chlamydatum illum L. Sullam imperatorem. pro Rab. Postumo 10, 26. — Statua inaurata equestris primum L. Sullae statuta est. Philipp. 9, 6, 13. — Scimus Sullam in pueritia turpissimum fuisse; unde Salustius dixit: „mox tanta flagitia in tali viro pudet dicere." (Iug. 96.) Schol. Gronov. ad Roscianam p. 434. — Sulla dictator Varro LL. 7, 5. p. 383. de Off. 2, 14, 51. — Sulla nudata omnibus rebus tribunitia potestate tamen intercessionem liberam reliquit. Caesar Civ. 1, 7. — Cornel. 1. Fragmm. 25. p. 451. — Sullae leges. Fragmm. p. 455. — Sullae bona: iudicium de iis factum. Cornel. 1. Fragmm. 16. p. 450. — Sullae res gestae. Schol. Gronov. ad Catil. p. 410. — Sullanum tempus. Parad. 6, 2, 46. — Sullanus ager (publicus ex bonis proscriptorum constitutus), a certis hominibus latissime continuatus, tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni stridorem unum perferre non possit. de lege agr. 2, 26, 70. — Sullanae assignationes cet. Ibid. 3, 1, 3. — Sullani agri, a Sulla veteranis assignati. ad Fam. 11, 20, 3. — Pseudosal. ad Caes. 2. p. 270. Gerl. — Cfr. Zachariae *der Dictator L. Cornelius Sulla*. Heidelberg 1834. 2. Vol. 8. — Alex. Wittich de rei publicae Romanae ea forma, qua L. Cornelius Sulla dictator totam rem Romanam ordinibus, magistratibus, comitiis commutavit. Lipsiae 1834. 8. — Chrysost. Henr. Elsner dissertatio de quaestione proposita: condicio Romanae rei publicae VII. A. U. C. seculo ita describatur, ut causae et exitus bellorum civilium inde cognoscantur. Stuttgartiae 1835. 8. — C. Ramshorn de rei publicae Romanae forma, qua L. Cornelius Sulla dictator totam rem Romanam ordinibus, magistratibus, comitiis commutavit, quaestio philologica. Lipsiae 1835. 8.

L. Cornelius Sulla Faustus, dictatoris filius, plerumque vocatur Faustus Sulla. — Nuper apud C. Orchivium, collegam meum (in praetura, a. u. c. 688.) locus ab iudicibus

Fausto Sullae de pecuniis residuis non est constitutus cet. pro Cluentio 34, 94. — Sulla maximis opibus, cognatis, affinibus, necessariis, clientibus plurimis. Ibid. — Cicerone praetore (a. u. c. 688.) Faustus Sulla de residuis pecuniis ut causam diceret apud C. Orchivium, magna contentione pugnatum est a tribuno pl. Sulla enim, qui diu exercitibus praefuerat, ex aerario et vectigalibus magnam vim pecuniae sumpserat; causa tamen recepta non est. Turnèb. — Decemviri Rullani maximam pecuniam se a Fausto ablaturos arbitrantur. de lege agr. 1, 4, 12. — Quaestor a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 20. — Laudavit M. Scaurum fratrem. Ibid. p. 29. — Affuit Miloni. Id. in Mil. p. 35. — Eius munus gladiatorium. pro Sulla 19, 54. — Eius epulum. in Vatinium 13, 32. — Faustus Pompeianus a. u. c. 705. ad Att. 8, 3, 7. Ib. Ep. 12. A. 2. — Pro quaestore apud Pompeium a. u. c. 705. ad Att. 9, 1, 4. — Quid tu Scipionem, quid Faustum, quid Libonem praetermissurum sceleris putas? quorum creditores convenire dicuntur. Quid eos autem, cum vicerint, in cives effecturos? ad Att. 9, 11, 4. — Quominus ex Pompeii sententia propraetor in Mauritaniam mittatur, impedit Philippus trib. pl. a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 6. — Faustus Cornelius Sulla post pugnam ad Thapsum ab Utica proficiscitur atque in Iubae regnum ire contendit a. u. c. 707. Bell. Afric. 87. — Vivus capitur a P. Sitio paucisque post diebus dissensione in exercitu orta interficitur. Ibid. 95. — Ego hic (Puteolis) pascor bibliotheca Fausti. ad Att. 4, 10, 1. Ascon. in Cornel. p. 72.

P. Cornelius Sulla dictatore propinquo suo in vendendis civium proscriptorum bonis hastae praefuit, a. u. c. 673.; quae res tam fuit quaestuosa, ut idem sexto tricesimo anno post (a. u. c. 709.) a sceleratiore hasta (Caesariana) non recesserit. de Off. 2, 8, 29. — Cfr. infra locos de eius obitu. — Ei L. Torquatus adolescentulus (patris scil. subscriptor) eripuit consulatum. de Finn. 2, 19, 62. — L. Tullo, M'. Lepido coss. (a. u. c. 688.) P. Autronius et P. Sulla, designati consules, legibus ambitus interrogati, poenas dederunt. Sal. Catil. 18. — P. Cornelius Sulla et P. Autronius: eorum alterum L. Cotta, alterum L. Torquatus (coss. a. u. c. 689.) ambitus damnarant et in eorum locum creati sunt. Ascon. in Cornel. p. 74. — Cfr. Sueton. Caes. 9. Dio Cass. 24, 27. — P. Cornelius Sulla, L. Sullae dictatoris propinquus, consul designatus cum P. Autronio Paeto, damnatus erat cum collega de ambitu et in eorum locum accusatores L. Cotta et L. Torquatus legis beneficio successerant. Eundem Sullam accusavit aliquanto post (a. u. c. 692.) de vi L. Torquatus filius, subscriptore C. Cornelio (pro Sulla 18. 51.) Defendit Hortensius primum, deinde Cicero; absolutus est. Manut. — Eum L. Torquatus accusator in utraque coniuratione, illa, quae Lepido et Volcatio coss. (a. u. c. 688.) et ea, quae Cicerone consule facta erat, dicebat fuisse. pro Sulla 4, 11. — Negat Cicero. Ibid. 5, 15. — Eo tempore omni Neapoli fuit. Ibid. §. 17. — Ab Allobrogibus quomodo nominatus. Ibid. 13, 36. — Eius vita ac mores. Ibid. 24. 69. seqq. — In illa gravi L. Sullae victoria turbulentaque quis P. Sulla mitior, quis misericordior inventus est? quam multorum hic vitam est a L. Sulla deprecatus? Ibid. 26, 72. (Contrarium dicit de Offic. 2, 8, 29. Vide supra.) — Post damnationem ipse se exsilio paene multavit. Ibid. §. 74. — Eius filius parvus supplex pro patre. Ibid. 31, 89. — Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, subscribente privigno Memmio, fratre Caecilio, Sulla filio (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 3, 2. — Eum a. u. c. 706. Caesar discedens castris ad Dyrrhachium praefecit. Secundum eius proelium cum Pompeianis. Caesar Civ. 3, 51. — In pugna Pharsalica dextro cornu P. Sullam praeposuit Caesar. Caesar Civ. 3, 89. — Legio XII., ad quam primum Sulla venit, lapidibus eiecisse hominem dicitur. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 21, 2. — Sulla cras hic erit cum Messala. Currunt ad Caesarem pulsi a militibus. Ib. 22, 2. — Sullam patrem mortuum habebamus (a. u. c. 709.) alii a latronibus, alii a cruditate dicebant: populus non curabat; combustum enim esse constabat. — Caesarem putabant moleste laturum, verentem ne hasta refrixisset. ad Fam. 15, 17, 2. — Sulla cum dissentire philosophos videret, non quaesiit, quid bonum esset, sed

omnia bona coëmit. Eius similis filius. C. Cassius ad Fam. 15, 19, 3. — Te (Dolabella) hoc scire volo, vehementer populum sollicitum fuisse de P. Sullae morte, antequam certum scierit. Nunc quaerere desierunt, quomodo perierit: satis putant se scire, quod sciunt. Ego ceteroqui animo aequo fero; unum vereor ne hasta Caesaris refrixerit. (a. u. c. 709.) ad Fam. 9, 10, 3.

P. Cornelius Servii F. Sulla. Inter Catilinarios Sal. Cat. 17. enumerat P. et Ser. Sullam, Servii filios. — Quis nostrum Ser. Sullam, quis P(*ublium Sullam*), quis M. Laecam — defendendum putavit? pro Sulla 2, 6. — Magna cum probabilitate ad h. l. Garatonius contendit hunc Publium Sullam, Servii F., quem damnatum esse manifesto significat Cicero, distinguendum esse a P. Sulla, quem orator defendit, errasseque Cassium Dionem 24, 27., cum hunc *ἀδελφιδοῦν ἐκείνου τοῦ πάνυ Σύλλου* nominat, cum Cicero de Off. 2, 8, 29. eum *propinquum* dumtaxat dictatoris, non ex fratre nepotem fuisse testetur. Alter ille Publius cum Servio fratre Catilinarius patruum dictatorem habuisse videtur, Publius vero, a Cicerone defensus a dictatoris patruo magno descendisse. Manifestum autem est Salustium, cum ceterorum Catilinariorum patres non memorarit, his ipsis vv., *Servii filii*, Publium coniuratum a Publio designato consule (Cat. 18.) distinguere voluisse.

Ser. Cornelius Sulla Servii F., P. Sullae frater, senator, socius Catilinae. Salust. Cat. 17 et 47. — Nemo eum defendit. pro Sulla 2, 6.

(Cornelius?) Sulla nomenclator Q. Ciceronis in Asia provincia (a. u. c. 695.) interdum eius nomine epistolas scribebat non probandas. ad Q. Fr. 1, 2, 3, 9. — Fuit fortasse L. Sullae libertus.

Cornelius Tlepolemus, pictor, emissarius C. Verris, homo improbus. Verr. Accusat. 3, 28, 69. — Tlepolemus et Hiero Cibyratae, fratres: quorum alter fingere e cera solitus erat, alter erat pictor; canes C. Verris. Verr. Accusat. 4, 13, 30.

Corneta locus Romae, ubi Forum cupedinis. Varro LL. 5, 32. p. 147 et 151.

Corniades, Epicuri perfamiliaris; eius colloquium cum Arcesila. de Finn. 5, 31, 94. — Scilicet sic legendum e Davisii coniectura. Volgo male *Carneades*. Hic enim non potuit esse inter Epicuri familiares, cum hic mortuus sit Olymp. 127, 4., Carneades autem Olymp. 162, 4. Corniades vero Epicuri familiaris fuit teste Plutarcho in libro *non posse suaviter vivi secundum Epicurum* Tom. 2. p. 1089. C. (Vol. 10. Ed. Reiskii. p. 481.) Schuetz.

Cornicularia Plauti comoedia. Varro LL. 7, 3. p. 357.

Cornicinus sive Cornicen. ad Att. 4, 2, 4. est cognomen Cn. Oppii. Vide Cn. Oppius.

Cornificia, Q. filia, vetula sane et multarum nuptiarum, a Thalna frustra petita (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 29, 1.

Cornificius, scriba C. Verris praetoris urbani a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 57, 150.

L. Cornificius Milonem de vi postulavit a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 40. — Milonem iterum accusavit de vi. Id. Ibid. p. 54.

P. Cornificius, senator. Ascon. in Mil. p. 37.

Q. Cornificius, severissimus atque integerrimus iudex, tribunus pl. a. u. c. 685. Verr. Act. 1, 10, 30. — Vir sobrius ac sanctus. Ascon. in tog. cand. p. 82. — Competitor Ciceronis in consulatu. ad Att. 1, 1, 1. — Ei Cethegus in liberam custodiam traditus est. Sal. Catil. 47. — Primus de P. Clodii incesto mentionem in senatu fecit (a. u. c. 693). ad Att. 1, 13, 3.

Q. Cornificius superioris Q. Cornificii filius. ad Fam. 12, 25, 1. — Cornificius adolescens Orestillae filiam sibi despondit (a. u. c. 704). ad Fam. 8, 7, 2., ubi Manutius adhibito Sigonii libro sic legendum putabat: *Cornificius adolescentiorem Sullae filiam sibi despondit*. (Non recte, nam Cod. Mediceus etsi corruptus h. l. verioris scripturae vestigia servat: *adolescentior est illae filium*, et *minorem* dixisset Caelius, non *adolescentiorem*.) — Caesaris quaestor, pro praetore ab eo in Illyricum missus a. u. c. 706. Bell. Alex. 42. — Ciceronis collega in auguratu fuit. — Ciceronis epistolae ad eum missae ad Fam. 12. Ep. 17. — Ep. 30. partim vivo etiamtum Caesare, partim hoc interfecto; in his eum hortatur, ut Africam provinciam

retineat in potestate reipublicae. Hanc scil. provinciam post bellum Africanum obtinuit a. u. c. 709. — Caesar ei Syriam provinciam attribuere voluit, quod consilium tamen exitum non habuit. Cornificius enim potius in Africa provincia permansit. ad Fam. 12, 19, 1. ad Att. 12, 14, 2. Ibid. Ep. 17. — Ei Cicero Oratorem suum ad M. Brutum a. u. c. 709. commendat his verbis: „Proxime scripsi de optimo genere dicendi, in quo saepe suspicatus sum te a iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto, paullulum dissidere. Huic tu libro maxime velim ex animo, si minus, gratiae causa suffragere." ad Fam. 12, 17, 2. — Familiari εἰρωνείᾳ magnum oratorem eum vocat ad Fam. 12, 18, 1.

C. Cornutus. Bonis utimur tribunis pl., Cornuto vero Pseudocatone (i. e. ita studioso bonarum partium, ut Catoni simillimus existimetur. a. u. c. 693). ad Att. 1, 14, 6. — Praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni. Post red. in sen. 9, 22.

M. Cornutus, praetorius, legatus in bello sociali, belli gerendi peritissimus. pro Fonteio 15, 33.

M. Cornutus, praetor urbanus a. u. c. 711., quod consules (Hirtius et Pansa) aberant, consulare munus sustinebat more maiorum. ad Fam. 10, 12, 3. Ibid. 16, 1. — Censeo, ut, si consules aberunt, M. Cornutus (pro victoria Mutinensi) supplicationes per dies L. ad omnia pulvinaria constituat. Philipp. 14, 14, 37.

Corollaria Naevii. Varro LL. 7, 3. p. 343.

Corona Ariadnes, sidus. Arat. v. 73. de Nat. D. 2, 42, 108. Ibid. 3, 16, 40. Fragmm. p. 476.

Coronis et Valens (Κράτος), parentes Mercurii secundi. de Nat. D. 3, 22, 56.

Corsa, Ligus mulier, persona mythica. Ab ea Corsica nomen accepit. Sal. Hist. 3. p. 200. Ed. Gerl. min.

Corsica insula. Corsicae et Sardiniae rex Phorcys. Varro Fr. p. 358. Bip. — Corsica devicta a P. Papirio Masone cos. a. u. c. 523. de Nat. D. 3, 20, 52.

Corsicum mel, amarum. Varro RR. 3, 2, 12.

M. et P. Cortii. Falsa lectio in prioribus Edd. Clavis Ernestianae (correcta in Ed. Halensi a. 1831.) et in indice Schuetziano pro: M. et P. Cottii.

Cortynia s. Gortynia, Cretae oppidum: ibi platanus, quae folia hieme non amittit. Varro RR. 1, 7, 6.

Corumbus, Balbi libertus, bellus dicitur esse architectus. (a. u. c. 710). ad Att. 14, 3, 1.

Ti. Coruncanius. Num quando vides Tusculanum aliquem de M. Catone illo, — num de Ti. Coruncanio, municipe suo, num de tot Fulviis gloriari? pro Plancio 8, 20. Cum constet ex Taciti Annal. 11, 24. ex Camerio ortum esse Ti. Coruncanium, aut errorem commissum esse a Cicerone, statuendum est, aut cum Wundero ad Coruncianam p. 87. vv. *municipe suo* ita interpretanda: „qui a Tusculanis civitate donatus est." Sed hanc rationem contorti aliquid habere neminem latere arbitror. Superest igitur, ut hoc quoque inter quattuor vel quinque σφάλματα μνημονικά, quae Interpretes in Cicerone investigarunt, quorumque duo ipse fatetur, referamus. Cfr. etiam Pighium Ann. T. I. p. 431. — Ti. Coruncanius fuit e municipio Tusculano. Schol. Bob. pro Sulla p. 364. (Error hic est Scholiastae.) — Ti. Coruncanius primus e plebe Pontifex max. (Liv. Epit. 18.), consul a. u. c. 474. in praecipuis habebatur ICtis vetere illa aetate. de Legg. 2, 21, 52. de Or. 3, 15, 56. — Ti. Coruncanius ex pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuisse videtur. Brut. 14, 55. — Eius sapientia. de Or. 3, 33, 134. — Ti. Coruncanius peritissimus pontifex fuisse dicitur. Pro domo 54, 139. de Nat. D. 1, 41, 115. — Ti. Coruncanius, Sex. Aelius, P. Crassus: ab iis iura civibus praescribebantur; eorum usque ad extremum spiritum est provecta prudentia. Cato 9, 27. — Senex rem publicam consilio et auctoritate defendebat. Cato 6, 15. — Eum, Q. Papum Aemilium, C. Fabricium Luscinum et M'. Curium inter se coniunctissimos fuisse memoriae proditum est. Lael. 11, 39. — Ti. Coruncanius et M'. Curius optare solebant, ut Epicuri doctrina Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur. Cato 13, 43. — Nunquam dicam C. Fabricium, M'. Curium, Ti. Coruncanium, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad Graecorum philosopho-

rum normam fuisse sapientes. Lael. 5, 18. — Ti. Coruncanius a diis dilectus. de Nat. D. 2, 66, 165. Ibid. 3, 2, 5. pro Sulla 7, 23. In Codd. et Edd. vett. plerumque *Titi* praenomen ei perperam tribuitur.

Corvini. Vide Rulli.

Corvus, sidus. Arat. v. 464. de Nat. D. 2, 41, 114.

Corybas Apollinis secundi pater. de Nat. D. 3, 23, 57.

Corycus, Ciliciae urbs. ad Fam. 12, 13, 3. Pseudoascon. in Act. 2. Verr. p. 173.

Coryphe, Oceani filia, et Iuppiter parentes Minervae (Coriae) quartae. de Nat. D. 3, 23, 59.

Cos ins[illegible]arte lanificii prima inclaruit. Var[illegible]. p. 363. Bip. — Ad Att. 9, 9, 2. — Inc[illegible]e Coi, apud quos erat Veneris Coae nobilis tabula picta a cive suo Apelle. Verr. Accus. 4, 60, 135.

Cosa, municipium Etruriae, a quo Cosanus ager, Caesar Civ. 1, 34. et Cosanum ad Att. 9, 6, 2. Ib. 15, 27, 1. Non pertinet huc, quod est apud Schuetzium: „Cosanum est praedium Sextii, qui Cosanus dicitur ad Att. 15, 29, 1." nam eo loco haec leguntur: „Quod cum *Cos[illegible]* (*Cottiano* Lambin.) egisti, optime."

Cosa in agro Thurino. Caesar Civ. 1, 22. Vocabulum corruptum. Vide M. Caelius Rufus.

Cosani. Verr. Accusat. 5, 61, 160. Ibid. C. 63, 164. bis. Falsa lectio pro Consani s. Compsani.

C. Cosconius, praetor consule Cicerone (a. u. c. 691). pro Sulla 14, 42. — Postea pro consule Hispaniam ulteriorem obtinuit habuitque Vatinium legatum. in Vatinium 5, 12. ad Q. Fr. 2, 6, 5. — Cosconius in Actionibus. Varro LL. 6, 9. p. 267. — Cosconius verborum primigenia esse ad mille scripsit. Varro LL. 6, 5. p. 216. — Cosconio mortuo (a. u. c. 695.) sum in eius locum invitatus (scil. a Caesare in vigintiviratum agris dandis assignandis). ad Att. 2, 19, 4.

C. Cosconius, diversus a praetorio, P. Vatinii collega in tribunatu (a. u. c. 695.), aedilis (a. u. c. 697.), iudex in causa P. Sestii. in Vatinium 7, 16.

C. Cosconius Calidianus Illyricum obtinebat. pro Cluentio 35, 97. (Cfr. Oros. 5, 23. Eutrop. 6, 4.) — Nullo acumine, eam tamen verborum copiam, si quam habebat, praebebat populo cum multa concursatione multoque clamore. Brut. 69, 242.

Cosianus (Lambinus: Cottianus). ad Att. 15, 29, 1.

M. Cossetius. Verr. Accusat. 3, 22. 55. falsa lectio pro M. Cossutius.

Cossi fratres; eorum causa centumviralis. Pro iis dixit Curio contra M. Antonium oratorem. de Or. 2, 23, 98. (Nihil de iis constat. Fuerunt probabiliter ex Corneliis Cossis.)

L. Cossinius, Tiburs, damnato T. Caelio, civis Romanus est factus. pro Balbo 23, 53. Eius filius videtur sequens.

L. Cossinius, valde bonus homo et non levis. ad Att. 1, 19, 11. Ibid. 20, 6. Ibid. 2, 1, 1. — Varronis amicus. Varro RR. 2, 1, 1. — Commendatur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 23, 1. — De Cossinio (mortuo a. u. c. 709.) doleo: dilexi hominem. ad Att. 13, 46, 4.

L. Cossinius Anchialus, L. Cossinii libertus, commendatur Ser. Sulpicio ad Fam. 13, 23, 1.

Cosmoe decem in Creta constituti; comparantur cum tribunis plebi. de Rep. 2, 33, 58.

Cossutianae tabernae. ad Fam. 16, 27, 2. Videntur fuisse prope Caesenam, haud procul ab hodierno *Savignano*, ut arbitratur Vir doctus in *Giornale Arcadico* Vol. 26. p. 340. Cossutia gens memoratur in Inscriptione ibi allata. — (Cossutia desponsata C. Iulio Caesari ab eo dimissa. Suet. Caes. 1.)

Cossutius. Sal. Hist. p. 220. (Ed. Gerlach. min.)

M. Cossutius (al. Cossetius), homo summo splendore et summa auctoritate praeditus (eques Ro.) defendit apud Verrem Xenonem Menaenum. Verr. Accusat. 3, 22, 55. — Sanctissimus vir atque honestissimus. a. u. c. 684. Verr. Accusat. 5, 80, 185.

L. Cotta. P. Africanus, homo virtute, fortuna, gloria, rebus gestis amplissimus, postquam bis consul et censor fuerat, L. Cottam in iudicium vocavit. Divinat. 21, 69. Appianus B. C. 1, 22. *ὅτι Κορνήλιος Κόττας καὶ Σαλινάτωρ καὶ τρίτος ἐπὶ τούτοις Μάνιος Ἀκύλιος, ὁ τὴν Ἀσίαν ἑλών* (cos. a. u. c. 625.) *σαφῶς δεδωροδοκηκότες ἀφεῖντο*

ὑπὸ τῶν δικασάντων. „Optio datur inter L. Aurelium Cottam patrem cos. a. u. c. 610. et L. Aurelium Cottam filium cos. a. u. c. 635., annis post Africanum mortuum decem. Neque hunc quidem fuisse multum a veri similitudine discrepat." Zumpt. Apud Appianum Codd. consentiunt in *Κορνήλιος*, verum iam Gelenius in interpretatione Latina correxit *Aurelius*. Ceterum Cottas vide in Aureliis.

M. et P. Cottii, equites Romani, homines nobilissimi in agro Tauromenitano, testes in Verrem. Verr. Accus. 5, 64, 165.

Cottus s. rectius Cotys, rex Bessorum, L. Pisonem, proconsulem Macedoniae, pecunia corrupit, ut Rabocentonem, Bessicae gentis principem, ceterosque Bessorum legatos interficeret. in Pison. 34, 84. — Cotys, Thraciae rex, Sadalam filium cum quingentis equitibus ad Pompeium misit. Caesar Civ. 3, 4.

Cotyla. Vide L. Varius Cotyla.

Cotys. Vide Cottus.

Crabra aqua. Ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam, qui mancipio fundum accepi? cet. ad Fam. 16, 18, 3. de lege agr. 3, 2, 9. Erat aquae ductus Romae ex agro Tusculano ad Urbem deductus; sed postea Tusculanis est aqua Crabra relicta sub Augusto. Cfr. Frontinum de Aquaeduct. 9.

Cranaus, rex Atheniensium, successor Cecropis. Varro Fr. p. 370. Bip. — Atheniensium rex secundus post Cecropem. Schol. Bob. pro Sestio p. 299.

Cranon oppidum Thessaliae. de Or. 2, 86, 352. Melior scriptura *Cranon* quam *Crannon*. Cfr. Quintil. 11, 2, 14. Drakenb. ad Liv. 36, 10. qui et loco l. de Or. sic scribi tradit in Cod. Traiectino.

Crantor. Acad. 1, 9, 34. Vide Polemo et Speusippus. — Crantor Academicus, Platonis auditor. de Finn. 5, 3, 7. — Eius consolatio. Tuscul. 1, 48, 115. Fragmm. p. 489. — Legimus omnes Crantoris, veteris Academici, de Luctu. Est enim non magnus, verum aureolus et, ut Tuberoni Panaetius praecipit, ad verbum ediscendus libellus. Acad. 2, 44, 135. — Crantor dolori cedendum putat: premit enim atque instat, nec resisti potest. Tuscul. 3, 29, 71. — Crantoris se comitem profitetur in *Consolatione* Cicero. Fragmm. p. 579. — Non absurde Crantor ille, qui in nostra Academia vel in primis fuit nobilis, Minime, inquit, assentior iis, qui istam nescio quam indolentiam magnopere laudant; quae nec potest ulla esse nec debet. Tuscul. 3, 6, 12. — Cfr. de Or. 3, 18, 67. Tuscul. 5, 37, 107.

Crassi. Vide in Liciniis Crassis.

Crassicius, satelles M. Antonii. Philipp. 5, 6, 18. — Collusor et sodalis eius. Ibid. 13, 2, 3.

Crassipes. Vide Furius Crassipes.

Crastinus evocatus in exercitu Caesaris, vir singulari virtute. Is in acie Pharsalica respiciens Caesarem, „Faciam, inquit, hodie, imperator, ut aut vivo mihi aut mortuo gratias agas." Caesar Civ. 3, 91. — Interfectus est fortissime pugnans. Neque id fuit falsum, quod ille in pugnam proficiscens dixerat: sic enim Caesar existimabat eo proelio excellentissimam virtutem Crastini fuisse optimeque eum de se meritum indicabat. Ibid. 99.

Crater ille delicatus ad Att. 2, 8, 2. est sinus ad Baias inter Misenum et Athenaeum s. Minervae promontorium.

Cratera, sidus. Arat. v. 463. de Nat. D. 2, 44, 114.

Craterus medicus Atticae (a. u. c. 709). ad Att. 12, 13, 1. Ib. Ep. 14, 4. Cfr. Victorii Var. Lectt. 9, 12.

Crates Mallotes, nobilis grammaticus, qui fretus Chrysippo, homine acutissimo, qui reliquit sex libros περὶ ἀνωμαλίας, his libris contra analogiam atque Aristarchum est nixus, sed ita, ut scripta indicant eius, ut neutrius videatur pervidisse voluntatem. Varro LL. 9, 1, p. 456. — Cratetis quaestio, cur non dicatur Alpha, alphatos? Varro LL. 8, 36. p. 438. — Crateti quid responderit Aristarchus? Varro LL. 8, 38. p. 442. — Crates de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Crates Tarsensis, Academicus. Acad. 1, 9, 34. Vide Speusippus.

Cratippus Peripateticorum omnium, quos quidem ego audierim, facile princeps. Tim. Cap. 1. p. 496. — Cratippus, doctissimus vir Ciceronique amicissimus, etiam M. Marcellum cos. a. u. c. 703. instruxit omni copia doctrinae. Brut. 71, 250. — Fuit magister M. Ciceronis filii, a. u. c. 710. ad

Fam. 12, 16, 2. — Eum a. u. c. 710. Athenis audiebat M. Cicero filius. de Off. 1, 1, 1. — Princeps eius aetatis philosophorum. Ibid. §. 2. Ibid. 2, 2, 8. Ibid. 3, 2, 5. Ibid. 7, 33. — „Cratippo me scito non ut discipulum, sed ut filium esse coniunctissimum. — Sum totos dies cum eo noctisque saepenumero partem" cet. (a. u. c. 710.) M. Cicero filius ad Fam. 16, 21, 3. — Familiaris noster, quem ego parem summis Peripateticis iudico, somniis et furori fidem tribuit, reliqua divinationis genera reiecit. de Divin. 1, 3, 5. — Cratippus quomodo somnii et furoris oracula explicarit. de Divin. 1, 32, 70 et 71. — Refutatur. Ibid. 2, 52, 107. — Cratippus probat vatum et dormien[illegible] praedictiones. de Divin. 1, 50, [illegible] — Cratippus idem ac Dicaearchus censebat de vaticinatione. de Divin. 2, 48, 100. Vide Dicaearchus. — Cfr. de Off. 3, 33, 119.

Cratippus Tyndaritanus; ab eo phaleras nobiles abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 12, 29.

Crebrius Romae est. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 6, 6. Videtur nomen corruptum. Alii Cerbrius. Nomen Romanum, ex quo illud fortasse corruptum, est etiam *Bebrius.*

M. Crepereius, ex acerrima illa equestri familia et disciplina, tribunus militaris designatus a. u. c. 684., iudex in C. Verris causa. Verr. Act. 1, 10, 30.

Crepusci Amiterni. Varro LL. 6, 2. p. 188.

Cresphontes, Aristomachi filius ex Herculis genere, Heraclidarum in reditu dux, rex Messeniae fraudibus factus, duxit uxorem Meropen, Cypseli Arcadis filiam. Cfr. Pausaniam 2, 18, 7. 4, 3, 3. 4, 3, 6. 4, 5, 1. cet. Hygini Fab. 184. — Cresphontes, Euripidis tragoedia. Tuscul. 1, 48, 115. — Ennii tragoedia. Her. 2, 24, 38. de Inv. 1, 49, 91.

Creta. Apollinis secundi certamen cum Iove de insula Creta. de Nat. D. 3, 23, 57. — In ea Iovis tertii sepulchrum ostenditur. de Nat. D. 3, 21, 53. — In ea decem, qui Cosmoe vocantur, constituti, (qui comparantur cum tribunis plebi.) de Rep. 2, 33, 58. — Creta Metelli virtute nostra. pro Flacco 13, 30. — Post Caesaris interitum fixa tabula est, qua civitates locupletissimae Cretensium liberantur statuiturque, ne post M. Brutum proconsulem sit Creta provincia. Philipp. 2, 38, 97. — Caprae ferae in Creta confixae venenatis sagittis dictamnum quaerunt. de Nat. D. 2, 50, 126.

Cretea apud Lucilium. Varro LL. 6, 7, p. 245.

Cretense bellum L. Flaccus ex magna parte gessit atque una cum summo imperatore (Q. Metello) sustinuit. pro Flacco 3, 6.

Cretes. Cretum leges, quas sive Iuppiter sive Minos sanxit, de Iovis quidem sententia, ut poëtae ferunt, itemque Lycurgi, laboribus erudiunt iuventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando. Tuscul. 2, 14, 34. — Cretes et Aetoli latrocinari honestum putant. de Rep. 3, 9, 15. — Cretes, quorum nemo gustavit unquam cubans, non melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, rem publicam suam retinuerunt. pro Murena 35, 74. — Cretenses Ennius dixit. Varro Fragmm. p. 189. Bip. — Cretenses, soli omnium liberi tempore Mithridatis; sed impugnati semel iam neque finem nisi excidio habituri. Mithridates in Ep. ad Arsacen. Sal. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min. — Cretensibus Cn. Pompeius, cum ad eum usque in Pamphyliam legatos misissent, spem deditionis non ademit obsidesque imperavit. pro lege Manilia 12, 35. Ibid. 16, 46.

T. Crispinus, quaestor, cuius nulla alia memoria exstat. pro Fonteio loci Niebuhriani 1, 1.

Crispus v. Marcius.

Critias Atheniensis, unus de XXX. tyrannis; secundae aetatis orator; eius nonnulla sunt scripta. de Or. 2, 22, 93. — Critias et Alcibiades civitatibus suis quidem non boni, sed certe docti atque eloquentes, Socraticis disputationibus eruditi. de Or. 3, 34, 139. — Eius dicendi genus. Brut. 7, 29. — Critias teterrimus in Theramenem. Tuscul. 1, 40, 96.

Crito, Socratis amicus. Tuscul. 1, 43, 103. — Monitum ei datum a Socrate, cui non paruit. de Divin. 1, 54, 123. — Critoni, suo familiari, Socrates suam mortem praedixit. de Divin. 1, 25, 53. Varro Fragm. p. 315. Bip.

Critobulus: cum eo loquitur Socrates in Xenophontis Oeconomico. Cato 17, 59.

Critolaus, Peripateticus, ab Atheniensibus legatus Romam missus a. u. c. 599. una cum Carneade Academico et Diogene Stoico multae propter Oropum irrogatae deprecandae causa. de Or. 2, 37, 155. — Laudatur. Ibid. 38, 160. — Critolaus imitari voluit antiquos (Peripateticos): et quidem est gravitate proximus et redundat oratio. de Finn. 5, 5, 14. — Libra illa Critolai; qui cum in alteram lancem animi bona imponat, in alteram corporis et externa, tantum propendere illam [bonorum animi] lancem putat, ut terram et maria deprimat. Tuscul. 5, 17, 51. — Eius auditor Mnesarchus. de Or. 1, 11, 45.

Critolaus, Achaeorum praetor: eius culpa eversa Corinthus. de Nat. D. 3, 38, 91. — Fuit scil. causa belli Achaici, quo Corinthus eversa est a. u. c. 608. Vide Polyb. Excerpt. Legatt. c. 144. Flor. 2, 16.

Critolaus Hennensis. Verr. Accusat. 4, 26, 59.

Critonius (a. u. c. 709.) nomen fortasse corruptum. ad Att. 13, 20, 3.

Crixus, dux fugitivorum sub Spartaco. Sal. Hist. 3, p. 221. — Caesus ab Arrio praetore. a. u. c. 683. Liv. Ep. 96.

Crodunum, Galliae oppidum, hodie *Courdan* ad Garumnam. pro Fonteio 5, 9.

Croesus, opulentissimus rex Asiae. Sors ei edita: *Croesus Halym penetrans magnam pervertet opum vim.* de Divin. 2, 56, 116. — Responsum ei datum a Pythio Apolline. de Divin. 1, 19, 37. — Eius filius infans. de Divin. 1, 53, 121. — De Finn. 2, 27, 87. Ibid. 3, 22, 76. Ibid. 4, 12, 29 et 31.

Crommyu-acra, Κρομμύου ἄκρα, promontorium Cypri, contra Anemurium, promontorium Ciliciae. ad Fam. 12, 13, 4.

Q. Croto; eius servus Scaeva occidit L. Saturninum. pro C. Rabirio perd. 11, 31.

Croton, urbs in Bruttiis. Eo pervenit Pythagoras. de Rep. 2, 15, 28. ad Att. 9, 19, 3.

Crotoniatae: eos ad fluvium Sagram Locri maximo proelio devicerunt. de Nat. D. 2, 2, 6. — Zeuxin pictorem ad se vocarunt, ut templum Iunonis egregiis picturis locupletaret. de Inv. 2, 1, 1.

Crustumerina secessio plebis a patriciis, in qua ex tribunis militum primum tribuni plebei facti. Varro LL. 5, 14. p. 86.

Crustumina tribus, a Crustumeria s. Crustumio, Sabinorum oppido. In eam pervenit L. Cornelius Balbus. pro Balbo 25, 57. Cfr. pro Plancio 16, 38.

Crustuminus ager, crassus. pro Flacco 29, 71. Varro RR. 1, 14, 3.

Ctesiphon scitum fecit de coronando Demosthene. Opt. gen. or. 7, 19. Orat. 8, 26. Ibid. 30, 111. — A Demosthene defensus. de Or. 3, 56, 213. Orat. 38, 133.

Cularo, in finibus Allobrogum, postea Gratianopolis, *Grenoble.* ad Fam. 10, 23, 7.

Culleo. Vide Terentius Culleo.

Culleolus, homo vilis. ad Att. 6, 3, 6.

L. Culleolus, proconsul, ut videtur, Illyrici. a. u. c. 694. vel 695. Ad eum scriptae sunt Epp. 41 et 42. Lib. 13. ad Fam.

Cumae, urbs Campaniae. Cumis Apollo sudavit. de Divin. 1, 43, 98. — Cumis mortuus est Tarquinius Superbus. Tuscul. 3, 12, 27. de lege agr. 2, 31, 86.

Cumani. Eorum decemprimi et quattuorviri arroganter tractati a M. Antonio. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 13, 1. — Eis iratus erat Caesar. Ibid. — Cumani calices. Varro Fr. p. 273. Bip.

Cumánum, Catuli villa. Acad. 2, 25, 80.

Cumanum Ciceronis et Varronis villae. Acad. 1, 1, 1. — Cumanum, villa Ciceronis. ad Q. Fr. 2, 14, 1. ad Fam. 16, 10, 1. ad Fam. 12, 20. — Item Pompeii villa prope Cumas erat. ad Att. 4, 10, 2.

Cumanus ager. de lege agr. 2, 25, 66.

Cunina, dea. Varro Fr. p. 319. Bip.

Cupidines. Audax consilium Graecia suscepit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in gymnasiis consecravit. de Legg. Fragm. incert. apud Lactant. Inst. 1, 20.

CUPIDO deus. de Nat. D. 2, 23, 61. — Cupido primus Mercurio et Diana prima natus dicitur; secundus Mercurio et Venere secunda; tertius, qui idem est Anteros, Marte et Venere tertia. de Nat. D. 3, 23, 60. — Cupido secundus, natus ex Mercurio et Venere prima. de Nat. D. 3, 23, 59. — Cupido pinnatus genitus ex Diana prima. de Nat. 3, 23, 58. — Cupido argenteus cum lampade. Verr. Accusat. 2, 47, 115. — Cupidinis signum pulcherrimum Thespiae, Praxitelis manu factum, et alius, qui item Praxiteli tribuebatur, ex Heii Mamertini sacrario a Verre ablatus. Verr. Accusat. 4, 2, 4. Ibid. 60, 135. — Veneri et Cupidini vota debere dicitur Verres. Accusat. 4, 55, 123.

C. CUPIENNIUS (a. u. c. 710.) Ciceronis epistola ad eum missa de causa Buthrotia ab Attico suscepta. ad Att. 16, 16. D. (Patrem tuum plurimi feci; meque ille mirifice et coluit et amavit.)

CURCULIO Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 343. et LL. 7, 3. p. 352.

CURES, Sabinorum caput; eius incolae *Curetes*, Quirites. Varro LL. 5, 8. p. 57. — Sabini modestus voltus sermoque constans habere quiddam a Curibus videbatur. ad Fam. 15, 20, 1. — Numa Curibus Romam accitus. de Rep. 2, 13, 25.

CURETES principes intelligendi divina fuerunt. Sal. Hist. 3. p. 220. Ed. Gerlach. min.

L. CURFIDIUS ad Att. 13, 44, 3. falsa lectio pro L. CORFIDIUS.

CURIA, feminae nomen fictum. Her. 4, 21, 29.

CURIA ACCULEIA. Varro LL. 6, 3. p. 205.

CURIA CALABRA in Capitolio. Varro LL. 6, 4. p. 208.

CURIA HOSTILIA ab Hostilio Rege. Varro LL. 5, 32. p. 155. — Curia Hostilia templum est et sanctum non est. Varro LL. 7, 2. p. 293.

CURIAE veteres, ubi sacerdotes curabant res divinas. Varro LL. 5, 32. p. 155.

CURIANA defensio contra Scaevolam tota redundavit hilaritate quadam et ioco. de Or. 2, 54, 221. — Curiana causa. Topic. 10, 44. — Boëth. 4. p. 341.

CURIANA πτῶσις. ad Att. 2, 17, 2.

CURIANA villa in Sabinis, parva. de Legg. 2, 1, 3.

CURIATII Albani fratres tres, ab Horatiis Romanis occisi. de Inv. 2. 26, 78. Cfr. Liv. 1, 24.

Attus CURIATIUS, sponsus Horatiae, ab Horatio occisus. Schol. Bob. pro Milone p. 277.

C. CURIATIUS tribunus plebis, homo omnium infimus et sordidissimus, D. Brutum et P. Scipionem Nasicam, consules (a. u. c. 616.) in vincula coniecit, quod ante factum non erat. de Legg. 3, 9, 20.

L. CURIDIUS, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 4, 20, 44.

CURII, Fabricii, Camilli haec ex minimis tanta fecerunt. pro Caelio 17, 39.

CURIO v. SCRIBONIUS CURIO.

CURIUS (al. CURTIUS). Cohortes sex, quae Albae fuerant, ad Curium via Minucia transisse dicuntur (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 6, 1. (Vibium Curium vocat Caesar Civ. 1, 24.) idemque est cum Vibio ad Att. 2, 20, 6. et eo, de quo Quintil. 6, 3, 73.

C. CURIUS (al. CURTIUS), pater C. Rabirii Postumi, princeps ordinis equestris, fortissimus et maximus publicanus. pro Rab. Postumo 2,3. Ibid. 17,45.

C. CURIUS, propinquus C. Rabirii in tabularii incensi crimine iudicio clarissimo pro virtute sua est honestissime liberatus. pro C. Rabirio perd. 3, 7.

M'. CURIUS DENTATUS. pro Sulla 7, 23. — M'. Curius Dentatus, qui de Samnitibus triumphavit, Sabinis oriundus videtur cet. Schol. Bob. pro Sulla p. 364. — Homo novus. pro Murena 8, 17. — M'. Curius, tribunus pl., interrege Appio Caeco comitia contra leges habente, cum de plebe consulem non accipiebat, patres ante auctores fieri coëgit, quod fuit permagnum, nondum lege Maenia lata. Brut. 14, 55. Qua de re vide Pighium ad a. u. c. 455. (456. Varr.) Gronov. Observv. 1. 25. Drakenb. ad Liv. 10, 11. — M'. Curius vixerat cum P. Decio, qui quinquennio ante eum consulem (a. u. c. 464.) se pro re publica quarto consulatu (a. u. c. 459.) devoverat. Cato 13, 43. — Samnitium copiae ei non defuerunt. Eius etiam focum Cato, cum venerat ad se in

Sabinos, visere solebat: apud quem ille sedens Samnitium, quondam hostium, tum iam clientium suorum dona relegaverat. de Rep. 3, 28, 40. — M'. Curius, cum de Samnitibus, de Sabinis, de Pyrrho triumphasset, in vita rustica consumpsit extremum tempus aetatis. Responsum ab eo Samnitibus datum. Cato 16, 55. — A villa in senatum arcessebantur et Curius et ceteri senes. Ibid. §. 56. — M'. Curius: *Quem nemo ferro potuit superare nec auro* (ut ait de eo Ennius). de Rep. 3, 3, 6. — Eum, Q. Papum Aemilium, C. Fabricium Luscinum, Ti. Coruncanium inter se coniunctissimos fuisse memoriae proditum est. Lael. 11, 39. — M'. Curius et Ti. Coruncanius optare solebant, ut Epicuri doctrina Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur. Cato 13, 43. — Eius triumphus de rege Pyrrho. pro Murena 14, 31. — M'. Curius emisit lacum Velinum. ad Att. 4, 15, 5. — Senex rem publicam consilio et auctoritate defendebat. Cato 6, 15. — M'. Curius, consul in Capitolio, cum delectum haberet, nec citatus in tribu civis respondisset, vendidit tenebrionem. Varro Fr. p. 280. Bip. — Tenuitas victus eius. Parad. 1, 2, 12. — Ibid. 5, 2, 38. Ibid. 6, 2, 48. — Quis nostrum se dixit M'. Curio parem? pro Plancio 25, 60. — M'. Curius a diis dilectus. de Nat. D. 2, 66, 165. — Nunquam dicam C. Fabricium, M'. Curium, Ti. Coruncanium, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad Graecorum philosophorum normam fuisse sapientes. Lael. 5, 18. Ibid. 8, 28.

M'. Curius controversiam cum M. Coponio habuit. Eius causa celebratissima, dicta a L. Crasso contra Q. Mucium Scaevolam. de Or. 1, 39, 180. Ibid. C. 56, 238. C. 57, 242. Ibid. Lib. 2, 6, 24. Ibid. 2, 32, 140. Brut. 39, 144. Ibid. 52, 195. Ibid. 73, 256. pro Caecina 18, 53. Vide etiam Curiana causa.

M'. Curius, consobrinus C. Caelii Caldi, quaestoris, Ciceroni maxime necessarius. ad Fam. 2, 19, 2. — Quaestor urbanus a. u. c. 693. pro Flacco 13, 30. — M'. Curius (al. Curtius). De novis tribunis pl. est ille quidem in me officiosissimus Sestius, et, spero, Curius, Milo, Fadius, Fabricius. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 4, 3. — M'. Curius (al. Curtius) tribunus pl. a. u. c. 697. — Eius ego patri quaestor fui. Post red. in sen. 8, 21. — Cum aliunde constet Ciceronem quaestorem fuisse Sex. Peducaeo, hunc nodum ita solvunt, ut dicant, M'. istum Curium adoptatum esse a Sex. Peducaeo. — Ad eum Cicero scripsit epistolam ad Fam. 13, 49., cum proconsulari imperio provinciam regeret, incertum quam.

M'. Curius, collusor Lysiadis, periculum fortunae quotidie facit; iudex constitutus ab Antonio. Philipp. 5, 5, 13. Philipp. 8, 9, 27.

M'. Curius, ad quem sunt ad Fam. Lib. 7. Epp. 23—26. et cuius ipsius est Ep. 29., idem est, quem circa a. u. c. 708. Patris negotiantem Sulpicio commendat Lib. 13, 7. eiusque successori Aucto Lib. 13, 50., quemque cum laude commemorat ad Fam. 16, 4, 2. Ibid. 5, 1. — De se ipse dicit Ibid. 29, 1. Sum χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. — Curius, suavissimus homo, est summi officii summaeque humanitatis. ad Fam. 16, 4, 2. Ibid. 9, 3 et 4. Ibid. 11, 1. — Patris Tironem aegrum curabat. (a. u. c. 704.) Lib. 8, 5, 2. Ep. 6, 3. Αὐτόχθων est in homine urbanitas. — Heredes instituit Atticum et Ciceronem. ad Att. 7, 2, 3. Ibid. 7, 3, 9 et 12. — Curius etsi per se est amabilis a meque diligitur, tamen accedit magnus cumulus commendationis tuae. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 3, 3. — Commendatur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 17, 1. — Item Aucto. ad Fam. 13, 50, 1.

Q. Curius, senator, Catilinarius. Sal. Catil. 17. — Natus haud obscuro loco, flagitiis atque facinoribus coopertus, prodit coniurationem Fulviae amicae. Ibid. 23. et per hanc postea etiam Ciceroni. Ibid. 26. — Curius, senator, amicissimus Catilinae. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10. — Homo quaestorius. Cic. in toga candida p. 526. — Q. Curius quaestorius, notissimus fuit aleator damnatusque postea est. In hunc est hendecasyllabus Licinii Calvi elegans: *Et talis Curius pereruditus.* Ascon. in tog. cand. p. 95. — Weichertus in Poët. Lat. p. 136. haec ad M'. Curium collusorem Lysiadis (vide supra) rettulit, sed Asconius διαῤῥήδην de Q. Curio loquitur, quem aleatorem vocat ipse Cicero ad Att. 1, 1, 2.

Cursor. Vide in Papiriis.

Curtilius. Discrucior Sextilii fundum a verberone Curtilio possideri. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 6, 1. Ibid. 10, 2.

Curtius falsa lectio pro Curius. ad Q. Fr. 1, 4, 3. Alibi quoque utrumque nomen confunditur.

Curtius lacus in Foro. Varro LL. 5, 32. p. 147. Suet. Octav. 57.

Curtius, eques Romanus, civis fortis, cum equo se in terrae hiatum praecipitavit, a quo Curtius lacus. Triplex de eo historia. Varro LL. 5, 32. p. 147. Cicero eum nusquam memorat.

Curtius, accusator, occisus ad lacum Servilium tempore proscriptionis Sullanae, vel iam ante a C. Mario. pro Sex. Roscio 32, 90.

C. Curtius, a Caesare in senatum lectus, commendatur Q. Valerio Orcae (a. u. c. 709). ad Fam. 13, 5, 2.

P. Curtius. Scripserat Messala (a. :. 709.) Q. Salasso P. Curtium, fra-n eius, iussu Cn. Pompeii (Magni) inspectante exercitu interfectum, d convenisset cum Hispanis quisdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariae causa venisset, eum comprehendere ad Caesaaque deducere. ad Fam. 6, 18, 2.

Q. Curtius, sodalis C. Verris, index aaestionis in iudicio ignoto. Verr. Accusat. 1, 61, 158. (vide Zumpt. p. 234. et Madvigium de Asconio p. 121.)

Q. Curtius, bonus et eruditus adolescens, a. u. c. 700. Memmium, candidatum consularem, de ambitu postulavit. ad Q. Fr. 3, 2, 3.

C. Curtius Mithres, Postumi libertus, commendatur P. Servilio. ad Fam. 13, 69, 1.

C. Curtius Peducaeanus praetor a. u. c. 704. (non 708., ut per errorem est in mea Editione.) Ad eum est epistola 59. Lib. 13. ad Fam.

C. Curtius Philo consul cum M. Genucio Augurino a. u. c. 309. Varro LL. 5, 32. p. 150.

M. Curtius Postumus. M. Curtio tribunatum mil. a Caesare petivi (a. u. c. 700). ad Q. Fr. 2, 15, 3. Ibid. 3, 1, 3, 10. — Curtius (Caesaris amicus) dibaphum cogitat (magistratus alicuius vel sacerdotii, vel auguratus spem habet:) sed eum infector moratur. (a. u. c. 705.) ad Fam. 2, 16, 7. — Ab eo Atticus impediri videtur, ne initio belli civilis Italia exeat. ad Att. 10, 13, 3. (ad Att. 2, 5, 3.) — Postumus Curtius, Caesarianus, venit ad me, nihil nisi classes loquens et exercitus. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 2. a., 3. Ibid. Ep. 5, 1. — Curtium in curia potero ferre? (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 5, 1. — Curtium ego patronus adspicere non possum. Ib. Ep. 6, 2. — O tempora! fore, cum dubitet Curtius consulatum petere. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 49, 1. — Ad Ciceronem venit. Ib. Ep. 9, 10. — Caesaris interfecti morte laetamur, cuius facta defendimus. Itaque quam severe nos M. Curtius accusat, ut pudeat vivere: neque iniuria. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 9. 2.

Q. Curtius Postumius. Q. et Cn. Postumi Curtii, i. e. Curtii Postumi argentarii. Verr. Accusat. 1, 39, 100 et 102. — Omnibus his locis variatur inter Postumus et Postumius (cfr. in primis ad Fam. 6, 12, 2. ubi de M. Curtio Caesariano sermo esse videtur, sed Postumius simpliciter appellatur. Nihilominus praefero nunc Postumus, non quod cum Zumptio ad Verr. p. 179. pro altero quasi praenomine habeam, id quod illis temporibus inauditum et posterioris prorsus Latinitatis est; sed, quod plerumque praenomen Postumus in Curtiis his cognominis locum obtinet, adeo ut Postumus Curtius positum sit pro Curtius Postumus, ut Bassus Caecilius et alia nonnulla apud Ciceronem, sed raro, apud Tacitum frequentissime.

Cusinius (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 38, 4. Ib. Ep. 41, 3.

P. Cuspius, eques Romanus, magister societatis in Africa, Ciceronis familiaris, commendatur Q. Valerio Orcae procos. (a. u. c. 709.) ad Fam. 13, 6, 1. ad Fam. 16, 17, 2.

L. Custidius, Arpinas, tribulis et municeps Ciceronis, commendatur C. Titio Rufo. ad Fam. 13, 58.

Cutiliae lacus, in agro Reatino, Italiae umbilicus. Varro Fr. p. 363. Bip. — Idem Cutiliensis lacus dicitur. Varro LL. 5, 10. p. 77.

Cybea, Verr. Accusat. 4, 8, 17. cet. nomen Siculum navis onerariae a κύπη, genere navis apud Hesychium.

Cybistra, oppidum Cappadociae secundae, ad montem Taurum. ad Fam.

15, 2, 2. Ibid. 4, 4. ad Att. 5, 18, 1. Ib. Ep. 20, 2.

Cyclopes. Non te puto esse eum, qui Iovi fulmen fabricatos esse Cyclopas in Aetna putes. de Divin. 2, 19, 43.

Cyclops. Verres Cyclops alter, multo importunior; hic enim totam insulam obsidebat; ille Aetnam solam et eam Siciliae partem tenuisse dicitur. Verr. Accusat. 5, 56, 146.

Cydas Gortynius portentum insulae (Cretae), homo audacissimus et perditissimus, iudex constitutus ab Antonio. Philipp. 5, 5, 13. Philipp. 8, 9, 27.

Cydnus, Ciliciae flumen. Philipp. 2, 11, 26.

Cyllenia fides, i. e., Lyra, sidus. Arat. v. 627.

Cylonium scelus: eo expiato, Epimenide Crete suadente, Athenienses fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae. de Legg. 2, 11, 28. Scelus est ab Atheniensibus commissum Cylonis sociis supplicibus interfectis ad aram, de quo vide Thucydid. 1, 126. Scaligerum ad Eusebii Graeca. Suidas in *Κυλώνειον ἄγος*. Ern.

Cymaeus fundus ad Cymen, Aeoliae oppidum. pro Flacco 20, 46. — Cymaeus Athenagoras virgis caesus. Ib. 7, 17.

Cynici primum, deinde Stoici ab Antisthene. de Or. 3, 17, 62. — Cynicorum rationem atque vitam alii cadere in sapientem dicunt, si quis eiusmodi forte casus inciderit, ut id faciendum sit, alii nullo modo. de Finn. 3, 20, 68. — Cynici nequaquam audiendi sunt, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae re turpia non sunt, verbis flagitiosa ducamus cet. de Off. 1, 35, 128. — Eorum ratio est reiicienda. Ibid. 41, 148. — Cynicis involucrum et pallium luteum non est. Varro Fr. p. 291. Bip. — Varro Fr. p. 330 et 332. Bip.

Cynicus consularis ad Att. 2, 9, 1. videtur M. Pupius Piso Calpurnianus consul a. u. c. 693. Cfr. Victorii Var. Lectt. 22, 23.

Cynosura; ibi humatus Mercurius secundus. de Nat. D. 3, 22, 57. „Cynosura fuit iugum montis Arcadiae, dictum a Mercurii filio Cynosuro: alii Laconiae oppidum ita appellant, alii portum Cretae." Moser.

Cynosura s. Ursa minor. Arat. v. 37. 186. Acad. 2, 20, 66. de Nat. D. 2, 41, 104. — Parva Cynosura. Ibid. §. 106.

Cyprii. Evocari (in ius) ex insula Cyprios non licet. ad Att. 5, 21, 6. — Cyprii C. Sextilio Rufo commendantur, ad Fam. 13, 48.

Cyprus et Syria parentes Veneris quartae sive Astartes. de Nat. D. 3, 23, 59.

Cyprus, insula Asiatica e regione Ciliciae asperae, unde Ciceronis provinciae Ciliciae attributa erat. Eius promontorium Crommyu-acris. ad Fam. 12, 13, 4. — Cyprus per regem Ptolemaeum nihil audet. pro Flacco 13, 30. — Cyprus in clientela M. Catonis erat. ad Fam. 15, 4, 15. — Ex ea Cicero iubet equites a Scaptio ad cogendam pecuniam missos decedere. ad Att. 6, 2, 9. Varro RR. 1, 7, 6.

Cypselus, Corinthiorum tyrannus, quem fugit Demaratus, L. Tarquinii pater. de Rep. 2, 19, 34. — Cypselus regnavit Corinthi. de Fato 7, 13. Tuscul. 5, 37, 109.

Cyrea, aedificia a Cyro architecto descripta. ad Att. 4, 10, 2.

Cyrenae, urbs Cyrenaicae regionis in Africa. pro Plancio 26, 63. — Colonia Thereôn. Sal. Iug. 19. — Hinc Cyrenaei (Tuscul. 1, 43, 102.) et Cyrenenses agri. de lege agr. 2, 19, 51.

Cyrenaica philosophia ab Aristippo manavit. de Or. 3, 17, 62.

Cyrenaici ab Aristippo Cyrenaeo. Acad. 2, 42, 131. — Ab Aristippo Cyrenaici atque Anicerii philosophi nominati omne bonum in voluptate posuerunt virtutemque censuerunt ob eam rem esse laudandam, quod efficiens esset voluptatis. Quibus obsoletis floret Epicurus, eiusdem fere adiutor auctorque sententiae. de Off. 3, 33, 116. — Cyrenaei minime contempti philosophi; qui negant esse quidquam, quod percipi possit extrinsecus; ea se sola percipere, quae tactu intimo sentiant, ut dolorem, ut voluptatem; neque se, quo quid colore aut quo sono sit scire, sed tantum affici se quodam modo. Acad. 2, 24, 76. (Hoc uno loco Aristippi sectatores *Cyrenaeos* vocat Cicero, cum alibi semper *Cyrenaicos*. Fortasse tamen haec forma hoc quoque loco restituenda.) — Cyrenaici praeter permotiones intimas nihil putant esse iudicii. Acad. 2, 46, 142. —

Cyrenaici melius liberiusque quam Epicurus defendunt omnia ad voluptatem et dolorem et quae sequamur et quae fugiamus referenda esse. de Finn. 1, 7, 23. — Ibid. 11, 39. Ibid. 2, 13, 39. — Cyrenaici non omni malo aegritudinem effici censent, sed insperato et necopinato malo. Tuscul. 3, 13, 28. Ibid. 15, 31. Ibid. 22, 52. — Sunt, qui in consolando satis putent, ostendere, nihil inopinati accidisse, ut Cyrenaici. Tuscul. 3, 31, 76. de Finn. 2, 34, 115.

Cyrenenses. Eorum contentio de finibus cum Karthaginiensibus, in horum commodum decisa a Philaenis fratribus. Sal. Iug. 79.

Cyrrhestes horologium fecit Athenis. Varro RR. 3, 5, 17. Cfr. Ursinum. Ante *Cyrrhestes* excidisse videtur *Andronicus*.

Cyrrhestica, Syriae pars proxima Ciliciae. ad Att. 5, 18, 1. Ep. 21, 2. — „Nomen habet a Cyrrho urbe, Plin. 5, 23., quae non confundenda est cum Cyrrho Macedoniae, a qua Cyrrhestica Minerva dicitur, quod in ea urbe templum Alexandri M. iussu exstructum est. Vide Diodorum Sic. Lib. 18. C. 4. (Vol. 3. p. 229. Ed. Dindorf. min.); sed ibi pro ἐν Κύρνῳ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς, legendum auctore Wesselingio ad Itiner. Antonini p. 606. ἐν Κύῤῥῳ (sicque nunc editum est). Inde autem, ut hoc addamus, cultus migravit in Syriam, ubi templum Cyrrhesticae Minervae memorat Strabo L. 16. p. 1090. Ipsa urbs Cyrrhus Syriae ab altera Macedoniae nomen traxisse videtur, ut plures aliae urbes Syriae cognomines urbibus Macedoniae et Thessaliae invenias, quod iis Thessali et Macedones suarum urbium nomina tribuerunt. Vide Vossium ad Melam p. 148." Ern.

Cyrsilus suadens, ut Athenienses manerent et Xerxem reciperent, lapidibus coopertus a civibus suis. de Off. 3, 11, 48.

Cyrus in Asia, in Graecia Lacedaemonii et Athenienses coepere urbis atque nationes subigere. Sal. Catil. 2. — Si Cyrus ille Perses iustissimus fuit sapientissimusque rex, tamen mihi populi res non maxime expetenda fuisse illa videtur, cum regeretur unius nutu ac modo. de Rep. 1, 27, 43. Ibid. 28, 44. — Eius somnia quomodo Magi interpretati sint. de Divin. 1, 23, 46. — Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii: quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. ad Q. Fr. 1, 1, 8, 23. — Cyri vita et disciplina Brut. 29, 112. est Xenophontis Κύρου παιδεία. — Cyri morientis sermo apud Xenophontem. Cato 9, 30. — Cyri morientis apud Xenophontem oratio in Latinum conversa. Cato 22, 79. — Antiquissimum sepulturae genus illud fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. de Legg. 2, 22, 56. de Finn. 2, 35, 116. Ibid. 3, 22, 76. de Off. 2, 5, 16.

Cyrus, Antisthenis liber. ad Att. 12, 38, 4.

Cyrus minor et Agesilaus Xenophontis: quorum regum summo in imperio nemo unquam verbum ullum asperius audivit. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 7. — Cyrus minor, „rex Persarum", praestans ingenio atque imperii gloria: eius colloquium Sardibus cum Lysandro habitum (ex Xenophontis Oeconomico). Cato 17, 59. — Cum eo militia perfunctus est Xenophon. de Divin. 1, 25, 52. — Vocatur *rex Persarum* etiam Fragmm. p. 472.

Cyrus, architectus. Vide Cyrea. Eius doctrina de fenestris per iocum dicitur Κύρου παιδεία. ad Att. 2, 3, 2. — Eum urget Cicero de fratris aedificatione. ad Q. Fr. 2, 2, 2. ad Fam. 7, 14, 1. — Mortuus a. u. c. 702. pro Milone 17, 46. „Ab eo dicta est *area Cyri*, ut legendum arbitramur ad Q. Fr. 2, 10, 3. pro volgato *area Syra*." Ern. Recepit hanc coniecturam Schuetzius et Bentivolius.

Cytheris, Volumnii Eutrapeli liberta et amica. Accumbit in coena, cui Cicero interfuit infra Volumnium Eutrapelum. ad Fam. 9, 26, 2. — Eadem mima, M. Antonii amica. — M. Antonius Cytherida secum lectica aperta portat, alteram uxorem. ad Att. 10, 10, 5. et Ep. 16, 5.

Cytherius per iocum appellatur M. Antonius propter Cytheridis mimae amorem. ad Att. 15, 22.

Cyziceni. Quid arbitramini Cyzicenos merere velle, ut amittant Aiacem (al. Agauen) et Medeam? (tabulas, ut videtur, Timomachi). Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Cyziceni, fidelissimi socii a L. Lucullo defensi. pro Murena

15, 33. — Cyzicenorum urbs amicissima L. Luculli consilio ex omni impetu regio ac totius belli ore ac faucibus erepta. pro Archia 9, 21.

Cyzicus, urbs Asiae clarissima nobisque amicissima, obsessa a Mithridate, liberata a L. Lucullo. pro lege Manilia 8, 20. — Urbs est Mysiae minoris ad Propontidem sive Hellesponti. Nam in Hieroclis Synecdemo Cyzicus Hellesponti metropolis est, quemadmodum v. c. Lampsacus, quod apud Cic. Verr. Accus. 1, 24, 63. oppidum in Hellesponto dicitur, ab aliis ad Mysiam refertur. Vide Hellespontus. Ern.

Dabab, Massugradae filius, ex gente Masinissae, Boccho ob ingeni multa bona carus acceptusque, ab eo ad Sullam missus. Sal. Iug. 108. — Inter utrumque internuntius, sanctus vir et ex sententia ambobus. Ib. 109.

Dadis de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Daedalus. Livii Andronici Odyssea Latina dicitur tamquam opus aliquod Daedali, scilicet quia erat paullo horridior et antiquitatem redolebat. Brut. 18, 71. — Daedalus gluten invenit. Varro Fr. p. 325. Bip.

Dalmati subacti a L. Caecilio Metello Dalmatico. Pseudoascon. in Act. 2. Verr. p. 199.

Dalmatia. Res in Dalmatia a P. Vatinio gestae a. u. c. 709. ad Fam. 5, 10, 3 et 4. — In Codd. et Inscripptt. frequenter *Delmatia*. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Oct. 20.; sicque editur in Velleio Paterculo.

Damacrinus equiso. Varro Fr. p. 275. Bip.

Damasippi. Vide Licinii Damasippi.

Damio, libertus et apparitor P. Clodii a. u. c. 696. obsedit Cn. Pompeium. Ascon. in Milon. p. 47. — Incertum est, an sit idem Tettius Damio, in cuius vestibulum (a. u. c. 697.) confugit Cicero Clodianorum vim vitaturus. ad Att. 4, 3, 3.

Damocles, assentator Dionysii tyranni, ab eodem gladio e lacunari seta equina apto perterrefactus. Tuscul. 5, 21, 61.

Damon musicus, Periclis magister. de Or. 3, 33, 132.

Damon et Phintias, Pythagorei, quorum fidem Dionysius minor admiratus petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent. de Off. 3, 10, 45. Tuscul. 5, 22, 63. V. Dionysius minor.

Danai. Eis datum erat oraculum non posse capi Troiam sine Philoctetae sagittis. Her. 4, 30, 41. Tuscul. 4, 23, 52. de Finn. 2, 6, 18.

Danaus. Ei quinquaginta fuerunt filiae. Parad. 6, 1, 44.

Daphitas. Ei fatum fuit ex equo cadere atque ita perire. de Fato 3, 5. Fuit Telmissensis, sophista acerbus et mordax etiam in Attalum Pergamenum, unde eum de saxo, cui *equi* nomen, praecipitari iussit. Rem narrant Val. Max. 1, 8. et Suidas in Δαφίδης. Sed paullo discrepat a ceteris Strabo, qui et grammaticum vocat et in crucem actum dicit in Thorace, loco quodam, iussumque ab oraculo, ut sibi a *thorace* caveret. Lib. 14. p. 908. Ed. Almelov., ubi duo eius versiculi. Utrum *Daphitas*, an *Daphidas* scribendum, vide Torrenium ad Val. Max. l. c. Ern.

Dardani, incolae Dardaniae, quae est pars Moesiae superioris, Illyrico et Macedoniae finitima. — Dardanis et Thracibus L. Piso consul pacem maxima pecunia vendidit. pro Sestio 43, 94.

Dardania: in ea boves perferi. Varro RR. 2, 1, 5.

Dardanus deos Penates ex Samothrace in Phrygiam et Aeneas ex Phrygia in Italiam detulisse feruntur. Varro Fr. p. 205. Bip.

Dardanus, Antiochi Academici aequalis, Athenis princeps Stoicorum cum Mnesarcho. Acad. 2, 22, 69.

Dardanus, C. Furnii libertus. ad Fam. 10, 25, 3.

Dareus, Persarum rex. Eius praetor Oroetes in crucem egit Polycratem Samium. de Finn. 5, 30, 92.

Dareus Codomannus. — Vaticinium de eius morte. de Divin. 1, 53, 121. — Ab Alexandro M. victus ad Issum. ad Att. 5, 20, 3. ad Fam. 2, 10, 3. — In fuga, cum aquam turbidam et cadaveribus inquinatam bibisset, negavit unquam se bibisse iucundius. Tuscul. 5, 34, 97.

Decemviri. Quod proditum est Decemviros, qui leges scripserint, sine provocatione creatos, satis ostendit reliquos sine provocatione magistratus non fuisse. de Rep. 2, 31, 54. — Eorum res gestae exponuntur de Rep. 2, 36, 61. — Per

eos vindicias amisit ipsa libertas. Ibid. 3, 32, 44. — Decemviri, qui XII. tabulas perscripserunt, necesse est fuisse prudentes. de Or. 1, 15, 58. — Decemviri cum fuissent arbitrati, binos nundinum divisum habuisse .... Varro Fr. p. 209. Bip.

Decianus. Vide Appuleius.

Cn. Decidius, Samnis. Ei, qui proscriptus est, iniuriam in calamitate eius a Cluentii familia factam esse dixisti, T. Acci. Ab nullo ille liberalius quam a Cluentio tractatus est. pro Cluentio 59, 161.

L. Decidius Saxa, Caesarianus, a. u. c. 705. ad Ilerdam militat. Caes. Civ. 1, 66. — Saxa, homo perditus, assecla M. Antonii. Philipp. 8, 3, 9. — Centurio. Ibid. 9, 26. — Saxa assecla Antonii. Philipp. 10, 10, 22. — Saxa, quem nobis Caesar ex ultima Celtiberia tribunum plebi dedit, castrorum antea metator, nunc, ut sperat, urbis. Philipp. 11, 5, 12. Philipp. 12, 8, 20. — Saxa Decidius, homo deductus ex ultimis gentibus, ut eum tribunum pl. videremus, quem civem nunquam videramus. Philipp. 13, 13, 27. — Peritus metator et callidus. Philipp. 14, 4, 10. — Occisus a T. Labieno. Vellei. 2, 78.

Decii duo ad voluntariam mortem cursum equorum incitaverunt. Cato 20, 74. — Eorum devotio consilium imperatorium (στρατήγημα) fuit. de Nat. D. 3, 6, 15. — Decii se devoverunt pro salute rei publicae. Pro domo 24, 64. — Decii, ut cives hostibus imperarent, victoriae se devoverunt. Pseudocic. ad Octavium (p. 687). — Decii duo fortes viri. de Off. 3, 4, 16. de Off. 1, 18. 61. — Cum Latinis decertans pater Decius, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis obiecerunt. Tuscul. 1, 37, 89., ubi vide, quae annotavimus in Wolfii Scholis. — Quae vis patrem Decium, quae filium devotavit atque immisit in armatas hostium copias? Parad. 1, 2, 12. — Fulgentes gladios hostium videbant Decii, cum in aciem eorum irruebant. His levabat omnem volnerum metum nobilitas mortis et gloria. Tuscul. 2, 24, 59. — Decii pro salute patriae sua capita voverunt. de Finn. 5, 22, 64.

C. Decimius, quaestorius, Pompeianus a. u. c. 707. profugit Cercina propter adventum C. Salustii Crispi praetoris, Caesariani. Bell. Afric. 34. — Idem videtur C. Decimius, Attici familiaris. ad Att. 4, 16, 15.

Decimus. P. Clodius (a. u. c. 697.) vix iam Decimum designatorem, vix Gellium retinet. ad Att. 4, 3, 2. Cfr. Pro domo 19, 50.

Decius. Iocus Lucilianus in eum. de Or. 2, 62, 253. Fuit aut Q. Decius, trib. pl. a. u. c. 634. aut P. Decius, praetor a. u. c. 639.

Decius Campanus. in Pison. 11, 24.

Decius, P. Sestii libertus. ad Fam. 5, 6, 1.

Cn. Decius, falsa lectio pro Cn. Decidius.

P. Decius Q. F. Mus, tribunus mil. fuit a. u. c. 411. — Eius somnium in bello Samnitico. de Divin. 1, 24, 51. Ibid. 2, 66, 136. — Post triennium, cum consul esset, devovit se. Ibid. — P. Decius Mus, collega T. Manlii Imperiosi Torquati a. u. c. 414., princeps in ea familia consulatus, se devovit et equo admisso in mediam aciem Latinorum irruit. Quod quidem eius factum nisi esset iure laudatum, non esset imitatus quarto consulatu suo (a. u. c. 459.) filius: neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens consul cecidisset in proelio (ad Asculum a. u. c. 475. Cfr. Zonaram 8, 5. p. 575. Ed. Paris.) seque e continenti genere tertiam victimam rei publicae praebuisset. de Finn. 2, 19, 61. — Cfr. quae ad Tuscul. 1, 37, 89. annotavimus in Wolfii Scholis. — P. Decius primum pater, post aliquot annos patria virtute praeditus filius se ac vitam suam, instructa acie, pro salute populi Ro. victoriaque devovit. pro Sestio 21, 48. Cato 13, 43. — Decius imperator pro exerciti (*sic*) salute se Dis Manibus devovit. Varro Fr. p. 213. Bip. — Se devovisse dicitur et pro legionibus in hostes immisisse medios. Her. 4, 44, 57.

P. Decius Mus in devotione vitae et in ipso genere mortis imitatus est patrem. pro Rab. Postumo 1, 2. Vide Decii.

P. Decius. Ambigitur, ceperitne contra leges pecunias P. Decius. de Or. 2, 31, 135. Partitt. oratt. 30, 104. „Hic Decius vulgo putatur idem, qui Opimium accusaverit, sed Opimii accusatorem trib. pl. *Q. Decium* appellat Liv. Epit. 61. Cfr. de Orat. 2, 30, 132.

P. Decius videtur esse is, de quo Cic. Brut. 28, 108. *M. Fulvii Flacci aemulus P. Decius fuit, non infans ille quidem, sed ut vita, sic oratione etiam turbulentus.* Hunc praetorem a. u. c. 639. a M. Aemilio Scauro cos., quod ei transeunti non assurrexisset, male mulcatum esse auctor est Aurelius Victor de VV. ill. c. 72." Henrichsen.

P. Decius, collega M. Antonii in septemviratu. — Vidi P. Decii auctionem, clari viri, qui maiorum suorum exempla persequens, pro alieno se aere devovit cet. Philipp. 11, 6, 13. — Decius, Antonianus, ab illis, ut opinor, Muribus Deciis. Itaque Caesaris munera rosit. Philipp. 13, 13, 27.

Q. Decius trib. pl. a. u. c. 634. maiestatis accusavit L. Opimium, C. Gracchi interfectorem. de Or. 2, 30, 132. Cfr. Liv. Epit. 61.

Decumi (s. Decimi) et Caelii, de operis Clodianis. Pro domo 19, 50.

Deianira, Oenei filia, Herculis uxor. Tuscul. 2, 8, 20. — Deianira Herculi nocere noluit, cum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit. de Nat. D. 3, 28, 70.

Deiotarus rex, pater. Eius auxiliis magnis usus sum (in bello adversus Pindenissitas a. u. c. 703). ad Att. 5, 18, 2. et Ep. 20, 9. Ib. Ep. 21, 14. Ib. Lib. 6, 1, 4 et 14. — Deiotarum saepe ab senatu regali nomine dignum existimatum, clarissimorum imperatorum testimoniis ornatum, tu, (P. Clodi,) etiam regem appellari cum Brogitaro iubes. Sed alter est rex iudicio senatus per nos, pecunia Brogitarus per te appellatus. de Harusp. resp. 13, 29. — Eius litterae de irruptione Parthorum a. u. c. 703. Caelius ad Fam. 8, 10, 1 et 2. — Eius voluntatem et copias, quantaecunque sunt, nostras esse duco. (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 1, 6. — Fidelissimus rex atque amicissimus rei publicae nostrae. Ibid. 2, 2. Ibid. 4, 5 et 7. — Maxime necessarius M. Catoni. Ibid. §. 15. — Mittit legatos ad Ariobarzanem, Cappadociae regem, de pecunia ab eo M. Bruto debita. (a. u. c. 701). ad Att. 6, 1, 4. — Pinarium diligentissime curat graviter aegrum. Ibid. §. 23. — Deiotarus rex sexcentos Gallos Pompeio adduxit a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 4. — Deiotarus a Cn. Domitio Calvino auxilium petit adversus Pharnacem a. u. c. 706. Bell. Alex. 34. — Deiotarus tetrarches Gallograeciae et rex Armeniae minoris ab senatu appellatus, supplex ad Caesarem venit a. u. c. 706. Bell. Alex. 66. — Qui regium vestitum ei restituit. Ib. 67. — Tetrarchiam Gallograeciae ei adimit datque Mithridati Pergameno. Ib. 78. — Deiotarus, hospes noster, clarissimus atque optimus vir, nihil unquam nisi auspicato gessit. de Divin. 1, 15, 26. — Posteaquam a Caesare tetrarchia (Trogmorum) et regno (Armeniae minoris) multatus est, negat se tamen eorum auspiciorum, quae sibi ad Pompeium proficiscenti secunda evenerint, poenitere cet. Ibid. §. 27. Cfr. Ibid. 2, 8, 20. Ibid. 37, 78. — Solebat ex me percontari nostri augurii disciplinam, ego ex illo sui. Dii immortales, quantum differebat! ut quaedam essent etiam contraria. de Divin. 2, 36, 77. — Deiotarus Caesarem eodem tempore hostem et hospitem vidit. Is cum ei Trogmorum tetrarchiam eripuisset et asseclae suo Pergameno nescio cui (*Mithridati*) dedisset, eidemque detraxisset Armeniam a senatu datam, cumque ab eo magnificentissimo hospitio acceptus esset, spoliatum reliquit et hospitem et regem. de Divin. 2, 37, 79. — Causa Deiotari, fidelissimi atque optimi regis ornatissime et copiosissime defensa a M. Bruto (a. u. u. 707). Brut. 5, 21. — Pro eo coram Caesare M. Brutus dixit Nicaeae. ad Att. 14, 1, 2. — Orationem pro Deiotaro habitam Cicero mittit Dolabellae a. u. c. 709. ad Fam. 9, 12, 1. — Iocatur de exiguis Deiotari muneribus. Ibid. §. 2. — Cfr. totam Deiotarianam. Est ita inusitatum regem capitis reum esse, ut ante hoc tempus non sit auditum. pro Deiotaro 1, 1. — Eum nepos Castor in discrimen capitis adduxit. Ib. §. 2. — Eius frugalitas. Non solum tetrarcha nobilis, sed optimus paterfamilias et diligentissimus agricola et pecuarius habebatur. Ibid. 9, 27. — Eius gener, Saocondarius. Ibid. 11, 30. — Magno animo et erecto est. Ibid. 13, 36. — Quis cuiquam inimicior, quam Deiotaro Caesar? Compellarat hospitem praesens, pecuniam imperarat, in eius tetrarchiam unum ex Graecis comitibus suis (Mithridatem, Pergamenum) collocarat, Armeniam abstulerat a senatu datam. (Tamen post interitum Caesaris, curante Antonio, egregium de rege Deiotaro decretum in Capitolio est fixum.) Philipp. 2, 37, 93. seqq. — Deiotari ministri Hieras et

Blesamius. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 3, 6. — Item Antigonus. pro Deiotaro 15, 41. — Dignus ille quidem omni regno, sed non per Fulviam. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 12, 1. — Scilicet Antonius ereptam a Caesare Armeniam accepta pecunia ei restituit; qua de re furere videbatur Pansa. ad Att. 14, 19, 2. Aliter rem narrat in loco statim sequente. — Deiotarus rex sua sponte, nullis commentariis Caesaris, simul atque audivit eius interitum, suo Marte res suas recuperavit. Philipp. 2, 37, 95. — Censeo senatui placere regem Deiotarum patrem et regem Deiotarum filium, si, ut multis bellis saepenumero imperium populi Romani iuverint, item C. Cassium procos. copiis suis opibusque iuvissent, senatui populoque Romano gratum esse facturos. Philipp. 11, 12, 31. — Eorum laudes. Ib. 13, 35 de Har. resp. 13, 29. — Ab eo et Tillio Cimbro Dolabella caesus fugatusque esse dicebatur. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6. — Cfr. Schol. Gronov. ad Deiotar. p. 421. Varro RR. 1, 1, 10. — Crudelissimum fuisse Deiotarum et Plutarchus de contradictionibus Stoicorum c. 32. narrat: *Πλειόνων αὐτῷ παίδων γεγονότων ἑνὶ βουλόμενος τὴν ἀρχὴν ἀπολιπεῖν καὶ τὸν οἶκον ἅπαντας ἐκείνους ἀπέσφαξεν·* et Strabo 12. p. 568. *Γοβρειοῦς τὸ τοῦ Κάστορος βασίλειον, τοῦ Σαωκονδαρίου, ἐν ᾧ γαμβρὸν τοῦτον ἀπέσφαξε Δηϊόταρος καὶ τὴν θυγατέρα τὴν ἑαυτοῦ.*

Deiotarus filius. Cicerones nostros Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 17, 3. Ib. Ep. 18, 4. — Ei Artavasdis filia pacta est. ad Att. 5, 21, 2. — Cfr. Philipp. 11, 12, 31. — Summa in eo spes, summa ingenii indoles, summa virtus. Ibid. 13, 33.

Deliaca et Corinthia vasa iunguntur pro Sex. Roscio 46, 133. — Deliaca supellex. Verr. Accusat. 2, 72, 176. — Deliaca et Corinthia supellex ex aere. Verr. Accusat. 2, 34, 83. — Deliaca vasa. Verr. Accusat. 4, 1, 1. — Cfr. Harduinum ad Plin. 33, 11.

Deliaci magnos fructus capiebant e gallinis alendis. Varro RR. 3, 9, 2.

Deliacus ille, qui ova cognoscebat. Acad. 2, 26, 86. — Deliacus mercator. Cornel. II. Fragmm. 8. p. 453. Item Orat. 70, 232.

Delium. Athenienses apud Delium male pugnarunt Lachete praetore. de Divin. 1, 54, 123.

Dellius ad Attic. 8, 12. A., 3. pro D. Laelio. Dellius scil. fuit Caesarianus, post Antonianus; ibi autem de Pompeiano scribit ipse Pompeius.

Delos, insula tam procul a nobis in Aegaeo mari posita, quo omnes undique cum mercibus atque oneribus commeabant, referta divitiis, parva, sine muro nihil timebat (praesidio nostro freta, ante bellum Piraticum). pro lege Manilia 18, 55. — Deli fuerunt complures, qui gallinas alere permultas quaestus causa solebant. Hi cum ovum inspexerant, quae id gallina peperisset, dicere solebant. Acad. 2, 18, 57. — Ulixes Homericus Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit; hodie monstrant eandem. de Legg. 1, 1, 2. — Ibi fanum Apollinis spoliatum a C. Verre. — Tanta est apud incolas fani religio atque antiquitas, ut in eo loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur. Verr. Accusat. 1, 17, 46. — Delo propterea Persae pepercerunt. Ibid. 18, 48. — Sexto die Delum Athenis venimus. ad Att. 5, 12, 1. — Fundos Deli videtur habuisse Atticus. ad Att. 9, 9, 4.

Delphi, Phocidis urbs. Ex Hyperboreis Apollinem tertium Delphos ferunt advenisse. de Nat. D. 3, 23, 57. — Apollinis templum Delphis a Trophonio et Agamede exaedificatum. Tuscul. 1, 47, 114. — Delphicum oraculum a Lacedaemoniis consultum. de Divin. 1, 43, 95. — Gallicae nationes (duce Brenno) quondam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium atque ad oraculum orbis terrae vexandum ac spoliandum profectae sunt. pro Fonteio 10, 20. Ad h. l. cfr. de Divinat. 1, 37, 81. — Nunquam illud oraculum Delphis tam celebre et tam clarum fuisset - - nisi omnis aetas oraculorum illorum veritatem esset experta. Nunc minore gloria est, quia minus oraculorum veritas excellit. de Divin. 1, 19, 37. — Iam oracula Delphis non eduntur, non modo nostra aetate, sed iam diu, iam ut nihil possit esse contemptius. de Divin. 2, 56, 116. — Delphis erat statua Lysandri; stellae aureae (Castor et Pollux) a Lacedaemoniis positae post navalem illam victoriam Lysandri, qua Athenienses conciderunt. de Divin. 1, 34, 75. —

Delphos Apollini munera missa. Varro Fr. p. 243. Bip. — Delphis inscriptio μηδὲν ἄγαν. Varro Fragmm. p. 292. Bip. — Delphis ὀμφαλός quid? Varro LL. 7, 2. p. 304. Tuscul. 5, 25, 70. Varro Fr. p. 276. Bip.

Delphicae mensae ex marmore, appellatae a similitudine eius, cui insidens sacerdos Pythia oracula fundebat, Romanis pro abacis fuisse ostendit Martialis 12, 67.: *Argentum atque aurum non simplex delphica portat.* Zumpt. ad Verr. Accusat. 4, 59, 131. Cfr. Plin. 34, 5., ubi vide Harduin. (Adde Rubenii Elect. I. ult. Salmasium ad ius R. et A. c. 23. Ern.)

Delphinus, sidus. Arat. v. 333. de Nat. D. 2, 44, 113.

Deltoton, sidus. Arat. v. 239.

Demades. Eius nulla exstant scripta. Brut. 9.36. — Demades praeter ceteros fertur facetus fuisse. Orat. 26, 90.

Demaenetus in lupum mutatus. Varro Fr. p. 561. Bip.

Demaratus Corinthius, honore et auctoritate et fortunis facile civitatis suae princeps: qui cum Corinthiorum tyrannum Cypselum ferre non potuisset, fugisse dicitur ac se contulisse Tarquinios in urbem Etruriae florentissimam. Adscitus est civis a Tarquiniensibus. Eius filius (Lucumo, postea) L. Tarquinius Priscus. de Rep. 2, 19, 34. — Demaratus, Tarquinii, regis nostri, pater, tyrannum Cypselum quod ferre non poterat, fugit Tarquinios Corintho et ibi suas fortunas constituit ac liberos procreavit. Tuscul. 5, 37, 109.

Demea, servus Ciceronis. ad Att. 13, 30, 2. Ep. 31, 1.

Demetrius, Turpilii fabula. Varro LL. 7, 6. p. 385. (Cfr. Scaliger p. 248. Bip.)

Demetrius, homo Ciceroni molestus. ad Fam. 16, 17, 2. — Demetrium redde nostrum et aliud, si quid potest, boni. Ibid. Ep. 19. — Demetrius iste nunquam omnino Phalereus fuit, sed nunc plane Billienus (al. *Bellienus*) est. Ibid. 22, 2. (a. u. c. 708.) — Ernestius putat verum cognomen *Bellieni* a Cicerone mutatum esse levi παρονομασίᾳ in *Bilienus* a *bile* ad malitiam hominis perstringendam. Mihi collatis Caelii verbis statim afferendis ad Fam. 18. 5. 2. hoc dicere videtur: Demetrius, qui non minus pravus est, quam eius verna Bellienus.

Demetrius. — Bellienus, verna Demetrii, Domitium quendam Intemelium augurem nobilem, Caesaris hospitem comprehendit et strangulavit. Caelius ad Fam. 8, 15, 2. (a. u. c. 705.)

Demetrius, „Pompeii servus, libertus Caesaris," significari videtur Philipp. 13, 5, 12. Cfr. Garat. et Fabric. ad Dion. 39, 38 et 48, 40. Idem videtur Demetrius gratissimus apud Pompeium libertus. (iam a. u. c. 699.) ad Att. 4, 11, 1.

Demetrius Magnes, aequalis Ciceronis et amicus Attici. Eius liber περὶ ὁμονοίας. ad Att. 4, 11, 2. — Idem liber memoratur ad Att. 8, 11, 7. Ibid. 12, 6. Ib. Lib. 9, 9, 2. — Hunc librum cave confundas cum altero Demetrii Magnetis περὶ ὁμωνύμων, cuius saepe mentio apud Diog. Laërtium, v. c. Lib. 1, 38., ubi vide Menagium.

Demetrius Megas Siculus, Ciceronis hospes. — „Ei Dolabella rogatu meo civitatem a Caesare impetravit, qua in re ego interfui. Itaque nunc P. Cornelius vocatur." Commendatur Acilio ad Fam. 13, 36, 1.

Demetrius, Phanostrati filius, Phalereus, princeps Athenarum, cum patria pulsus esset iniuria, ad Ptolemaeum (Soterem) se regem Alexandream contulit. (anno ante Chr. 296.) Qui cum in philosophia excelleret Theophrastique esset auditor, multa praeclara in illo calamitoso otio scripsit cet. de Finn. 5, 19, 54. — (De Demetrii Phal. vita et rebus scripsit H. Dohrn. Kiliae 1825. 4.) — Demetrius Phalereus, a Theophrasto doctus, mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum otioque non modo in solem atque pulverem, sed in ipsum discrimen aciemque produxit. de Legg. 3, 6, 14. — Disputator subtilis, orator parum vehemens, dulcis tamen, ut Theophrasti discipulum possis agnoscere. de Off. 1, 1, 3. — Doctus vir, Atheniensium rem publicam exsanguem iam et iacentem sustentavit. de Rep. 2, 1, 2. — Demetrius et e re publica Athenis et ex doctrina nobilis et clarus, qui Phalereus vocitatus est, in Aegypti regno, aspide ad corpus admota, vita est privatus. pro Rab. Postumo 9, 23. — Demetrius Phalereus, politissimus orator, mollius ac remissius genus quam Demosthenes secutus est. de Or. 2, 23, 95. —

Eruditissimus oratorum antiquiorum omnium, sed non tam armis institutus quam palaestra. Itaque delectabat magis Athenas, quam inflammabat: processerat enim in solem et pulverem, non ut e militari tabernaculo, sed ut e Theophrasti umbraculis. Brut. 9, 37. — Ἀλληγορίαν frequentat. Orat. 27, 94. — Demetrius Phalereus in suavitate meo iudicio praestitit ceteris; cuius oratio cum sedate placideque labitur, tum illustrant eam quasi stellae quaedam translata verba atque immutata. Orat. 27. 92. — Mihi ex illius orationibus redolere ipsae Athenae videntur. — Est floridior quam Hyperides, quam Lysias. Brut. 82, 285. — Demosthenem scribit, cum Rho dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime diceret. de Divin. 2, 46, 96. — De Demosthenis studio et exercitatione scripsit. Q. Cic. de Pet. C. 1, 2. — Quid de Solone tradiderit? de Legg. 2, 25, 64. — De sepulcbris Atheniensibus. Ibid. §. 66. — Periclem, principem Graeciae, vituperat, quod tantam pecuniam in praeclara illa Propylaea coniecerit. de Off. 2, 17, 60.

Demetrius Poliorcetes, Antigoni filius: eum Macedones reliquerunt universique se ad Pyrrhum contulerunt. de Off. 2, 7, 26.

Demetrius rex in Plauti Cornicularia. Varro LL. 7, 3. p. 337. —

Demetrius Syrus (al. *Syrius*, *Scyrius*) vetus et non ignobilis dicendi magister, apud quem Cicero, cum esset Athenis (a. u. c. 675.), studiose exerceri solebat. Brut. 91, 315.

Demetrius Tyndaritanus, gymnasiarchus. Verr. Accusat. 4, 42, 92.

Demiurgus, Turpilii fabula. ad Fam. 9, 22, 1.

Demochares Leuconoënsis, Demosthenis sororis filius, mollius ac remissius genus secutus est. de Or. 2, 23, 95. — Demochares, qui fuit Demosthenis sororis filius, et orationes scripsit aliquot et earum rerum historiam, quae erant Athenis ipsius aetate gestae, non tam historico quam oratorio genere perscripsit. Brut. 83, 283. Cfr. Ruhnkenii Hist. crit. orat. Graec. pag. 557. Ed. Friedemann.

Democritii (al. *Democritici*) ornati homines in dicendo et graves. de Or. 1, 10, 42. — Democritius v. c. Anaxarchus. de Nat. D. 3, 33, 82.

Democritus: vere falsone, quaereremus, dicitur oculis se privasse; certe, ut quam minime animus a cogitationibus abduceretur. patrimonium neglexit, agros deseruit incultos; quid quaerens aliud nisi beatam vitam? de Finn. 5, 29, 87. — Democritus, Pythagoras, Anaxagoras a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt. de Or. 3, 15, 56. — A Democrito propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. de Finn. 5, 19, 50. — Ista flagitia (sunt) Democriti sive etiam ante Leucippi, esse corpuscula quaedam levia, alia aspera, rotunda alia, partim autem angulata, curvata quaedam et quasi adunca; ex his effectum esse caelum atque terram, nulla cogente natura, sed concursu quodam fortuito. de Nat. D. 1, 24, 66. Cfr. Ib. 25, 75. — Innumerabiles esse mundos docuit. Acad. 2, 17, 55. — Ex individuis omnia gigni affirmat. Ibid. — Ex eius doctrina atomi quandam vim motus habent impulsionis, quam plagam ille appellat. de Fato 20, 46. — Cum imagines earumque circuitus in deorum numero refert, tum illam naturam, quae imagines fundat ac mittat, tum scientiam intelligentiamque nostram. Idem, quia nihil semper suo statu maneat, negat esse quidquam sempiternum. de Nat. D. 1, 12, 29. — Censuit omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret. de Fato 17, 39. — Democritus, auctor atomorum, accipere maluit necessitate omnia fieri, quam a corporibus individuis naturales motus avellere, (ut fecit Epicurus.) de Fato 10, 23. — Individuorum corporum levium et rotundorum concursionem fortuitam concalefactam et spirabilem esse volt. Tuscul. 1, 18, 42. — De divinatione non inscite nugatur, ut physicus; quo genere nihil arrogantius. de Divin. 2, 13, 30. — Democritus, gravis auctor, plurimis locis praesensionem rerum futurarum comprobavit. de Divin. 1, 3, 5. — Censet sapienter instituisse veteres, ut hostium immolatarum inspicerentur exta. de Divin. 1, 57, 131. — Quae ille Gargettius (Epicurus) et iam ante Democritus εἴδωλα, Catius spectra nominabat. ad Fam. 15, 16, 1. — Quae imagines Epicureae et unde? A Democrito omnino haec licentia. de Nat. D. 1, 38, 107. — Democri-

tus simulacra et Epicurus imagines (deorum) inducens quodam pacto negat esse deos. de Nat. D. 2, 30, 76. — Censet dormientium animos externa et adventicia visione pulsari. de Divin. 2, 58, 120. — Negat sine furore quemquam poëtam magnum esse posse; quod idem dicit Plato. de Divin. 1, 37, 80. — A Democrito et Platone in scriptis relictum est, poëtam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse et sine quodam afflatu quasi furoris. de Or. 2, 46, 194. — Democritus optimis verbis causam explicat, cur ante lucem galli canant. de Divin. 2, 26, 57. — Quem cum eo conferre possumus non modo ingenii magnitudine, sed etiam animi? qui ita sit ausus ordiri: *Haec loquor de universis?* — quis hunc philosophum non anteponit Cleanthi, Chrysippo? — qui mihi cum illo collati, quintae classis videntur. — Ille verum plane negat esse; sensus quidem non obscuros dicit, sed tenebricosos. Acad. 2, 23, 73. — Democritus, Anaxagoras, Empedocles nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt, et, ut Democritus, in profundo veritatem esse demersam. Acad. 1, 12, 44. — Natura in profundo veritatem, ut ait Democritus, penitus abstrusit. Acad. 2, 10, 34. — Democritus Leucippo in hoc similis, ut diceret plenum et inane esse, e quo omnia gignerentur, uberior in ceteris. Acad. 2, 37, 118. Cfr. Ibid. 40, 125. — Democritus singulas mundi partes persequens, quidquid aut sit aut fiat, naturalibus fieri aut factum esse docet ponderibus et motibus. Acad. 2, 38, 121. — Democritus, vir magnus in primis, cuius fontibus Epicurus hortulos suos irrigavit, nutare videtur in natura deorum cet. de Nat. D. 1, 43, 120. Democritus, Epicurus infinita principia dixerunt. Varro LL. 6, 5. p. 219. — Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus: ubi enim quid esset, quod disci posset, eo veniendum iudicaverunt. Tuscul. 4, 19, 44. Ibid. 25, 55. — Democritus impediri etiam animi aciem aspectu oculorum arbitrabatur; et cum alii saepe, quod ante pedes esset, non viderent, ille, luminibus amissis, in infinitatem omnem peregrinabatur, ut nulla in extremitate consisteret. Tuscul. 5, 39, 114. — Agros et patrimonium suum reliquit. Ibid. §. 115. — *Veni Athenas*, inquit Democritus, *neque me quisquam ibi agnovit.* Constantem hominem et gravem! qui glorietur a gloria se afuisse. Tuscul. 5, 36, 104. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Arcesilae calumnia conferenda non est cum Democriti verecundia. Acad. 2, 5, 14. — Democritus physicus ornate locutus est. de Or. 1, 11, 49. — Valde Heraclitus obscurus; minime Democritus. Num igitur conferendi? de Divin. 2, 64, 133. — Video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem — potius poëma putandum quam comicorum poëtarum. Orat. 20, 67. — Multa ex eo hausit Epicurus. de Finn. 1, 6, 17 et 18. Ibid. §. 20. — Eum unum secutus est Epicurus. de Finn. 2, 31, 102. — Epicurus in Democritum ipsum, quem secutus est, fuit ingratus. de Nat. D. 1, 33, 93. — Epicurei contendebant Democriti errata ab Epicuro reprehensa et correcta permulta esse. de Finn. 1, 8, 28. — Num aliquis dolor aut omnino post mortem sensus in corpore est? Nemo id quidem dicit; etsi Democritum insimulat Epicurus: Democritii negant. Tuscul. 1, 34, 82. — Democritus physicus de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8. — Vide etiam Tuscul. 5, 23, 66. de Orat. 2, 58, 235. — Varro Fr. p. 269. Bip. — Commentatio critica de Democriti Abderitae de sensibus philosophia, auctore Io. Fr. Guil. Burchard. Mindae 1830. 4.

Democritus, Attici libertus? — Cum Democrito tuo locutus sum. ad Att. 6, 1, 13.

Democritus Sicyonius, „non solum hospes meus, sed etiam, quod non multis contingit, Graecis praesertim, valde familiaris," Achaiae paene princeps, commendatur A. Allieno (a. u. c. 708.) ad Fam. 13, 78, 1.

Demonicus. Tabula (auctionaria) Demonici quod tibi curae est, gratum. ad Att. 15, 4, 1.

Demophile, Sibylla Amalthea. Varro Fr. p. 217. Bip.

Demosthenes. Eius studium atque labor, (coniectis in os calculis cet.) de Or. 1, 61, 260. — De Demosthenis studio et exercitatione scripsit Demetrius Phalereus. Q. Cic. de Pet. Cons. 1, 2. — Eum in Phalerico ad

fluctum aiunt declamare solitum, ut fremitum assuesceret voce vincere. de Finn. 5, 2, 5. — Eum scribit Phalereus, cum Rho dicere nequiret, exercitatione fecisse, ut planissime diceret. de Divin. 2, 46, 96. — Cui non sunt auditae Demosthenis vigiliae? qui dolere se aiebat, si quando opificum antelucana victus esset industria. Tuscul. 4, 19, 44. Ibid. 25, 55. — Leviculus sane noster Demosthenes, qui illo susurro delectari se dicebat aquam ferentis mulierculae, ut mos in Graecia est, insusurrantisque alteri, *Hic est ille Demosthenes!* Quid hoc levius? At quantus orator! sed apud alios loqui videlicet didicerat, non multum ipse secum. Tuscul. 5, 36, 103. — Demosthenes, quia in sententiarum ornamentis et conformationibus praestat omnibus, idcirco a doctis oratorum est princeps habitus. Brut. 37, 141. — „Usque eo difficiles ac morosi sumus, ut nobis non satisfaciat ipse Demosthenes." Orat. 29, 104. — Demosthenes alicubi *ἀπονυστάζειν* (dormitare) visus Ciceroni. Fragmm. p. 468. — Demosthenes tribuit et primas et secundas et tertias actioni. Orat. 17, 56. — Demosthenes actioni primas, secundas, tertias dedisse dicitur. de Or. 3, 56, 213. — Demosthenem ferunt ei, qui quaesivisset, quid primum esset in dicendo, actionem; quid secundum, idem, et idem tertium respondisse. Brut. 38, 142. — Demosthenis et Aeschinis nobilissimas orationes inter seque contrarias convertit Cicero. Opt. gen. or. 5, 14. — Demosthenes comparatur cum Pacideiano. Ibid. 6, 17. — Demosthenes minus habetur facetus; quo quidem mihi nihil videtur urbanius, sed non tam dicax fuit quam facetus. Orat. 26, 90. — Quasi vero Trallianus fuerit Demosthenes! cuius non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. Orat. 70, 234. — *Δημοσθένους* fulmina. ad Att. 15, 1. B., 2. — Demosthenes concursionem vocalium magna ex parte ut vitiosam fugit. Orat. 44, 151. — In oratoribus, Graecis quidem, admirabile est, quantum inter omnes unus excellat. Orat 2, 6. — Demosthenes clarior propter scriptorum multitudinem quam Pericles. de Or. 3, 19, 71. — Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus — omnes in eodem veritatis imitandae genere versati. de Or. 2, 23, 94. — Eo nec gravior exstitit quisquam nec callidior nec temperatior. Orat. 7, 23. — Eo ne Athenas quidem ipsas magis credo fuisse Atticas. Ibid. ib. — Eius pro Ctesiphonte oratio longe optima. Ibid. 8, 26. — Reprehensus in quibusdam ab Aeschine. Ibid. ib. — Demosthenes et Aeschines alter alteri obiicit vocis flexiones. Ibid. 18, 57. — Aeschinis lepidum dictum de Demosthenis oratione de corona. de Orat. 3, 56, 213. — Plane perfectum et cui nihil admodum desit eum facile dixeris. Eximiae eius laudes. Brut. 9, 35. — Perfectus in dicendo et perpolitus. de Or. 1, 13, 58. — Demosthenes vim habuit. de Or. 3, 7, 28. — Oratores laudari video, si qui e nostris Hyperidem sint aut Demosthenem imitati. Acad. 1, 3, 10. — Nemo est orator, qui se Demostheni similem nolit esse. Opt. gen. or. 2, 6. — Demosthenes, qui abhinc annos prope CCC. fuit, iam tum *φιλιππίζειν* Pythiam dicebat. de Divin. 2, 57, 118. — Demosthenes *κατὰ Ἀριστογείτονος*. Schol. Gronov. in Act. II. in Verr. L. 1. p. 404. — In iis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituit et se ab hoc refractariolo iudiciali genere abiunxit, ut *σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος* videretur. ad Att. 2, 1, 3. — Eius orationes contra Leptinem, Aeschinem, pro causa Ctesiphontis. Orat. 37, 111. — Eius oratio in Ctesiphontis iudicio in eam formam, quae est insita in mentibus nostris, includi sic potest, ut maior eloquentia non requiratur. Orat. 38, 133. Cfr. de eadem oratione in primis Opt. gen. or. 7, 19. — Sententiarum ornamentis frequentissime utitur. Orat. 39, 136. — Lectitavisse Platonem studiose, audivisse etiam Demosthenes dicitur; idque apparet ex genere et granditate verborum. Dicit etiam in quadam epistola (*nunc deperdita*) hoc ipse de sese. Brut. 31, 121. — Platonis studiosus audiendi. de Or. 1, 20, 89. — Ex epistolis eius intelligi licet, quam frequens fuerit Platonis auditor. Orat. 4, 15. — Laudatus a Menedemo, rhetore Atheniensi. de Or. 1, 19, 88. Demosthenes certe potuit summisse dicere: elate Lysias fortasse non potuit. Opt. gen. or. 4, 10. — Atticorum oratorum facile princeps. Ibid. 4, 13. — Demosthenem existimo, si illa, quae a Platone didicerat, tenuisset et pronuntiare voluisset, or-

nate splendideque facere potuisse. de Off. 1, 1, 4. — Demosthenes nihil Lysiae subtilitate cedit, nihil argutiis et acumine Hyperidi, nihil lévitate Aeschini et splendore verborum. Orat. 31, 110. — Quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias? quam iidem et Hyperides? quam omnium horum Aeschines? Brut. 82, 285. — Cum Demosthenes dicturus esset, concursus audiendi causa ex tota Graecia fiebant. Ibid. 84, 289. — Demosthenes officit Lysiae. Brut. 17, 66. Cfr. Tuscul. 1, 5, 10. de Off. 2, 13, 47. — Rufinus p. 184. 185. 186. Iulius Victor. p. 212. 218. 244. 259. 261.

Demostratus, Cn. Otacilii Nasonis libertus. ad Fam. 13, 33.

Denseletae, aliis Denteletae, populus Thraciae occidentalis. — Denseletis, quae natio semper obediens huic imperio etiam in illa omnium barbarorum defectione Macedoniam C. Sentio praetore tutata est, nefarium bellum et crudele intulit L. Piso. Ita perpetuos defensores Macedoniae vexatores ac perditores effecit. in Pison. 34, 84.

Derbes, Derbetis, incola Derbae, urbis Lycaoniae. ad Fam. 13, 73, 2.

Dertona, oppidum Liguriae inter Genuam et Placentiam situm, hodie *Tortona.* ad Fam. 11, 10, 5.

Desippus, falsa lectio pro Dexippus. ad Fam. 14, 3, 3.

Deterio histrio. ad Att. 1, 16, 5. ubi de Bosii coniectura volgo edunt *Doterio.*

Deucalion. A diluvio Deucalionis et Pyrrhae adusque Hirtii consulatum et Pansae annorum sunt milia nondum duo. Varro Fragmm. p. 235. Bip. — Deucalionis diluvium, regnante Cranao. Varro Fr. p. 370. Bip. — Cfr. Tuscul. 1, 10, 21.

Deus Fidius. Eius aedes in Colle Martiali (sic Scalig. pro *Muciali.*) Varro LL. 5, 8. p. 58.

Deverra dea. Varro Fr. p. 231. Bip.

Dexippus, servus Ciceronis. ad Fam. 14, 3, 3.

Dexius, Liciniae, C. Cassii sororis, maritus. ad Fam. 7, 23, 4.

Dexo (al. male: Dexio) Tyndaritanus, C. Verris hospes, ab eodem indignum in modum vexatus. Verr. Accusat. 5, 42, 108. — A Verre filium optimum atque innocentissimum flagitat. Ibid. 49, 128.

Dia et Caelus, parentes Mercurii primi. de Nat. D. 3, 22, 56.

Diadematus. Vide in Caecilius Metellis.

Diagondas Thebanus omnia (sacra) nocturna lege perpetua sustulit. de Legg. 2, 15, 37.

Diagoras Melius et Theodorus Cyrenaicus nullos esse omnino deos putaverunt. de Nat. D. 1, 1, 2. — Diagoras, ἄθεος qui dictus est, posteaque Theodorus aperte deorum naturam sustulerunt. Ibid. 23, 63. Ibid. 42, 117. — Faceta eius dicta. de Nat. D. 3, 37, 89.

Diagoras Rhodius, Olympionices nobilis, uno die duo suos filios victores Olympiae vidit: tum Laco quidam ei: „Morere, Diagora," inquit, „non enim in caelum ascensurus es." Tuscul. 1, 46, 111.

Dialectici. de Or. 3, 15, 58. Fragmm. p. 480.

Dialis flamen, Diiovis s. Iovis. Varro LL. 5, 15. p. 88. — Dialis flamen faba non vescitur. Varro Fr. p. 374. Bip.

Diana prima et Mercurius parentes Cupidinis primi. de Nat. D. 3, 23, 60. — Dianae plures; prima Iovis et Proserpinae, quae pinnatam Cupidinem genuisse dicitur, secunda notior, quam Iove tertio et Latona natam accepimus; tertiae pater Upis traditur, Glauce mater; eam Graeci saepe Upim paterno nomine appellant. de Nat. D. 3, 23, 58. — Diana a nonnullis etiam Diviana appellata. Varro LL. 5, 10. p. 74. Item Fr. p. 323. Bip. Cfr. Varr. Fr. p. 299. Bip. — Diana ab Ennio dicitur *Titanis Trivia.* Varro LL. 7, 2. p. 301. — Latona ex longo errore et fuga, gravida, confugit Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperit. Verr. Accusat. 1, 18, 48. — Diana violata ab Orione in insula Chio. Arat. v. 668. — Dianam et Lunam eandem esse putant; ut apud Graecos Dianam eamque Luciferam, sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo invocant; quae eadem Diana omnivaga dicitur, non a *venando*, sed quod in septem numeratur tamquam *vagantibus.* Diana dicta, quia noctu quasi diem efficeret. de Nat. D. 2, 27, 68. — Lunam Graeci Dianam putant. de Nat. D. 3, 20, 51. — Apollinis exta interdum bona, Dianae non bona. de Divin. 2, 17, 38. — Apud quosdam lex erat, ne quis Dianae vitulum immolaret. de Inv. 2, 31, 95. — Ei immolata Iphigenia. de Off. 3, 25, 95. — Dia-

nae templum commune Latinorum in monte Aventino. Varro LL. 5, 7. p. 49. — Qua nocte templum Ephesiae Dianae deflagravit, eadem constat ex Olympiade natum esse Alexandrum. de Divin. 1, 23, 47. — Eius templum deflagravit, qua nocte natus est Alexander. de Nat. D. 2, 27, 69. — Hoc templum asylum. Verr. Accus. 1, 33, 85. — Diana Segestana ex aere: — erat admodum amplum et excelsum signum cum stola: verumtamen inerat in illa magnitudine aetas atque habitus virginalis. Sagittae pendebant ab humero: sinistra manu retinebat arcum: dextra ardentem facem praeferebat. — Signum hoc ablatum est a C. Verre. Verr. Accusat. 4, 34, 74. seqq. — Eadem memoratur Orat. 62, 210. — Pergae fanum antiquissimum et sanctissimum Dianae scimus esse; id quoque spoliatum a Verre. Verr. Accus. 1, 20, 54. Item 3, 21, 54. — Dianae templum in Insula, parte urbis Syracusarum. Verr. Accus. 4, 53, 118. — L. Piso maximum et sanctissimum Dianae sacellum in Caeliculo (al. *Caelio*) sustulit. de Harusp. resp. 15, 32.

Dianium, Artemisium, hodie *Denia*, oppidum Hispaniae Tarraconensis, a Massiliensibus conditum cum promontorio cognomine, quo usus est maritima belli sede Sertorius. Verr. Accus. 5, 56, 146. Verr. Accusat. 1, 34, 87.

* Dicaearchus, Siculus ex urbe Messana, Peripateticus, ab Aristotele doctus rationi studioque civili non defuit. de Legg. 3, 6, 14. — Dicaearchum recte amas. Luculentus homo est et civis paullo melior quam isti nostri ἀδικαίαρχοι. ad Att. 2, 12, 4. — Philosophi sumus exorti (et auctore quidem nostro Platone, quem non iniuria Dicaearchus accusat,) qui amori auctoritatem tribueremus. Tuscul. 4, 34, 71. — Dicaearcho visum est ne esse quidem ullum animum. Acad. 2, 39, 124. — Magna controversia est Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus τὸν πρακτικὸν βίον longe omnibus anteponat, hic autem τὸν θεωρητικόν. ad Att. 2, 16, 3. — Dicaearchus, deliciae Ciceronis, tres libros scripsit, qui Lesbiaci vocantur, quod Mytilenis sermo habetur; in quibus volt efficere animos esse mortales. Tuscul. 1, 31, 77. — Πελληναίων (πολιτείαν) in manibus tenebam et hercule magnum acervum Dicaearchi mihi ante pedes exstruxeram. O magnum hominem, et a quo multo plura didiceris quam de Procilio! Κορινθίων et Ἀθηναίων puto me Romae habere. ad Att. 2, 2, 2. — Libros mihi (eius) velim mittas, et maxime Φαίδρου περισσῶν et Ἑλλάδος. ad Att. 13, 39, 2. Quo loco corrigendum cum Peterseenio in Phaedri Epicurei Fragmento, Hamburgi 1833. p. 11. περὶ θεῶν et Παλλάδος. Nolim tamen cum eo scribere περὶ θεῶν καὶ Παλλάδος; sed duo Phaedri scripta fuisse puto περὶ θεῶν alterum, alterum περὶ Παλλάδος, ut Diogenis Babylonii erat ὁ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς liber. — Peloponnesias civitates omnes maritimas esse hominis non nequam, sed etiam tuo iudicio probati Dicaearchi tabulis credidi. Is multis nominibus in Trophoniana Chaeronis narratione Graecos in eo reprehendit, quod mare tantum secuti sunt, nec ullum in Peloponneso locum excipit. Cum mihi auctor placeret (etenim erat ἱστορικώτατος et vixerat in Peloponneso), admirabar cet. ad Att. 6, 2, 3. Ib. Lib. 7, 3, 1. Ib. Lib. 8, 4, 1. — Libros Dicaearchi geographicos in multis reprehendit Polybius, auctore Strabone 2. p. 107., qui ipse quoque ei non semper fidendum monet, praesertim in occidentalibus et septentrionalibus Europae partibus. — Dicaearchus, familiaris Attici. ad Att. 13, 30, 3. — Dicaearchi quos scribis libros sane velim mihi mittas; addas etiam καταβάσεως (εἰς Τροφωνίου). Ib. Ep. 31, 2. — Dicaearchi περὶ ψυχῆς utrosque velim mittas et καταβάσεως· Τριπολιτικὸν non invenio et epistolam eius, quam ad Aristoxenum misit. Ibid. Ep. 32, 2. Ep. 33, 2. — Dicaearchus et Cratippus censent esse in mentibus hominum tamquam oraculum aliquod, ex quo futura praesentiant, si aut furore divino incitatus animus aut somno relaxatus solute moveatur ac libere. de Divin. 2, 48, 100. — Dicaearchus probat vatum et dormientium praedictiones. de Divin. 1, 50, 113. — Dicaearchus Siculus ex urbe Messana, Peripateticus, cetera divinationis genera sustulit, somniorum et furoris reliquit. de Divin. 1, 3, 5. — Magnus eius liber est, nescire res futuras melius esse quam scire. de Divin. 2, 51, 105. — Dicaearchus, doctissimus homo, Graeciae vita qualis fuerit ab initio, nobis ostendit. Varro RR. 1, 2, 16.

— Scribit humanam vitam a summa memoria gradatim descendisse ad hanc aetatem. Varro RR. 2, 1, 3. — Peripateticus magnus et copiosus. Eius liber de interitu hominum. de Off. 2, 5, 16. — Dicaearchus in eo sermone, quem Corinthi habitum tribus libris exponit, doctorum hominum disputantium primo libro multos loquentes facit: duobus Pherecratem quendam, Phthiotam senem, quem ait a Deucalione ortum, disserentem inducit, nihil esse omnino animum et hoc esse nomen totum inane cet. Tuscul. 1, 10, 21. Ibid. 11, 24. Ibid. 18, 41. Ibid. 22, 51. — Cfr. A. Buttmanni Quaestiones de Dicaearcho eiusque operibus, quae inscribuntur ΒΙΟΣ ΕΛΛΑΔΟΣ et ΑΝΑΓΡΑΦΗ ΕΛΛΑΔΟΣ. Numburgi 1832. 4. et F. Osann in Diar. scholast 1833. p. 1097., ubi recentiorum, nominatim Manzii, Marxii, Passovii (in Opuscc. Acad.), Gailii, Naekii de Dicaearcho scripta memorantur.

Didia et Caecilia lex. ad Att. 2, 9, 1. Vide T. Didius.

Didii, novi homines. pro Murena 8, 17.

Didius, Caesarianus, qui Gadibus classi praefuerat, vincit Cn. Pompeium filium. Bell. Hispan. 37. — Ipse a Lusitanis interficitur a. u. c. 709. Ibid. 40.

T. Didius ex praetura de Scordiscis triumphavit a. u. c. 641. ex Thracia. in Pison. 25, 61. — Fuit praetor Illyrici, sed victo Macedoniae proconsule Catone propter viciniam aggressus est Macedoniam. Vide Pigh. ad a. 639. 640. — Eius triumphi memorantur etiam pro Plancio 25, 61., ubi in primis consulendus est Garatonius. T. (sic Fasti Capitolini. P. Cic. Codd. atque Edd., item Velleius 2, 16., ubi vide Ruhnk.) Didius, consul cum Q. Caecilio Metello Nepote, unde lex Caecilia Didia. a. u. c. 656. pro Fonteio 15, 33. — Legatus L. Caesaris in bello sociali. Vide Vell. l. l. Ascon. in Cornel. p. 63.

T. Didius, filius fortasse superioris, trib. pl. cum L. Cotta a. u. c. 659. vi pulsus ex templo in seditione orta propter Q. Caepionis causam. de Or. 2, 47, 197. (vide L. Aurelius Cotta.)

Dies et Aether, Caeli parentes, an dii? de Nat. D. 3, 17, 44. — Dies et Caelus parentes Veneris primae. de Nat. D. 3, 23, 59.

Diespiter (al. Dispiter) et Diiovis antiquius Iovis nomen. Varro LL. 5, 10. p. 71.

Digiti Idaei s. Δάκτυλοι. Ex iis Iuppiter tertius. de Nat. D. 3, 16, 42.

Dii. Deorum nonnullorum sepulchra demonstrantur in Graecia. Tuscul. 1, 13, 29.

Dii inferiores. Varro Fr. p. 370. Bip.

Dii superiores. Varro Fragmm. p. 370. Bip.

Dii magni in Samothracia culti. Varr. LL. 5, 10. p. 63. LL. 7, 3. p. 322. — Dii magni iidem qui Penates. Varro Fr. p. 356. Bip.

Dii Manes. Deorum Manium iura sancta sunto. de Legg. 2, 9, 22.

Dii Penates: eorum aedes in Veliis. Varro Fr. p. 205. 213. et 241. Bip.

Dii selecti quinam? Varro Fragmm. p. 223. Bip.

Diiovis et Diespiter (al. Dispiter) antiquius Iovis nomen. Varro LL. 5, 10. p. 71.

Dinaea, Larinas, socrus Appianici: eius liberi. pro Cluentio 7, 21. Ibid. 12, 33. Necata ab Oppianico. Ibid. 14, 40.

Dinarchus, orator Atheniensis, Demosthenis aequalis. de Or. 2, 23, 94. Brut. 9, 36. (Vide Hyperides.)

Dino. Eius Persica. de Divin. 1, 23, 46. — Est is, quem laudat et fide dignum iudicat Cornelius Nepos in Conone. Fuit pater Clitarchi, qui Alexandri Magni tempore floruit. Vide Voss. de Hist. Gr. 4, 8., ubi recte ostendit *Dínonem* appellandum esse, non *Dionem*. Ern.

Dinomachus. Reprehendendos Calliphontem et Dinomachum iudico, qui se dirempturos controversiam putaverunt, si cum honestate voluptatem tamquam cum homine pecudem copulavissent. de Off. 3, 33, 119. — Dinomachus et Calliphon voluptatem cum honestate copulavit. Tuscul. 5, 30, 85. Ibid. 31, 87. — Voluptas adiungi potest ad honestatem, ut Calliphonti Dinomachoque placuit. de Finn. 5, 8, 21.

Dio, Academicus, cui et Aristoni Antiochus secundum fratrem (Aristum) plurimum tribuebat. Acad. 2, 4, 12.

Dio Alexandrinus, a civibus legatus Romam adversus Ptolemaeum Au-

letem, huius iussu veneno necatus, eaque caedes in M. Caelium collata. pro Caelio 10, 23. Ibid. 21, 51. — Academicum appellat Strabo Lib. 17. p. 1147., ubi tota res de Ptolemaeo et legatione accurate commemoratur. Idem est cum Dione Academico.

Dio αὐλοποιός. Varro Fr. p. 198. Bip.

Dio Colophonius de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Dio Halesinus, quomodo vexatus a C. Verre. Verr. Accusat. 1, 10, 27. — Beneficio Q. Metelli civis Romanus factus et Q. Caecilius Dio nominatus; a Verre propter hereditatem, quae eius filio venerat, vexatus eaque spoliatus. Verr. Accusat. 2, 7, 19. seqq. — Homo probatissimus ac pudentissimus. Ibid. 8, 23.

Dio Neapolites, mathematicus nobilis. Varro Fr. p. 235. Bip.

Dio Pergamenus, accusator Polemocratis. pro Flacco 30, 74. Non recte, ut opinor, Apollonidensem facit Ernestius.

Dio, philosophus, Papirii Paeti familiaris. ad Fam. 9, 26, 1. — Nescio quis; nisi forte Academicus (Acad. 2, 4, 12.) aut Epicureus quidam. Paetus enim Epicureus erat. Ern.

Dio Stoicus de magistratibus subtiliter scripsit. de Legg. 3, 5, 14. — Ante Panaetium scripsit, ut ex hoc loco colligitur. Ern.

Dio Syracusius, eruditus a Platone. de Off. 1, 44, 155. — Eum doctrinis omnibus expolivit Plato. de Or. 3, 34, 139. — Platonis ad eius propinquos epistola, in qua acerrime invehitur in Siculorum luxum: „Vita illa beata, quae ferebatur, plena Italicarum Syracusiarumque mensarum nullo modo mihi placuit; bis in die saturum fieri, nec unquam pernoctare solum." cet. Tuscul. 5, 35, 100. Est septima inter Pseudoplatonicas, quae post mortem Dionis, patriae liberatoris, scripta fingitur. De eius rebus cfr. praeter Plutarchum et Aemilium Probum Diodorum Sic. Lib. 16. — Frumentum imponere, quae est alia Dionis legatio? ad Att. 15, 10. Scil. Dionysius tyrannus Dionem sub specie legationis relegavit.

Diochares, Caesaris libertus. ad Att. 11, 6, 7. — Hinc Diocharinae litterae. ad Att. 13, 45, 1.

Diocles Centuripinus, homo locuples, suspendit se, quo die est ei nuntiatum, Apronium decumas redemisse. Verr. Accusat. 3, 56, 129. — Sequens nomen pr. *Dyrrhachinum*, ex quo Schuetzius temere fecit *Dioclem Dyrrhachinum*, corruptum est. Zumpt correxit *Tyracinum*.

Diocles, Phimes cognomine, Panhormitanus, homo illustris ac nobilis, vexatus a Symmacho Venerio. Verr. Accusat. 3, 40, 93. Ibid. 5, 7, 16.

Diocles Popillius, Lilybaetanus; ab eo C. Verres abaci vasa omnia, ut exposita fuerant, abstulit. Verr. Accusat. 4, 16, 35.

Diodorus Iassensis, dialecticus, ex Euclidis Megarensis successione, discipulus Apollonii Croni dialectici, ipse quoque Cronus cognomine dictus, apud Ptolemaeum Soterem commorans, cum a Stilpone sermones quosdam dialecticos interrogatus, extemplo nequivisset solvere, a rege reprehensus est; cum autem e convivio egressus esset, librum de eo problemate conscripsit vitamque maerore finivit. Diog. Laërt. 2, 111. ibique Menagius. Plin. H. N. 7, 53. A. Gell. 11, 12, 2. — Diodorus valens dialecticus (διαλεκτικώτατος Sexto Empirico); Chrysippo cum Diodoro (de fato) magna luctatio erat. de Fato 6, 12. Ibid. 7, 13. — Eius contentio περὶ δυνατῶν. Ibid. 9, 17. — Περὶ δυνατῶν me scito κατὰ Διόδωρον κρίνειν. ad Fam. 9, 4. Scil. δυνατὸν aliquid esse putabat, etsi non fieret. — Diodorus Cronus, Stilpo, Alexinus, molesti Academicis veteribus, sed minuti philosophi, quorum sunt contorta et aculeata quaedam σοφίσματα. Acad. 2, 24, 75. Cfr. Ibid. 47, 143.

Diodorus, auditor Peripatetici Critolai circa a. u. c. 645. de Or. 1, 11, 45. — Hic Peripateticus indolentiam honestati adiunxit. Tuscul. 5, 30, 85. — Ad honestatem addidit vacuitatem doloris. de Finn. 2, 6, 19. Ibid. 11, 34. — Ei placuit doloris vacuitas. de Finn. 5, 8, 21. — Adiungit ad honestatem vacuitatem doloris. Hic quoque, ut Hieronymus, suus est: de summoque bono dicens, dici vere Peripateticus non potest. de Finn. 5, 5, 14. — Vacare omni molestia cum honestate finem esse censuit. Acad. 2, 42, 131. — Diodorus, Calliphon ad honestatem aliud adiungunt, quod ex eodem genere non sit. de Finn. 4, 18, 49. — Calliphon et post eum Diodorus, cum al-

ter voluptatem adamavisset, alter vacuitatem doloris, neuter honestate carere potuit; quae est a Peripateticis laudata maxime. de Finn. 5, 25, 73.

Diodorus Melitensis, homo frugi ac diligens, testis in Verrem; ab eo pocula quaedam Thericlia, Mentoris manu summo artificio facta, abstulit Verres. Verr. Accusat. 4, 18, 38.

Diodorus Prienaeus de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Diodorus, Timarchidi filius, senator Syracusanus. Verr. Accus. 4, 62, 137.

Diodotus, Luculli libertus. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 4, 12.

Diodotus Stoicus, homo eruditissimus. ad Fam. 13, 16, 4. — Ab eo Cicero est institutus. de Nat. D. 1, 3, 6. — Ab eo Cicero in dialectica exercebatur. Brut. 90, 309. — Eum a puero amavi; mecum vivit tot annos; habitat apud me; eum et admiror et diligo. — Antiochea contemnit. Acad. 2, 36, 115. — Diodori περὶ δυνατῶν opinionem non concoquebat. ad Fam. 9, 4. — Diodotus Stoicus caecus multos annos domi nostrae vixit. — Eximiae eius laudes. Caecus factus non modo litteris utitur, sed etiam geometriam docet. Fidibus utitur Pythagoreorum more. Tuscul. 5. 39, 113. — Diodotus mortuus est: reliquit nobis HS. fortasse centies. (a. 695.) ad Att. 2, 20, 6.

Diogenes Apolloniates aëre utitur deo. de Nat. D. 1, 12, 29. Cfr. Diog. Laërt. 9, 57. Patria fuit Apollonia Cretae, ut e Stephano de Urb. ad eum locum Menagius. Vixit Anaxagorae temporibus. Physicus dictus est et eloquentia non minus quam philosophia valuit. Cfr. Diogenes Apolloniates, cuius de aetate et scriptis disseruit Frid. Panzerbieter. Lipsiae 1830. 8.

Diogenes Babylonius, Stoicus, ab Atheniensibus legatus Romam missus a. u. c. 599., una cum Carneade et Critolao. Acad. 2, 45, 137. de Or. 2, 37, 155. — Διαλεκτικὴν tradebat. Ibid. Cap. 38. 157. — Reprehenditur. Ibid. §. 159. — Diogenes Babylonius, Stoicus, et Carneades Cyrenaeus, Academicus, ad senatum ab Atheniensibus missi legati, philosophiae studia Romae excitaverunt. Tuscul. 4, 3, 5. — Bonum definiit id, quod esset natura absolutum. de Finn. 3, 10, 33. Ibid. 15, 49. — Multa de magistratibus quaesivit subtiliter. de Legg. 3, 5, 14. — Unus inter Stoicos praeter Panaetium τὰ πολιτικὰ tractavit. Ibid. — Diogenes Babylonius et Chrysippus, detracta utilitate, ne digitum quidem bonae famae causa porrigendum esse dicebant. de Finn. 3, 17, 57. — Diogenes Babylonius, magnus et gravis Stoicus; eius controversia cum Antipatro discipulo. de Off. 3, 12, 51. seqq. Ibid. 23, 91. — Ab eo Carneades dialectica didicerat. Acad. 2, 30, 98. — Chrysippum consequens in eo libro, qui inscribitur de Minerva, partum Iovis ortumque virginis ad physiologiam traducens, diiungit a fabula. de Nat. D. 1, 15, 41. — Diogenes Babylonius, Chrysippi auditor, unum librum de divinatione edidit. de Divin. 1, 3, 6. — Eius ratiocinatio de divinatione. de Divin. 1, 39, 84. Ib. 2, 49, 101. — Chaldaeis concedit aliquid, ut praedicere possint dumtaxat, quali quisque natura et ad quam quisque maxime rem aptus futurus sit. Cetera, quae profiteantur, negat ullo modo posse sciri. de Divin. 2, 43, 90. — Vir optimus. Ibid. §. 91. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Cfr. etiam de Finn. 1, 2, 6. — (Vocatus est Babylonius, quamquam natus Seleuciae, propter utriusque loci vicinitatem. Diog. Laërt. in vita Diog. Cynici.)

Diogenes Cynicus dicere solebat Harpalum, qui temporibus illis praedo felix habebatur, contra deos testimonium dicere, quod in illa fortuna tam diu viveret de Nat. D. 3, 34, 83. — Alexandro roganti, ut diceret, si quid opus esset, *Nunc quidem paullulum*, inquit, *a sole.* Offecerat videlicet apricanti. Tuscul. 5, 32, 92. — Diogenes, ut Cynicus, asperior proiici se iussit inhumatum cet. Tuscul. 1, 43, 104. — Improborum prosperitates secundaeque res redarguunt, ut Diogenes dicebat, vim omnem deorum ac potestatem. de Nat. D. 3, 36, 88. (Alii, teste Diogene Laërtio 6, 59., hoc dictum tribuebant Diagorae.) — Diogenes Cynicus, parvis contentus. Tuscul. 3, 23, 56. pro Murena 36, 75. — Diogenes litteras sciebat, usioni quod satis esset. Varro Fragmm. p. 311. Bip. Varro Fr. p. 288. Bip. — Diogenis pallium. Varro Fr. p. 306. Bip. — Varro Fr. p. 305. Bip.

Diogenes Graeculus, M. Caelii familiaris. Caelius ad Fam. 8, 8, 10. — Cfr. ad Fam. 2, 12, 2.

Diogenes, servus Cleophanti medici, frugi atque integer. pro Cluentio 16, 47.

Diogenes, vilicus P. Clodii. Schol. Bob. in Clodium p. 338.

Diognetus (al. *Diognotus:*) Venerius, decumanus. Verr. Accusat. 3, 58, 86.

Diona et Iuppiter parentes Veneris tertiae. de Nat. D. 3, 23, 59.

Dionysia. Varro. Fr. p. 275. Bip.

Dionysia saltatrix magnam pecuniam merebat. pro Q. Roscio 8, 23. Cfr. A. Gell. 1, 5.

Dionysiarchus, proagorus, id est, summus magistratus Catinae. Verr. Accusat. 4, 23, 50.

Dionysius maior, Syracusanorum tyrannus. Eius mater, cum praegnans eum alvo contineret, somniavit se peperisse Satyriscum. de Divin. 1, 20, 39. — Dionysio maiori prodigium oblatum paullo ante quam regnare coepit. de Divin. 1, 33, 73. Ibid. 2, 31, 67. (Regnare coepit ante Chr. n. a. 406., mortuus a. 367.) — Eius familiarissimus erat Philistus historicus. de Or. 2, 13, 57. — Veterator magnus et perfamiliaris Philisto (qui eius res gestas narravit). ad Q. Fr. 2, 13, 4. — Homo garrulus et acer. Varro Fr. p. 325. Bip. — Cruciatu timoris angi solitus. de Off. 2, 7, 25. — Omnia moliendo eripuit civibus suis libertatem. de Rep. 1, 17, 28. — Carcer, qui est a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quae lautumiae vocantur. Verr. Accusat. 5, 55, 143. Ibid. 56, 145. — Vexavit Platonem. pro Rab. Postumo 9, 23. de Rep. 3, 31, 43. de Finn. 4, 20, 56. Iulius Victor p. 224. 231. — Duodequadraginta annos tyrannus fuit Syracusarum. de Nat. D. 3, 33, 81. — Faceta eius dicta de Proserpina, Iove Olympio, Aesculapio cet. a se expilatis. Ibid. 34, 83. — Duodequadraginta annos tyrannus Syracusanorum fuit, cum quinque et viginti natus annos dominatum occupavisset. — Cum duas uxores haberet, Aristomachen, civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Aliae de eo narratiunculae, v. c.: de Damocle. Tuscul. 5, 20, 57—63. — Quod historiam de Damone et Phintia Ibid. 22, 63. ad Dionysium superiorem refert, est error. Vide in **Dionysio** minori.

Dionysius minor, Damonis et Phintiae, Pythagoreorum, fidem admiratus petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent. de Off. 3, 10, 45. — Errasse videtur Cicero hanc sponsionem Dionysio superiori factam arbitratus, nam teste Aristoxeno apud Iamblichum Vit. Pythag. c. 33. Dionysio minori id evenit. Nam Aristoxenus testatur se ex ipso Dionysio, cum regno pulsus Corinthi rhetor esset, audivisse suos familiares invidia Pythagoreorum Phintiae crimen finxisse insidiarum tyranno structarum. — Dionysius, cum Syracusis pulsus esset, Corinthi dicitur ludum aperuisse. ad Fam. 9, 18, 1. — Nosti illud, *Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ*. ad Att. 9, 9, 1. — Syracusis expulsus, Corinthi pueros docebat: usque eo imperio carere non poterat. Tuscul. 3, 12, 27. — Syracusis exactus est ante Chr. a. 356., Corinthum autem missus a. 343.

Dionysius Heracleotes multos annos tenuit Zenonique magistro credidit, honestum quod esset, id bonum solum esse; postea defensitavit honesti inane nomen esse, voluptatem esse summum bonum. Acad. 2, 22, 71. — Dionysius Heracleotes (Zenonis discipulus), flagitiose descivisse videtur a Stoicis (ad Epicurum) propter oculorum dolorem. de Finn. 5, 31, 94. — Cum a Zenone fortis esse didicisset, a dolore dedoctus est. Nam cum ex renibus laboraret, ipso in eiulatu clamitabat, falsa esse illa, quae antea de dolore ipse sensisset; reprehensus ideo a Cleanthe. Tuscul. 2, 25, 60. (Dictus inde ὁ μεταθέμενος.) — Multos versus solebat admiscere orationi; sed quasi dictata, nullo delectu, nulla elegantia. Tuscul. 2, 11, 26. — Dionysius Heracleotes non inscite ad ea disputat, quae apud Homerum Achilles queritur: *Corque meum penitus turgescit tristibus iris, Cum decore atque omni me orbatum laude recordor.* Tuscul. 3, 9, 19.

Dionysius Magnes, Aeschylus Cnidius, Adramyttenus Xenocles: cum iis Cicero (circa annum u. c. 675—677.) totam Asiam peragravit. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Brut. 91, 316.

Dionysius Sidonius, grammaticus. Varro LL. 10, 2. p. 549.

Dionysius de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 119.

Dionysius, Attici libertus. ad Att. 4, 8 b. 1. — Nos hic voramus litteras cum homine mirifico — ita mehercule sentio — Dionysio. Ibid. 11, 2. Ibid. 13, 1. — Ut est ex me et ex te iunctus Dionysius, M. Pomponius. Ibid. 15, 1. (an idem cum eo, qui memoratur Ibid. 8 a. 2.?)

Dionysius, Ciceronis servus litteratus. Dionysium roges et hortere, ut quam primum veniat, ut possit Ciceronem meum atque etiam me ipsum erudire. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 15, 10. Cfr. ibid. Ep. 17, 3. Ep. 18, 3. Lib. 5, 3, 3. — Eius laudes. Ibid. Ep. 9, 3. — Dionysius, magister M. Ciceronis filii. Eum magno opere desiderat Tullius. ad Att. 4, 17, 3. — Dionysius mihi in amoribus est. Pueri autem aiunt eum furenter irasci. Sed homo nec doctior nec sanctior fieri potest nec tui meique amantior. ad Att. 6, 1, 13. — Eius iudicium de Dicaearcho. Ibid. Ep. 2, 3. — Dionysius noster non rebatur oppidum esse Piraeea. Ib. Lib. 7, 3, 10. — Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te, nec mehercule aequo animo; sed fuit concedendum: quem quidem cognovi cum doctum, tum sane plenum officii, studiosum etiam meae laudis, frugi hominem, ac ne libertinum laudare videar, plane virum bonum. Ib. Ep. 4, 1. Ib. Ep. 5, 3. — Attici praeclarum testimonium de eo: contra ingratum eum esse suspicatur Cicero. Ib. Ep. 7, 1. — Ei reconciliatur. Ep. 8, 1. — De Dionysio ita constitui: exspectare responsa Caesaris (de pace: a. u. c. 705.), ut si ad urbem rediremus, ibi nos exspectaret: sin tardius id fieret, tum eum arcesseremus. Omnino quid ille facere debuerit in nostra illa fuga, quid docto homine et amico dignum fuerit; cum praesertim rogatus esset ..... sed haec non nimis exquiro a Graecis. Ib. Lib. 7, 18, 3. — Dionysio, dum existimabam vagos nos fore, molestus esse nolui. Ib. Ep. 26, 3. — Vehementissimae de eius ingrato animo et infidelitate querelae. (a. u. c. 705.) Ib. Lib. 8, 4, 1. — Dionysius deprecatur, Attici auctoritate permotus. Ibid. Ep. 5, 1. — Dionysium dimisi a me, ut magistrum Ciceronum non lubenter; ut hominem ingratum, non invitus. Ib. Ep. 10. tota. — De Dionysio sum admiratus; qui apud me honoratior fuit quam apud Scipionem Panaetius: a quo impurissime haec nostra fortuna despecta est. Odi hominem et odero: utinam ulcisci possem! Sed illum ulciscentur mores sui. Ib. Lib. 9, 12, 2. — Illum male sanum semper putavi: nunc etiam impurum et sceleratum puto. Ib. Ep. 15, 5. — Similiter: Lib. 10, 2, 2. — Hanc summam habuit orationis: ut sibi ignoscerem; se rebus suis impeditum nobiscum ire non posse (ad Pompeium.) Magnum accepi dolorem: intellexi fortunam ab eo nostram despectam esse. Ibid. Ep. 16, 1. — Dionysius noster graviter queritur, et tamen iure, a discipulis se abesse tam diu. Valde hominem desidero. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 2, 3. (In gratiam igitur rediit cum eo.) Cfr. ad Att. 13, 33, 4.

Dionysius, servus Ciceronis, diversus a Ciceronum magistro. ad Att. 9, 3, 1. — Dionysius Ciceronis servus anagnostes fugitivus. ad Fam. 5, 9, 2. Ibid. 10, 1. Ib. 11, 3. Ib. 13, 77. — Dionysius, servus meus, qui meam bibliothecen multorum nummorum tractavit, cum multos libros surripuisset, in Illyricum aufugit. (a. u. c. 709.) ad Fam. 13, 77, 3.

Dionysius — „quem ego omnium plurimum amo," commendatur Q. Cornificio (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 24, 3. Idem fortasse, qui sub nomine Attii Dionysii memoratur ad Famil. 12, 30, 5.

Dionysius, glutinator, Attici servus. ad Att. 4, 8 a. 2.

Dionysodorus, C. Verris adiutor in sceleribus committendis. Verr. Accusat. 2, 21, 50.

Dionysopolitae, incolae Dionysopolis oppidi Phrygiae Pacatianae, quod ad Ciceronis provinciam Ciliciam pertinebat, inimicissimi Q. Ciceroni, leniti a Marco. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4.

Dionysus. Dionysos multos habemus; primum Iove et Proserpina natum, secundum Nilo, qui Nysam dicitur interemisse: (al. *condidisse:*) tertium Cabiro patre, eumque regem Asiae praefuisse dicunt, cui Sabazia sunt instituta; quartum Iove et Luna, cui sacra Orphica putantur confici; quintum Niso natum et Thyone, a quo Trieterides constitutae putantur.

de Nat. D. 3, 23, 58. — (De quarto Dionyso cfr. Lobeck de bello Eleusinio P. 1. p. 7. Regiomonti 1821. 4.) — Dionysus, unus primorum trium Dioscurorum. de Nat. D. 3, 21, 53.

Diophanes Mytilenaeus, Graeciae disertissimus (circa annum 610.), magister Ti. Gracchi. Brut. 27, 104.

Diophanes Nicaeensis de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8. Ibid. 9, 6. — Diophanes Cassii Dionysii epitomen librorum Magonis de re rustica ad VI. libros redegit et misit Deiotaro regi. Varro RR. 1, 1, 10.

Diores pictor incertae patriae, Apelle vetustior. Varro LL. 9, 6. p. 464.

Dioscorides et Serapion, Aegyptii, a Caesare ad Achillam missi; quos hic corripi atque interfici iussit a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 110.

Dioscorides astrologus. Varro Fr. p. 369. Bip.

Dioscuri apud Graecos multis modis nominantur. Primi tres, qui appellantur Anaces (s. Anactes) Athenis, ex rege Iove antiquissimo et Proserpina nati, Tritopatores, Zagreus, Eubuleus, Dionysus (sic de incerta Hemsterhusii coni. editum est: sed praestare videtur Lobeckii ratio (de *Tritopatribus P.* III. *p.* 9.: *et Proserpina nati Britomarte*, *Hyes*, *Eubuleus*, *Dionysus*:) secundi duo, Iove tertio nati et Leda, Castor et Pollux: tertii dicuntur a nonnullis Alco, Melampus, Tmolus, Atrei filii, qui Pelope natus fuit. de Nat. D. 3, 21, 53.

Diphilus tragoedus ludis Apollinaribus (a. u. c. 695.) in nostrum Pompeium petulanter invectus est. ad Att. 2, 19, 3.

Diphilus, (libertus) scriptor et lector (anagnosta) L. Crassi. de Or. 1, 30, 136.

Diphilus, architectus. In Maniliano offendi Diphilum Diphilo tardiorem. ad Q. Fr. 3, 1, 1, 1. — Arcanum multorum Philotimorum est, non Diphilorum opus. Ibid. Ep. 9, 7.

Dipylon. de Finn. 5, 1, 1. Plutarch. Pericl. p. 168. *παρὰ τὰς Θριασίους πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται.*

Dis pater. Terrena vis omnis atque natura Diti patri dedicata est, qui Dives, ut apud Graecos *Πλούτων*, quia et recidant omnia in terras et oriantur e terris. de Nat. D. 2, 26, 66. — Dis pater in Hennensium nemore rapuit Liberam. Verr. Accusat. 4, 48, 107. — Idem dicitur Orcus. Ibid. 50, 111. — Ei et Proserpinae ludi Terentini facti. Varro Fr. p. 250. Bip. — Galli se omnes a Dite patre prognatos praedicant idque ab Druidibus proditum dicunt. Caesar Gall. 6, 18.

Dithyrambus: quid de eo tradiderit Theophrastus. de Or. 3, 48, 185.

Dius Fidius. Varro Fr. p. 322. Bip. — Dium Fidium Aelius dicebat Diiovis filium et putabat esse Sanctum (Sancum) ab Sabina lingua et Herculem a Graeca. Varro LL. 5, 10. p. 72.

Diviana, Diana. Varro LL. 5, 10. p. 74.

Divi qui Potes in Augurum libris, *θεοὶ δυνατοί.* Varro LL. 5, 10. p. 64.

Divico, bello Cassiano (a. u. c. 647.) dux Helvetiorum, a. u. c. 696. legatus ad Caesarem venit. Caesar Gall. 1, 13.

Divitiacus Aeduus, Druida, hospes laudatorque Ciceronis, qui et naturae rationem, quam *φυσιολογίαν* Graeci appellant, notam esse sibi profitebatur et partim auguriis, partim coniectura, quae essent futura, dicebat. de Divin. 1, 41, 90.

Docimus, decumanus; ad quem Verres deduxerat Tertiam, Isidori mimi filiam. Verr. Accusat. 3, 34, 78.

Dodona: oraculum consultum a Lacedaemoniis. de Divin. 1, 43, 95. — Dodonaea quercus. ad Att. 2, 4, 5. de Divin. 1, 1, 3. Varro Fr. p. 337. Bip.

Doliola ad Cloacam maximam. Varro LL. 5, 32. p. 157.

Dolopes et Aeneanes et Dores extra Peloponnesum soli absunt a mari. de Rep. 2, 4, 8. — Dolopes, Epiri populus, Agraeorum vicini. in Pison. 37, 91. — Dolopes finitimique montani oppidis atque agris exterminati. Ibid. 40, 96.

Dolus deus (Hesiodi *Ἀπάτη*). de Nat. D. 3, 17, 44. (ubi volgo err. typogr. *Dolor.*)

Domitia via, in Gallia, dicta a Cn. Domitio, qui proconsul cum Gallis et Allobrogibus bellum gessit. Liv. Epit. 41. denuo munita a C. Annio Bellieno et C. Fonteio, legatis M. Fonteii. pro Fonteio 4, 8.

Domitii. Usquequaque se Domitii male dant. Caelius ad Fam. 8, 15, 2.

Cn. et L. Domitii, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma ceperunt. pro C. Rabirio perd. 7, 21.

Domitius, homo ignotus, a Regibus Marciis loris caesus. Her. 3, 21, 34.

Domitius Clupeanique fugitivi a Cn. Pompeio oppressi. Schol. Bob. pro Sestio p. 307.

Domitius, nobilis Intimelius, a Bellieno verna Demetrii comprehensus et strangulatus. (a. u. c. 705.) ad Fam. 8, 15, 2.

Domitius Apulus, septemvir Antonianus. Eius bona modo proscripta vidimus; tanta procuratorum est neglegentia. At hic nuper sororis filio infudit venenum, non dedit. Philipp. 11, 6, 13.

Cn. Domitius, Cn. F. Ahenobarbus, victor Arvernorum et Allobrogum. pro Fonteio 12, 26. — Consul fuit cum C. Fannio a. u. c. 632. Brut. 26, 99. — Cn. Domitius et L. Metellus, censores, ex senatu eiecerunt C. Getam, qui censor est ipse postea factus. pro Cluentio 42, 119. — Cn. Domitius, L. Metellus censores a. u. c. 639. Verr. Accusat. 1, 55, 143. cfr. Sueton. Ner. 1.

Cn. Domitius Cn. F. Cn. N. Ahenobarbus (v. Inscr. antiq. apud Murator. ad a. 658.) — Nuper Cn. Domitium scimus M. Silano (cos. a. u. c. 645.) diem dixisse propter unius hominis, Aegritomari, paterni amici atque hospitis, iniurias. Divinat. 20, 67. Verr. Accusat. 2, 47, 118. — Cn. Domitius tribunus pl. vexavit M. Silanum, consularem hominem. Cornel. 2. Fragmm. 6 et 7. p. 453. — Tribunus pl. a. u. c. 650. quinquennio ante (a. 645.) accusavit M. Iunium Silanum. Ascon. in Cornel. p. 81. — Tribunus pl., homo nobilissimus, in tribunatu (a. u. c. 650.) de sacerdotiis tulit. de lege agr. 2, 7, 18. — Cn. Domitius tribunus pl. diem dixit M. Aemilio Scauro patri. pro Scauro 1, 2. — Cn. Domitius Ahenobarbus ille, quem nos pueri consulem, censorem, pontificem maximum vidimus, cum tribunus pl. M. Scaurum, principem civitatis, in iudicium populi vocasset, Scaurique servus ad eum clam domum venisset et crimina in dominum delaturum se esse dixisset, prehendi hominem iussit ad Scaurumque deduci. pro Deiotaro 11, 31. — Domitius accusator M. Aemilii Scauri. Schol. Gronov. ad Deiot. p. 423. — Consul cum C. Cassio Longino a. u. c. 658. accusavit M. Aemilium Scaurum, principem senatus. Ascon. in Scaur. p. 21. — Cn. Domitius, L. Crassi in censura collega a. u. c. 662.; contra quem Crassus habuit orationem. Brut. 44, 164. — Non fuit in oratorum numero, sed satis in eo fuit orationis atque ingenii, quo et magistratus personam et consularem dignitatem tueretur. Ibid. 45, 165. — Cn. Domitius Ahenobarbus censuram cum L. Crasso gessit a. u. c. 662. „frequentem iurgiis propter dissimilitudinem morum." (Plin. H.N. 17, 1.) — L. Crassi orationis „quam contra collegam censor habuit," fragmentum exstat de Or. 2, 11, 45. Cfr. Sueton. Ner. 2. ibique interpretes, in primis Oudendorpium. De contentionibus Domitii et Crassi censorum locos scriptorum veterum collegit Sigonius in Fastis a. u. c. 662. — Domitii gravitas et auctoritas. de Or. 2, 56, 231.

Cn. Domitius Ahenobarbus, filius L. Domitii Ahenobarbi et Porciae, Catonis sororis. ad Att. 13, 48, 2. ad Att. 9, 3, 1. — Cn. Saturninum adolescentem Cn. Domitius reum fecit a. u. c. 704. Caelius ad Fam. 8, 14, 1. — Cn. Domitius, Pompeianus, Cassio Brutoque propinqua cognatione iunctus, perpetuus per omnia belli civilis discrimina patri comes, postquam proelio Pharsalico contra Caesarem acerrime dimicasset, veniam in Italiam regrediendi a Caesare impetravit. Ad eum scripta est (a. u. c. 708.) Ep. 22. Libri 6. ad Fam. Postea Caesaris interfectoribus se adiunxit. — Cn. Domitium patris interitus, clarissimi viri, avunculi (Catonis Uticensis) mors, spoliatio dignitatis ad recuperandam libertatem excitavit. Philipp. 2, 11, 27. — Equitatum in Macedonia Cn. Domitius adolescens summa virtute, gravitate, constantia ab legato Syriaco, (id est a Cinna, legato Dolabellae Syriae proconsulis) abduxit. (a. u. c. 711.) Philipp. 10, 6, 13. Plutarch. in Bruto c. 25. — Domitius bona plane habet dicrota. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 4, 4. — Pseudocic. ad Brut. 1, 5. Pseudobrut.

ad Cic. 1, 7. Pseudocic. ad Brut. 14. — Cfr. de hoc Cn. Domitio Ahenobarbo Appian. B. C. 5, 55. 63. 65. 137. Plutarch. in Antonio 70 et 71. Suet. Ner. 3. Dionem Cass. 50, 2. Consul fuit a. u. c. 723. mortuus paullo ante pugnam Actiacam. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Octav. 17. Visconti *Iconogr. Rom.* §. 23. Borghesium in *Giornale arcadico* Vol. 25. p. 77. seqq. Extat eius nummus cum his inscriptt. Ant. Imp. IIIvir. R. P. C. = Cn. Domit. Ahenobarbus. Imp. anni 714., unde constat etiam de scriptura *Ahenobarbus*. Alii *Aenobarbus*.

Cn. Domitius Calvinus, tribunus pl. a. u. c. 695. Caesare et Bibulo coss., quo Bibulus usus est in impedienda Caesaris lege agraria. Eius animus constans et egregius in tribunatu in causa fuit, ut postea praetor fieret. pro Sestio 53, 113. — Tribunus pl. minime popularis. Schol. Bob. pro Sestio p. 304. in Vatin. p. 317. — Cn. Domitius, praetor a. u. c. 698. iudicio de M. Caelio praefuit. ad Q. Fr. 2, 13, 2, — pro Caelio 13, 32. „Extra ordinem praefuisse videtur causae Caelianae, cum eius ordinaria quaestio esset de ambitu, ut constat ex Ep. 3. (§. 6.) Lib. 2. ad Q. Fr." Ferrat. — Apud eum praetorem dixit Cicero pro Bestia. ad Q. Fr. 2, 3, 6. — Praetorius a. u. c. 700. Gabinium aperte absolvit, ut omnes viderent. ad Q. Fr. 3, 4, 1. — Legatus in Asia. pro Flacco 13, 31. Ibid. 28, 68. — Quid miserius, quam Domitium, qui tot annos, quot habet, designatus consul fuerit, fieri consulem non posse? ad Att. 4, 8b., 2. — C. Domitius candidatus consularis a. u. c. 700. Domitio ipsi multa iam feci, quae voluit, quaeque a me petivit. ad Q. Fr. 3, 1, 5, 16. — Messala noster et eius Domitius competitor liberalis in populo valde fuit. ad Att. 4, 16, 6. — De ambitu accusatus a C. Memmio. Ibid. §. 8. ad Q. Fr. 3, 2, 3. Ibid. Ep. 8, 3. — Valet amicis. ad Att. 4, 17, 2. — Eius pactio cum consulibus. Ib. Ep. 18, 2. — Memmium Caesaris omnes opes confirmant (in petitione consulatus a. u. c. 700.) Cum eo Domitium consules iunxerunt. ad Att. 4, 15, 7. — Cn. Domitius Calvinus, consul a. u. c. 701. lapidibus caesus a P. Clodii operis. Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 343. — A. u. c. 702. Milonem accusavit de ambitu. Ascon. in Milon. p. 54. — Cn. Domitius decrevit supplicationes (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 11, 2. — Ei ulteriorem Galliam traditurum se pollicebatur Caesar a. u. c. 705. ad Fam. 16, 12, 3. — Cn. Domitius, praefectus equitum, Caesarianus ad fugam hortatur C. Curionem. (a. u. c. 705.) Caesar Civ. 2, 42. — Eum a. u. c. 706. Caesar in Macedoniam proficisci iubet. Caesar Civ. 3. 34. Ib. 36. Ib. 78. — Ad Aeginium Caesari venienti occurrit. Ibid. 79. — In pugna Pharsalica media acie Cn. Domitium praeposuit Caesar. Caesar Civ. 3, 89. — Post pugnam Pharsalicam Deiotarus exercitum Cn. Domitii, amplissimi viri, suis tectis et copiis sustentavit. pro Deiotaro 5, 14. — Naufragio perisse dicebatur. Ibid. 9, 25. Ibid. 11, 32. — Legionem XXXVII. Alexandriam ducit Caesaris auxilio a. u. c. 706. Bell. Alex. 9, 34. — Ei a. u. c. 706. Asiam finitimasque provincias administrandas transdiderat. Bell. Alex. 34. — Proficiscitur adversus Pharnacem. Ib. 35. — Varia cum eo proelia. Ib. 36. seqq. — Magno incommodo accepto se in Asiam recepit. Ib. 40. — Consul iterum fuit a. u. c. 714. cum C. Asinio Pollione. — Cfr. Suet. Caesar 36.

Cn. Domitius Sincaius, Sardus, vir ornatissimus, hospes et familiaris Ciceronis, a Pompeio civitate Romana donatus. pro Scauro 2, 43. Scholia Bob. in or. pro Scauro p. 375.

L. Domitius Ahenobarbus praetor in Sicilia statim post decessum M'. Aquillii (a. u. c. 656.) et finitum bellum servile Siciliense, si quidem is est, qui cos. fuit a. u. c. 660. cum C. Caelio Caldo. Zumpt. — Nimia eius severitas. Verr. Accusat. 5, 3, 7.

L. Domitius Cn. (cos. a. u. c. 658.) F. Ahenobarbus (a. u. c. 684.) adolescens clarissimus ac princeps iuventutis, testis in causa C. Verris. Verr. Accusat. 1, 53, 139. „Putaverim esse illum L. Domitium Ahenobarbum, qui consul fuit a. u. c. 700." Zumpt. — Adolescens Cn. Municio obsesso auxilium tulit adgregata bonorum multitudine. Schol. Bob. pro Milone p. 284. — Catonis sororem habebat in matrimonio. ad Att. 1, 16, 12. — Eius uxor

Porcia, Catonis soror, mortua ante a. u. c. 709. ad Att. 13, 37, 3. — In eo uno maxime ambitio nostra nititur. (a. u. c. 689.) ad Att. 1, 1, 4. — A. u. c. 695. a Vettio iudice coniurationis in Pompeium insimulatus. ad Att. 2, 24, 3. Ibid. 3. 15, 6. — Eum odit P. Vatinius propter omnium spem, quae de illo est atque erat. (Scil. a. u. c. 695.) in Vatinium 10, 25. — Praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum. ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — L. Domitius Ahenobarbus praetor a. u. c. 696., cum Cn. Manlius, tribunus pl., subnixus libertinorum et servorum manu perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset idque per tumultum ageret et clivum Capitolinum obsideret, discussit perrupitque coetum ita, ut multi Manlianorum interficerentur. Quo facto et plebem infimam offendit et senatus magnam gratiam iniit. Ascon. in Milon. p. 46. — L. Domitius praetor adversus Caesarem egit in senatu. Schol. Bob. pro Sestio p. 297. — Caesaris oratio in eum habita a. u. c. 696. Schol. Bob. pro Sestio p. 297. in Vatin. p. 317. 324. — Vehementer vexatus (in senatu) Gabinius: exagitati tamen (*etiam?*) a Domitio publicani, quod eum essent cum equis prosecuti. ad Q. Fr. 2, 13, 2. — M. Curtio tribunatum a Caesare petivi: nam Domitius se derideri putasset, si esset a me rogatus: hoc enim est eius quotidianum, se ne tribunum quidem militum facere; etiam in senatu lusit Appium collegam propterea isse ad Caesarem, ut aliquem tribunatum auferret. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 15, 3. Cfr. 15 b., 4. — Hirrus cum Domitio in gratia est. a. u. c. 700. ad Att. 4, 16, 5. — (Consul fuit a. u. c. 700. cum Appio Claudio Pulchro.) — Quod te, L. Domiti, Cn. Pompeius huic quaestioni (de caede P. Clodii) praeesse maxime voluit, nihil quaesivit aliud, nisi iustitiam gravitatem, humanitatem fidem. - - Ex consularibus te creavit potissimum; dederas enim, quam contemneres populares insanias, iam ab adolescentia documenta maxima. pro Milone 8, 22. — Quaesitor in iudicio Miloniano a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 39. 40. — Rumores adversi de Caesare palam secreto narrantur: (a. u. c. 703.) at Domitius, cum manus ad os apposuit. ad Fam. 8, 1, 4. — Caelio inimicissimus. Caelius ad Fam. 8, 12, 1. — Repulsa ab eo lata in auguratus petitione. Ibid. 14, 1. (a. u. c. 704.) — Domitius, Pompeianus, in Marsis agebat mense Ianuario a. u. c. 705. ad Att. 7, 13. b. 7. Ib. Ep. 23, 1 et 3. — Non habebat militum III. milia. Ib. Ep. 24. — Bona de Domitio fama est. Ib. 26, 1. — (Pompeianorum) nemo nec stultior est quam L. Domitius nec inconstantior quam App. Claudius. (a. u. c. 705.) ad Att. 8, 1, 3. — Ecce litterae, Caesarem ad Corfinium, Domitium Corfinii cum firmo exercitu et pugnare cupiente. Non puto etiam hoc Cnaeum nostrum commissurum, ut Domitium relinquat. ad Att. 8, 3, 7. — Eius litterae ad Pompeium. Ibid. Ep. 6, 2. — Deseritur a Pompeio. Ib. Ep. 8, 2. Ep. 11. A. — Omnino culpam omnem Pompeius in Domitium confert. Ibid. Ep. 12, 6. Cfr. epistolam Pompeii ipsam. Ibid. A. — Pompeii epistolae ad Domitium missae. Ib. B. C. D. — Varii de eo rumores. Ib. Ep. 14, 3. — Domitius, ut audio, in Cosano est, et quidem, ut aiunt, paratus ad navigandum; si in Hispaniam, non probo; si ad Cnaeum, laudo. Ib. Lib. 9, 6, 2. — Est in Cosano. Ib. Ep. 9, 3. — Ei a senatu Pompeiano a. u. c. 705. decernitur provincia; obvenit Gallia. Caes. Civ. 1, 6. — Corfinii subsistit cum circiter XX. cohortibus. Ibid. 16. — Nullum auxilium a Pompeio cum accepisset, milites eum vivum in Caesaris potestatem transdere statuunt. Eum ac filium ad se productos dimittit incolumes. Ibid. 23. — Proficiscitur ad occupandam Massiliam. Ib. 34. — A Massiliensibus receptus, urbi praeficitur. Ibid. 36. — Massilia profugit. Ib. Lib. 2, 22. — Corfinii a Caesare captus et dimissus a. u. c. 705. significatur a Caelio ad Fam. 8, 15, 2. — Paullo ante pugnam Pharsalicam iam de sacerdotio Caesaris Domitius, Scipio, Spintherque Lentulus quotidianis contentionibus ad gravissimas verborum contumelias palam descenderunt. Caesar Civ. 3, 83. — L. Domitius in consilio dixit: placere sibi bello confecto ternas tabellas dari ad iudicandum iis, qui ordinis essent senatorii belloque una cum ipsis interfuissent, sententiasque de singulis ferrent, qui Romae remansissent quique intra praesidia Pompeii fuissent neque operam in re militari praestitissent: unam fore

tabellam, qui liberandos omni periculo censerent; alteram, qui capitis damnarent; tertiam, qui pecunia multarent. Ibid. — Ab equitibus Caesarianis interfectus. Ib. 98. — Eum occidit M. Antonius. Philipp. 2, 29, 71. — L. Domitius Ahenobarbus, qui in acie Pharsalica cecidit, Ciceronem timidum esse dixerat. ad Fam. 6, 21, 1. ad Fam. 8, 8, 5 et 6. — L. Domitius, praestantissimus civis. Philipp. 13, 14, 29. — Bello civili interiit; — nulla ille quidem arte, sed Latine tamen et multa cum libertate dicebat. Brut. 77, 267. — In bello civili occisus. Pseudosal. ad Caes. 2. p. 270. Gerl. — Eius nullum membrum a flagitio aut facinore vacat. Ib. p. 275.

Donatus, grammaticus Latinus. Rufinus p. 191. 193.

Dores. Tria Graecorum genera sunt vere; quorum uni sunt Athenienses, quae gens Ionum habebatur; Aeoles alteri, Dores tertii nominabantur. pro Flacco 27, 64. — Dores et Aenianes et Dolopes extra Peloponnesum soli absunt a mari. de Rep. 2, 4, 8.

Doris. Cum Dionysius maior duas uxores haberet, Aristomachen, civem suam, Doridem autem Locrensem, sic noctu ad eas ventitabat, ut omnia specularetur et perscrutaretur ante. Tuscul. 5, 20, 59.

Dorius sonus. Eulogius p. 412.

Dorylaum (sic Codd., alii Dorylaeum), urbs Phrygiae Epicteti, cuius incolae Dorylenses. pro Flacco 17, 39.

Dorylaus, Deiotari regis legatus. pro Deiotaro 15, 41.

Dorotheus Thermitanus, inimicus Sthenii. Verr. Accusat. 2, 36, 89.

Doryphori statua, a Polycleto confecta. Orat. 2, 5.

Doterio, histrio. ad Att. 1, 16, 12.

Draco, sidus. Arat. v. 47. de Nat. D. 2, 42, 106.

Dracon et Solon Atheniensibus leges scripserunt. Victorinus 1. p. 16. — Draconis θεσμοῖς, Lycurgi et Solonis legibus Romanas anteponit L. Crassus: de Or. 1, 44, 197. Cfr. de Rep. 2, 1, 2.

Drepanitani, Drepani incolae. Verr. Accusat. 4, 17, 37.

Drepanum, Siciliae promontorium, ubi Adherbal vicit P. Claudium Pulchrum, consulem a. u. c. 505. Schol. Bob. in Clodium p. 337.

Druidae in Gallia, augurantur. de Divin. 1, 41, 90.

C. Duelius (al. Duellius, al. Duilius) de Rep. 1, 1, 1. — C. Duilius M. F., qui Poenos classe primus devicerat, rediens a coena delectabatur crebro funali et tibicine, quae sibi nullo exemplo privatus sumpserat. Cato 13, 44. — Duellium eum, qui Poenos classe devicit, Bellium nominaverunt, cum superiores appellati essent semper Duellii. Orat. 45, 153. — Pro Plancio 25, 60. Cos. a. u. c. 494.

K. Duilius consul cum L. Papirio Crasso a. u. c. 418. ad Fam. 9, 21, 2.

Duellona, Bellona, Varro LL. 5, 10. p. 78. Item LL. 7, 3. p. 335.

Drusi. Vide in Liviis Drusis.

Drusus Pisaurensis. ad Att. 2, 7, 3.

Dulorestes Pacuvii. Varro LL. 7, 6. p. 385.

Duodecemviros (al. Quindecimviros: al. Decemviros) dicimus Graeco ritu sacra, non Romano facere. Varro LL. 7, 5. p. 366.

Duris Samius, homo in historia diligens, confutatus ab Eratosthene, quod Eupolin ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare tradiderat. ad Att. 6, 1, 18. — Vixit Ptolemaei Philadelphi temporibus. Cfr. Vossium de Histor. Gr. 1, 15. Adde Diodorum Sic. L. 15. p. 373. 374. Ern.

C. Duronius, amicissimus Milonis (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 8, 2.

M. Duronius M. Antonium oratorem de ambitu postulavit. de Or. 2, 68, 274.

Dymaei a Dyma, oppido Achaiae, in quod Pompeius bello piratico magnum numerum piratarum locaverat, ut, quoniam id oppidum mediterraneum esset, a rapinis maritimis abstraherentur. — Dymaeos agro pulsos mare infestum habere nil mirum. ad Att. 16, 1, 3.

Dyrrhachium, libera civitas et in me (exulem) officiosa. ad Fam. 14, 1, 7. — Civitas haec semper a me defensa est. Ibid. 3, 4. — Erat in fide mea. pro Plancio 41, 97. — Dyrrhachium exinanitum a L. Pisone. in Pison. 40, 96. — De Divin. 1, 32, 68.

Dyrrhachini. Eorum vectigal ac portorium totum in L. Pisonis quaestum conversum. (a. u. c. 698.) de prov. cons. 3, 5. — Dyrrhachini, Ciceronis necessarii, quia erant in eius fide. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6. — L. Pisonis statuam afflixerunt, dissiparunt. in Pison. 38, 93.

Dyrrhachinus. Verr. Accusat. 3, 56, 129. Falsa lectio pro Tyracinus.

Eburina iuga ab Eburi, nunc *Eboli*, urbe in media Lucania sita. Sal. Hist. 3. p. 222. Ed. Gerl. min.

Ecbatana. pro lege Manilia 4, 9. Mediae caput, quod Tigranes, Armeniae rex, tenebat. Armenii enim Medis aliquot provincias eripuerunt atque cum his etiam Ecbatana, totius Mediae caput. Vide Graevium ad l. l. Multa de hac urbe lectu digna habet Bochartus in Geogr. S. P. 1, 3, 14., ubi inter alia docet nomen habere a diversicoloribus pinnis septem murorum, quibus cincta erat. Ern. Est tamen lectio prorsus incerta, utpote quae nitatur tantum Naugerii coniectura, atque perquam probabilis Garatonii emendatio e vestigiis librorum petita; *legatos ac litteras*, quam recepi in Ed. minore a. 1835. pro *legatos Ecbatanis*.

Echecrates, Timaeus, Acrio, Pythagorei Locris. de Finn. 5, 29, 87. — Eum etiam Iamblichus aliosque duos eiusdem nominis commemorat inter Pythagoreos c. ult. Vit. Pythag. et Diog. Laërt. 8, 48. Ern.

Echion, pictor incertae patriae, floruit circa Olympiad. 107. Parad. 5, 2, 37. — In eo iam perfecta omnia Brut. 18, 70., quo loco olim legebatur *in Aëtione*. Cfr. Plin. 35, 7 et 10.

Edissa. Verr. Accus. 5, 34, 87. urbs Siciliae cum portu, cuius nemo praeter Ciceronem mentionem fecit. Sed Cluverius ex coniectura legit, Graevius autem e Codd. Reg. et Franc. restituit *Odysseae*, quae urbs fuit ad promontorium Odysseum post Pachynum in australi latere. Sed Bochartus Geogr. S. P. 2. Lib. 1. c. 29. ostendit Edissam esse Phoenicum coloniam, idque nomen a Graecis mutatum in *Odysseam*, non intelligentibus vim nominis, quod locum myrtis frequentem significat, et putantibus ab Ulixe dictam, qui prope eam Hecubae cenotaphium erexit. Ern. Zumptius edidit *Odysseae*.

Edui. Vide Aedui.

Edusa, dea. Varro Fr. p. 319. Bip.

Egeria, nympha. Cum ea Numa collocutus esse fertur. de Legg. 1, 1, 4. — Eadem Numae coniux. Varro Fr. p. 233. Bip. — Egeria Ennio memorata. Varro LL. 7, 3. p. 327.

Egesinus. Acad. 2, 6, 16. vide Hegesinus.

Eggyna civitas. Verr. Accus. 5, 43, 103. falsa lectio pro Enguina.

Egilius. Cum Q. Opimius consularis, qui adolescentulus male audisset, festivo homini Egilio, qui videretur mollior nec esset, dixisset: „Quid tu, Egilia mea? quando ad me venies cum tua colu et lana?" — „Non pol," inquit, „audeo. Nam me ad famosas vetuit mater accedere." de Orat. 2, 68, 277. Hunc locum affert Nonius 3, 52. p. 596. Gothofr. in v. *Colus*. Sed ibi Edd. vett. omnes pro *Egilia* habent *Decilla*; unde Turnebus coniecit *Decium* intelligi, a quo postea tribuno plebi vocatus est in iudicium Opimius. Schuetz. Similiter Scholiastae et Heindorfius accipiunt Horat. Serm. 1, 8, 39. *Iulius et fragilis Pediatia* pro *Pediatius*.

Egnatius. Graviter se acturum cum Aquillio confirmat. (a. u. c. 699.) ad Attic. 4, 12. Idem fortasse cum L. Egnatio.

Cn. Egnatius, homo levis et inconstans, filium exheredavit; ipse a censoribus ex senatu eiectus; filium in senatu retinuerunt. pro Cluentio 48, 135.

L. Egnatius, Q. Ciceronis debitor. ad Att. 7, 18, 4. Ibid. Lib. 10, 15, 4. Lib. 11, 3, 3. Lib. 12, 18, 3. — Commendatur Q. Philippo procos. Asiae. (a. u. c. 700.) ad Fam. 13, 73, 1. et Ep. 74. — Memorantur praeterea Egnatius Sidicinus; (de eius nomine nec nulla nec magna spe sumus.) ad Att. 6, 1, 23. et Egnatius Maximus. ad Att. 13, 34.

L. Egnatius Rufus, eques Romanus, commendatur Quintio Gallio. ad Fam. 13, 43, 1. et 44. — Item Apuleio. Ibid. Ep. 45. — Et Silio: Ibid. Ep. 47. — Viri docti, quantum ex eorum annotationibus intelligo hos omnes Egnatios pro eodem habent.

Ego ad minimum tres distinctos homines puto; unum *Sidicinum*, qui debebat Ciceroni, nomen neque optimum neque pessimum, quod in *Rufum* illum non convenit, hominem divitem et in provinciis magna negotia habentem; alterum, qui *Rufi*, tertium qui *Maximi* cognomen habebat. Nam utrumque cognomen eiusdem esse non putem. Ern.

L. Egnatuleius. Martiae legionis virtutem imitata quarta legio, duce L. Egnatuleio quaestore, civi optimo et fortissimo, C. Caesaris (Octaviani) auctoritatem secuta est (desciscens a M. Antonio.) (a. u. c. 710.) Philipp. 5, 3, 7. Ibid. 15, 39. Ibid. 4, 2, 6. — Decretum a Cicerone propositum, uti ei triennium ante legitimum tempus magistratus petere, capere, gerere liceret. Philipp. 5, 19, 52.

Egritomarus. Vide Aegritomarus.

Elea, Ἐλέα, Ἔλλη, Τέλη, Velea, Velia, Zenonis patria. de Nat. D. 3, 33, 82.

Eleatici philosophi nominabantur a Zenone Eleate. Acad. 2, 42, 129. — Iidem significantur de Or. 3, 5, 20.

Electra, Pleiàs. Arat. v. 270.

Electra, Sophoclis tragoedia, in Latinum conversa ab Attilio. de Finn. 1, 2, 5. — Q. Ciceronis tragoedia. ad Q. Fr. 3, 5, (aliis 6.) 7.

Elei et Thebani: apud eos in amore ingenuorum libido etiam permissam habet et solutam licentiam. de Rep. 4, 4, 4. — Haruspices Elii s. Elei. de Divin. 2, 12, 28.

Elephantine, Nili insula in Thebaide. Varro RR. 1, 7, 6.

Elesiodeluscantum, vocabulum corruptum pro Fonteio 5, 9., in quo latet vel *Elusa*, hodie *Eauze*, vel *Elusio* hodie *Luze*.

Eleusinia mysteria celebrata. de Legg. 2, 14, 36. Vide Athenae. — Eleusinia initia. Varro Fr. p. 375. Bip.

Eleusis s. Eleusin, oppidum Atticae Megaram versus, ad dextram Cephisi ripam, celeberrimum initiis sive mysteriis. — Eleusis sancta illa et augusta. de Nat. D. 1, 42, 119. Libri quidam scripti et Edd. habent *Eleusinam*, ut aliis veterum scriptorum locis; sed eam terminationem Ciceronis aetate iam usitatam fuisse merito addubitat Drakenborch ad Liv. 30, 25. Ern. Adiectivum *Eleusinius*, non *Eleusinus*. Oudendorp. ad Suet. Claud. 25. p. 607. — Audio Appium προπύλαιον Eleusine facere. ad Att. 6, 1, 26.

Eleutherocilices, feri homines et acres. ad Att. 5, 20, 5. ad Fam. 15, 4, 10. — Cilices, qui etiamtunc (a. u. c. 703.) suis legibus utebantur: eorum oppidum Pindenissus captum a Cicerone. Ibid. — Graecis etiam Ἐλευθερῖται dicti; de quibus vide Spanhemium in Orbe Romano Exerc. 2. c. 11. p. 231. et de Usu et Pr. Num. p. 785. Ern.

Elii. Vide Elei.

Elis in Peloponneso familias duas certas habet, Iamidarum unam, alterum Clytidarum, haruspicinae nobilitate praestantes. de Divin. 1, 41, 91. — Veneris primae Elide delubrum vidimus. de Nat. D. 3, 23, 59. — ad Fam. 13, 26, 2.

Elisius. Vide Elysius.

Elorini in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 43, 103. Dicti ab Eloro s. Heloro, hodie *Ceretina*, (al. *Noto*) oppido ad fluvium cognominem.

Elusa, Aquitanorum oppidum. pro Fonteio 5, 9. (Hodie *Eauze*.)

Elusio, oppidum in via, quae a Narbone Tolosam ferebat. pro Fonteio 5, 9. (Hodie *Luze*.)

Elysius, Terinaeus: responsum ei datum in psychomantio de immatura morte Euthynoi filii. Tuscul. 1, 48, 115.

Emathius. de Legg. 2, 3, 7. falsa lectio pro *Amaltheo*.

Empedocles Agrigentinus, physicus egregium poëma fecit. de Or. 1, 50, 217. — Isti physici raro admodum, cum haerent aliquo loco, exclamant quasi mente incitati (Empedocles quidem, ut interdum mihi furere videatur) abstrusa esse omnia, nihil nos sentire, nihil cernere; nihil omnino quale sit posse reperire: maiorem autem partem mihi quidem omnes isti videntur nimis etiam quaedam affirmare plusque profiteri se scire, quam sciant. Acad. 2, 5, 14. — Empedocles nonnemini furere videbatur, at Ciceroni dignissimum rebus iis, de quibus loquitur, sonum fundere; — meliores versus fecit quam Parmenides et Xenophanes. Acad. 2, 23, 74. — Empedocles censuit omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret. de Fato 17, 39. — Agrigentinum doctum quendam virum carmi-

nibus Graecis vaticinatum ferunt, quae in rerum natura totoque mundo constarent quaeque moverentur, ea contrahere amicitiam, dissipare concordiam. Lael. 7, 24. — Empedocles haec pervolgata et nota quattuor (elementa) dixit esse, e quibus omnia gignerentur. Acad. 2, 37, 118. — Empedocles (ex opinione Velleii Epicurei) multa alia peccans, in deorum opinione turpissime labitur. Quattuor enim naturas, ex quibus omnia constare volt, divinas esse censet. de Nat. D. 1, 12, 29. — Empedocles, Democrates, Anaxagoras nihil cognosci, nihil percipi, nihil sciri posse dixerunt. Acad. 1, 12, 44. — Empedocles animum esse censet cordi suffusum sanguinem. Tuscul. 1, 9, 19. Ibid. 17, 41. — Empedocles et Pythagoras, viri maximi et docti, unam omnium animantium condicionem iuris esse denuntiant, clamantque inexpiabiles poenas impendere iis, a quibus violatum sit animal. de Rep. 3, 11, 19. — Empedocles natos homines ex terra ait, ut blitum. Varro Fr. p. 276. Bip. — Contra Empedoclem dixerunt Epicurus et Metrodorus et Hermarchus. de Nat. D. 1, 33, 93. — Empedoclea Salustii vituperantur. ad Q. Fr. 2, 11, 4. — Empedocles floruit a. ante Chr. 455. Quibusdam auctoribus Pythagoram audivit, quod probabile non videtur; sed Parmenidis fuit discipulus. Cfr. Empedoclis Fragmenta ed. F. G. Sturz. Lipsiae 1806. 2 Vol. 8.

Emplatorius, nomen corruptum a Manutio emendatum in M. Plaetorius. ad Fam. 1, 8, 1.

Empylus Rhodius, quae cogitaverat, ad verbum in agendo rettulit. Fragmm. p. 577. (N. 3.)

Endymion. Ne si iucundissimis quidem nos somniis usuros putemus, Endymionis somnum nobis velimus dari, idque si accidat, mortis instar putemus. de Finn. 5, 20, 55. — Endymion, si fabulas audire volumus, ut nescio quomodo in Latmo obdormivit, qui est mons Cariae, nondum, opinor, est experrectus. Tuscul. 1, 38, 92.

Engonasin, sidus. Arat. v. 68. — De Nat. D. 2, 42, 108.

Enguina civitas in Sicilia, Ἐγγύϊον. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Enguini. Matris magnae fanum apud Enguinos est. Verr. Accusat. 4, 44, 97. „Immo fuisse θεῶν μητέρων discimus a Diodoro Sic. 4, 79. et ex narratione Posidonii apud Plutarchum in Marcello 20. Religio e Creta insula originem duxit et tradebantur illae fuisse Iovis nutrices." Zumpt. — Apud Enguinos Mater Idaea augustissimum et religiosissimum templum habuit. Verr. Accusat. 5, 72, 186.

Enna et Ennenses, vide Henna.

Ennius, egens quidam calumniator, mercenarius Oppianici. pro Cluentio 59, 163.

M. Ennius quid egerit de testamento, facias me velim certiorem. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 26, 5. (Corrado hoc nomen suspectum erat.)

Q. Ennius natus a. u. c. 515. Varr. Rudiis, Calabriae oppido. Tuscul. 1, 1, 3. Brut. 18, 73. Quo loco ex aera Fastorum Capitolinorum est *anno urbis c. quartodecimo et quingentesimo*, iam in Cod. D. et in Ed. Romana principe. Osannus autem in Anal. crit. p. 50. volebat *tertio decimo et quingentesimo;* Duentzer in L. Livii Andronici Fragmm. Berolini 1835. 8. p. 5. *decimo et quingentesimo*, ex ea ratione, quam Atticus in numerandis annis urbis secutus sit, qui quattuor annos a Varroniana, tres ab ea ratione, quam in Fastis Capitolinis invenimus, recesserit. Hoc certum est, ex aera Varroniana annum Ennii natalem esse u. c. 515. — Ennius natus Q. Valerio et C. Mamilio coss. a. u. c. 515. Varro Fr. p. 259. Bip. — De Ennio scribit Porcius (Licinius), eum coluisse Tutilinae loca. Varro LL. 5, 34. p. 163. — Ennius, vicinus Ser. Galbae. Eius somnium (cfr. de Rep. 6, 10, 10. Somn. Scip. 1.): *visus Homerus adesse poëta.* Acad. 2, 16, 51. — Ennius cum M. Fulvio Nobiliore in Aetolia militavit: cum civitate donavit illius filius Q. Nobilior, cum triumvir coloniam deduxisset. Brut. 20, 79. — In Aetoliam eum duxit M. Fulvius Nobilior. Tuscul. 1, 1, 3. — Ennius comes M. Fulvii Nobilioris in bello adversus Aetolos. pro Archia 11, 27. — Laudavit M. Lepidi reditum in gratiam cum M. Fulvio Nobiliore. de prov. cons. 9, 20. — Eum superior Africanus dilectum familiarissime, etiam communicato sepulchri honore dicitur in maiorum suorum numerum rede-

gisse. Sepulchrum fuisse traditum extra portam Capenam, mille fere passibus ab Urbe seiunctum. Schol. Bob. pro Archia p. 358. — Carus fuit Africano superiori noster Ennius, itaque etiam in sepulchro Scipionum putatur is esse constitutus e marmore. At iis laudibus certe non solum ipsi, qui laudantur, sed etiam populi Romani nomen ornatur. In caelum Cato tollitur; magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fulvii non sine communi omnium nostrum laude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat, Rudinum hominem, maiores nostri in civitatem receperunt. pro Archia 9, 22. — Quomodo cum Ennio iocatus sit P. Cornelius Scipio Nasica Optimus. de Or. 2, 68, 276. — Ennius C. Sulpicio Gallo praetore, cum Thyesten fabulam docuisset, Q. Marcio, Cn. Servilio coss. (a. u. c. 585.) mortem obiit. Brut. 20, 78. — Ennius Caepione et Philippo iterum coss. (a. u. c. 585.) mortuus est. Annos LXX. natus — tot enim vixit Ennius — ita ferebat duo, quae maxima putantur, onera, paupertatem et senectutem, ut eis paene delectari videretur. Cato 5, 14. — Eximiae eius laudes. Quamquam, ab his cantoribus Euphorionis contemnitur. Tuscul. 3, 19, 45. — Summus poëta. de Or. 1, 45, 198. — Eius versiculi ex tragoedia. Ib. §. 199. — Summus epicus poëta. Opt. gen. or. 1, 2. — Ennio delector, ait quispiam, quod non discedit a communi more verborum. Orat. 11, 36. — Sit Ennius, ut est certe, perfectior Naevio; qui si illum, ut simulat, contemneret, non omnia bella persequens primum illud Punicum acerrimum bellum reliquisset. - - A Naevio sumpsit multa. Brut. 19, 76. — Ennius, Pacuvius, Accius inter se dissimiles. de Or. 3, 7. 27. — Ennius, Pacuvius, Accius non verba, sed vim Graecorum expresserunt poëtarum. Acad. 1, 3, 10. — Ennius multa ab Homero transtulit. de Finn. 1, 3, 7. — Ennius in imitando Euripide lapsus. Varro LL. 7, 5. p. 360. — Euhemerum et interpretatus et secutus est praeter ceteros Ennius. de Nat. D. 1, 42, 119. — Ennius foedus *fidus* scribit dictum. Varro LL. 5, 15. p. 90. — Potentes urbes *imperiosas* dixit. de Rep. 1, 2, 3. — Iram bene Ennius *initium* dixit *insaniae*. Tuscul. 4, 23, 52. — Ennius heroos versus *longos* appellat. de Legg. 2, 27, 68. — Dum palato quid sit optimum iudicat Epicurus, *caeli palatum*, ut ait Ennius, non suspexit. de Nat. D. 2, 18, 49. — Ennius: „*late Saturnia terra.*" Varro LL. 5, 7. p. 48. — Hiatus s. concursio vocalium in illis Ennii: *Scipio invicte!* Orat. 45, 152. — Eius versiculus de simia. de Nat. D. 1, 35, 97. — *Aliquot somnia vera*, inquit, *sed omnia non est necesse.* de Divin. 2, 62, 127. — *Vita vitalis*, ut ait Ennius. Lael. 6, 22. — Aliquot eius versus Her. 4, 12, 18. — Ennii Annales memorantur de Nat. D. 2, 37, 93. — Ennii Annales; eorum perpetuum argumentum. Varro Fr. p. 300. Bip. — Ennius Musas invocavit. Varro RR. 1, 1, 4. — Versus de Ilia ex Annal. Libro 1. de Divin. 1, 20, 40. — Eius versus de Romulo et Remo augurium capientibus. de Divin. 1, 48, 107. — Ennius Tatienses a Tatio, Ramnenses a Romulo ducit. Varro LL. 5, 9. p. 61. — Versiculi ex Annalium Libro 1. de Romulo. de Rep. 1, 41, 64. — Fragm. ex Annal. Lib. 2. de Divin. 2. 39, 82. — Versus ex Annalibus de Pyrrho. de Off. 1, 12, 38. — Versiculus de M'. Curio. de Rep. 3, 3, 6. — Versus ex oratione Appii Caeci. Cato 6, 16. — *Hic*, ut ait Ennius, „*nostri cessere parumper.*" Bell. Hispan. 23. — *Hic*, ut ait Ennius, „*Pes pede premitur, armis teruntur arma.*" Bell. Hispan. 31. — Causa defectionis solis Ennium non fugit, qui, ut scribit anno CCCL. fere post Romam conditam *Nonis Iunis soli luna obstitit et nox.* Ex hoc die - - superiores solis defectiones reputatae sunt, usque ad illam, quae Nonis Quintilibus fuit regnante Romulo. de Rep. 1, 16, 25. — Eius versus, Hannibalis cohortationem exprimentes: *Hostem qui feriet, mihi erit Karthaginiensis, Quisquis erit, cuiati' siet.* pro Balbo 22, 51. — Versus ex Annalibus de Q. Fabio Cunctatore. de Off. 1, 24, 84. — Versus de Q. Fabio Cunctatore. Cato 4, 10. — Versus de M. Cornelio Cethego oratore. Brut. 15, 88. — Testimonium de quaestura M. Catonis. Ibid. §. 60. — *Suadae medullam* dixit M. Cethegum. Cato 14, 50. — Ennii versus ex Annalibus. de Rep. 5, 1, 1. de Divin. 2, 56, 116. Orat. 27, 93. de Invent. 1, 19, 27. ad Fam. 9, 7, 2. de Finn. 2, 32, 106. — *Ausus es hoc ex ore tuo - - ?* ad Att. 6, 2, 8. ad Fam. 7, 13, 2. Offic. 1, 18, 61. de Orat. 3, 42, 167. — Ennii versus ex Epicharmo. Acad. 2, 16, 51.

Ibid. 27, 28. Varro LL. 5, 10. p. 65 et 74. — Ennius (in Epicharmo) principia mundi esse scribit aquam, terram, animam et solem. Varro RR. 1, 4, 1. — Ennii versus, ex Satiris, ut videtur. de Divin. 1, 58, 132. — Ennius in Sota. Varro LL. 5, 10. p. 68. — Sotam Ennianum memorat etiam Fronto Opp. Ed. Rom. p. 93. — Ennii distichon in laudem Africani maioris. Tuscul. 5, 17, 49. — Ennius de Africano, *Hic est ille situs.* de Legg. 2, 23, 57. (Integrum ex Senecae Ep. 19. ita constitutum est: *Hic est ille situs, cui nemo civi' nec hostis Quibit pro factis reddere opr,ae pretium.*) — Ennii versiculi ad T. Quintium Flamininum et de se ipso. Cato 1, 1. — Ennii versus de se ipso. Cato 5, 14. — Versus eius, in quibus se ipse laudat. Brut. 18, 71. — Ennius priscos *cascos* appellat. Tuscul. 1, 12, 27. — Eius versus de Romulo. Ibid. §. 28. — Eius tituli funebres. Ibid. — Versus *O Fides alma.* de Off. 3, 29, 104. — Ennius dixit Cretenses (non *Cretes*). Varro Fragm. p. 189. Bip. — Eius *ἀκροστιχίδες* Q. ENNIUS FECIT. de Divin. 2, 54, 111. — Suo iure noster ille Ennius sanctos appellat poëtas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse videantur. pro Archia 8, 18. — Melior Ennii quam Solonis oratio in versu *Nemo me lacrumis decoret* cet. Tuscul. 1, 49, 117. Ennii tragoediae. Her. 4, 4, 7. — Eius tragoedia Achilles. Schol. Gronov. in Act. II. in Verr. L. 1. p. 403. — Versiculus de Achille tragoedia. pro Sex. Roscio 32, 90. — In Ennio haec fabula inducitur Achillis, quo tempore propter Briseidem cum Graecis pugnare noluit: quo etiam tempore Hector classem eorum incendit. In hac pugna Ulixes volneratus inducitur et fugiens ad Achillem venit. Cum interrogaretur ab Aiace, cur fugisset, ille, ut celaret dedecus suum: *Quis enim volneratus ferro Frugio?* .... Schol. Gronov. ad Roscianam p. 434. — Ennii Aiax. de Off. 1, 31, 114. — Versiculus ex eius Alcmaeone. de Or. 3, 38, 154. de Finn. 5, 11, 31. Tusc. 4, 8, 19. Acad. 2, 27, 88. Ibid. 28, 89. de Finn. 4, 23, 62. Acad. 2, 16, 51. de Orat. 3, 58, 219. — Ennii Andromacha. de Divin. 1, 13, 23. — Versus de eius Andromacha. pro Sestio 57, 121. (cfr. Edit. meam minorem.) de Or. 3, 26, 102. Ibid. 3, 58, 217. Tuscul. 1, 44, 105. Tuscul. 1, 21, 48. Ibid. 35, 85. Tuscul. 3, 19, 44 et 23, 53. Orat. 27, 93. — Fragmentum ex Andromeda. Varro LL. 5, 3. p. 28. — Ennii Cassandra. Orat. 46, 155. — Versus de Cresphonte. Herenn. 2, 25, 38. 4, 1, 2. de Invent. 1, 49, 91. — Ennii versus (ut putat Hermannus *Opusc.* Vol. 3. p. 128.) ex Eumenidibus. Tuscul. 1, 28, 69. — Versus ex Hecuba. Tuscul. 1, 16, 37. de Finn. 2, 13, 41. de Orat. 3, 40, 162. Ibid. 58, 219. — Versus ex Iliona. Tuscul. 2, 19, 44. — Versus de Iphigenia. de Divin. 2, 13, 30. — Ex eadem Achillis verba cet. de Rep. 1, 18, 30. Ibid. 32, 49. — Ennii Medea. de Finn. 1, 2, 4. — Initium Medeae. de Fato 15, 35. pro Caelio 8, 18. de Finn. 1, 2, 5. de Nat. D. 3, 30, 75. Topic. 16, 61. de Inv. 1, 49, 91. Tusc. 4, 32, 69. ad Herenn. 2, 22, 34. de Oratore 3, 58, 217. de Invent. 1, 19, 27. de Officiis 3, 15, 62. ad Famil. 7, 6. Orator 46, 155. de Natura Deor. 3, 25, 66 et 67. Tuscul. 1, 20, 45. Tuscul. 3, 26, 63. — Ennii Neoptolemus. de Or. 2, 37, 156. Item Tuscul. 2, 1, 1. — Versus de Phoenissis. de Off. 1, 8, 26. — Fragmentum ex Ennii Sabinis. Iulius Victor p. 224. — Versus ex Telamone. ad Fam. 9, 26, 2. de Nat. D. 3, 32, 79. Tuscul. 3, 13, 28. Ibid. 18, 39. Ibid. 19, 44. Ibid. 24, 58. — Ennii fragmentum ex Telamone, ut opinantur plerique, et, ut puto recte, propter vv. *magno plausu loquitur, assentiente populo;* ut Giese volt, e Satiris. de Divin. 2, 50, 104. (Alia ratio est L. 1, 58, 132.) — Versus de Thyeste. in Pison. 19, 43. Tuscul. 1, 44, 107. de Orat. 3, 41, 164. de Off. 2, 7, 23. Tuscul. 3, 12, 26. — Versiculus ex Thyeste: *Aspice hoc.* de Nat. D. 2, 2, 4. Ibid. 25, 65. Ibid. 3, 4, 10. Orat. 55, 184. — Ennii fragm. Hecubae. Varro LL. 7, 2. p. 287. — Andromachae. Ibid. p. 288. — Medeae. ib. p. 292. anon. ib. p. 297. ib. p. 306. p. 307. Lib. 7, 3. p. 315. p. 319. p. 320. (ex Medea) p. 321. — p. 322. — p. 327. p. 328. — p. 332. p. 333. p. 334. p. 352. p. 353. p. 364. p. 366. p. 369. p. 370. p. 377. p. 379. p. 380. — *solui* scribit Ennius, non, ut dicit volgus, *solitus sum.* 9, 61. p. 535. 10, 3. p. 583. — Fragmm. p. 202. Bip. Ibid. p. 265. Ibid. p. 279. Ibid. p. 350. — Euhemeri libri ab Ennio versi, Varro RR. 1, 48, 2. Ibid. 3,

4, 2. — Ennii versus ex tragoediis incertis. Tuscul. 4, 33, 70. de Divin. 2, 26, 57. — Ennii versiculi. Orat. 47, 157 et 160. Orat. 51, 171. de Or. 2, 54, 222. ad Att. 2, 19, 2. ad Att. 15, 7. de Rep. Fragmm. incert. N. 12 et 13. — Ennii versus: *Nemo me lacrumis decoret neque funera fletu Faxit.* Cato 20, 73. — Ennii versus? de Off. 1, 16, 51. Varro LL. 5, 1. p. 21. Ibid. 5, 2. p. 25. LL. 5, 4. p. 32. LL. 5, 10. p. 64. (65.) 66. de Off. 1, 39, 139. de Off. 2, 18, 62. — Ennii versus: *Amicus certus in re incerta cernitur.* Lael. 17, 64. — Eius fragmentum: *animus aeger semper errat* cet. Tuscul. 3, 3, 5. Varro LL. 5, 22. p. 115. LL. 5, 36. p. 180. LL. 6, 2. p. 189. LL. 6, 7. p. 237 et 238. LL. 6, 7. p. 257. Cap. 8. p. 258 et 260. — Cfr. etiam Opt. gen. or. 6, 18. de Or. 1, 34, 154. Orat. 31, 109. — Quod Ernestius et Schuetzius Ennio tribuunt versiculos Euripidis servatos nobis a Galeno de Dogm. Hippocr. et Platon. Lib. 4, 7. Vol. 5. p. 418. Ed. Kühn. *Εἰ μὲν τόδ' ἦμαρ πρῶτον ἦν κακουμένῳ Καὶ μὴ μακρὰ διὰ πόνων ἐναυστόλουν, Εἰκὸς σφαδάζειν ἦν ἂν ὡς νεόζυγα Πῶλον χαλινὸν ἀρτίως δεδεγμένον, Νῦν δ' ἀμβλύς εἰμι καὶ κατηρτυκὼς κακῶν*, ut totum genus dicendi et versiculorum tenor docet, a Cicerone ipso in Latinum conversi sunt Tuscul. 3, 28, 67., non ex Ennii aliqua tragoedia desumpti.

Entellini, incolae oppidi Entellae in Sicilia ad Crimissum; homines summi laboris summaeque industriae. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Epaminondas Thebanus „haud scio an summus vir unus omnis Graeciae;" — institutus a Lyside Pythagoreo: (id quod tamen temporum rationi videtur repugnare.) de Or. 3, 34, 139. — Epaminondas discipulus Lysidis Pythagorei. de Off. 1, 44, 155. — Epaminondas imperatoris exemplum. de Or. 1, 48, 210. — Thebani oratores nulli, nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet. Brut. 13, 50. — Epaminondas in epigrammate sic gloriatus est: *Consiliis nostris laus est attonsa Laconum.* Tuscul. 5, 17, 49. — Epaminondas, princeps meo iudicio Graeciae, fidibus praeclare cecinisse dicitur. Tuscul. 1, 2, 4. Ibid. 15, 33. — Epaminondas Cleombrotum Leuctris devicit. de Off. 1, 24, 84. — Animosa eius mors in pugna Mantineensi. de Finn. 2, 30, 97. — Num tum ingemuisse Epaminondam putas, cum una cum sanguine vitam effluere sentiret? Imperantem enim patriam Lacedaemoniis relinquebat, quam acceperat servientem. Tuscul. 2, 24, 59. — Quem nostrûm ille moriens apud Mantineam Epaminondas non cum quadam miseratione delectat? qui tum denique sibi avelli iubet spiculum, posteaquam ei percontanti dictum est clipeum esse salvum. ad Fam. 5, 12, 5. — Epaminondas, a rhetoribus tractatus. de Inv. 1, 33, 55. Ibid. 1, 38, 69. de Finn. 2, 19, 62. — Victorinus 1. p. 100. 104. — Tuscul. 1, 46, 110. Ibid. 49, 116.

Epeus fumificus, cocus apud Plautum, ab Epeo illo, qui dicitur ad Troiam fecisse equum Troianum et apte cibum curasse. Varro LL. 7, 3. p. 324.

Ephesii. Quid arbitramini Ephesios merere velle, ut amittant Alexandrum? (*τὸν κεραυνοφόρον* in templo Dianae Ephesiae, ab Apelle pictum. Plin. H. N. 35, 10, 36.) Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Ephesii expulerunt Hermodorum propter eius praestantiam. Tuscul. 5, 36, 105.

Ephesius praetor. Mihi Graeci quasi Ephesio praetori se alacres obtulerunt. a. u. c. 703. ad Att. 5, 13, 1.

Ephesus nobilissima Asiae urbs. — Fanum Dianae eiusque asylum. Verr. Accusat. 1, 33, 85. — Ephesi a fano Dianae depositas antiquitus pecunias P. Metellus Scipio tolli iubebat. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 33. — Tim. Cap. 1. p. 496.

Ephori quinque Spartae constituti regnante Theopompo; comparantur cum tribunis plebi. de Rep. 2, 33, 58. — Ephori Lacedaemone a Theopompo oppositi regibus. de Legg. 3, 7, 15.

Ephorus et Theopompus, ab Isocrate magistro compulsi se ad historiam contulerunt; causas omnino nunquam attigerunt. de Or. 2, 13, 57. Ibid. 23, 94. — Ephorus, Isocratis discipulus. Orat. 51, 172. — Isocrates dixit de Ephoro et Theopompo: „alter (Ephorus) frenis eget, alter (Theopompus) calcaribus." ad Att. 6, 1, 12. — Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi et lenissimo Ephori

dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Brut. 56, 204. — Quomodo institutus ab Isocrate? de Or. 3, 9, 36. — Quid Ephoro mitius? Fragmm. p. 479. — Ephorus, levis ipse orator, sed profectus ex optima disciplina, paeona sequitur aut dactylum. Orat. 57, 191. et 192; item §. 194. — Ephori iudicium de paeone. Orat. 64, 218. — Ephorus de numeris scripsit. Rufinus p. 191.

Epicharmus acutus, nec insulsus homo, ut Siculus. Eius sententia: *Emori nolo: sed me esse mortuum nihil aestumo.* Tuscul. 1, 8, 15. — „Vafer ille Siculus." Eius versiculus: *Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν· ἄρθρα ταῦτα τᾶν φρενῶν.* ad Att. 1, 19, 8. — *Ἐπιχαρμεῖον* illud teneto: nervos atque artus esse sapientiae non temere credere. Q. Cic. de Pet. C. 10, 39. — Eius praeceptum: *γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται.* ad Q. Fr. 3, 1, 7, 23. — Epicharmi apud Ennium versus. Varro LL. 5, 10. p. 65 et 74. — Vide Ennius. — Siculus a Cicerone dicitur, quia vix trimestris e patria in Siciliam venit. Est enim insula Co natus. Pythagoreus fuit et simul comicus poëta, et quidem veteris comoediae. Vitam produxit usque ad tempus Hieronis tyranni a. ante Chr. 477. Cfr. Marmor Parium N. 56. Iamblich. Vit. Pythag. 29. Diog. Laërt. 8, 78. — Acad. pr. 2, 16, 51. Epicharmus est poëma Ennii, ex Epicharmi libro de rerum natura in Latinum conversum. — Epicharmi Fragmenta collegit H. Polman Krusemann. Harlemi 1835. 8.

Epicleros fabula Caecilii Statii. Lael. 26, 99.

Epicrates tecto nomine dicitur Pompeius Magnus ad Att. 2, 3, 1.

Epicrates et Sosippus fratres Agyrinenses: quomodo vexati a Verre: Verr. Accusat. 2, 9, 25.

Epicrates, princeps Atheniensium, quocum multum erat M. Cicero filius a. u. c. 710., ut ipse scribit ad Fam. 16, 21, 5.

Epicrates Bidinus, hereditate spoliatus a C. Verre. Verr. Accusat. 2, 22, 53.

Epictetus, s. Phrygia minor. ad Fam. 3, 10, 6. Sine causa ibi vv. *nimirum ex Epicteto* omissa in Edd. aliquot vett. deleverunt Manutius et Lambinus.

Epicurei. Epicurei num desistunt de eisdem, de quibus et ab Epicuro scriptum est et ab antiquis, ad arbitrium suum scribere? de Finn. 1, 2, 6. — Epicurei plures volunt esse caelos. Fragmm. p. 480. — Enuntiationes aliquas nec veras nec falsas esse dicebant. de Fato 16, 37. — Epicurei dicunt virtutem expeti ipsam propter voluptatem. Victorinus II. p. 171. — Epicurei literas fere negligere solent. in Pison. 29, 70. — Minime aptum ad dicendum genus. Brut. 35, 131. — Epicurum et Metrodorum nemo fere praeter suos in manus sumit. Tuscul. 2, 3, 8. — Epicurei deridentur pro Sestio 10, 23. — Cur tam multi sint Epicurei? Quia scilicet voluptatis nomen multos allicit. de Finn. 1, 7, 25. — Epicuri imaginem non modo in tabulis, sed etiam in poculis et in anulis habent Epicuri. de Finn. 5, 1, 3. — Epicurei, „qui voluptate omnia metiuntur", reprehensi. de Or. 3, 17, 62 et 63. — Epicurei societatis rei publicae partem nec norunt ullam neque unquam nosse voluerunt. de Legg. 1, 13, 39. — Epicurei Romani (Amafinius, Rabirius, Catius) tanguntur Tuscul. 1, 3, 6. — Epicurei Latini: ipsi profitentur se neque distincte neque distribute neque eleganter neque ornate scribere. Tuscul. 2, 3, 7 et 8. — Epicurei Latini derisi. Tuscul. 4, 3, 6. (Tuscul. 1, 31, 77.)

Epicurus Gargettius, natus a. ante Chr. 341., pueritiam Sami egit, ubi pater eius inter colonos Atheniensium erat; annos natus 18. Athenas venit, 32. annos natus Mitylenis et Lampsaci docere coepit; quinto post anno Athenas reversus ibique per annos 36. usque ad mortem, quam septuagesimo secundo aetatis anno obiit, decessit a. ante Chr. 270. — Mortuus, cum duo et septuaginta annos vixisset, archonte Pytharato. de Fato 9, 19. — Philosophus fuit nobilis, a quo non solum Graecia et Italia, sed etiam omnis barbaria commota est. de Finn. 2, 15, 49. — Quis, quaeso, illum negat et bonum virum et comem et humanum fuisse? de Finn. 2, 25, 80. — Epicurus ironiam Socraticam reprehendit, cui non assentior. Brut. 85, 292. — Epicurus, homo non aptissimus ad iocandum minimeque resipiens patriam. de Nat. D. 2, 17, 46. — Dum palato quid sit optimum iudicat, caeli palatum, ut ait En-

nius, non suspexit. Ibid. 18, 49. — Epicurus se unus, quod sciam, sapientem profiteri est ausus: nam Metrodorum non puto ipsum professum, sed cum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse. de Finn. 2, 3, 7. — Epicurus gloriatus est in scriptis se magistrum habuisse nullum. Xenocratem audire potuit; et sunt, qui putent audivisse; ipse non volt. Pamphilum quendam, Platonis auditorem, ait a se Sami auditum; ibi enim adolescens habitabat cum patre et fratribus, quod in eam Neocles agripeta venerat; sed, cum agellus eum non satis aleret, ludi magister fuit. Sed huncPlatonicum mirifice contemnitEpicurus. In Nausiphane Democriteo tenetur, quem cum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. de Nat. D. 1, 26, 72 et 73. — Epicuri κυρίαι δόξαι, id est, quasi maxime ratae, quia gravissimae sint ad beate vivendum, breviter enuntiatae sententiae. de Finn. 2, 7, 20. — Locus ex iis. Ibid. §. 21. (cfr. Diog. Laërt. 10, 142.) — Alius locus ex iisdem. de Finn. 2, 31, 100. — Video nonnullis videri Epicurum, ne in offensionem Atheniensium caderet, verbis reliquisse deos, re sustulisse. Itaque in illis selectis brevibusque sententiis, quas appellant Epicurei κυρίας δόξας, haec prima sententia est: *Quod beatum et immortale est, id nec habet nec exhibet cuiquam negotium.* de Nat. D. 1, 30, 85. — Eius locus apud Diog. Laërt. 10, 148. in Latinum conversus. de Finn. 1, 20, 68. — Eius epistola ad Hermarchum. de Finn. 2, 30, 96. — Eius liber de voluptate. de Divin. 2, 27, 59. — De sanctitate, de pietate adversus deos libros conscripsit. At quo modo in his loquitur? Ut Coruncanium aut Scaevolam, pontifices maximos, te audire dicas, non eum, qui sustulerit omnem funditus religionem, nec manibus, ut Xerxes, sed rationibus deorum immortalium templa et aras everterit. de Nat. D. 1, 41, 115. — Etiam liber est Epicuri de sanctitate. Ludimur ab homine non tam faceto quam ad scribendi licentiam libero. Ibid. 44, 123. — Epicuri liber de summo bono (περὶ τέλους), qui continet omnem eius disciplinam: loci ex eo a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 3, 18, 41. — Liber ille confertus voluptatibus. Ibid. 19, 44. — Ab Epicuro video dici multa severe, multa praeclare. Itaque de acumine agitur eius, non de moribus. Ibid. 20, 46. — Epicurum et Metrodorum non fere praeter suos quisquam in manus sumit. Tuscul. 2, 3, 8. — Epicurus Democriti fontibus hortulos suos irrigavit. de Nat. D. 1, 43, 120. — Democrito adiicit perpauca, mutans; sed ita ut ea, quae corrigere volt, depravare videatur. - - In quibus sequitur Democritum, non fere labitur. de Finn. 1, 6, 17 et 18. Ibid. §. 20 et 21. — Epicurus invenit, quod videlicet Democritum fugerat: ait atomum, cum pondere et gravitate directo deorsum feratur, declinare paullulum. de Nat. D. 1, 25, 69. — Omnes sensus veri nuntios dixit esse. Ibid. §. 70. — Democritus simulacra et Epicurus imagines (deorum) inducens quodam pacto negat esse deos. de Nat. D. 2, 30, 76. — Sunt, qui omnia naturae nomine appellent, ut Epicurus, qui ita dividit, omnium quae sint naturam esse corpora et inane quaeque his accidant. Ibid. 32, 82. — Epicurus, Democritus infinita principia dixerunt. Varro LL. 6, 5. p. 219. — Epicurum in physicis quidem Democritium puto; pauca mutat vel plura sane. At cum e plurimis eadem dicit, tum certe de maximis. de Finn. 4, 5, 13. — Quae ille Gargettius et iam ante Democritus εἴδωλα, Catius *spectra* nominabat. ad Famil. 15, 16, 1. — Physica, si Epicurum, id est, Democritum probarem, possem scribere ita plane, ut Amafinius. Acad. 1, 2, 6. cfr. Ibid. §. 7. — Epicurus contumeliosissime Aristotelem vexat, Phaedoni Socratico turpissime male dixit, Metrodori, sodalis sui, fratrem, Timocratem, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit, in Democritum ipsum, quem secutus est, fuit ingratus, Nausiphanem, magistrum suum, a quo nihil didicerat, male accepit. de Nat. D. 1, 33, 93. — Epicurum Stoici male accipiunt, quia dicat στραγγουρικὰ καὶ δυσεντερικὰ πάθη sibi molesta esse: quorum alterum, morbum edacitatis esse putant, alterum etiam turpioris intemperantiae. ad Fam. 7, 26, 1. — Vellem aut ipse doctrinis fuisset instructior (est enim non satis politus iis artibus, quas qui tenent eruditi appellantur) aut ne deterruisset alios a studiis. de Finn. 1, 7, 26. — Quamquam Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta

neglexit, oratio me istius philosophi non offendit; nam et complectitur verbis, quod volt, et dicit plane, quod intelligam cet. de Finn. 1, 5, 14 et 15. — Epicurus minime obscure loquitur. de Finn. 2, 5, 15. — Multa praeclare saepe dicit: quam enim sibi constanter convenienterque dicat, non laborat. Tuscul. 5, 9, 26. — Epicurus sentit nihil unquam elegans, nihil decorum. de Divin. 1, 30, 62. — Ad Aristippi enervatam muliebremque sententiam satis docilem se Epicurus praebuit. Tuscul. 2, 6, 15. — Ex eius doctrina atomi quandam vim motus habent gravitatis et ponderis: (in quo eius sententia differt a Democritia.) de Fato 20, 46. — Quae est gens aut quod genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam deorum? quam appellat πρόληψιν Epicurus (quam antea nemo eo verbo nominarat) cet. Cuius rationis vim atque utilitatem ex illo caelesti Epicuri de regula et iudicio volumine accepimus (loquitur Velleius Epicureus). Epicuri sententia de natura deorum. de Nat. D. 1, 16, 43. seqq. — Epicurus deos ex atomis esse credidit. Varro Fr. p. 214. Bip. — Epicurus: primum eius caput, „Nihil curare deum nec sui nec alieni." de Legg. 1, 7, 21. — Omnibus superstitionis terroribus (loquitur Velleius Epicureus), ab Epicuro soluti et in libertatem vindicati nec metuimus deos, quos intelligimus nec sibi fingere ullam molestiam nec alteri quaerere et pie sancteque colimus naturam excellentem atque praestantem. de Nat. D. 1, 20, 56. — Dii, ut dixit Epicurus, neque propitii cuiquam esse solent neque irati. in Pison. 25, 59. — Epicurus deos iocandi causa induxit perlucidos et perflabiles et habitantes tamquam inter duos lucos, sic inter duos mundos, propter metum ruinarum: eosque habere putat eadem membra quae nos, nec usum ullum habere membrorum. de Divin. 2, 17, 40. — Monogrammos deos et nihil agentes commentus est. de Nat. D. 2, 23, 59. — Epicurus ex animis hominum extraxit radicitus religionem, cum diis immortalibus et opem et gratiam sustulit. de Nat. D. 1, 43, 121. — Epicurus de diis immortalibus non magno opere pugnat: tantummodo negare deos esse non audet, ne quid invidiae subeat aut criminis. de Nat. D. 3, 1, 3. — In libro quinto de natura deorum Posidonius disseruit, nullos esse deos Epicuro videri, quaeque is de diis immortalibus dixerit, invidiae detestandae gratia dixisse. de Nat. D. 1, 44, 123. — Epicurus balbutiens de natura deorum etiam divinationem sustulit. de Divin. 1, 3, 5. Ibid. 39, 87. — Nihil tam irridet quam praedictionem rerum futurarum. de Nat. D. 2, 65, 162. — Epicurus fatum extimescit et ab atomis petit praesidium easque de via deducit. de Fato 9, 18. Cfr. Ibid. 10, 21. — Epicurus in altera philosophiae parte, quae λογικὴ dicitur, plane inermis et rudis est. de Finn. 1, 7, 22. — Epicurus qua ratiocinatione probarit, omne esse infinitum? de Divin. 2, 50, 103. — Epicurus explicatione naturae ideo dumtaxat utitur, ut pellatur mortis et religionis metus. de Finn. 4, 5, 11. — Eius intermundia. de Nat. D. 1, 8, 18. — Epicurus posse putat etiam minorem esse solem, quam videatur, sed non multo; nec maiorem quidem multo putat esse vel tantum esse, quantus videatur. Acad. 2, 26, 82. cfr. Ibid. 39, 123. — Epicurus omne iudicium in sensibus et in rerum notitiis et in voluptate constituit. Acad. 2, 46, 142. — Caput (κυρία δόξα) est Epicuri: *si ullum sensus visum falsum est, nihil potest percipi.* Acad. 2, 32, 101. — Epicurus eo rem dimittit, si unus sensus semel in vita mentitus sit, nulli unquam esse credendum. Acad. 2, 25, 79. — Epicurus quidquid videtur tale dicit esse, quale videatur. Acad. 2, 7, 19. — Ab Epicuro, qui totam dialecticam et contemnit et irridet, non impetrant dialectici, ut verum esse concedat, quod ita effabimur: *Aut vivet cras Hermarchus aut non vivet.* Acad. 2, 30, 97. — Totam evertit dialecticam. Ibid. — Qui voluit subvenire erroribus Epicurus, (is qui videtur conturbare veri cognitionem, dixitque sapientis esse, opinionem a perspicuitate seiungere,) nihil profecit; ipsius enim opinionis errorem nullo modo sustulit. Acad. 2, 14, 45. — Epicurus dicit ne argumentandum quidem esse de voluptate, quod sit positum eius iudicium in sensibus. de Finn. 3, 1, 3. — Verum et simplex bonum, quale sit, se negat omnino Epicurus sine voluptatibus sensum moventibus nec suspicari. Acad. 1, 2, 7. — Epicuri finis, nihil bonum, nisi voluptatem. Tuscul. 5, 30, 84. Ibid.

51, 87 et 89. — Negat Epicurus iucunde posse vivi, nisi cum virtute vivatur: negat ullam in sapientem vim esse fortunae; tenuem victum antefert copioso, negat ullum esse tempus, quo sapiens non beatus sit. Omnia philosopho digna, sed cum voluptate pugnantia. Tuscul. 3, 20, 49. — Epicurus, Hieronymus omnino virtutem a bonorum fine segregavit. de Finn. 4, 18, 49. — Epicurus testatur se ne intelligere quidem ullum bonum, quod sit seiunctum a delicatis et obscoenis voluptatibus; quas quidem non erubescens persequitur omnes nominatim. de Nat. D. 1, 40, 111. — „Titillatio" Epicuri verbum est. Ibid. §. 112. — Non minor, inquit, voluptas percipitur ex vilissimis rebus quam ex pretiosissimis. de Finn. 2, 28, 91. — Quae minimae sint voluptates, eas dicit obscurari saepe et obrui. de Finn. 4, 12, 29. — Profecto Epicurus, quasi pueri delicati, nihil cessatione melius existimat. de Nat. D. 1, 36, 102. — Maius dicit esse malum mediocrem dolorem quam maximum dedecus; in ipso enim dedecore mali nihil esse, nisi sequantur dolores. Tuscul. 2, 12, 28. — Epicuro placet opinionem mali aegritudinem esse natura cet. Tuscul. 3, 13, 28. Ibid. 15, 32. — Sunt qui in consolando abducant a malis ad bona, ut Epicurus. Tuscul. 3, 31, 76. — Quamvis multis locis dicat Epicurus, sicuti dicit, satis fortiter de dolore, tamen non id spectandum est quid dicat, sed, quid consentaneum sit ei dicere, qui bona voluptate terminaverit, mala dolore. de Off. 3, 33, 117. — Epicurus exiguam dicit fortunam intervenire sapienti. de Finn. 1, 19, 63. — Idem dicit: omnium rerum, quas ad beate vivendum sapientia comparaverit, nihil esse maius amicitia, nihil uberius, nihil iucundius. Epicurus una in domo et ea quidem angusta quam magnos quantaque amoris conspiratione consentientes tenuit amicorum greges! quod fit etiamnunc ab Epicureis. (Torquatus est qui loquitur.) Ibid. 20, 65. — Epicurus non sine causa ausus est dicere, semper in pluribus bonis esse sapientem, quia semper sit in voluptatibus. Ex quo effici putat ille, ut sapiens semper beatus sit. Tuscul. 5, 38, 110. — Epicurus suum peritissimum voluptatum aucupem sapientem esse contendit. Fragmm. p. 470. — Epicuro etiam, si diis placet, videtur semper sapiens beatus. Tuscul. 5, 10, 31. — Epicuri est sententia: bona praeterita non effluere sapienti, mala meminisse non oportere. de Finn. 2, 32, 104. — Epicuri exclamationes: Sapiens in Phalaridis tauro si erit, dicet, quam suave est hoc! quam hoc non curo! Tuscul. 2, 7, 17. — Epicurus, homo minime malus vel potius vir optimus; tantum monet, quantum intelligit. Neglige, inquit, dolorem. Si summus dolor est, necesse est brevem esse cet. Tuscul. 2, 19, 44. — Epicurus dixerit hoc idem ac Zeno, semper beatum esse sapientem; quod quidem solet ebullire nonnunquam. Quem quidem, cum summis doloribus conficiatur, ait dicturum, quam suave est, quam nihil curo! de Finn. 5, 27, 80. — Epicurus dicit, sapientem, etiam si in Phalaridis tauro inclusus, succensis ignibus torreatur, dicturum tamen suave illud esse seque ne tantulum quidem moveri. in Pison. 18, 42. — Epicuro, qui tantummodo induit personam philosophi et sibi ipse hoc nomen inscripsit, dicere licuit, nullum sapienti esse tempus, etsi uratur, torqueatur, secetur, quin possit exclamare, *Quam pro nihilo puto!* Tuscul. 5, 26, 73. — Epicurus cupiditatum genera divisit, non nimis fortasse subtiliter, utiliter tamen: partim esse naturales et necessarias, partim naturales et non necessarias, partim neutrum. Tuscul. 5, 33, 93. — Stoici amorem negant stupri esse (dicebant scil. amorem μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας) et in eo litigant cum Epicuro, non multum, ut opinio mea fert, mentiente. Tuscul. 4, 33, 70. — Epicurus acerbe tangitur. Cato 13, 43. Tuscul. 1, 34, 82. — Epicuri parietinas sibi concedi optabat Patro Epicureus (a. u. c. 703.) ad Fam. 13, 1, 3. — Scilicet testamento successoribus suis Epicureis hortum suum et aedes legaverat, deinde C. Memmius emit repetente Patrone. — Epicuri disciplina nunc est notior, quam Aristippi: neque tamen cum Cyrenaicis de ipsa voluptate consentiens. Acad. 2, 42, 131. — Epicurus primo compito dextimam viam munit. Varro Fr. p. 300. Bip. — Interest inter Epicurum et ganeones nostros. Varro Fr. p. 291. Bip. — Varro Fr. p. 328. Bip.

Epidaurus, oppidum Argolidis; ibi Aesculapius cultus. de Nat. D. 3, 34, 83. — Memoratur etiam ad Fam. 4, 12, 1.

Epigenes Rhodius de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Epigoni, Aeschyli tragoedia. Tuscul. 2, 25, 60. — Item Accii fabula. de Off. 1, 31, 114. Opt. gen. or. 6, 18. — In iis tractabatur argumentum secundi belli Thebani ab Ἐπιγόνοις, filiis septem principum, patrum, qui in primo occiderant, ulciscendorum causa gesti.

Epimenides Cres concitatione quadam animi futura praesensit. de Divin. 1, 18, 34. — Eo suadente, Cylonio scelere expiato, (a. ante Chr. 596.) Athenienses fecerunt Contumeliae fanum et Impudentiae. de Legg. 2, 11, 28. — Epimenides post annos L. experrectus a multis non cognoscitur. Varro LL, 7, 1. p. 284. — Cfr. Plutarch. Sol. 12. Diog. Laërt. 1, 110. C. F. Heinrich Epimenides aus Kreta. Leipzig 1801. 8.

Epiphanea: ad Fam. 15, 4, 7. Ciliciae campestris oppidum ad Amanum montem, diversum ab eo, quod inter Arethusam et Larissam Syriae fuit. Plin. 5, 23.

Epiroticae familiae (mancipiorum) propter cognationes inter se sunt illustriores et cariores. Varro RR. 1, 17, 5.

Epirus, regio Graeciae ad mare Ionium, excisa a L. Pisone. in Pison. 40, 96. — Pecuariae ibi magnae. Varro RR. 2. Praef. 7. — Hinc *Epiroticus* ad Att. 1, 5, 7. et *Epirotes* Thyamis fluvius, de Legg. 2, 3, 7.

Eporedia, hodie *Ivrea*, colonia Romanorum in Gallia Transpadana, Sibyllinis libris a populo Romano condi iussa in faucibus Salassorum vallis inter Vercellas et Vitricium (hodie *Verres.*) De diversa scribendi ratione vide Interpretes ad Antonini Itiner. p. 345. Ern. ad Fam. 11, 23, 2.

M. Eppius M. F. ad Fam. 8, 8, 5 et 6. (ubi volgo est corrupte *M. Oppius.* Cfr. Script. Bell. Afric. C. 89.) — M. Eppius, Pompeianus a. u. c. 705., vigilans homo et industrius. ad Att. 8, 11. B., 1. — Ei vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 89.

Eppuleia, uxor T. Ampii Balbi. ad Fam. 6, 12, 3. — *Eppuleia* est etiam in inscript. apud Fabrett. p. 310. *Eppuleius* apud Murator. Inscr. p. 315. N. 2. Inter *Appuleius* et *Eppuleius* variant libri in Servio ad Virg. Aen. 8, 275. apud P. Burmannum. Ern.

Epulones tres viros pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem esse voluerunt. de Or. 3, 19, 73. — Epulones Iovis Optimi Maximi ad pontifices, si quid est praetermissum aut commissum, afferunt. de Harusp. resp. 10, 21.

Equiria ab equorum cursu in Martio campo. Varro LL. 6, 3. p. 196.

Equitius; nomen ab *equo*. Varro RR. 2, 1, 10.

L. Equitius, Gracchus insitivus. pro Sestio 47, 101. Vide Sempronius Gracchus. — (L. Equitius) „ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus," interfectus cum Saturnino. pro C. Rabirio perd. 7, 20.

N. Equitius Cupes, latro. Varro Fr. p. 213. Bip.

Equotuticus (al. *Equustuticus*), oppidum Samnii. — „Litteras Equotutico datas." ad Att. 6, 1, 1., ubi dubium est, an casu recto Ciceroni fuerit Equotuticus, an Equustuticus. Horatio Sat. 1, 5, 87. est *oppidulum, quod versu dicere non est.* — Dicitur etiam Aequum Tuticum, item Tuticum simpliciter. Vide Wesseling ad Antonini Itiner. p. 105. Ern.

Equus, sidus. Arat. v. 209. 289. de Nat. D, 2, 43, 111. Ibid. 44, 112.

Equus Troianus, tragoedia Livii Andronici. ad Fam. 7, 1, 2. Ibid. 16, 1. pro Caelio 28, 67.

Er Pamphylius: eius reditus in vitam. de Rep. 6, 3, 3. Ibid. 6, 6. Ibid. 7, 7. — Er, Pamphylius, ut ait Plato, rogo impositus revixit multaque de inferis secreta narravit. Eulogius p. 401. (Ἀπόλογος Ἠρὸς τοῦ Ἀρμενίου, τὸ γένος Παμφύλου. Plato de Rep. 10. p. 614. B.)

Erana, non vici instar, sed urbis, Amani montis caput. ad Fam. 15, 4, 9.

Eratosthenes. Ab eo orbis terrae divisus est in duas partes. Varro RR. 1, 2, 3. — Quis non dixit Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade navigante in Sicilia deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim quas ille post id tempus

fabulas docuerit. Num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? ad Att. 6, 1, 18. — Eratosthenes valde a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur: quid censes, si Tyrannio accesserit? ad Att. 2, 6, 1. — Varro Fragment. p. 217. Bip. — Eratosthenes Geographica scripsit. Ea sibi Cicero proposuerat, cum Geographica scribere susciperet; valde reprehendebatur a Serapione et Hipparcho, de cuius disputatione adversus Eratosthenem vide Strab. 1. p. 15. Cyrenaeus fuit, discipulus Aristonis Chii, insigni eruditione vir. Vixit Alexandriae tempore Ptolemaei Euergetae. (a. ante Chr. 275 — 194.) Eius Geographica in magno pretio apud Romanos fuisse etiam ex Caesare colligas, qui eum potissimum e Graecis nominat, ubi de silva Hercynia agit, Bell. Gall. 6, 24. („Eratostheni fama nota Hercynia silva, quam Orcyniam appellat.") Censuram totius operis geographici agit Strabo L. 1 et 2., ubi in primis monet eum occidentales et septentrionales Europae partes parum cognitas habuisse. Melius de eo iudicat L. 17. Vide Casaub. ad Strab. p. 15. Ern. — Eratosthenica composuit G. Bernhardy. Berolini 1822. 8.

Erebus; ex eo Nox nata. Varro Fr. p. 357. Bip. — Erebus et Nox: eorum filii et filiae. de Nat. D. 3, 17, 44.

Erechtheus. Mortem etiam virgines Athenis, regis, opinor, Erechthei filiae, contempsisse dicuntur. pro Sestio 21, 48. Cfr. Schol. Bob. pro Sestio p. 299. — Eius filiae cupide mortem expetiverunt pro vita civium. Tuscul. 1, 48, 116. — Quis eas non maxime laudat? de Finn. 5, 22, 62. — Erechtheus Athenis habet et delubrum et sacerdotem. de Nat. D. 3, 19, 49. Ibid. 50.

Eretria, oppidum Euboeae, patria Menedemi. Acad. 2, 42, 129.

Eretriaci a Menedemo, quod is Eretria fuit, appellati; (qui antea Eliaci a Phaedone Elidensi, Socratis discipulo:) quorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur; Herilli similia, sed explicata uberius et ornatius. Acad. 2, 42, 129. — Eretrici (al. *Eretriaci*) philosophi; „iamdiu exstincti." de Or. 3, 17, 62. — (Asclepiades, non ignobilis Eretriacus philosophus. Tusc. 5, 39, 113.)

Erichthonius primum quattuor iunxit equos. Varro Fr. p. 253. Bip. — Erichthonius, Atheniensium rex quartus post Cecropem, Cranaum, Amphictyonem. Schol. Bob. pro Sestio p. 299.

Eridanus, sidus. Arat. v. 389.

Erigone, tragoedia Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 3, 1, 4, 13. Ibid. Ep. 5. (aliis 6.) 7. — Eius exemplum e Gallia ad M. Ciceronem missum tabellarii culpa periit. Ibid. Ep. 9, 6. — Ceterum Erigone, Icarii filia, Penelopes soror, patre ab ebriis rusticis occiso, vitam suspendio finisse dicebatur.

Eriphyla, Amphiarai uxor. Eam accepimus in fabulis ea cupiditate, ut, cum vidisset monile ex auro et gemmis, pulchritudine eius incensa salutem viri proderet. Verr. Accusat. 4, 18, 39. — Eriphyla auro viri vitam vendidit. de Inv. 1, 50, 94. — Eriphyla visum ornamentum adamavit. Victorinus 1. p. 56. Iulius Victor p. 237.

Eros comoedus posteaquam e scena non modo sibilis, sed etiam convicio explodebatur, sicut in aram confugit in Q. Roscii domum, disciplinam, patrocinium, nomen. Itaque perbrevi tempore, qui ne in novissimis quidem erat histrionibus, ad primos pervenit comoedos. (a. u. c. 677.) pro Roscio Com. 11, 30.

Eros, Attici dispensator. ad Att. 13, 30. 2. Ibid. 15, 15, 3. Ib. 17, 1.

Eros, Philotimi servus (a rationibus.) ad Att. 10, 15, 1.

Eros Turius, Q. Turii libertus, hereditatem patroni avertere tentabat. ad Fam. 12, 26, 2.

C. Erucius, iniquus Sex. Roscii accusator (a. u. c. 674.) pro Sex. Roscio 13, 35. — Erucius, Antoniaster, pravus M. Antonii oratoris imitator. Varen. Fragmm. 8. p. 443. — (C. Erucius pro C. Rusius leg. censuit Pighius Brut. 74, 259 et 260.)

Erycus (al. *Erycinus*, al. *Eryx*) mons Siciliae. Verr. Accusat. 2, 8, 22. Ibid. 47, 115. — „Nomen varie scribitur; Edd. vett. *Erycinum montem* habent, Naugerius *Erycum* fecit, quod mansit, donec Hotomanus litem denuo movit et ex Pseudoasconiano commentario *Erycinum montem*

aut ex volgari usu *Erycem* restituere iussit. Nannius *Erycium* in suo vetere libro esse notavit. Inde diversi Stephanus simpliciter Nannii librum secutus est, Lambinus Hotomanum, Gruterus Aldinam scripturam, Ernestius denuo vetustissimas editiones. Verum nomen est *mons Erycus*, sicut c. 47. ab omnibus editur et legitur apud Tacitum Annal. 4, 43; nam hoc quidem loco *Erycium* unius libri Nanniani, cui tamen adstipulatur etiam Lag. 42. (a pr. m.), vitium potius quam lectio est, reliqui omnes *Erycum* tuentur. Cfr. annotationes editorum ad Florum 2, 2, 12., ubi cum optimi quique libri item *Eryco detraxit* habeant, nunc tamen editur *Eryce*." Zumpt. ad Verr. p. 256.

Erymanthius aper, ab Erymantho, monte Arcadiae. Tuscul. 2, 9, 22. Tuscul. 4, 22, 50. — Ei comparatur Verres. Verr. Accusat. 4, 43, 95.

Erythrae, oppidum Ioniae. Erythris per vim signa pulcherrima abstulit Verres. Verr. Accusat. 1, 19, 49.

Erythraea Sibylla. Varro Fr. p. 358. Bip.

Erythraeum mare. Varro Fr. p. 207. Bip.

Erythraeum oppidum. Cic. Fragmm. p. 580.

Erythrus, rex, Persei et Andromedae filius, a quo Erythraeum mare appellatum. Varro Fr. p. 365.

Eryx heros, in monte cognomine cum Hercule dimicavit. Varro Fr. p. 367. Bip.

Esernia. Vide Aesernia.

C. Esernus, falsa lectio pro Caesernius.

Esquiliae, mons, in quo Romae pars posita. In iis ara Malae Fortunae. de Legg. 2, 11, 28. — Item de Nat. D. 3, 25, 63. — Ibi Puticulae, quod putescebant ibi cadavera proiecta. Varro LL. 5, 5. p. 42. Cfr. Horat. Sat. 1, 8, 8. — Esquiliarum variae notationes. Varro LL. 5, 8. p. 54.

Esquilina porta. in Pison. 23, 55. Ibid. 25, 61.

Esquilina regio. Varro LL. 5, 8. p. 51.

Esquilinus mons: inter eum Quirinalemque maximus agger obiectus (a Servio Tullio.) de Rep. 2, 6, 11.

Esquilinus campus. Philipp. 9, 7, 17.

Eteocles Oedipi, regis Thebanorum, filius, Polynicis frater, quorum nota est fabula. de Off. 3, 21, 82.

Etesiae venti: eorum flatu nimii temperantur calores; ab iisdem etiam maritimi cursus celeres et certi diriguntur. de Nat. D. 2, 53, 131. — Etesiae quasi boni cives me relinquentem rem publicam prosequi noluerunt (a. u. c. 710.) ad Fam. 12, 25, 5. — Orat. 45, 152. — Arat. v. 157. — Varro Fr. p. 253. Bip.

Etruria et Etrusci. Etruriae ager pinguis. Varro RR. 1, 9, 6. — Eius fertilitas. Varro RR. 1, 44, 2. — E barbaris nulli erant antea maritimi praeter Etruscos et Poenos; alteri mercandi causa, latrocinandi alteri (scilicet Etrusci.) de Rep. 2, 4, 9. — Etrusci praedones. Fragmm. p. 486. — Etruscae linguae vocabulum *subulo*. Varro LL. 7, 3. p. 322. — In Etruria elaborata plastice. Varro Fr. p. 353. Bip. (cfr. Sillig Catal. p. 484.) — Ex Etruria omnis haruspicum disciplina adhibita. de Divin. 1, 2, 3. — Etrusci extorum cognitioni se maxime dediderunt. de Divin. 1, 42, 93. — Etruria de caelo tacta scientissime animadvertit, eademque interpretatur, quid quibusque ostendatur monstris atque portentis. Quocirca bene apud maiores nostros senatus tum, cum florebat imperium, decrevit, ut de principum (Etruscorum, non Romanorum) filiis sex singulis Etruriae populis in disciplinam traderentur. de Divin. 1, 41, 92. — Etruria principes (i. e. principum suorum, non Romanorum, filios) haruspicinam docere debebat. de Legg. 2, 9, 21. (Ad utrumque locum confer Annotationes meas, quibus variorum Interpretum errorem refutare conatus sum.) — Haruspicina, vetus illa ab ipsis diis immortalibus, ut hominum fama est, Etruriae data disciplina. de Harusp. resp. 10, 20. — Ex Etruria haruspices arcessiti. de Divin. 2, 4, 11. — Non adducar in extis totam Etruriam delirare cet. de Divin. 1, 18, 35. — Antiqui reges ac sublimes viri in Etruria nuptiarum initio primum porcum immolabant. Varro RR. 2, 4, 9. ad Fam. 11, 10, 4. — Etruria. Varro LL. 5, 4. p. 34. — Etrusca disciplina. Eam A. Caecina a patre, nobilissimo atque optimo viro, acceperat. ad Fam.

6, 6, 3. — Etrusci caelum in XVI. partes diviserunt. de Divin. 2, 18, 42. — Maiores nostri portentorum explanationes Etruscorum disciplina contineri putarunt. de Harusp. resp. 9, 18. — Ad Etruscos haruspices prodigia, portenta, si senatus iusserit, deferenda. de Legg. 2, 9, 21. — In apum fortasse examine nos ex Etruscorum scriptis haruspices, ut a servitio caveremus, monerent. de Harusp. resp. 12, 25. — Etrusci haruspices. de Nat. D. 2, 4, 10. — Eorum haruspicini et fulgurales et tonitruales libri opponuntur Romanorum auguralibus. de Divin. 1, 33, 72. — *Etruscae chartae*, id est, libri artis auguralis et de haruspicina. de Divin. 1, 12, 20. — Etruscorum libri quid de Tage tradiderint. (Cfr. Io. Lydum de Ostentis pag. 6.) de Divin. 2, 23, 50. — Etrusco ritu oppida condebant in Latio. Varro LL. 5, 32. p. 144. — Cum Etruscis bellum gessit Decius filius. Tuscul. 1, 37, 89. — Etruria vexata a P. Clodio. pro Milone 9, 26. — Clodii castra Etrusca. Ibid. 21, 55. ad Fam. 11, 10, 4. — v. Tusci.

Euagon Thasius, de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Euander. Vide Evander.

Eubolus, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Eubuleus, unus primorum trium Dioscurorum, filius Iovis et Proserpinae. de Nat. D. 3, 21, 53. — Vide Anaces.

Eubulidas Grosphus, Centuripinus, homo cum virtute et nobilitate domi suae, tum etiam pecunia princeps, a C. Verre vexatus. Verr. Accusat. 3, 23, 56.

Eubulidas Herbitensis, a Verre vexatus. Verr. Accusat. 5, 42, 110. Ibid. 49, 128.

Euchadia, uxor Exegisti, hominis Macedonis. in Pisonem 36, 89.

Euclides, Socratis discipulus, Megareus: ab eo Megarici (et dialectici) philosophi dicti. Solum bonum dicit, quod esset unum et simile et idem semper. Acad. 2, 42, 129.

Euclides, nobilis geometra Alexandrinus Ptolemaei Lagi temporibus. de Or. 3, 33, 132.

Eudamus et Birria, Milonis gladiatores. Asconius in Mil. p. 33.

Eudemus Cyprius, Aristotelis familiaris; eius somnium ab Aristotele narratum, de Divin. 1, 25, 53. — Aristoteles scilicet in mortui honorem dialogum scripsit Εὔδημος ἢ περὶ ψυχῆς, cuius mentio est apud Plutarchum et alios, quorum locos notat Ionsius de scriptt. Hist. phil. P. 1, 15, 3. Ern.

Eudoxus Cnidius. Sphaerae solidae atque plenae, (quae opponitur vacuae Archimedis) vetus est inventum et ea a Thalete Milesio primum est tornata; post autem ab Eudoxo Cnidio, discipulo Platonis, ea astris caelo inhaerentibus est descripta: cuius omnem ornatum et descriptionem sumptam ab Eudoxo, multis annis post - - versibus Aratus extulit. de Rep. 1, 14, 22. — Eudoxus, Platonis auditor, in astrologia iudicio doctissimorum hominum facile princeps, de Chaldaeis sic opinatur, id quod scriptum reliquit: Chaldaeis in praedictione et in notatione cuiusque vitae ex natali die minime esse credendum. de Divin. 2, 42, 87.

Euhemerus. Quid, qui aut fortes et claros et potentes viros tradunt post mortem ad deos pervenisse eosque esse ipsos, quos colere, precari venerarique soleamus, nonne expertes sunt religionum omnium? quae ratio maxime tractata ab Euhemero est; quem noster et interpretatus et secutus est praeter ceteros Ennius. Ab Euhemero autem et mortes et sepulturae demonstrantur deorum. Utrum igitur hic confirmasse religionem videtur, an penitus totam sustulisse? de Nat. D. 1, 41, 119. — Euhemeri libri versi ab Ennio. Varro RR. 1, 48, 2. — Cfr. Columnam ad Fragmm. Ennii p. 312. Ed. Amst. Historiam (sacram) deorum composuit ex inscriptionibus, quae in templis habebantur aliisque locis, in primis Panchaiae Indiae; ficticia tamen haud dubie. Nam quae Diodorus Sic. 5. p. 318. de ea habet, ex Euhemero sumpta sunt, ut bene monet Wesselingius. De ea re notus est locus Lactantii 1, 11. Ἄθεος dictus est, quod, ut refert Plutarch. de Isid. et Osirid. p. 360., deorum, qui putabantur, nomina ad veteres reges, imperatores, navarchos rettulit. Locos veterum multos de eo attulere Davisius et Buherius ad Cic. l. l. Familiaris fuit regis Cassandri, ut ex

Eusebio Praepar. Ev. 2. p. 59. demonstrat Vossius de Poët. Gr. c. 8., ex quo aetas eius colligi potest. (a. ante Chr. 315.) Adde Casaub. ad Strabon. 1. p. 47. Sevinum Diss. de Euhemero in Comment. Acad. Inscriptt. T. XI. Ern. Clinton *Fasti Hellenici from the CXXIVth Olympiad.* p. 481.

Euius. Vide Evius.

Eumaeus Homericus. Varro RR. 2, 4, 1.

Eumenes: eius aemulatio cum Ptolemaeo. Varro Fr. p. 378. Bip.

Eumenes. Eumenem, cuius amicitiam gloriose ostentant Romani, initio prodidere Antiocho, pacis mercedem; post habitum custodiae agri captivi sumptibus et contumeliis ex rege miserrumum servorum effecere. Mithridates in Ep. ad Arsacem apud Sal. Hist. 4. p. 231. Ed. Gerl. min. p. 31. Ed. meae. Est rex Pergami huius nominis secundus, mortuus a. u. c. 596.

Eumenidas Halicyensis, vexatus a Verre. Verr. Accusat. 5, 7, 15.

Eumenides: earum et Athenis fanum est et apud nos lucus Furinae. de Nat. 3, 18, 46.

Eumolpidae mysteriorum Eleusiniorum sacerdotes. Eorum mysteria. de Legg. 2, 14, 34. — Chilius te rogat, et ego eius rogatu, Εὐμολπιδῶν πάτρια. ad Att. 1, 9, 2.

Eunuchus Terentii fabula. Vide Terentius.

Euphorio Chalcidensis, natus a. ante Chr. 276. Poëta nimis obscurus. At non Homerus. Uter igitur melior? de Divin. 2, 64, 132. — Ab his cantoribus Euphorionis contemnitur Ennius. Tuscul. 3, 19, 45. — Euphorion de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9. Conf. Salmasium ad Solin. p. 601. Casaub. ad Sueton. Tib. 70. Ern. Cfr. De Euphorionis vita et scriptis disseruit et quae supersunt eius fragmenta collegit et illustravit Augustus Meineke. Gedani 1823. 8.

Euphranor statuarius et pictor nobilissimus. Varro Fr. p. 236. Bip.

Euphranor Rhodiis Caesaris navibus praeerat a. u. c. 706., animi magnitudine ac virtute magis cum nostris hominibus quam cum Graecis comparandus. Bell. Alex. 15. — Circumventus ab Alexandrinis. Ib. 25.

Euphrates (fluvius Asiae, terminus imperii Romani, ultra quem Parthi habitabant:) Mesopotamiam fertilem efficit. de Nat. D. 2, 52, 130. — Oppidulum quod erat positum in Euphrati Zeugmate. ad Q. Fr. 2, 12, 2. ad Fam. 8, 10, 1.

Euphronii duo, unus Atheniensis, alter Amphipolites, de agricultura scripserunt. Varro RR. 1, 1, 8.

Eupolemus Calactinus, Lucullorum hospes ac perfamiliaris, spoliatus a C. Verre. Verr. Accusat. 4, 22, 49.

Eupolis, Atheniensis, veteris comoediae poëta. Quis non dixit Εὔπολιν, τὸν τῆς ἀρχαίας, ab Alcibiade navigante in Siciliam deiectum esse in mare? Redarguit Eratosthenes: affert enim, quas ille post id tempus fabulas docuerit. Num idcirco Duris Samius, homo in historia diligens, quod cum multis erravit, irridetur? ad Att. 6, 1, 18. — (Baptae molles: quo titulo Eupolis comoediam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem praecipue perstrinxerat, necatus est. Scholiasta Iuvenalis p. 57. Cram.) — Eius dictum de Pericle. Brut. 9, 38. — Πειθὼ deam in Pericli labiis scripsit sessitavisse. Brut. 15, 59. — Eupolis a Cicerone ipso confusus cum Aristophane (in Oratoris c. 9, 29.) ad Att. 12, 6, 2.

Euripides fuerat auditor Anaxagorae. Tuscul. 3, 14, 30. — Euripides LXXV. tragoedias scripsit: in V. solis vicit. Varro Fr. p. 351. Bip. — Non sine causa, cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates. Tuscul. 4, 29, 63. — Quis non intelligit, quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius? Tuscul. 4, 33, 71. (Scil. in Chrysippo. Laius enim Chrysippum, Pelopis filium, amabat.) — Animus, ut ego dico, divinus, ut Euripides dicere audet, deus est. Tusc. 1, 26, 65. — Euripidis Amphion. de Inv. 1, 50, 94. — Versus ex Andromeda in Latinum conversus a Cicerone. de Finn. 2, 32, 105. — Versus e Chrysippo in Latinum conversi. de Nat. D. 2, 25, 65. — Versus e Cresphonte. Tuscul. 1, 48, 115. — Hercules furens. Acad. 2, 28, 89. — Versus ex Hypsipyla a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 3, 25, 59.

— Euripides in Lamiae prologo. Varro Fr. p. 216. Bip. — Versiculus ex eius Philocteta. de Or. 3, 35, 141. Orat. 19, 62. Tuscul. 1, 4, 7. — Versus de Phoenissis, a Cicerone in Latinum conversi. de Off. 3, 21, 82. (Capitalis Eteocles vel potius Euripides.) — Versus ex Theseo a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 3, 14, 29. Ibid. 24, 58. — Euripidis versiculus Graecus. ad Fam. 13, 15, 2. — Eius versiculus *Μάντις ἄριστος, ὅστις εἰκάζει καλῶς* Latine conversus. de Divin. 2, 5, 12. — Eius versus Graecus. ad Fam. 16, 8, 2. — Versus a Cicerone in Latinum conversus. de Off. 3, 29, 108. — Euripidis versiculi. ad Att. 7, 11, 1. Ib. Ep. 13. a. 4. — Euripidis versus ex incerta tragoedia in Latinum conversi a Cicerone. Tuscul. 3, 28, 67. Scilicet et genus dicendi et versuum tenor docent hos versiculos a Cicerone ipso conversos esse, non ab Ennio, ut dicit Ernestius et Schuetzius in v. Ennius. Graece exstat locus apud Galenum de Dogm. Hippocr. et Plat. Lib. 4. c. 7. Vol. 5. p. 418. Ed. Kühn. — In Euripide imitando lapsus est Ennius. Varro LL. 7, 5. p. 360. — Opt. gen. or. 6, 18.

Euripus pro Murena 17, 35. dicitur in genere pro freto longiore et tenuiore, quale Euboicum est, Tauromινitanum in Sicilia cet. Ern.

Euripus Chalcidicus: eo in motu identidem reciprocando nihil fieri potest constantius. de Nat. D. 3, 10, 24.

Europa (dicta) ab Europa, Agenoris filia, quam ex Phoenice Mallius (al. *Manilius*) scribit taurum exportasse. Varro LL. 5, 6. p. 47. — Europa a tauro vecta. de Nat. D. 1, 28, 78. — Europa a Iove rapta. Varro RR. 2, 5, 5. — Europa in tauro pulcherrime facta Tarenti erat. Verr. Accusat. 4, 60, 135.

Europa. de Nat. D. 3, 10, 24. — Europae longitudo Varro Fr. p. 362. Bip.

Eurotas, fluvius, qui propter Lacedaemonem fluit. de Inv. 2, 31, 96. Ibid. 2, 42, 124. — Cursu ad Eurotam Lacedaemoniorum epulae condiebantur. Tuscul. 5, 34, 98. Tuscul. 2, 15, 36. — Eurotas fluvius Laconiae prope Spartam nobilis certaminibus et exercitationibus, quae a Spartanis ad eum habebantur. Ad fluvii ripam sedebant spectatores; hinc proverbii vim habere dicunt *ad Eurotam sedere*, ut sit aliorum miserias et labores otiosum spectare. Sed ad Att. 15, 9, 1. *Eurotam* Brutus appellabat rivum, qui villam Lanuvinam rigabat. Itaque *ad Eurotam sedere* est in villa otiosum versari. Ern.

Euryclea Ulixi pedes abluens in Pacuvii niptris. Tuscul. 5, 16, 46. (Codd. Anticlea.)

Eurydice, mater, ut videtur, Anthus, Amulii filiae, in loco Enniano de Divin. 1, 20, 40. Vide Antho.

Eurypylus, dux Pergamenorum ad Troiam. Tuscul. 2, 16, 38.

Eurysaces, Aiacis filius; Accii fabula. Schol. Bob. pro Sestio p. 305.

Eurysthenes, Lacedaemoniorum rex, geminus frater Proclis. de Divin. 2, 43, 91. Vide Procles.

Eurystheus: eius filii ab Hercule confixi sagittis. Acad. 2, 28, 89. — Tuscul. 2, 8, 20.

Eusebius, rhetor Latinus, memoratur a Rufino p. 191.

Euthydemus Ephesius. (a. u. c. 703.) ad Fam. 13, 56, 1.

Euthynous, Elysii Terinaei filius. Tuscul. 1, 48, 115.

Eutrapelus v. Volumnius Eutrapelus.

Eutychides, Attici libertus. De Eutychide gratum; qui vetere praenomine, novo nomine T. erit Caecilius, ut est ex me et ex te iunctus Dionysius, M. Pomponius cet. ad Att. 4, 15, 1. ad Att. 4, 16, 15. — Amicus Ciceronis. Ib. Lib. 5, 9, 1.

Eutychus: persona comica apud Caecilium Statium. pro Sex. Roscio 16, 46.

Euxinus Pontus, mare inter Europam et Asiam, supra Propontidem. de Orat. 1, 38, 174.

Evander. Vide Avianius.

Evander, qui in Palatium venit, e Graecia Arcas. Varro LL. 5, 4, p. 31. — Cum eo Palantes venerunt, qui et Palatini. Varro LL. 5, 8. p. 59.

Evander s. Evandrus, Lacydis discipulus, Hegesini magister, Academicus, et quidem de media Academia. Acad. 2, 6, 16.

Evius, Liberi nomen. pro Flacco 25, 60.

Execistus, Macedo. in Pisonem, 36, 89.

Exitius, Philadelphi (i. e. C. Annii Cimbri) frater, Antonianus, quaestor a. u. c. 711. Philipp. 13, 13, 28.

L. Fabatus. Vide L. Roscius Fabatus.

Q. Faberius, debitor Ciceronis (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 21, 2. Ib. Ep. 25, 1. Ib. Ep. 51, 3. Ib. Lib. 13, 8. — Vettienum et Faberium foveo (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 13, 3.

Fabia lex, de numero sectatorum. pro Murena 34, 71. — pro C. Rabirio perd. 3, 8.

Fabia tribus. ad Fam. 8, 8, 5.

Fabia mulieris nomen ficticium apud ICtos. Topic. 3, 14.

Fabia, soror Terentiae Ciceronis, virgo Vestalis causam incesti dixit, cum ei Catilina obiiceretur, estque absoluta. Ascon. in tog. cand. p. 93. — Adulescens Catilina stuprum fecerat cum sacerdote Vestae. Sal. Catil. 15. Interpretes Fabiam significari arbitrantur.

Fabianus fornix arcus iuxta Regiam in Sacra via (hua sive propius forum Romanum) a Q. Fabio Maximo, Q. Aemiliani filio (cos. a. u. c. 633.) censore constructus, qui a devictis Allobrogibus Allobrogicus cognominatus est, ibique statua eius posita propterea est. Pseudoasconius ad Verr. Act. 1, 7, 19. p. 133. Cfr. de Or. 2, 66, 267. — Fabianus fornix prope Vestam. Schol. Gronov. in Act. 1. in Verr. p. 393. — Sacram ingredientibus viam post templum Castoris. Ibid. p. 399.

Fabii, historici. de Divin. 1, 26, 55.

Fabius: nomen exempli gratia positum, ut apud ICtos Seius, Titius, Stichus. de Divin. 2, 34, 71. de Fato 6, 12.

Fabius adulter Clodiae, cum Q. Metelli (cos. a. u. c. 694.) uxor esset. ad Att. 2, 1, 5.

Fabius Pelignus quidam, ex infimis ordinibus de exercitu Curionis, paene trucidavit P. Attium Varum; sed ipse interficitur. (a. u. c. 705.) Caesar Civ. 2, 35.

C. Fabius, legatus Caesaris a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 24. — Idem rursus Caesaris legatus a. u. c. 705. — Eum in Hispaniam praemittit Caesar. Caesar Civ. 1, 37. — Eius res gestae. Ib. 40. — Idem fortasse cum eo, quem significat Cicero ad Att. 7, 3, 3. et Lib. 8, 3, 7.: Est quaedam spes - - Fabium tuum transisse cum legionibus: nisi leg. *Fadium*.

C. Fabius „nescio quis," familiaris Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 6.

L. Fabius Hispaniensis, senator ex proscriptis. Sal. Hist. 3. p. 216. Ed. Gerl. min.

L. Fabius, centurio Caesarianus, Gergoviae murum ascendit, sed interfectus praecipitatur. Caesar Gall. 7, 47 et 49.

L. Fabius, quaestor a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 54.

M. Fabius, subscriptor M. Plaetorii in accusando M. Fonteio. pro Fonteio 12, 26.

P. Fabius, adversarius M. Tullii, obscurus quidam de plebe homo. (a. u. c. 683.) pro Tullio §. 1. cfr. Huschkii *Anal. crit.* p. 89. — P. Fabius, cuius familia vim fecit M. Tullio. Victorinus 1. p. 63. Iulius Victor p. 240.

Q. Fabius, Saguntinus, a Q. Metello Pio civitate donatus. pro Balbo 22, 50.

M. Fabius Gallus, falsa lectio. Vide M. Fadius Gallus.

C. Fabius Hadrianus, Uticae domi suae vivus exustus. Verr. Accusat. 1, 27, 70. Ibid. 5, 36, 94. Livii Epit. 86. Diodori Fragmm. Vaticana ed. Dindorf. p. 138. Valer. Max. 9, 10. Oros. 5, 20. Accidit hoc a. u. c. 672. Pigh. Ann. 3. p. 255. — C. Fabius Hadrianus, cum, ut alii aiunt, legatus, ut alii putant, pro praetore vel praetor provinciam obtineret Africam, Uticae in praetorio suo vivus ustus est, quod corrupto servitio civitatis illius de principum nece conspirasse dicebatur. Pseudoascon. in Act. 2. Verr. p. 179.

Q. Fabius Q. F. Q. N. Labeo, Cunctatoris nepos, cos. a. u. c. 571. (non a. 620, ut est apud Schuetzium:) cum M. Claudio Marcello, arbiter Nolanis et Neapolitanis de finibus a senatu datus, utrosque decepit. de Off.

1, 10, 33. — Q. Fabius Labeo et iuris et litterarum et antiquitatis bene peritus. Brut. 21, 81.

Fabius Luscus: homo acutus et permodestus ac bonae frugi, peramans antea Ciceronis, a. u. c. 699. ab eo se removisse videbatur. ad Att. 4, 8 b., 3.

C. Fabius Pictor, avus historici. An censemus, si Fabio nobilissimo homini laudi datum esset, quod pingeret, non multos etiam apud nos futuros Polycletos et Parrhasios fuisse? Tusc. 1, 2, 4. — Is inter Fabios primus *Pictoris* cognomen tulit. Pinxit aedem Salutis a. u. c. 450. Plin. H. N. 35, 7.

N. (Numerius) Fabius Pictor: Aeneae somnium narravit in Graecis suis annalibus. de Divin. 1, 21, 43. — Consulem Num. Fabium Pictorem cum D. Iunio Pera a. u. c. 487. (488. Varr.) exhibent Fasti Capitolini, ad quem annum v. Pighium. Adde Vossium de Hist. Lat. 1, 3., qui filium eius, qui quaestor provincialis fuit a. u. c. 510. mavolt intelligi apud Ciceronem, sed sine argumento. Ern. (Cum Vossio, nullo tamen novo argumento allato, facit Krause Hist. Rom. p. 83.) De praenomine *Num.* in denariis antiquis v. Spanhem. de U. et Pr. N. T. 2. p. 26., quem Ciceronis locus fugiebat. Adde Dukerum ad Liv. 37, 47. bene disputantem adversus Spanhemium de loco Liviano. Ern.

Ser. Fabius Pictor et iuris et litterarum et antiquitatis bene peritus. Brut. 21, 81. Praetor fuit a. u. c. 608. — Ceteri loci, in quibus Fabiorum, qui historias scripserint, mentionem facit, cum careant praenominibus, vix exputari potest, utrum, ut volgo fit, referantur ad Q. Fabium Pictorem, pro quaestore a. u. c. 535., an ad Ser. Fabium Pictorem. Sunt autem hi: de Orat. 2, 12, 51. de Legg. 1, 2, 6., ubi *exilibus* scriptoribus adnumeratur; de Divin. 1, 26, 55. Tres hos locos et Varronis Fragm. p. 339. Bip. ad *Servium* refert Krause Hist. Rom. p. 132. Q. Fabium Pictorem Graecos dumtaxat Annales scripsisse contendens. Lachmannus contra de fontibus Hist. T. Livii 2. p. 15. quattuor Fabios se distinguere ait, quorum supersint reliquiae; rem tamen morte praematura abreptus exsequi non potuit. Sed, ut videtur, reliquias eas distributurus erat inter Q. Fabium Pictorem, Numerium Fabium Pictorem patrem, Q. Fabium Maximum Servilianum cos. a. u. c. 612., et Ser. Fabium Pictorem. Idem arbitrabatur Q. Fabium Pictorem et Graecos et Latinos Annales composuisse. (Part. I. p. 26.) — De Ser. Fabio Pictore vide Vossium Hist. Lat. 1, 3., qui refellit Corradum, qui pro *Servio* malebat *Servilianus*. Bene. Nam Servilianus genus duxit non a Pictore, sed a Gurgite. Ern. Corradi error ex praenominum ignorantia ortus erat.

Q. Fabius Sanga. Ei, cuius patrocinio Allobrogum civitas plurimum utebatur, horum legati rem omnem aperiunt. Cicero per Sangam consilium Lentuli Surae cognovit. Sal. Catil. 41. — Q. Sanga pro Cicerone L. Pisonem consulem deprecatus est. in Pison. 31, 77.

Q. Fabius Vergilianus, legatus App. Claudii Pulchri. (a. u. c. 703.) ad Fam. 3, 3, 1. Ibid. 4, 1. — Pompeianus a. u. c. 705. ad Att. 8, 11. A.

Q. Fabius Maximus Rullianus, qui primum consulatum gessit a. u. c. 432., quintum cum P. Decio filio a. u. c. 459., avus cunctatoris, significatur Philipp. 5, 17, 48.: „At vero apud antiquos Rulli, Decii, Corvini multique alii admodum adolescentes consules facti cet.", ubi accuratius dixisset *Rulliani*, ut Beroaldus Codd. nonnullos habere testatur.

Q. (non P.) Fabius Maximus Verrucosus Ovicula Cunctator. Cos. quintum a. u. c. 545. Tarentum recepit. Erat in eo comitate condita gravitas. — Bella gerebat ut adolescens et Hannibalem iuveniliter exultantem patientia sua molliebat; — nec vero in armis praestantior quam in toga, C. Flaminio tr. pl., quoad potuit restitit cet. Cato 4, 10. seqq. — Consul quintum recepit Tarentum ab Hannibale captum: facetum de hac re eius dictum in M. Livium Salinatorem, sive potius Macatum. de Or. 2, 67, 273. — Quintum consul (a. u. c. 545.) Livium Andronicum cepit Tarenti, Accio teste. Brut. 18, 72. — Immanem Accii errorem refutat ibidem Cicero. Romam Livius deduci poterat a. u. c. 482., quo primum captum est Tarentum. — Q. Fabius Maximus Verrucosus cos. cum Q. Fulvio Flacco IV. a. u. c. 545. His consulibus Capua devicta atque capta est. de lege agr. 2, 33, 90. — Q. Fabius Maximus Cunctator bellum Punicum secundum enervavit. de Rep. 1,

1, 1. — Filium consularem (Q. Fabium Maximum, consulem cum Ti. Sempronio Graccho II. a. u. c. 541.), clarum virum et magnis rebus gestis amisit. ad Fam. 4, 6, 1. — Extulit filium consularem. Tuscul. 3, 28, 70. — Item de Nat. D. 3, 32, 80. — Nihil in eo admirabilius, quam quomodo ille mortem filii tulit, clari viri et consularis. Est in manibus *Laudatio;* quam cum legimus, quem philosophum non contemnimus! Ceterae eius laudes. Cato 4, 12. Ibid. 6, 15. — In loco Cat. 4, 12. in Codd. et Edd. filio praenomen *M.* tribuebatur. Sed e duobus filiis consularibus neutri *M.* praenomen fuit. Itaque aut delendum, ut Langius volt, aut *Q.* reponendum. Vide Drakenborch ad Liv. 30, 26. Ern. — Honoris templum bello Ligustico dedicavit. de Nat. D. 2, 23, 61. — Eius sapientia. Verr. Accusat. 5, 10, 25. — Eius summa auctoritas. Cato 17, 61. — Temporibus suis (circa a. u. c. 540) orator est habitus. Brut. 14, 57. Ibid. 19, 77. — Laudatus ab Ennio. (*Unus qui nobis cunctando restituit rem.*) de Off. 1, 24, 84. — Callidus. de Off. 1, 30, 108. — Consideratus et lentus. de Rep. 5, 8, 10. — Q. Maxumus maiorum imaginibus ad virtutem accensus. Sal. Iug. 4. De Cunctatore hic locus potius intelligendus quam de Q. Fabio Maximo Allobrogico. — Varro Fragmm. p. 241. Bip.

Q. Fabius Maximus, filius Q. Fabii Cunctatoris, consul fuit a. u. c. 541. Ante patrem mortuus, ab eodem est laudatus. Cato 4, 12. — In gloria rei militaris imitatus est patrem. pro Rab. Postumo 1, 2.

Q. Fabius Maximus Aemilianus, filius L. Aemilii Paulli, frater P. Scipionis Africani minoris adoptatus a Q. Fabio Maximo. — Africanus Q. Maximum fratrem, egregium virum omnino, sibi nequaquam parem, quod is anteibat aetate, tamquam superiorem colebat. Lael. 19, 69. — Consul cum L. Hostilio Mancino a. u. c. 609. Ibid. 25, 96. — Ei Africanus minor hereditatis L. Paulli patris partem suam concessit. Parad. 6, 2, 48.

Q. Fabius Maximus Allobrogicus, praecedentis filius, L. Paulli Macedonici nepos, consul a. u. c. 633. litteris Latinis et Graecis eruditus. Brut. 28, 107. pro Fonteio 12, 26. — Cum epulum Q. Maximus Africani patrui sui nomine populo Romano daret, rogatus est (Q. Tubero) a Maximo, ut triclinium sterneret, cum esset Tubero eiusdem Africani sororis filius. — Cum Africanum supremo eius die Maximus laudaret, gratias egit diis immortalibus, quod ille vir in hac re publica potissimum natus esset; necesse enim fuisse ibi esse terrarum imperium, ubi ille esset. pro Murena 36, 75. — Super P. Scipionis Africani minoris laudibus extat oratio C. Laelii Sapientis, qua usus videtur Q. Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis. Schol. Bob. pro Milone p. 283. — Eius orationis fragmentum. Ibid. — Saepe commemoratur fornix Fabianus (vide Fabianus fornix:) extructus a Q. Fabio Maximo censore, qui consul cum L. Opimio a. u. c. 633. Allobroges vicit (Plin. H. N. 7, 50.), e quorum manubiis fornix extructus est. Sigonius a. u. c. 632. Capit. disputat hunc Fabium non esse Aemilianum, quod plerisque persuasum est. Sed Velleius 2, 10. diserte appellat Paulli nepotem. Plin. 33, 11. fratrem Africani minoris vocat, quod esse non potest, si est Paulli nepos. Velleii auctoritas Fastis firmatur. Ern. Scil. confudit Q. Fabium Maximum Aemilianum, patrem, cos. a. u. c. 609. et Q. Fabium Maximum Aemilianum Allobrogicum, filium, cos. a. u. c. 633.

Q. Fabius Maximus Allobrogicus, filius Q. Fabii Maximi Aemiliani Allobrogici cos. a. u. c. 633. nepos Q. Fabii Maximi Aemiliani, fratris Scipionis Africani minoris: homo facie vel patris, vita omnium perditorum ita similis, ut esset facile deterrimus. Tuscul. 1, 33, 81. Val. Max. 3, 5, 2.

Q. Fabius Maximus Servilianus, in gentem Fabiam e Servilia a Q. Fabio Aemiliano adoptatus, consul a. u. c. 612. ad Att. 12, 5, 3. Cfr. de Orat. 1, 26, 122. Nobilem censuram gessit a. u. c. 628.

Q. Fabius Maximus Eburnus. Is praetor (a. u. c. 635.) quaestioni de maiestate praefuisse videtur in causa C. Papirii Carbonis a L. Crasso, adolescentulo tum XXI. annorum accusati. de Or. 1, 26, 121. — Consul a. u. c. 638. Quis M. Scaurum a Q. Maximo superari posse arbitratus est? pro Murena 17, 36.

Q. Fabius Maximus cos. a. u. c. 709. C. Antonii accusator a. u. c. 695.; qua accusatione nihil fecit alienum aut sua

virtute aut illis viris clarissimis, Paullis, Maximis, Africanis; quorum gloriam huius virtute renovatam non modo speramus, verum etiam iam videmus. in Vatinium 11, 28. — Q. Fabius Maximus cum M. Caelio Rufo accusator C. Antonii. Schol. Bob. in Vatin. p. 321. — Caesaris legatus in Hispania a. u. c. 609. Bell. Hispan. 2 et 41. — In campo certe non fuisti, cum H. II. comitiis quaestoriis institutis sella Q. Maximi, quem illi consulem esse dicebant, posita esset: quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille autem, qui comitiis tributis esset auspicatus, centuriata habuit: consulem H. VII. renuntiavit, qui usque ad Kal. Ian. esset, quae erant futurae mane postridie. Ita Caninio (Rebilo) consule scito neminem prandisse cet. ad Fam. 7, 30, 1.

Q. Fabius Maximus, exul Nuceriae vixit eiusque civitatis factus est civis. pro Balbo 11, 28. — Incertum est, qui fuerit. Abramius putat eum fuisse, de quo Valerius Max. 2, 7.: *P. Rutilius consul eo bello, quod in Sicilia cum fugitivis gessit, Q. Fabium generum suum, quia negligentia Tauromenitanam arcem amiserat, provincia iussit decedere.*

Fabrateria, Volscorum oppidum ad fl. Trerum, hodie *Falvatera*. ad Fam. 9, 24, 1. — Incolae Fabraterni. pro Cluentio 68, 192.

Fabricii, Camilli, Curii haec ex minimis tanta fecerunt. pro Caelio 17, 39.

C. Fabricius Luscinus cos. a. u. c. 472 et 476. Pyrrhi bello praeclare rem gessit. Eius facetum dictum in P. Cornelium Rufinum. de Or. 2, 66, 268. — Videmus Papum Aemilium C. Luscino familiarem fuisse, bis una consules (vide supra), collegas in censura. Lael. 11, 39. — Cum Heracliensium civitate prope singulare foedus Pyrrhi temporibus, C. Fabricio consule ictum putatur. pro Balbo 22, 50. — C. Fabricius veneficum reducendum curavit ad Pyrrhum. de Off. 3, 22, 86. — Nostri consules regem inimicissimum moenibus iam appropinquantem monuerunt, a veneno ut caveret. de Finn. 5, 22, 64. — C. Fabricius perfugam Pyrrho dedidit. de Off. 1, 13, 40. — C. Fabricius ad Pyrrhum de captivis recuperandis missus. Brut. 14, 55. — C. Fabricius in colloquio cum Cinea miratus est perversam Epicuri doctrinam. Cato 13, 43. — Senex rem publicam consilio et auctoritate defendebat. Cato 6, 15. — C. Fabricius, virtutis causa solutus legibus, consecutus est, ut contra legem XII. Tabularum in urbe sepeliretur. de Legg. 2, 23, 58. — Fabricius, ut Aristides, iustus nominatur. de Off. 3, 4, 16. — Nunquam dicam C. Fabricium, M'. Curium, Ti. Coruncanium, quos sapientes nostri maiores iudicabant, ad Graecorum philosophorum normam fuisse sapientes. Lael. 5, 18. Ibid. 8, 28. — Eius continentia. Parad. 1, 2, 12. Ibid. 6, 2, 48. — Tolerabilis ei fuit paupertas. Tusc. 3, 23, 56. de lege agr. 2, 24, 64. — A diis dilectus. de Nat. D. 2, 66, 165. — Refertur inter eos, qui cum Lycurgo, Pittaco, Solone comparantur. de Or. 3, 15, 56. — Quis nostrum se dicit C. Fabricio parem? pro Plancio 25, 60.

C. et L. Fabricii fratres gemini ex municipio Aletrinati, homines sceleratissimi, quibus utebatur Oppianicus familiarissime. pro Cluentio 16, 46. — C. Fabricius insidiatur Cluentio. Ibid. §. 47. — Reus ab eo factus. Ibid. 20, 56. — Accusatus a P. Cannutio, defensus a maiore Cepasio, condemnatus. Ibid. 21, 59.

Q. Fabricius, tribunus pl. a. u. c. 697. De novis tribunis pl. est ille quidem in me officiosissimus Sestius et, spero, Curius, Milo, Fadius, Fabricius (al. *Gratidius*). a. u. c. 696. ad Q. Fr. 1, 4, 3. — Eum ad salutem meam voluntas impulit, vis retardavit, auctoritas senatus revocavit. Post red. in sen. 8, 22. — Amicus Ciceronis; impetus in eum factus ab operis Clodianis. pro Sestio 35, 75. Ibid. 36, 78. — Vir optimus, cum (primus VIII. Kal. Febr. [a. 697.]) de reditu meo legem ferret, pulsus. pro Milone 14, 38. — Q. Fabricium habemus consulem suffectum a. u. c. 717. in tessera gladiatoria in Diario Arcadico Vol. 32. p. 104., in Monumento Ancyrano, et in Dione Cassio 48, 35.

Fabulinus, deus. Varro Fr. p. 319. Bip.

Fadia, filia Q. Fadii Galli. Ei hereditas paterna subrepta a P. Sextilio Rufo. de Finn. 2, 17, 55.

Fadia, C. Fadii filia, uxor Antonii. Philipp. 13, 10, 23.

Fadius, miles Pompeianus, a L. Cornelio Balbo minore vivus combustus. a. u. c. 711. ad Fam. 10, 32, 3.

C. (Q.) Fadius. Antonium perstringam sine ulla contumelia Siccae aut Septi-

mii; tantum ut sciant παῖδες παίδων eum ex C. Fadii filia liberos habuisse. ad Att. 16, 11, 1. — Q. Fadius libertinus homo; huius filiam locupletem M. Antonius adolescens uxorem duxerat, ex eaque liberos sustulerat. Philipp. 2, 2, 3. — Ex quo loco etiam ad Att. l. l. legendum videtur *Q. Fadii.*

L. Fadius aedilis Arpini a. u. c. 710. ad Att. 15, 15, 1. Ib. Ep. 17, 1. Ib. Ep. 20, 4.

M. Fadius Gallus, vir optimus et homo doctissimus. Eum Cicero commendat M. Caelio Rufo. ad Fam. 2, 14, 1. — Fadius Gallus, Caesaris legatus. ad Att. 7, 3, 3. — Fama est, Fadium (al. *Fabium.*) transisse cum cohortibus (in castra Afranii) a. u. c. 705. Ib. Lib. 8, 3, 7. — Gallus Fadius amantissimus Attici et Ciceronis. ad Att. 8, 12, 1. — Fuit Epicureus. Eum cum Q. Fadio fratre litigantem Cicero commendat Paeto a. u. c. 708. ad Fam. 9, 25, 2. — A C. Cassio Ciceroni commendatus. ad Fam. 15, 14, 1. — Commendatur C. Curtio Peducaeano. ad Fam. 13, 59. — Falso verebatur, ne destitueretur a Cicerone patrono. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 49, 2. — Ad eum scriptae sunt Epp. 23—27. Lib. 7. ad Fam. — Scripsit (a. u. c. 709.) laudationem Catonis Uticensis. ad Fam. 7, 24, 2. — In plerisque his locis, etiam in mea Editione, obtinet falsa lectio: *M. Fabius Gallus*, aliquando ubique corrigenda.

Q. Fadius Gallus. Eius hereditas. de Fin. 2, 17, 55. Ibid. 18, 57. — Q. Fadius, homo non sapiens, litigat cum M. Fadio fratre. ad Fam. 9, 25, 3.

Sex. Fadius, Niconis medici discipulus. ad Fam. 7, 20, 3.

T. Fadius Gallus. De novis tribunis pl. est ille quidem in me officiosissimus Sestius, et, spero, Curius, Milo, Fadius, Fabricius. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 4, 3. — Vide legem, quam T. Fadio (trib. pl. a. u. c. 697.) scripsit Visellius. (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 23, 4. — Fuit quaestor Ciceroni. Post red. in sen. 8, 21. — T. Fadium et necessitudine superioris quaesturae et postea benevolentia ex tribunatu, cum de reditu suo inter ceteros tribunos plebi promulgasset, sibi coniunctissimum, incommodum nescio quod, ut probabiliter coniicitur, aliquot annorum exsilii impatientius ferentem consolatur Cicero (a. u. c. 702.?) ad Fam. 5, 18.

Faesulae, Etruriae oppidum, hodie *Fiesole.* Eo colonos deduxit L. Sulla. in Catil. 3, 6, 14.

Faesulani. Catilina circumfluens colonorum Arretinorum et Faesulanorum exercitu. pro Murena 24, 49.

Faesulanus ager. in Catil. 2, 6, 14.

Facutal Romae. Varro LL. 5, 32. p. 152.

Falacer flamen a divo patre Falacre. Varro LL. 5, 15. p. 89. — Falacres flamines. Varro LL. 5, 15. p. 89. et L. 7, 3. p. 331.

Falcidius (homo ignotus de plebe). pro Flacco 37, 91.

C. Falcidius, tribunus pl. et anno proximo legatus. pro lege Manilia 19, 58.

Falcula Fidiculanius. Vide Fidiculanius Falcula.

Falerii. Varro LL. 5, 22. p. 115. Vide Faliscus ager.

Falernum vinum. Varro RR. 1, 2, 6.

Falernus ager optimum fert vinum. Varro Fr. p. 207. Bip. Varro RR. 1, 8, 2. — Cic. de lege agr. 2, 25, 66.

Faliscus ager. Varro RR. 3, 16, 10. Cic. de lege agr. 2, 25, 66. circa Falerios, Etruriae oppidum, cuius incolae Falisci; de eo vide Heinsium ad Ovid. Amor. 3, 13. initio. Ern. Cfr. Müller *Etrusker* I. p. 109. Hodie *Falari* s. *Falleri.* Vocabatur etiam *Colonia Iunonia Faliscorum.* Cfr. *Giornale Arcadico* Vol. 28. p. 268.

C. Fannius M. F. Strabo, aetate quaestorius iam a. u. c. 625. gener Laelii, loquens inducitur in libris de re publica. de Rep. 1, 12, 18. — Persona librorum de re publica. ad Att. 4, 16, 2. (a. u. c. 700.) — Loquens inducitur etiam in Laelio 1, 3. — C. Fannius M. F., C. Laelii gener, et moribus et ipso genere dicendi durior quam alter C. Fannius, C. F. — Instituto Laelii Panaetium audierat. — Eius omnis in dicendo facultas ex historia ipsius non ineleganter scripta perspici potest; quae neque nimis est infans neque perfecte diserta. Brut. 26, 101. — Exigua in eo eloquentia. Ibid. 31, 118. — Exilibus scriptoribus adnumeratur de Legg. 1, 2, 6. — Mihi velim scribas, quibus consulibus C.

Fannius M. F. tribunus plebi fuerit. Videor mihi audisse P. Africano, L. Mummio censoribus. (a. u. c. 612.) ad Att. 16, 13 c., 2. (a. u. c. 710.) Vide mox in C. Fannio C. F. — Conturbat me (in rebus nonnullis ad chronologiam pertinentibus) epitome Bruti Fanniana, an Bruti epitome Fannianorum. — — Hunc Fannium, qui scripsit historiam, generum esse scripseram Laelii, sed tu me γεωμετρικῶς refelleras: te autem nunc Brutus et Fannius (ipse). Ego tamen de bono auctore, Hortensio, sic acceperam, ut apud Brutum est. ad Att. 12, 5, 3. — Aegre tulisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fannium est. Sed tamen transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam a vita recesserit. Tuscul. 4, 17, 40. — In eius Annalibus oratio Q. Metelli Balearici contra Ti. Gracchum exposita est. Brut. 21, 8. — Εἴρων Africanus fuit, ut ait in Historia sua C. Fannius. Brut. 87, 299. — In Annalibus suis Africanum Aemilianum εἴρωνα appellavit. de Or. 2, 67, 270. — Fannius ait εἰρωνείαν in Africano fuisse; idque propterea vitiosum in illo non putandum, quod idem fuerit in Socrate. Acad. 2, 5, 15. — Salustius in Lib. I. Historiarum tribuit Catoni brevitatem, Fannio vero veritatem. Victorin. p. 57, 31. — Cic. Fragmm. p. 580.

C. Fannius C. F. Strabo consul cum Cn. Domitio Ahenobarbo. a. u. c. 632. unam orationem de sociis et nomine Latino contra C. Gracchum reliquit sane et bonam et nobilem, quam nonnulli a C. Persio scriptam esse aiebant cet. Brut. 26, 99 et 100. — Nunquam est habitus elinguis, et tribunatus eius arbitrio et auctoritate P. Africani gestus non obscurus fuit. Cfr. ad Att. 16, 13 c., 2., quem locum vide in C. Fannio M. F. Ibid. — Exordium eius orationis contra C. Gracchum. de Or. 3, 47, 183. — Fragmentum orationis ab eo adversus C. Gracchum habitae. Iulius Victor p. 221. — Hunc Fannium Beierus de Off. 3, 11, 47. substituit in locum Penni. — Duos C. Fannios aequales memorat Cicero Brut. 26, 99.: „Horum (P. Crassi, Ser. Galbae, P. Scaevolae) aetatibus adiuncti duo C. Fannii, C. et M. filii fuerunt." Sed propter nonnullas difficultates in utriusque rebus gestis atque honoribus Pighius ea, qua in talibus solebat uti arte, tres C. Fannios aequales finxit in ipso opere constanter distinctos, in Indice autem Pighiano et a Krausio Hist. Rom. p. 171. mire inter se confusos. Neque vero satis clare de iis disseruit Maius in Prosopographia Dialogorum de re publica p. LXXVI. Ed. Rom. 1828. Primus igitur Pighio est C. Fannius M. F. *C. N. tribunus pl. a. u. c. 612. Varr. (ad Att. 16, 13 c., 2.), praetor a. 617., pro praetore a. 618. Secundus C. Fannius C. F. C. N., orator, pro quaestore a. 615., tribunus pl. a. 620., aedilis pl. a. 621., praetor a. 627., pro praetore a. 628., consul a. 632. Tertius C. Fannius M. F. M. N., Laelii gener, historicus, qui a. 608. comes Ti. Graccho moenia Karthaginis primo conscendenti (Plutarch. in Gracchis 4.), a. 612. magna cum laude militavit in Hispania (τοτε μὲν οὖν Φάννιος ο Λαιλίου κηδεστὴς λαμπρῶς ἠρίστευσε. Appian. Hisp. 67.), Pighio pro quaestore a. 618., tribunus pl. a. 623., aedilis pl. a. 626., praetor a. 629. (Φάνιος Μάρκου υἱὸς στρατηγὸς βουλὴν συνήγαγε κ. τ. λ. in Senatus consulto apud Iosephum Antiqq. 13, 9, 2., quod S. C., si non ad eum annum, quem statuit Pighius, referendum est, certe post a. 625., quo Hyrcanum Iudaeorum principatum adeptum esse constat, factum est); deinde, ut assolet, propraetorem C. Fannium M. F. M. N. a. 630. exhibet Annalium scriptor. Ad hanc rationem ineundam eo sane adductus est, quod fieri omnino non potuisse perspiciebat, ut C. Fannius M. F. historicus, qui ex certo Appiani testimonio a. 612. in Hispania militarat, eodem anno tribunus pl. fuerit, ex opinione certe Ciceronis ad Att. 16, 13 c., 2. (Accedit nunc locus, quem Pighius nondum norat, de Rep. 1, 12, 18., ex quo Fannius historicus a. 625. aetate demum quaestorius erat, id est, XXVII.—XXX. annos natus.) Sed iam propter locum ad Att. 16, 13 c., 2. fingendum sibi credidit alterum C. Fannium, M. F. *C. N. (quo asterisco totam rem opinabilem esse significat:) tribunum pl. 612., et solita coniectura ex lege annali utcunque repetita, sine ullo antiquitatis testimonio eundem facit praetorem a. 617. Mihi vero persuasum est, si eodem tempore tres vixissent C. Fannii, hoc ipsum memoraturum fuisse Tullium, cum iam hoc ei notabile visum

sit duos aequales eiusdem nominis illustres viros extitisse. Quapropter in duobus subsistemus statuemusque opinionem illam Tullii, C. Fannium M. F. a. 612. tribunum pl. fuisse ex mero errore ortam, confuso, ut opinor, tribunatu militari cum tribunatu pl., postea refutatam esse ab Attico, unde factum puto, ut nulla eius rei mentio reperiatur in Laelio, quem in manibus habuisse videtur iis ipsis diebus, quibus de C. Fannio M. F. Atticum interrogavit.

C. Fannius ex illo obsesso atque afflicto tribunatu suo consularem auctoritatem homo est adolescens consecutus. in Vatinium 7, 16. — C. Fannius tribunus pl. egregius a. u. c. 695. Caesare et Bibulo coss. pro Sestio 55, 113. — Tribunus pl. minime popularis. Schol. Bob. pro Sestio p. 304. in Vatin. p. 317. Scilicet eo usus est Bibulus in impedienda Caesaris lege agraria. — In P. Clodium subscripsit. ad Att. 2, 24, 3. — Pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Cum Postumius ex S. C. a. u. c. 705. in Siciliam succedere Furfanio nollet, res ad Fannium pervenit: is cum imperio in Siciliam praemittitur. ad Att. 7, 15, 2. Ib. Lib. 8, 15, 3. — De Fannio consoler te? Perniciosa loquebatur de mansione tua (in Italia). (a. u. c. 706.) ad Att. 11, 6, 6. Cum verbis praecedentibus deploretur Pompeii interitus, vix aliter accipi possunt haec verba quam Fannium quoque perisse aut una cum Pompeio aut paullo post. Quod si recte interpretamur, utique distinguendus ab hoc C. Fannius sequens. Utrumque pro uno eodemque habuit Ernestius.

C. Fannius (praetorius, ut volt Garatonius), a M. Lepido (a. u. c. 711.) legatus missus ad Sex. Pompeium. Philipp. 13, 6, 13. — Fuitne praecedentis filius? De hoc aut praecedente intelligendus videtur locus Iosephi Antiquitt. 14, 10, 15. *Γάϊος Φάννιος Γαΐου υἱός, στρατηγός, ὕπατος, Κῴων ἄρχουσι χαίρειν·* ubi *ὕπατος* error est librariorum potius quam Iosephi pro *ἀνθύπατος*.

C. Fannius, eques Romanus, frater germanus Q. Titinii, propter sarta tecta pecuniam dedit C. Verri, praetori urbano a. u. c. 680. Verr. Accus. 1, 49, 128.

C. Fannius Chaerea in ius vocavit Q. Roscium Comoedum a. u. c. 677. pro Roscio Com. 1, 1. (Homo Graecus, ut Chaereae nomen indicat, sed civitate donatus, aut e servo libertinus factus, a Fannio quodam.)

L. Fannius et L. Magius. Verres myoparonem pulcherrimum de decem Milesiorum navibus electum L. Magio et L. Fannio, qui Myndi habitabant, vendidit. Hi sunt homines, quos nuper senatus in hostium numero habendos censuit; hoc illi navigio a Diania ad Sinopam navigaverunt. Verr. Accusat. 1, 34, 87. — L. Fannius cum L. Magio a Mithridate ad Sertorium missus. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 183. Vide L. Magius.

M. Fannius quaestioni inter sicarios iudex praeerat a. u. c. 674. pro Sex. Rosc. 4, 11. — Fannius praefuit aliquando quaestioni de sicariis. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 427.

Fasti dies: per quos praetoribus omnia verba sine piaculo licet fari. Varro LL. 6, 4. p. 210.

Fatua Fauna. Varro Fr. p. 357. Bip.

Fatum, numen divinum. de Nat. D. 3, 17, 44.

M. Faucius M. F., eques Ro., decurio Arpini; est inter legatos Arpinatium vectigalium causa in Galliam missos. ad Fam. 13, 11, 1.

Fauna Fatua. Varro Fr. p. 357. Bip.

Fauni dei Latinorum, ita ut Faunus et Fauna sint: hos versibus quos vocant Saturnios in silvestribus locis traditum est solitos fari, quo fando Fauni dicti. Varro LL. 7, 3. p. 323. — „*Versibus quos olim Fauni vatesque canebant.*" Ennius. Orat. 51, 171. Item Brut. 18, 71. Cfr. Ibid. 19, 75. — Saepe Faunorum voces exauditae. de Nat. D. 2, 2, 6. Ibid. 3, 6, 15. — Fauni saepe etiam in proeliis auditi. de Divin. 1, 45, 101. — Schol. Bob. pro Plancio p. 256.

Fausta, Milonis uxor. ad Att. 5, 8, 2. — Fausta, Sullae filia, uxor primum Memmii, deinde Milonis, tertium L. Apronii. Ascon. in Scaur. p. 29. ubi vide. Idem in Milon. p. 33. Plutarch. in Sulla c. 34. Bentleius ad Horat. Serm. 1, 2, 64.

Faustius et Faustiani. Varro LL. 9, 42. p. 508.

Faustulus: quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutricium, qui Romulum et Remum educavit? Varro RR. 2, 1, 9. — Faustulus, pastor, qui Romulum Remumque sustulit. Varro Fr. p. 354. Bip.

Faustus Sulla v. Faustus Cornelius Sulla.

Faventia. Faventinus ager; ibi trecenariae vites. Varro RR. 1, 2, 7.

Faventini a Faventia. Varro LL. 8, 41. p. 454.

Favonius. Arat. v. 450.

M. Favonius. Insignis opera Favonii fuit (in oppugnando P. Clodio) a. u. c. 693. ad Att. 1, 14, 5. — Favonius a. u. c. 694. accusavit (P. Scipionem) Nasicam inhoneste, ac modeste tamen dixit; ita ut Rhodi videretur molis potius quam Moloni operam dedisse. Mihi, quod defendissem, leviter succensuit. ad Att. 2, 1, 9. — Favonius libere loquitur. ad Att. 4, 16, 7. — Consulares, duce Favonio, fremunt adversus Pompeium. (a. u. c. 697.) ad Attic. 2, 4, 7. — Favonius bonis adnumeratur (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 3, 2. — Frustra defendit libertatem Tenediorum. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 11, 2. — Favonio, fortissimo viro, quaerenti ex P. Clodio, qua spe fureret, Milone vivo, respondit triduo illum aut summum quatriduo periturum. pro Milone 9, 26. Ibid. 16, 44. — Nolo te putare Favonium a columnariis praeteritum: optimus quisque cum non fecit (praetorem a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 9, 5. — Ciceroni supplicationes non decrevit. a. u. c. 704. Ibid. 11, 2. — Favonius, familiaris meus, assensus est M. Catoni in supplicatione mihi non decernenda. ad Att. 7, 1, 7. — (Quia in omnibus imitabatur M. Catonem, huius simius dicebatur.) — (Mense Ianuario a. u. c. 705.) omnes cupiebant Caesarem abductis praesidiis stare condicionibus iis, quas tulisset. Uni Favonio leges ab illo nobis imponi non placebat; sed is haud auditus in consilio. ad Att. 7, 15, 2. — Ei in Macedonia salutem affert P. Scipionis Metelli celeritas. (a. u. c. 706.) Caes. Civ. 3, 36. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii et Ciceronis colloquium de legatione frumentaria Bruti et Cassii. a. u. c. 710. ad Att. 15, 11, 1. — Ascon. in Milon. p. 53 et 54. — Teste Suetonio Octav. 13. post proelium Philippense captus et, cum catenatus produceretur, Antonio honorifice salutato in Caesarem Octavianum acerbissime invectus, occiditur. — M. Favonius et L. Postumius mihi videntur quasi magnae navis supervacua onera esse cet. Pseudosal. ad Caes. 2. p. 275. Gerlach.

Febris. Eius fanum in Palatio. de Nat. D. 3, 25, 63. — Eius ara vetustissima in Palatio. de Legg. 2, 11, 28.

Februarius antiquitus duodecimus mensis. Varro LL. 6, 3. p. 195.

Februatus dies. Varro LL. 6, 3. p. 195.

Februus, deus. Varro Fragmm. p. 371. Bip.

Feciales s. Fetiales. Varro LL. 5, 15. p. 89. Cic. de Rep. 3, 13, 22.

Felginas Tuticanus Gallus, eques Ro., Caesarianus, cecidit in proelio ad Dyrrhachium. Caesar Civ. 3, 71.

C. Felginas, Placentia, eques Ro., Caesarianus, cecidit in proelio ad Dyrrhachium. Caesar Civ. 3, 71.

Felicitas, dea. Varro Fr. p. 353. Bip. — Eius aedes Romae. Verr. Accusat. 4, 2, 4. — Felicitatis aedes Romae, monumentum L. Mummii (ad quam Praxitelis ex aere pulcherrima signa fuisse tradit Plinius H. N. 34, 19, 70.) Verr. Accusat. 4, 57, 126.

Felix. De Felicis testamento tum magis querare, si scias. Quas tabulas se putavit obsignare, non obsignavit; quas noluit, eas obsignavit. ad Q. Fr. 3, 9, 8.

Feneratrix Plauti. Varro LL. 5, 7. p. 373.

Fenestella laudatur ab Asconio in Pison. p. 1. 5. — in Mil. p. 32. — in tog. cand. p. 85. 86.

Feralia ab inferis et ferendo. Varro LL. 6, 3. p. 195. ad Att. 8, 14, 1. Sacra placandis Diis Manibus; celebrabantur a. d. IX. Kal. Mart. (21. d. Februarii.) Cfr. van Vaassen Fasti p. 275. Pontedera Antiqq. p. 319.

Feralius dies. Varro Fr. p. 372. Bip.

Feriae denicales. de Legg. 2, 22, 55.

Feriae Latinae. Vide Latinae.

M. Feridius, eques Romanus, strenuus adolescens, a M. Caelio Ciceroni commendatus. Caelius ad Fam. 8, 9, 4.

Feronia, Sabinum nomen. Varro LL. 5, 10. p. 78.

Ferrea aetas hominum. Arat. v. 14.

Fesulae. Vide Faesulae.

Fibrenus fluvius, qui per Arpinatem Ciceronis fundum ferebatur; in eo erat insula. de Legg. 2, 1, 1. — Praecipitat in Lirem. Ibid. 3, 6. Hodie *Fiume della Porta*.

Ficuleates ac Fidenates et finitimi alii contra nos coniurarunt bello Gallico. Varro LL. 6, 3. p. 200.

Ficulensis fundus, praedium prope viam Ficulensem, quae nomen habuit a vetere urbe Ficulea sive Ficulnea (unde et *Ficulnense* scribitur) in Sabinis ultra Montem Sacrum. ad Att. 12, 34, 1.

Fidenae, Sabinorum oppidum. de lege agr. 2, 35, 96. Philipp. 9, 1, 4. Eius parietinae hodie *Castro Giubileo*.

Fidenates. Varro LL. 6, 3. p. 200. vide: Ficuleates.

Fides dea. Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. Ibid. 11, 28. — Fides, Mens: eas in Capitolio dedicatas videmus a M. Aemilio Scauro. de Nat. D. 2, 23, 61. Ibid. 31, 79. — Eam in Capitolio vicinam Iovis Opt. Max., ut in Catonis oratione est, maiores nostri esse voluerunt. de Off. 3, 29, 104. de Nat. D. 3, 18, 47.

Fides Cyllenia sidus. Arat. v. 276. et 627.

Fidicula, sidus. Varro Fr. p. 373. Bip.

C. Fidiculanius Falcula, senator, corrupti iudicii accusatus a L. Quintio, prima actione facillime est absolutus. pro Cluentio 37, 103. Ibid. 41, 112. — Fidiculanius Falcula, senator, testis in causa A. Caecinae. Ironice nominatur: „splendor ordinis, decus atque ornamentum iudiciorum, exemplar antiquae religionis." pro Caecina 10, 28. — C. Fidiculanius Falcula ad complendam Oppianici damnationem suppositus. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 146. Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 396. — Miror Gorium gentem Fidiculaniam, quae in lapidibus Donianis memoratur, inter eas referre, de quibus Antiquariis nondum ante constiterit. Ern.

Fidius deus. Varro LL. 5, 8. p. 58. Varro Fr. p. 322. Bip.

C. Fidius a. u. c. 702. M. Saufeium accusavit de vi. Ascon. in Milon. p. 55.

C. Fidulus (al. Fidulius, Figulus:) assecla P. Vatinii. in Vatinium 13, 31. Videtur senator fuisse aut eques certe.

Figuli v. Marcius et Nigidius.

Fimbria. Vide Flavius Fimbria.

Fircellius Pavo, Reatinus. Varro RR. 3, 2, 2.

Firmani a. u. c. 711. principes pecuniae pollicendae rei publicae fuerunt. Philipp. 7, 8, 23. Vide Firmum.

Firmani fratres. ad Att. 4, 8, 3. Vide L. Gavius.

Firmicus. Vide Iulius Firmicus.

Firmidius, cum Gellio et Titio dux operarum Clodianarum. pro Sestio 52, 112.

Firmum, hodie *Fermo*, oppidum in agro Piceno, incolae Firmani. ad Att. 8, 12. B. 1.

Fiscellus, mons in Sabinis, hodie *Monte Fiscello*: „in confiniis Abrutii ulterioris ad oppidum Civita Reale." Ibi caprae ferae. Varro RR. 2, 1, 5. Ibid. 3, 3.

Flacconius a. u. c. 702. defendit Sex. Clodium. Ascon. in Milon. p. 55.

Flaccus. Vide Valerius Flaccus.

Flaminia Via, antiquissima et celeberrima, Roma ferebat per Etruriam Ariminum usque; straverat C. Flaminius censor a. u. c. 534., unde nomen sortita. Strabo Lib. 5. p. 333. Almel. et Bergierius de Viis Rom. publ. 3, 21., qui Strabonem sequitur. Liv. 39, 2. dicit a Bononia ad Arretium a L. Flaminio stratam esse viam, sed ea alia via est. Nam illa a censore, haec, ut Livius diserte tradit, a consule Flaminio strata est. Ern. — Tres sunt viae ad Mutinam, a supero mari Flaminia, ab infero Aurelia, media Cassia. Philipp. 12, 9, 22. — Eius curator (a. u. c. 689.) Q. Minucius Thermus. ad Att. 1, 1, 2.

Flaminia, P. Valerii Triarii (a. u. c. 700.) mater, diligebat sororem Catonis Serviliam. Ascon. in Scaur. p. 19.

Flaminini. Vide in Quintiis Flamininis.

Flaminius campus et circus. Varro LL. 5, 32. p. 154.

Flaminius circus. pro Sestio 14, 33. post red. in Sen. 6, 13. et 7, 17. Varro Fr. p. 219. Bip. — Fuit extra

portam Carmentalem prope aedem Apollinis et Forum olitorium. Ascon. in tog. cand. p. 91.

T. Flaminius Flamma, debitor Ciceronis. ad Fam. 16, 24, 1. — (A. u. c. 709.) ad Att. 12, 52, 1. — Flamma Flaminius (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 16, 4. Ib. 17, 6. — Flamma quod bene loquitur, non moleste fero. Ib. Lib. 15, 2, 4.

C. Flaminius (Nepos), qui tribunus pl. (a. u. c. 526.) legem de agro Gallico et Piceno viritim dividendo tulit, qui consul iterum apud Trasimenum interfectus est, dicitur ad populum valuisse dicendo. Brut. 14, 57. — Ab alio C. Flaminio Nepote Cicero hunc distingui voluit, scilicet ab eo, qui a. u. c. 567. consul fuit. Ern. — Grandior natu Catone. Ibid. 19, 77. — Homo popularis, legem agrariam aliquot annis ante secundum bellum Punicum tribunus pl. tulit, invito senatu, et postea bis consul factus est a. u. c. 531. cum P. Furio Philo et a. 537. cum Cn. Servilio Gemino. Acad. 2, 5, 13. — Flaminius is, qui consul remp. male gessit bello Punico secundo, cum trib. pl. esset, invito senatu - - per seditionem ad populum legem agrariam ferebat. Hunc pater suus concilium plebis habentem de templo deduxit. de Inv. 2, 17, 52. — Ei agrum Picentem et Gallicum viritim contra senatus auctoritatem dividenti restitit Q. Fabius Maximus Cunctator, consul iterum, Sp. Carvilio collega quiescente Cato 4, 11. — C. Flaminius consul iterum bello Punico secundo neglexit signa rerum futurarum magna cum clade rei publicae. de Divin. 1, 35, 77. — Flaminiana ostenta. Ibid. 2, 31, 67. — Ad lacum Trasimenum iis signis iisque auspiciis, quibus pugnare prohibebatur, non paruit. de Divin. 2, 8, 21. — Eum Caelius Antipater religione neglecta cecidisse apud Trasimenum scribit cum magno rei publicae volnere. de Nat. D. 2, 3, 8. — De Legg. 3, 9, 20. — Male apud Schuetzium vocatur *C. Quintius Flamininus*, cum gentis nomen ei fuerit *Flaminius*, cognomen Ciceroni haud memoratum *Nepos*. Confudit scil. *Quintios Flamininos* cum *Flaminiis Nepotibus*.

C. Flaminius, M. Plaetorius, aediles curules, apud quos Cicero defendit D. Matrinium. pro Cluentio 45, 126. — Iidem praetores (cum Cicerone) a. u. c. 688. inter sicarios quaestionem exercebant. Ibid. 53, 147.

C. Flaminius, Arretinus, Catilinarius. Sal. Catil. 36.

C. Flavius, M. Bruti familiaris (Cornel. Nep. Attic. 8.), videtur is Flavius, qui omisso praenomine memoratur ad Att. 12, 17. — Fragmm. p. 466. Idem fortasse est sequens, cuius praenomen pariter tacetur.

(C.?) Flavius, praefectus fabrum in exercitu M. Bruti. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6. Ibid. Ep. 17. Eo in extrema illa Philippensi pugna caeso, dicitur Brutus in illius mentione vehementer suspirasse. Plutarchus in Bruto 51., qui eum ἔπαρχον τῶν τεχνιτῶν vocat. Manut.

C. Flavius, necessarius C. Pisonis, generi Ciceronis, commendatur Acilio. ad Fam. 13, 31, 1. A praecedente videtur diversus.

C. Flavius, eques Ro. Astensis, Pompeianus, ad Caesarem transfugit a. u. c. 709. Bell. Hispan. 26.

C. Flavius, falsa lectio pro C. Flavus. pro Plancio 42, 104. Vide C. Alfius Flavus. Cum Ernestii et Schuetzii Indices in v. C. Flavius erroribus referti sint nunc a Garatonio et Wundero sublatis, consulto, quae Ernestius de eo homine scripsit, omisimus.

Cn. Flavius, Anci (al. Annii, al. Cn.) filius: ante decemviros non fuit, quippe qui aedilis curulis fuerit, qui magistratus multis annis post decemviros institutus est. Quid ergo profecit, quod protulit fastos? Occultatam putant quodam tempore istam tabulam, ut dies agendi peterentur a paucis. Nec vero pauci sunt auctores, Cn. Flavium scribam fastos protulisse actionesque composuisse. ad Att. 6, 1, 8. — Illud de Flavio et fastis, si secus est, commune erratum est, et tu belle ἠπόρησας et nos publicam prope opinionem secuti sumus, ut multa apud Graecos. Ibid. §. 18. — Fastos volgo non habebant. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit et singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit et ab ipsis cautis iure consultis eorum sententiam compilavit. pro Murena 11, 25. — Cn. Flavius Cn. F. scriba primus expo-

suit actiones. (a. u. c. 450.) de Or. 1, 41, 186. — Ceteri loci de hoc Cn. Flavio, scriba aedilicio Appii Caeci ac postea aedili hi sunt: L. Piso apud Gell. 6, 9. Liv. 9, 46. Diodor. Sic. 20. p. 751. Val. Max. 2, 5, 2 et 9, 3, 3. Plin. H. N. 33, 1, 6, Pomponius (l. 2. §. 7. ff. de Orig. Iur.) Ubique autem *Anci* patris praenomen Sabinum substituendum videtur corruptelis *Annii* (Piso apud Gell. l. l. et Plin. l. l.) et *Cn.* (Cic. Liv.). Or. — Ab eo *Ius Flavianum* dictum est. Ea re meruit, ut usque ad aedilitatem proveheretur studio populi. Liv. l. l. Ern.

L. Flavius, vir primarius, eques Romanus, testis contra Verrem. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 1, 5, 14. — L. Flavius, eques Romanus, testis in Verrem. Verr. Accusat. 5, 59, 155.

L. Flavius, procurator C. Matrinii. Verr. Accusat. 5, 7, 15.

L. Flavius, tribunus pl. a. u. c. 691. Agraria lex promulgata est a Flavio, sane levis, eadem fere, quae fuit Plotia. ad Att. 1, 18, 6. — Ea lex vehementer agitabatur auctore Pompeio. Ibid. 19, 4. — Refrixit. Ibid. 2, 1, 6. — L. Flavius, praetor designatus (a. u. c. 695.), Ciceronis amicus, querebatur de iniquis epistolis Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 1, 2, 3, 10. — Flavius, praetor a. u. c. 696. Ascon. in Milon. p. 47. — Ei (a Caesare) legio et Sicilia datur a. u. c. 705. ad Att. 10, 1, 2.

L. Flavius una cum fratre C. Flavio commendatur Acilio. ad Fam. 13, 31, 1.

Q. Flavius Tarquiniensis quidam interfecit Panurgum. (ante a. u. c. 677.) pro Roscio Com. 11, 32.

C. Flavius Fimbria, novus homo, sed animi satis magni et consilii. Eum populus (a. u. c. 650.) praetulit in consulatu petendo Q. Lutatio Catulo. pro Plancio 5, 12. (Cfr. Wunderi Comment. p. 75.) — C. Fimbria, accusatus a M. Gratidio de repetundis. Brut. 45, 168. — M. Aemilii Scauri, (principis senatus), testimonio in C. Fimbriam creditum non est. pro Fonteio 7, 14. — C. Fimbria, cos. a. u. c. 650. non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendit, ut ad summos honores perveniret. Verr. Accusat. 5, 70, 181., ubi olim falso legebatur *L. Fimbria.* — C. Fimbria tribunus plebi non est factus. pro Plancio 21, 52. — Eius nervi in dicendo: sed oris pravitas et verborum latitudo. de Or. 2, 22, 91. — Truculentus, asper, maledicus: diligentia tamen et virtute animi atque vita bonus auctor in senatu. — Eius orationes pueri legebamus, quas iam reperire vix possumus. Brut. 34, 129. — Eius dictum. de Off. 3, 19, 77. — C. Flavius Fimbria, consul cum C. Mario iterum a. u. c. 650. Ascon. in Cornel. p. 78. — C. Fimbria, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21.

C. Flavius Fimbria, M. Crassi aequalis et inimicus non ita diu iactare se potuit; qui omnia magna voce dicens, - - ita furebat tamen, ut mirarere tam alias res agere populum, ut esset insano inter disertos locus. Brut. 66, 233. — Hominem longe audacissimum nuper (a. u. c. 675.) habuimus in civitate C. Fimbriam et insanissimum. Is cum curasset in funere C. Marii (a. u. c. 668.), ut Q. Scaevola vulneraretur, diem Scaevolae dixit, posteaquam comperit eum posse vivere. pro Sex. Roscio 12, 33. — Est is, qui cum Q. Mucium Scaevolam iugulare tentasset, legatus L. Valerium Flaccum a Marianis partibus contra Sullam missum legionibus per seditionem privatum interfecit; sed mox idem a Sulla victore metuens, servo cervicem incidendam praebuit a. u. c. 670. Ellendt ad Brut. l. l.

C. Flavius Pusio, Cn. Titinnius, C. Maecenas, (equites Romani) illa robora populi Romani, fortiter restiterunt M. Druso, tribuno pl., equites legibus suis de quaestionibus habendis in eos, qui ob rem iudicandam pecuniam cepissent, in periculum vocanti. pro Cluentio 56, 153.

Flora. Mihi aedili Flora mater populo plebique Romanae ludorum celebritate placanda erit. Verr. Accusat. 5, 14, 36. — Floralia celebrabantur IV. Kal. Mai. (d. 28. April.) — Flora et Floralia. Varro RR. 1, 1, 6. — Florae templum. Varro LL. 5, 32. p. 158. Varro LL. 5, 10. p. 79. LL. 7, 3. p. 332.

Florales flamines. Varro LL. 7, 3. p. 331.

Floralia. Varro Fr. p. 371 et 372. Bip.

Florus (al. Florius.) Larinas. Ei legatum ex testamento infitiatus esse dicebatur Cluentius. pro Cluentio 59, 162.

Fluctus. Nostri duces mare ingredientes immolare hostiam Fluctibus consueverunt. de Nat. D. 3, 20, 51.

Flumen, sidus. de Nat. D. 2, 44, 114.

Flumentana porta Romae. Eam Caelius occupat, id est, praedium emit prope eam. ad Att. 7, 3, 9. Varro RR. 3, 2, 6.

Foenicularius Campus in Hispania Tarraconem versus. Strabo 3, 4. ait: *φέρεται δὲ ἐπὶ Ταῤῥακῶνα — διὰ τοῦ Ἰουγγαρίου πεδίου καὶ Βετέρων καὶ τοῦ Μαραθῶνος πεδίου τῇ Λατίνῃ γλώττῃ φύοντος πολὺ τὸ μάραθον*, hoc est: Fert autem haec via Tarraconem versus — per campum Iuncarium et Vetera et per eum qui Latina lingua Foenicularius campus dicitur a copia foeniculi (*finocchio*, *Fenchel*), quem gignit. Itaque Cicero ad Att. 12, 8. cum dicit: „Scribe, quid Celer referat egisse Caesarem cum candidatis, utrum ipse in Foenicularium, an in Martium campum cogitet:" hoc dicit: utrum in campum Martium cogitet ad comitia, an in Foenicularium in Hispania et ad reliquias belli. Sic recte Lipsius Electt. 2, 21. Schuetz.

Fons. Fontis delubrum consecravit C. Papirius Maso cos. a. u. c. 532. ex Corsica redux. de Nat. D. 3, 20. 52. (de Legg. 2, 22, 56. nunc legitur *a Fonti* pro *a Fontis ara.*) Vide Fontus.

Fontanalia. Varro LL. 6, 3. p. 204.

Fonteia gens Tusculo oriunda. pro Fonteio 14, 31. — Plebeia. Pro domo 44, 116.

Fonteia, M'. Fonteii soror, virgo Vestalis. pro Fonteio 17, 36.

A. Fonteius, tribunus militum seditiosus, a Caesare ignominiae causa ab exercitu remotus. (a. u. c. 707.) Bell. Afric. 54.

(C.) Fonteius, pater Fonteii a Cicerone defensi. Eius sanguine non solum Asculanorum manus, a qua interfectus, sed totum illud sociale bellum macula sceleris imbutum est. pro Fonteio 14, 31. Ibid. 17, 38. Appiano teste B. C. 1, 38. una interempti sunt ab Asculanis P. Servilius praetor et Fonteius eius legatus a. u. c. 663. Cfr. Liv. Epit. 72. Vellei. Pat. 2, 15. Oros. 5, 18.

C. Fonteius, legatus M. Fonteii. pro Fonteio 4, 8.

M'. (M.?) Fonteius M. F., eius, qui Q. Servilio praetori bello sociali legatus, Asculi interfectus est, perfunctus quaestura, (a. u. c. 665.), aedilitate a. 672., legatione in Macedonia et Hispania; praetor urbanus a. 676., propraetore Galliam Narbonensem a. 677 — 679. obtinuit eique per triennium praefuit, quo tempore Cn. Pompeius Hispaniense bellum adversus Sertorium administravit. Romam reversus repetundarum reus factus est, postulantibus Gallis, in his Induciomaro Trevirorum principe, accusatus a M. Plaetorio, subscriptore M. Fabio, defensus a Cicerone a. u. c. 685. Pro Fonteio per totam orationem. — Fragmenta orationis Fonteianae. Iulius Victor p. 219. 222. 243. — M. Fonteius domum Rabirianam Neapoli emit. (a. u. c. 687.) ad Att. 1, 6, 1., ubi Codd. habent *Fontinus* vel *Fontius*. Mediceus vero ut videtur, certe Victorius in Ed. altera *Fonteius*. ad Att. 4, 15, 6. — Utriusque Fonteii et patris et filii praenomina incerta sunt, cum nesciamus, utrum ad Fonteium a Cicerone defensum referendi sint nummi cum inscriptione Man. Fontei. C. F., necne. Cfr. Havercamp. Thesaur. Tom. I. p. 181. Eckhel D. N., 5. p. 218. Patris cognomen a scriptoribus vett. non indicatur; in filio Codd. Cic. exhibent *Marcum* sicque constanter Niebuhrius; *Manium* appellant Pighius in Annal., Ursinus ad Attic. 1, 6. p. 43. Graev., Schuetzius in Indice.

P. Fonteius, imberbis adolescens, annos viginti natus, etiam minor, adoptavit P. Clodium. Pro domo 13, 34 et 35. Ibid. 29, 77. — P. Clodius parentum nomen, sacra, memoriam, gentem Fonteiano nomine obruit. de Harusp. resp. 27, 57.

M. Fontinus. Vide M'. Fonteius.

Fontus, Iani filius. Eius ara in Ianiculo, ubi conditus Numa. de Legg. 2, 22, 56., quo loco olim legebatur *a Fontis* ara. (Ianum ferunt

Caelo atque Hecate procreatum in Italia regnasse primum, Ianiculi oppidi conditorem, patrem Fonti, Volturni generum, Iuturnae maritum. Arnobius 3. p. 69.)

Fordicidia. Varro LL. 6, 3. p. 198.

Formiae, municipium Latii in Auruncis. Si quando in hanc τηλέπυλον veneris Λαιστρυγονίην, Formias dico cet. ad Att. 2, 13, 2. — Ego adhuc orae maritimae praesum a Formiis. (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 12, 5. ad Fam. 8, 17, 1. ad Q. Fr. 1, 1, 6, 17. ad Att. 7, 8, 4.

Formiana villa Ciceronis in agro Formiano prope Caietam, diruta a P. Clodio, a. u. c. 697., a consulibus valde illiberaliter aestimata HS. ducentis quinquaginta milibus. ad Att. 4, 2, 6. — Scis, quo sumptu, qua molestia reficiatur Formianum. Ibid. 6, 7. Vide Formianum.

Formiani Ciceroni apud eos degenti admodum erant molesti. ad Att. 2, 14, 2.

Formianum, C. Laelii villa. de Rep. 1, 39, 61. — Item villa Ciceronis. ad Fam. 16, 10, 1. Ibid. 12, 6. — Item Dolabellae. ad Att. 15, 13, 5.

Formianus fundus P. Rutilii. de Nat. D. 3, 35, 86.

Formianus. Varro Fr. p. 349. Bip.

Formulae augurales in auspiciis. de Divin. 2, 34, 71 et 72.

Fors hera Ennio dicta. de Off. 1, 12, 38. — Fors domina campi. in Pison. 2, 3.

Fors Fortuna: eius natalis. Varro Fr. p. 199. Bip. — Fortis Fortunae dies ab Servio Tullio rege. Varro LL. 6, 3. p. 200.

Fortuna, dea. Varro Fr. p. 319. Bip. — Fortuna, rerum humanarum domina. pro Marcello 2, 7. — Eam nemo ab inconstantia et temeritate seiunget, quae digna certe non sunt deo. de Nat. D. 3, 24, 61. — Fortuna caeca est. Lael. 15, 54. — Fortunae descriptio Pacuviana. ad Herenn. 2, 23, 36. — Fortuna Huiusce (melius: Huiusque) Diei, Respiciens, Fors, Primigenia. de Legg. 2, 11, 28. — Tertia est urbs Syracusis, quae, quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit, Tycha nominata est. Verr. Accusat. 4, 53, 119. — Fortuna Virgo. Varro Fr. p. 241. Bip. — Bonae Fortunae signum a C. Verre Heio Mamertino ablatum. Verr. Accusat. 4, 3, 7. — Fortuna mala: eius ara in Esquiliis. de Legg. 2, 11, 28. et de Nat. 3, 25, 63.

Fortuna Praenestina: in eius gremio sedebat Iuppiter puer lactens cum Iunone. de Divin. 2, 41, 85. — Eius monitu sortes tolluntur, quorum inventor N. Suffucius. Ibid. §. 86. Pueri scil. manu miscentur atque ducuntur. Ibid. — Sed hoc quidem genus divinationis vita iam communis explosit. Ibid.

Forum Appii ad Att. 2, 10. oppidum in via Appia, hodie *S. Donato*, Latii veteris prope Tres Tabernas. De hoc genere oppidorum, quae *Fora* appellantur, agit Sigonius Ant. Iur. Ital. 2, 5. Ern.

Forum Aurelium, oppidum haud procul ab Urbe, ad viam Aureliam situm, hodie *Monte Alto*. in Catil. 1, 9, 24.

Forum Cornelium s. Cornelii, oppidum Lingonum, in Gallia Cispadana, hodie *Imola*. ad Fam. 12, 5, 2.

Forum Cupedinis ad Corneta. Varro LL. 5, 32. p. 147.

Forum Gallorum, oppidum Galliae Cispadanae, inter Mutinam et Bononiam in via Aemilia, hodie *Castel Franco*. ad Fam. 10, 30, 2.

Forum Iulii, colonia a Iulio Caesare deducta in Gallia Narbonensi, hodie *Fréjus*. ad Fam. 10, 15, 3. Ibid. 17, 1.

Forum Piscarium secundum Tiberim. Varro LL. 5, 32. p. 147.

Forum Voconii a Foro Iulii quattuor et viginti milia passuum abest. ad Fam. 10, 17, 1. Ibid. 34, 1. *Forum Vocontium* cum Strothio dedit Schuetz, ut corrupte legebatur posteriore loco. Sed alteram scripturam satis defendit Plin. H. N. 3, 4, 5, 36. p. 220. Sillig. Fluctuant Geographi, utrum nunc sit *Canet* vicus in Pyrenaeis orientalibus, an *Luc*, oppidulum in Pyrenaeis inferioribus.

Frangones, Tebassi, Scaevae, Caesaris asseclae ex infima plebe, latrocinii auctores. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 10, 2. — C. Fuficium Fangonem appellat Dio Cass. 48, 22. — Apud Ciceronem sane est nomen militis veterani in num. plurali. Olim in libris

nonnullis erat *Francones* et de populo aliquo accipiebatur v. c. a Rhenano Rer. Germ. Lib. 2. p. 186., qui e Cod. Laurishemensis vestigiis corrigebat *Vangiones*. Ern. — Vide omnino, ne ex Dione corrigendum sit *Fangones*.

Fratres Arvales. Varro LL. 5, 15. p. 89.

Fraus dea. de Nat. D. 3, 17, 44.

Fregellae, oppidum Volscorum in Latio. — Perfidiosae. Her. 4, 15, 22. — Eversae. Ibid. 4, 27, 37. — Fregellae captae a L. Opimio praetore (a. u. c. 630.) Ascon. in Pison. p. 17.

Fregellani perduelles in populum Ro. Her. 4, 9, 13. Ibid. 4, 27, 37. de Inv. 1, 8, 11. — Fregellani Romanis semper videbantur adversi. Victorinus 1. p. 32. — Fregellani defensi in senatu a municipe suo L. Papirio. Brut. 46, 170. (vide Ed. nostram minorem.)

Fregellani Quattuorviri et Decuriones. Ad eos est Epistola 76. Lib. 13. ad Fam.

Fregellanum bellum. de lege agr. 2, 33, 90.

Frentani. pro Cluentio 69, 197. — Ibi volgo legebatur *Ferentani*, incolae oppidi Ferentii in Apulia, vicini Venusiae. Sed Graevius bene censet legendum *Frentani*, qui sunt vicini Marucinis, quibuscum hic iunguntur. (Populus erat Samnis ad Frentonem fluvium, in hodierno *Abruzzo citeriore*.) Nam non modo nullum est *Ferentium* aut *Ferentum* in Apulia, quod volgo putant, sed ne *Ferentani* quidem, ut mea fert opinio, ulli sunt. Apud Horat. Carm. 3, 4, 16. pro *Ferenti* legendum e Mss. et Edd. quibusdam cum Cuningamio *Forenti*, et *Ferentani* Apuliae apud Livium depravati sunt, ut vidit Io. Frid. Gronovius, legendumque *Forentani* e Mss. Lib. 9, 15., et alio loco *Forentum* pro *Ferentum* ibid. c. 20., ut etiam Dukero et Drakenborchio placet. *Ferentini* sunt in Hernicis, (hodie *Ferentino.*) Aliter tamen statuit Cellarius G. A. T. I. p. 714. Ern.

Fretense mare. ad Att. 10, 7, 11. — Est fretum inter Italiam et Siciliam. Vide Turneb. Adversar. 18, 10. Nam *fretum* κατ' ἐξοχὴν dicitur pro Siculo apud Florum 1, 26. extr. Cic. ad Att. 2, 1., ad quem locum v. Graevium, item Interpretes ad Caesaris Civ. 1, 26. Ern.

Frivolaria Plauti. Varro LL. 7, p. 341.

Fruges pro Phryges. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 434.

Frusinas fundus, praedium non procul a Frusino Latii oppido, a Cicerone venditum cum condicione redemptionis. ad Att. 11, 4, 1. Ib. Ep. 13, 4.

Fuffanus: ad Att. 7, 15, 2. Falsa lectio pro Furfanius.

Fufia lex. ad Att. 4, 16, 5.

Fufia et Aelia lex. Schol. Bob. in Vatin. p. 319.

C. Fuficius: Verr. Accusat. 2, 12, 31. Codd. fluctuant inter *Fuficium*, *Fusicium*, *Fusium*, *Sufficium*. Lambinus in Ed. priore *Fufidium* dedit.

Fufidius, eques Romanus, ornatissimus, creditor debitoribus Apolloniatis addictus a L. Pisone, procos. Macedoniae. in Pison. 35, 86. — Coheredes Fufidiani. (a. u. c. 707.) ad Att 11, 13, 3. — Fufidiana praedia. Ib. Ep. 14, 3. Ib. Ep. 15, 4. (Ad quem Fufidium haec pertineant, incertum est. Schuetzius ad sequentem refert.)

Fufidius. Ab eo fundus Q. Ciceroni emitur. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 3. — Hi Fufidii apud Ciceronem praenomine carent: Schuetzio duo sunt *Q. Fufidii*, Ernestio, qui omisit eum, qui in Epp. ad Q. Fr. l. l. memoratur, is, cuius nomen extat in Pisoniana, item est *Q. Fufidius*, „pater fortasse Q. Fufidii, Q. F. ad Fam. 13, 11. 1."

L. Fufidius, ad quem M. Aemilius Scaurus tres libros scripsit de vita ipsius acta, in aliquo patronorum numero fuit. Brut. 30, 113. Cfr. Ruhnkenium ad Velleium 2, 16. 2. p. 119.

Q. Fufidius Q. F., Arpinas, eques Romanus proficiscitur legatus in Galliam ad vectigalia Arpinatium exigenda. ad Fam. 13, 11, 1. — Privignus M. Caesii tribunus mil. in Cilicia sub Cicerone. Ibid. 12, 1., ubi commendatur M. Bruto.

C. et M. Fufii, equites Romani, primarii viri. pro Flacco 20, 46.

Fufius. Varronis ad eum epistola. Varro Fr. p. 199. Bip.

A. Fufius, unus ex intimis Ciceronis, commendatur C. Memmio a. u. c. 704. ad Fam. 13, 3.

L. Fufius, calumniator in luminum iure. de Or. 1, 39, 179. — In accusando M'. Aquilio eius industria cognita est. de Off. 2, 14, 50. — L. Fufius multum a C. Carbone Arvina et Q. Vario aberat; tamen ex accusatione M'. Aquilii diligentiae fructum ceperat. Brut. 62, 222. Eundem puto qui bis praeterea memoratur in libris de Oratore. Scil. 2, 22, 91.: Etiam amissa voce furebat in re publica. Et 3, 13, 50., ubi eius oratio confusa et perturbata exagitatur. — His locis plerisque est *Fusius*. Recte autem post alios monuit Pearcius ad l. de Orat. 2, 22. Ciceronis temporibus nullos *Fusios* fuisse, sed invaluisse, ut *Furii* dicerentur, ut nemo *Valesius* dicebat aut *Papisius*, sed *Valerius* et *Papirius*. *Fufius* autem et *Fusius* in libris Ciceronis saepe confundi sciunt omnes, qui vel leviter Ciceronem tractarunt. Ern. Cfr. Wolfium ad Suetonii vitam Persii p. 59.

M. Fufius, Milonis familiaris et comes, cum P. Clodium occidit. Ascon. in Mil. p. 33.

Q. Fufius, honestissimus eques Romanus (circa a. u. c. 710.) Philipp. 2, 16, 41.

Fufius Calenus, pater: quo utebar sene adolescens, homo severus et prudens, primas omnium civium P. Nasicae, qui Ti. Gracchum interfecit, dare solebat. Philipp. 8, 4, 13.

L. (Fufius) Calenus, testis in Verrem. Verr. Accusat. 2, 8, 24.

Q. Fufius Calenus, tribunus pl. a. u. c. 693. ad Fam. 5, 6, 1. — Fufius, tribunus pl. levissimus in contionem produxit Pompeium. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 14, 1. Ibid. §. 6. — Hortensius excogitavit, ut legem de Clodiana religione Fufius ferret. Ibid. 15, 2. — Eum boni viri clamoribus et conviciis et sibilis consectantur. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 18, 1. — P. Clodius, incesti reus, a turbulenta multitudine, ne causam diceret, non sine impetu seditionis adiutus est: auctore huius conspirationis Q. Fufio Caleno, tribuno pl. Schol. Bob. in Clodium p. 330. — Eius lex iudiciaria. Schol. Bob. pro Flacco p. 235. Vide: P. Vatinius. — Favet Clodianis post P. Clodii caedem (a. u. c. 702.) Ascon. in Milon. p. 43. — Legatus Caesaris in Gallia. Bell. Gall. 8, 39. — Legatus Caesaris in Hispania a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 87. Ibid. 3, 7. — Caesaris iussu cum M. Antonio in Epirum navigat. Caesar Civ. 3, 26. — A Caesare in Achaiam missus, Delphos, Thebas et Orchomenum recipit. Ibid. 55. — Venit ad me Q. Fufius; quo voltu, quo spiritu! properans Brundisium, scelus accusans Pompeii. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 5, 1. — Fufius est apud Caesarem, mihi inimicissimus. (a. u. c. 706.) ad Att. 11, 8, 2. Ib. Ep. 15, 2. — (Pompeiani) Achaici etiam Fufio spem deprecationis afferunt. Ib. Ep. 16, 2. — Q. Fufius Calenus, vir fortis ac strenuus, pacem cum M. Antonio suadebat; ideo a Cicerone reprehensus. Philipp. 8, 4, 11. seqq. — Exagitatur propter eius inimicitias in Brutos. Philipp. 10, 1, 3. seqq. — Calenus iudicavit hostem Dolabellam; bona eius censuit publice possidenda. Philipp. 11, 6, 15. — Quotidie litteras mittebat, accipiebat, aperte favebat M. Antonio. Philipp. 12, 1, 1. — Procurator Antonii. Ibid. 7, 18. — (Scripsit mihi), uti me sibi restituerem. Sane insulse, ut solet. a. u. c. 710. ad Att. 15, 4, 1. — Caleni interventum et Calvenae (Matii) cavebis. ad Att. 16, 11, 1. — Schol. Bob. pro Milone p. 282.

Fugitivi Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 344.

C. Fulcinius legatus populi Romani, Fidenis interemptus a Larte Tolumnio, Veientium rege. Philipp. 9, 2, 4 et 5. A. u. c. 316. Cfr. Liv. 4. 17.: „Fidenae, colonia Romana ad Lartem Tolumnium, Veientium regem, ac Veientes defecere. Maius additum defectioni scelus: C. Fulcinium, Cloelium Tullum, Sp. Antium, L. Roscium, legatos Romanos, causam novi consilii quaerentes, iussu Tolumnii interfecerunt. - - Legatorum horum statuae publice in Rostris positae sunt."

L. Fulcinius C. F. a. u. c. 702. accusavit M. Saufeium de caede. Ascon. in Milon. p. 54.

M. Fulcinius, e municipio Tarquiniensi, qui domi suae cum primis honestus existimatus est et Romae argentariam non ignobilem fecit cet.

pro Caecina 4, 11. — Eius filius, M. Fulcinius, adolescens mortuus. Ibid. §. 12. — Eius libertus, item M. Fulcinius. Ibid. 6, 17.

Fulginas municipium - -; praefectura. Varen. Fragmm. 3 et 4. p. 443. — Fulginum, hodie *Foligno*, oppidum Umbriae ad Tiniam fluvium.

Q. Fulcinius, Caesarianus, ex primo hastato legionis XV., qui propter eximiam virtutem ex inferioribus ordinibus in eum locum pervenerat, cecidit in proelio ad Ilerdam commisso a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 46.

Fulvia basilica. Varro LL. 6, 2. p. 187.

Fulvia, mulier nobilis, Q. Curii amica, Catilinae coniurationis a Curio certior facta, quae audierat compluribus narravit. Sal. Catil. 23.; etiam Ciceroni. Ibid. 26. — Aperit Ciceroni scelestum L. Varguntei et C. Cornelii consilium. Ibid. 28.

Fulvia, uxor P. Clodii, C. Curionis et M. Antonii, maritis suis fatalis. Philipp. 2, 5, 11. — Fulvia, P. Clodii uxor, cum effusa lamentatione mariti volnera ostendebat. Ascon. in Milon. p. 33. — Deiotarus dignus ille quidem omni regno, sed non per Fulviam. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 12, 1. — Fulvia significatur etiam Philipp. 2, 31, 77. collato Plutarchi Antonio c. 10., qui eam sic describit: *οὐ ταλασίαν οὐδ' οἰκουρίαν φρονοῦν γύναιον οὐδ' ἀνδρὸς ἰδιώτου κρατεῖν ἀξιοῦν, ἀλλ' ἄρχοντος ἄρχειν καὶ στρατηγοῦντος στρατηγεῖν βουλόμενον.* — Eius pater M. Fulvius Bambalio, ubi vide.

Fulviaster. Philotimus solet omnino esse Fulviaster. ad Att. 12, 44, 4. Sic edidi pro volgato *Fulviniaster*, ut sit imitator Fulvii alicuius, fortasse Fulvii Postumi, Caesariani, ut volunt Ernestius et Schuetzius.

Fulvii Tusculo oriundi. pro Plancio 8, 20. (ubi olim male legebatur Fabii.) — Primus fuit L. Fulvius, de quo est locus difficilis apud Plinium H. N. 7, 44.: „Est et L. Fulvius inter insignia Fortunae exempla, Tusculanorum rebellantium consul eodemque honore, cum transisset, exornatus confestim a populo Romano, qui solus eodem anno, quo fuerat hostis, Romae triumphavit ex iis, quorum consul fuerat"; de quo vide Duker. ad Livii Lib. 8, 37. Stemma Fulviorum est apud Sigonium ad Liv. 40, 41. Ern.

A. Fulvius, senatoris filius, ad Catilinam profectus, quem retractum ex itinere parens necari iussit. Sal. Catil. 39.

M. Fulvius Bambalio, Tusculanus, locuples, Fulviae, uxoris M. Antonii, pater. Philipp. 2, 36, 90. ibique Garat. (Male alii confuderunt cum Q. Fadio.) — Homo nullo numero. Nihil illo contemptius, qui propter haesitantiam linguae stuporemque cordis cognomen ex contumelia traxerit. Ibid. 3, 6, 16.

M. Fulvius Flaccus, avus L. Caesaris. Schol. Gronov. ad Catil. p. 413. — Probra coniecit in P. Scipionem Nasicam Serapionem. de Or. 2, 70, 285. — M. Fulvius Flaccus cos. a. u. c. 629. Scipionis Serapionis accusator; ipse cum C. Graccho interfectus. — Mediocris orator: etsi eius scripta sunt, sed ut studiosi litterarum: eius aemulus P. Decius fuit. Brut. 28, 108. — Quia cum C. Graccho contra salutem rei publicae fecerat, et senatus sententia est interfectus et eius domus eversa et publicata est; in qua porticum post aliquanto Q. Catulus de manubiis Cimbricis fecit. Pro domo 38, 102. Ibid. 43, 114. Val. Max. 6, 3, 1. — Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit: interfectus est propter quasdam suspiciones C. Gracchus, occisus est cum liberis M. Fulvius, consularis. in Catil. 1, 2, 4. Ibid. 12, 29. — Iussu consulis (L. Opimii) interfectus filiusque eius impuber legatus a patre missus in carcere necatus. in Catil. 4, 6, 13. — M. Fulvius consularis eiusque duo adolescentuli filii in C. Gracchi caede interfecti. Philipp. 8, 4, 14. — Ferro necatus. Sal. Iug. 42. — M. Fulvius Flaccus post Ti. Gracchi mortem triumvir agris dividundis cum C. Graccho et C. Carbone creatus, plebem seditiosis contionibus concitavit Africanumque ipsi collegisque adversantem pro Rostris conviciis proscidit (Liv. Epit. 59. Plutarch. C. Gracch. 10. Appian. B. C. 1, 19.) In consulatu, quem magistratum a. u. c. 629. cum M. Plautio Hypsaeo gessit, cum seditiosas leges ferret de civitate sociis Italicis danda et de provocatione ad populum eorum, qui civitatem mutare voluissent (Valer. Max. 9, 5, 1.), a se-

natu has leges impedire volente auxilio Massiliensibus adversus Salluvios Gallos, qui fines Massiliensium populabantur, missus est; devictisque Transalpinis Liguribus triumphavit (Liv. Epit. 60. Plut. C. Gracch. 18.) Romam reversus C. Graccho se adiunxit atque cum eo ab Opimio cos. a. u. c. 633. oppressus est. (Liv. Epit. 61. Vellei. Pat. 2, 6. Appian. B. C. 1, 26.) Henrichsen.

Q. Fulvius Flaccus quartum consul cum Q. Fabio Maximo Verrucoso a. u. c. 545. His consulibus Capua devicta atque capta est. de lege agr. 2, 33, 90.

Q. Fulvius Q. F. Flaccus, A. Postumius censores a. u. c. 580. Verr. Accusat. 1, 41, 106.

Ser. Fulvius Flaccus de incestu accusatus, a C. Curione defensus. Brut. 32, 122. — Ser. Fulvius incesti reus, defensus a Curione avo. Schol. Bob. in Clodium p. 330. — Ex eius oratione de Inv. 1, 43, 80. haec verba afferuntur: „Nemo potest uno adspectu neque praeteriens in amorem incidere." — Ser. Fulvius Flaccus, consul a. u. c. 619. cum A. Albino tenuit locum quendam (in eloquentia). Brut. 21, 81.

Q. Fulvius Lupinus (al. *Lippinus*): eius leporarium in Tarquiniensi. Varro RR. 3, 12, 1.

P. (Schol. *L.*) Fulvius Neratius, lectissimus homo. pro Flacco 20, 46. — P. Fulvius Neratius Milonem de sodaliciis postulavit a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 40 et 54.

M. Fulvius Nobilior duxit consul (a. u. c. 565.) in Aetoliam Ennium; id quod ei ut probrum obiecit M. Cato Censorius. Tuscul. 1, 2, 3. — Cum eo in Aetolia militavit Q. Ennius. Brut. 20, 79. — Ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. pro Archia 11, 27. — Eius triumphus de Aetolis. pro Murena 14, 31. (et de Cephallenia. Liv. 39, 5.) — Musis et Herculi templum dedicavit e manubiis. Musas pinxerat Zeuxis, quam tabulam ille ademerat Ambraciotis. Vide Plin. H. N. 35, 10. de ipso templo vide Harduin. ad Plin. l. l. Ern. — Cum eo censore facto rediit in gratiam M. Lepidus, collega. (a. u. c. 575.) de prov. cons. 9, 20. Liv. 40, 45. seqq. — *Mobiliorem* cum Cato dixit. de Or. 2, 63, 256.

M. Fulvius Nobilior, ex equestri ordine, Catilinarius. Sal. Catil. 17. — M. Fulvius Nobilior condemnatus (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 12.

Q. Fulvius Nobilior, Marci, qui Aetolos vicit, filius, iam patrio instituto deditus studio litterarum, non indisertus fuit; consul cum T. Annio Lusco a. u. c. 601. Ennium civitate donavit, cum triumvir coloniam deduxisset. Brut. 20, 79.

Fulvius Postumus, Caesarianus a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 62.

Fundania, filia C. Fundanii, uxor M. Terentii Varronis. Varro RR. 1, 1, 1.

Fundanius, tribunus pl. a. u. c. 505., diem dixit perduellionis P. Claudio Pulchro cos., apud Drepanum devicto ab Adherbale. Schol. Bob. in Clodium p. 337.

C. Fundanius, socer Varronis. Varro RR. 1, 2, 1. Varro Fr. p. 349. Bip.

C. Fundanius defensus a Cicerone a. u. c. 688. Fundan. Fragmm. p. 445. — Ciceronis amicus (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 3, 10. Idem fortasse cum sequente.

C. Fundanius, eques Ro., Pompeianus, ad Caesarem transfugit a. u. c. 709. Bell. Hispan. 11.

M. Fundanius, civis ad ambitionem gratiosissimus. (a. u. c. 690.) Q. Cic. de Pet. C. 5, 19.

Fundanus ager. de lege agr. 2, 25, 66. Ager circum Fundos (ad Att. 14, 6, 1.) oppidum Latii novi, inter Terracinam et Formias situm. Ab eo est lacus Fundanus. Hodie *Fondi*. Ern.

L. Fundilius, aedituus Telluris. Varro RR. 1, 2, 11.

Funisulanus. Attici litteras Tullio dedit. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 4, 1. — Ciceronis debitor. ad Att. 10, 15, 1.

T. Furfanius Postumus, vexatus a P. Clodio, iudex in causa Milonis laudatur pro Milone 27, 75. — Ei a. u. c. 705. ut in Sicilia succederet Postumius, decrevit senatus. ad Att. 7, 15, 2. — A. u. c. 709. Siciliam pro consule obtinebat. ad Fam. 6, 8, 3. (Pigh. T. 3. p. 459.) — Ei A. Caecinam exulem commendat. Ibid. Ep. 9. — (Ad Fam. 6, 8. commemoratur T. Furfanus (*sic*) Postumus, propraetor Siciliae post bellum civile Caesarianum, nescio an idem. *Furfanus* quidem aut idem esse

quod *Furfanius*, aut hoc illi substituendum esse non dubito. Sic *Fidiculanus* et *Fidiculanius* invenitur. Est tamen alterum usitatius. Ern.)

Furia lex. Verr. Accusat. 1, 42, 109.

Furiae leges. Vide Atiniae, Furiae leges.

Furiae deae sunt, speculatrices et vindices facinorum et scelerum. de Nat. D. 3, 18, 46. — Earum taedae ardentes. pro Sex. Roscio 24, 67. — Furiarum faces ardentes. in P. Clodium 1, 6. — Non ardentibus taedis, sicut in fabulis, sed angore conscientiae fraudisque cruciatu improbos agitant insectanturque. de Legg. 1, 14, 40. — Catilinam eiusque socios non ad perficiendum scelus, sed ad luendas rei publicae poenas, Furiae quaedam incitaverunt. pro Sulla 27, 76. — Locus Vatinianae 13, 31. a Schuetzio allatus huc non pertinet.

Furina. Eumenidum et Athenis fanum est et apud nos, ut ego interpretor, lucus Furinae. de Nat. D. 3, 18, 46. — Furinae nunc vix nomen notum paucis. Varro LL. 6, 3. p. 201. — Furinae templum prope Satricum. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 4. Varro LL. 7, 3. p. 332. — Apud P. Victorem in regione XIV. ponitur templum et lucus Furinarum cum insula. Est etiam apud Gruter. Inscriptt. CCCXXXIII. 1. ara *Forinarum* pro *Furinarum*, ad quem locum vide notulam in Graevii Edit. adiectam. Ursinus etiam apud Ciceronem mavolt *Forinae* legi. Ern.

Furinalis flamen; Furinales feriae a Furina. Varro LL. 5, 15. p. 88. Cfr. LL. 7, 3. p. 331.

Furinalia. Varro LL. 6, 3. p. 201.

Furius, praediator, ad quem Q. Scaevola consultores suos nonnunquam reiiciebat. pro Balbo 20, 45. Pater fortasse C. Furii Camilli. (ad Fam. 5, 20.) — Eius nullam fere mentionem faciunt historiae iuris scriptores, cum tamen Cascellio hic iungatur. Ern.

Furius Heracliensis (nam habent illi nonnulla huiuscemodi Latina nomina) nauarchus, homo innocens securi percussus a Verre. Defensionem causae suae scripsit; ex qua locos nonnullos affert Cicero. Verr. Accusat. 5, 43, 112 et 113.

A. Furius poëta, Q. Lutatii Catuli patris familiaris, ad quem hic scripsit librum de consulatu et de rebus gestis suis. Brut. 35, 132. — A. Furius Antias, interdum confusus cum M. Furio Bibaculo, floruit circa a. u. c. 650. scripsit Annales undecim minimum librorum, quorum novem supersunt versiculi, a Macrobio Saturn. 6, 1, 3 et 4. servati, ut demonstraret imitationem Virgilianam. Cfr. Weichert Poët. Lat. p. 351.

C. Furius tulit apud maiores nostros legem de testamentis. pro Balbo 8, 21.

L. Furius praetor. Pseudoascon. in Divin. p. 109.

M. Furium Cratander et Lambinus vocant hominem ignotum, qui nobis est M. Orfius, Schuetzio M. Rufus. ad Fam. 7, 5, 2.

N. Furius, eques Ro., cum erat commodum, cantabat. de Or. 3, 22, 87. (Nihil de eo constat.)

P. Furius, Catilinarius, ex iis colonis, quos Faesulas L. Sulla deduxit, sollicitarat Allobrogum legatos. in Catil. 3, 6, 14. — Memoratur etiam a Salustio Catil. 50.

C. Furius Camillus, in rebus novis perquirendis diligens. ad Att. 13, 33, 4. Qua munditia homo! qua elegantia! ad Fam. 9, 20, 2. — C. Camillus, iuris praediatorii omnium peritissimus, Ciceroni amicissimus. ad Fam. 5, 20, 3. — Amicus Ciceronis. (a. u. c. 704.) ad Fam. 14, 5, 2. Ibid. 14, 2. — Mihi videor audisse a Camillo commutatam esse legem (de columnario tributo). ad Att. 13, 6, 1. — Cfr. ad Att. 5, 8, 3. Ib. 6, 1, 19. Ib. Ep. 5, 2. Ibid. 11, 16, 5. (a. u. c. 707.) Ib. Ep. 23, 1.

L. Furius Camillus, App. Claudius Crassus coss. a. u. c. 405. Iis coss. Plato Tarentum venit. Cato 12, 41. — Eosdem consules edit Gellius 9, 11., sed alii P. Claudium. Vide Sigonium ad h. a. Ern. Etiam Piranesius in Fastis Coss. male *P. Claudius.*

M. Furius Camillus, dictator a. u. c. 365. — Camillus exulans felicior, quam temporibus iisdem Manlius (Capitolinus). Fragmm. p. 462. — Camillus, cum esset optime de re publica meritus, tamen populi incitati vim iracundiamque subiit. Pro domo 32, 86. — Eius exilium. de Rep. 1, 3, 6. — Eius statua in Rostris togata sine tunica. Ascon. in Scaur. p. 30. — Tuscul. 1, 37, 90. — Camilli, Fabricii, Curii haec ex minimis tanta fecerunt. pro Caelio 17, 39.

Furius Crassipes, Tulliae sponsus. ad Att. 4, 5, 3. Ibid. Ep. 12. ad Att. 7, 1, 8. — De nostra Tullia spero cum Crassipede nos confecisse. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 4, 2. Ibid. 5, 1 et 6, 1. — Quod tu (P. Lentule Spinther) mihi de filia et de Crassipede gratularis, agnosco humanitatem tuam: speroque et opto nobis hanc coniunctionem voluptati fore. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 7, 11. (Ibid. 9, 20.) — Fuit Crassipes pro quaestore Bithyniae. Ad eum scripta est Ep. ad Fam. 13, 9., qua ei commendatur societas (publicanorum) Bithyniae. — Fuit Caesarianus. — Eius sermo cum Cicerone, sub profectionem Pompeii a Brundisio. ad Att. 9, 11, 3. — Eius ambulatio alluvie ablata. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 7, 1. — M. Furius Crassipes praetor est apud Livium 38, 42., quod docet etiam Manutius ad Fam. 1, 7, 11., ubi negat se praenomen huius Crassipedis reperire potuisse. Desponsa ei est Tullia ante Ciceronis profectionem in Ciliciam, sed dimissa mox. Cicero tamen cum eo postea quoque amicitiam coluisse videtur. Vide Tunstalli Epistolam ad Middlet. p. 187. 188. Ern.

M. **Furius Flaccus**, eques Ro., homo nequam. Eum Capitolini et Mercuriales de collegio eiecerunt, praesentem, ad pedes unius cuiusque iacentem. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 5, 2.

L. **Furius Philus** cos. a. u. c. 618. perbene Latine loqui putabatur litteratiusque quam ceteri. Brut. 28, 108. ad Att. 12, 5, 3. — L. Furius Philus, Sex. Attilius Serranus coss. a. u. c. 618. rogationem tulerunt de C. Hostilio Mancino Numantinis dedendo. de Off. 3, 30, 109. — Quaesivit de Numantino foedere. de Rep. 3, 18, 28. — Secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuit. de Or. 2, 37, 154. — Moderatissimus homo et continentissimus. pro Archia 7, 16. — Eius comitas. pro Murena 31, 66. — Phili, Catones, Laelii. Eorum sapientia temperantiaque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspectae. de lege agr. 2, 24, 64. quo loco olim male legebatur *Philippi*. — Loquens inducitur in libris de re publica. de Rep. 1, 11, 17. — Philus persona librorum de re publica. ad Att. 4, 16, 2. Lael. 4, 14. Ibid. 6, 21. Ibid. 19, 69. Ibid. 27, 101. — A Fastorum conditoribus, etiam Cassiodoro, volgo ei *Publii* cognomen tribuitur, cum *Lucius* nominetur in Bruti C. 28, 108. et de Rep. 1, 11. 17. *Publius* dicitur sane ad Att. 12, 5, 3., sed Codex Mediceus omittit *P.*

P. **Furius Philus**, praetor a. u. c. 580. Cato Sapiens accusavit a. u. c. 583. P. Furium pro Lusitanis propter iniquissimam aestimationem frumenti. Pseudoascon. in Divin. p. 124. — Cfr. Meyeri Oratt. Rom. p. 45.

P. **Furius (Philus)**, homo omnibus insignis notis turpitudinis, accusatus a C. Deciano et condemnatus. pro C. Rabirio perd. 9, 24. — Tribunus plebi factus est ex libertino, de quo vide Appian. B. C. 1, 33. Ceterum in hac re videntur inter se pugnare Cicero et Valerius Max. 8, 1, 2.: „C. Decianus cum P. Furium inquinatissimae vitae pro Rostris accusaret, quia quadam in parte actionis de morte L. Saturnini queri ausus fuerat, nec reum damnavit et insuper ei poenas addictas pependit." Cicero damnatum dicit, Valerius a Deciano non damnatum; scilicet, antequam condemnari posset, a plebe discerptus est, ut proprie quidem non damnatus sit iudicum sententiis, sed poenam tamen dederit tamquam damnatus. Vide Pighium ad a. u. c. 654. (Fast. Capit.) Ern.

C. **Furnius**, amicus Ciceronis. — Paullus cos. desig. non humane de provincia (Caesari adimenda) loquitur (a. u. c. 703.): huius cupiditati occursurus est Furnius noster. (trib. pl.) Caelius ad Fam. 8, 10, 3. — Furnius et Lentulus, ut debuerunt, quasi eorum res esset, una nobiscum circumierunt et laborarunt (ut tibi supplicatio decerneretur a. u. c. 704.) Ibid. 11, 2. Ibid. 10, 24, 4. — Ad eum sunt Epp. 25 et 26. Lib. 10. ad Fam. — (A. u. c. 703) eum ad annum tribunum pl. videbam fore. ad Att. 5, 2, 1. Cfr. ib. Ep. 18, 3. — Furnii exceptio mihi non placet. Ib. Lib. 6, 1, 11. — Cupidissimus Ciceronis. a. u. c. 704. ad Fam. 15, 14, 5. — Venit ad Ciceronem ab Caesare, mense Martio a. u. c. 705. ad Att. 9, 6, 6 et 7. — Caesaris litteras a Furnio accepit Cicero. ad Att. 9, 11. A., 1. ad Att. 7, 19. — Eum L. Munatio Planco commendat. (a. u. c. 710.) ad Fam. 10, 1, 4. Ibid. 3, 1. Ibid. 4, 1. Ibid. 6, 1. — Legatus L. Planci, vir fortis atque

strenuus. Ibid. 8, 5. Ibid. 10, 1. Ibid. 11, 3. Ibid. 12, 1.

Fusia lex. Verr. Accusat. 1, 42, 109., ubi consule Zumptium.

C. Fusius Cita, honestus eques Romanus a Carnutibus interfectus a. u. c. 702. Caesar Gall. 7, 3.

M. Fustenus, antesignanus servorum P. Clodii. Ascon. in Mil. p. 33. (Nomen fortasse corruptum. v. Manut. l. l.)

Gaberius, Eques Ro. Quid ei usu venerit in pascendis capris. Varro RR. 2, 3, 10.

Gabii, Lavicum, Bovillae: his e muncipiis vix iam, qui carnem Latinis petant, reperiuntur. pro Plancio 9, 23. — Oppidum est Latii, fere medio inter Romam et Praeneste loco.

Gabinia lex tabellaria lata a Q. Gabinio a. u. c. 616. Lael. 12, 41. — Gabinia lex ab A. Gabinio lata a. u. c. 687. Ea sanctum erat, ut ex Kal. Febr. usque ad Kal. Mart. legatis senatus quotidie daretur. ad Q. Fr. 2, 13, 3. (a. u. c. 700.) — Gabinia lex alia de fenore ab A. Gabinio lata. ad Att. 5, 21, 12. Ib. Lib. 6, 2, 7. — Lege Gabinia (tertia) Bithynia et Pontus consuli (M'. Acilio Glabrioni a. u. c. 687.) data. Sal. Hist. 5. p. 235.

A. Gabinius, filius, ut videtur, illius A. Gabinii, qui rebus adversus Lucanos prospere gestis et plurimis oppidis expugnatis, in obsidione castrorum hostilium cecidit. Liv. Epit. 76. — A. Gabinium Sulla a. u. c. 673. legatum misit ad Mithridatem. Appian. Mithr. 66. — Tribunus pl. a. u. c. 687. legem tulit, qua Cn. Pompeio imperium totius orae maritimae bellumque contra praedones Cilicas gerendum tradidit. Cfr. Dio Cass. 36, 8. seqq. Plutarch. Pomp. 17. Legatus postea fuit Pompeii, maxime in bello Iudaico. Flavius Iosephus Antiqq. 14, 3, 2. seqq. Bell. Iud. 1, 6 et 8. Consul factus est a. u. c. 696. cum L. Calpurnio Pisone Caesonino et cum hoc atque P. Clodio potissimus auctor fuit exilii Ciceronis, ita tamen ut Clodius inimicus ei factus eius comitatum vi et armatis hominibus aggrederetur. Dio Cass. 38, 30. Post consulatum Syriam provinciam pessime administravit. Dio Cass. 39, 63. *ὁ Γαουΐνιος πολλὰ τὴν Συρίαν ἐκάκωσεν, ὥστε καὶ τῶν ληστικῶν, ἃ καὶ τότε ἤκμαζε, πολὺ πλείω σφίσι λυμήνασθαι.* Zonaras 5, 7. Cum revocatus esset a senatu, etiam supplicatio ei negata est. (a. u. c. 698.) Romam reversus est a. u. c. 699. ibique statim accusatus de maiestate, rerum repetundarum et de ambitu. Cfr. Valerium Max. 8, 1, 3.: „A. Gabinius in maximo infamiae suae ardore suffragiis populi, C. Memmio accusatore, subiectus abruptae esse spei videbatur: - - igitur lictor et carcer ante oculos obversabantur, cum interim omnia ista propitiae fortunae interventu dispulsa sunt. Filius namque Gabinii Sisenna consternationis impulsu ad pedes se Memmii supplex prostravit: - - quem truci voltu a se victor insolens repulsum excusso e manu anulo humi iacere aliquamdiu passus est. Quod spectaculum fecit, ut Laelius, tribunus pl., approbantibus cunctis Gabinium dimitti iuberet cet." — Damnatus est in iudicio repetundarum, quamquam defensus ab ipso M. Cicerone. (Cfr. Q. Fufii Caleni orationem in Ciceronem apud Dionem Cassium 46, 8.: *ταῦτα μὲν οὖν ἐάσω καὶ νὴ Δία καὶ τὸν Γαουΐνιον, ᾧ τοὺς κατηγόρους παρασκευάσας, ἔπειτα οὕτω συνεῖπες, ὥστ' αὐτὸν καταδικασθῆναι.*) Igitur in exilium ivit usque ad a. u. c. 705., quo a Caesare dictatore una cum ceteris exulibus revocatus est. De eius rebus gestis in bello civili cfr. Caesaris locos mox afferendos et Appiani B. C. 2, 59. et Illyr. 12, 25. Dionem Cass. 42, 11. Salonae morbo interiit a. u. c. 706. Eius uxor fuit Lollia a Caesare corrupta. Suet. Caes. 50. Cfr. *Ueber A. Gabinius, ein Programm v.* R. Rauchenstein. *Aarau* 1826. 8. — Q. Hortensius multa et in senatu et e Rostris contra virum fortem A. Gabinium dixit, cum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promulgasset. pro lege Manilia 17, 52. Hinc: lex Gabinia. Ibid. 18, 54. — Ut sibi legaretur Gabinius, Pompeius postulabat. Ibid. 19, 57 et 58. — Gabinia rogatione scimus victos esse ab Cn. Pompeio piratas. Schol. Bob. pro Flacco p. 235. — A. Gabinius (in tribunatu) collegae magistratum abrogavit. Cornel. I. Fragmm. 14. p. 449. — A. Gabinius, cum eius legi de bello adversus piratas Cn. Pompeio dando L. Trebellius trib. pl. intercederet, intro vocare tribus coepit, ut collegae magistratum abrogaret: tandem remisit intercessionem Trebellius. Ascon.

in Cornel. p. 71. — A. Gabinius tribunus pl. a. u. c. 687. Eius causam capitis susceperam (scil. ante exilium meum). Orator post red. ad Quir. 5, 11. Quam parum probabile hoc sit, ad eum locum demonstrarunt Markland et Wolfius. — Eius competitor in consulatu L. Lentulus, flamen Martialis. in Vatinium 10, 25. — Eum de ambitu postulare volebat C. Cato (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — A. Gabinius L. Lamiam relegavit. ad Fam. 12, 29, 1. — In eum invehitur orator post red. in sen. 5, 11. — L. Lamiam exire urbe iussit. Ibid. §. 12. Schol. Bob. pro Plancio p. 271. — Eum colloqui in curia nemo audebat. Fragmm. p. 491. — A. Gabinius et L. Piso. Invehitur in eos Cicero pro Plancio 35, 86. — Gabinius saltator Catilinae. Ibid. §. 87. — A. Gabinius, Catilinae laternarius. in Pison. 9, 20. — Exagitatur passim in Pisoniana. v. c. 11, 25. — Tandem Gabinius se collegit et contra suum Clodium, primum simulate, deinde non libenter, ad extremum tamen pro Cn. Pompeio vere vehementerque pugnavit. Ibid. 12, 27. — Gurges atque helluo natus abdomini suo. Ibid. 17, 41. — A. Gabinius unguentis affluens, calamistrata coma cet. In eum invehitur Cicero pro Sestio 8, 18. Ibid. 9, 20. — Tu, P. Clodi, capite velato, contione advocata, foculo posito, bona tui Gabinii, cui regna omnia Syrorum, Arabum Persarumque donaras, consecrasti. Pro domo 47, 124. — Gabinio pro illa sua Cilicia, quam sibi, si rem publicam prodidisset, pactus erat, Syria data est. pro Sestio 25, 55. Ib. 43, 93. — Ei cum Ciliciam dedisset P. Clodius, mutavit pactionem et ei, pretio amplificato, Syriam nominatim dedit. Pro domo 9, 23. — Gabinius regem Ptolemaeum acceptis decem milibus talentum per vim militarem restituit in regnum suum. Schol. Bob. pro Plancio p. 271. — Gabinius a. d. IV. Kal. Octobr. (a. u. c. 700.) noctu in urbem introivit: et hodie H. VIII., cum edicto C. Alfii de maiestate eum adesse oporteret, concursu magno et odio universi populi paene afflictus est. Nihil illo turpius. Proximus tamen est Piso. Itaque mirificum ἔμβολιον cogito in secundum meorum librorum (DE TEMPORIBUS SUIS) includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset; quorum alter (Piso) exercitum perdidisset, alter (Gabinius) vendidisset. ad Q. Fr. 3, 1, 7, 24. — A. d. VI. Id. Octobr. Gabinium ad populum luculente calefecerat Memmius sic, ut Calidio verbum facere pro eo non licuerit. Ibid. Ep. 2, 1. (ubi vide de ceteris iudiciis, quae Gabinio subeunda erant). — Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla; contra dixit L. Torquatus omnibusque libentibus non obtinuit. Ibid. Ep. 3, 2. — Absolutus est. Ibid. Ep. 4, 1. — Se ipsum, exercitum populi Romani, auctoritatem senatus, regi Aegyptio (Ptolemaeo Auletae) vendidit. (a. u. c. 698.) in Pison. 21, 48. — Signa contulit cum Alexandrinis. Cepit Alexandriam. Ibid. §. 49. — Reditum sibi ipse praecidit. Ibid. 22, 51. — Propter Syriam teterrime administratam (a. u. c. 698.) acerrime exagitatur. de prov. cons. 4, 9. seqq. — Eius litterae insigni quadam nota atque ignominia nova a senatu condemnatae. Ibid. 10, 25. — Id. Maiis (a. u. c. 698.) senatus frequens divinus fuit in supplicatione Gabinio deneganda. ad Q. Fr. 2, 8, 1. — Praeter Gabinium contigit nemini, ut ei supplicatio denegaretur. Philipp. 14, 8, 24. — A. Gabinius reversus est ex provincia Domitio et Appio coss. (a. u. c. 700.) Ascon. in Pison. p. 1. — Vehementer vexatus in senatu (propter Syriae administrationem). a. u. c. 700. ad Q. Fr. 2, 13, 2 et 3. — A. Gabinius, accusatus a Lentulo L. F., absolutus. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 9. — Denuo eum postulat P. Sulla Ibid. §. 11. Ib. Ep. 17, 1. — Gabinium tres adhuc factiones postulant; L. Lentulus, flaminis filius, qui iam de maiestate postulavit: Ti. Nero cum bonis subscriptoribus: C. Memmius, tribunus pl. cum L. Capitone. Ad urbem accessit a. d. XII. Kal. Octobr. (a. u. c. 700.) Nihil turpius nec desertius. Sed his iudiciis nihil audeo confidere. Quod M. Cato non valebat, adhuc de pecuniis repetundis non erat postulatus. ad Q. Fr. 3, 1, 5, 15. — Sunt lites aestimatae A. Gabinio; nec praedes dati nec ex eius bonis, quanta summa litium fuisset, a populo recepta. (a. u. c. 700.) pro Rab. Postumo 4, 8. — Non patitur mea me fides de Gabinio gravius agere. Quem enim ex tantis inimicitiis receptum in gratiam summo studio defenderim, hunc afflictum violare non debeo. Quocum stante si me Cn. Pompeii auctoritas in gratiam non redu-

xisset, nunc iam ipsius fortuna reduceret. Ibid. 8, 19. — Cfr. in primis ea de reconciliatione Ibid. 12, 33. — Gabinium si, ut Pansa putat oportuisse, defendissem, concidissem. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 5, 5. Ibid. Ep. 7. 1. Ibid. Ep. 9, 1. — In A. Gabinium Cicero dixit ante quam reconciliata gratia patrocinium eius suscepit. Cfr. Quintil. 11, 1. §. 73. — (In Pompeio beneficium sequor, non causam, ut in Milone, ut in . . . . . (ubi Gabinius videtur significari.) ad Att. 9, 7, 3. — Ex Commentariis causarum pro Gabinio locum affert Hieronymus in Apologia adv. Rufinum Lib. 1. T. IV, p. 351. Ed. Bened. Cfr. Cic. Fragmm. Ed. meae p. 461. — Gabinii absolutio (in iudiciis de maiestate et de ambitu) lex impunitatis putatur (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 9, 3. — A. Gabinius damnatus de pecuniis repetundis, quod acceptis decem milibus talentum ab rege Ptolemaeo duxisse Romanum exercitum in Aegyptum diceretur. Schol. Bob. pro Archia p. 356. — Gabinius ab exilio restitutus per Caesarem. Pati poterunt oculi mei me cum Gabinio sententiam dicere? (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 8, 3. — A. Gabinius a. u. c. 706. in Illyrico devictus a M. Octavio Pompeiano, Salonam se recepit summaque ibi difficultate rerum omnium pressus paucis mensibus morbo periit. Bell. Alex. 44. — A. Gabinius bello civili Pompeiano (morbo) interiit, ut constat etiam ex Dione 42, 11.; eidem scriptori L. 36, 6. est κάκιστος ἀνήρ.

C. Gabinius, falsa lectio de prov. cons. 5, 12.: *ne C. Gabinius* pro *ne Gabinius*, id est, Aulus Gabinius.

P. Gabinius, praetor a. u. c. 665. cum Appio Claudio Pulchro et Q. Metello Pio. — Gabinii, quamdiu incolumis fuit, levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem resignavit. pro Archia 5, 9. — Nuper (ante a. u. c. 684.) cum in P. Gabinium L. Piso (praetor a. u. c. 680.) delationem nominis postularet et contra Q. Caecilius peteret, isque se veteres inimicitias iam diu susceptas persequi diceret, cum auctoritas et dignitas Pisonis valebat plurimum, tum illa erat causa iustissima, quod eum sibi Achaei patronum adoptarant. Divinat. 20, 64.

P. Gabinius Capito, ex equestri ordine, Catilinarius. Sal. Catil. 17. — Urbem incendere debebat. Ib. 43, 44. Ad Ciceronem vocatur. Ib. 46, 47. — Supplicium de eo sumptum in Tulliano. Ibid. 55. Idem videtur:

P. Gabinius Cimber, Catilinarius. — Omnium scelerum improbissimus machinator Cimber Gabinius. in Catil. 3, 3, 6. Ibid. 5, 12. Ibid. 6, 14. Ibid. 4, 6, 12. Cfr. Ed. meam Cat. min. p. 221.

Q. Gabinius, homo ignotus et sordidus, tulit primam legem tabellariam de mandandis magistratibus a. u. c. 616. de Legg. 3, 16, 35. — Vide Gabinia lex.

Gabinum oppidum. Schol. Bob. pro Plancio p. 255. Vide Gabii.

Gabinus ager ab oppido Gabiis. Varro LL. 5, 4. p. 34.

Gades oppidum Hispaniae. ad Fam. 10, 32, 1. — Tartessiorum olim caput. Cato 19, 69. Pro domo 30, 80. — Insula cum oppido eiusdem nominis in Hispania Baetica, ad ostium fluvii Baetis; quod oppidum celebrem portum habet, hodie *Cadix*. Ern. Nota genitivum: „in nostro Gadium municipio." Columella 8, 16, 9.

Gaditana civitas. Eius ius. pro Balbo 6, 14. Ibid. 10, 25. Ibid. 11, 27. — Nusquam exceptum est foedere Gaditano, ne quem populus Romanus Gaditanum recipiat civitate. Ibid. 14, 32. — Historiam foederis Gaditani habes ibid. 15, 34. — Gaditana civitas occisis Scipionibus sola in fide mansit defectumque ac sine imperatoribus Romanum suscepit ac fovit exercitum. Schol. Bob. pro Scauro p. 376.

Gaditani a principio sui generis ac rei publicae ab omni studio sensuque Poenorum mentes suas ad nostrum imperium nomenque flexerunt cet. pro Balbo 17, 39. — Quibus beneficiis affecti sint a C. Iulio Caesare. Ibid. 19, 43.

Gaditanus ad Att. 7, 7, 6. est L. Cornelius Balbus.

Gaetuli. Africam initio habuere Gaetuli et Libyes. Sal. Iug. 18. — Genus hominum ferum incultumque eoque tempore (a. u. c. 646.) ignarum nominis Romani. Sal. Iug. 80.

Gaetulia: ibi homines pellibus sunt vestiti. Varro RR. 2, 11, 11.

Gaius. Locus ex Gaii libro primo de nexu faciendo. Boëthius III. p. 322.

Galata, Milonis servus. Ascon. in Mil. p. 38.

Galatae. Habebam auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum. (a. u. c. 703.) ad Att. 6, 5, 3. — Galatarum populus Phrygiae confinis, cuius olim pars fuit Galatia. A Gallis postea haec regio occupata est, quibus deinde etiam Graeci admixti sunt, unde et Gallograeci dicuntur. Hieronymi adhuc tempore Gallicus (Celticus) sermo iis in usu erat.

Galba. Vide in Sulpiciis.

Galeo. Galeonis hereditatem crevi. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 12, 4.

Galeotae interpretes portentorum in Sicilia. de Divin. 1, 20, 39. Pearcius putat esse ex Hebraico verbo גלה, revelavit, explicavit.

Galli, Afri, Hispani, immanes ac barbarae nationes. ad Q. Fr. 1, 1, 9, 27. — Gallica gens natura bellicosa. Sal. Catil. 40. — Infestissuma nomini Romano. Ibid. 52. — Saepe gloria belli Galli ante Romanos fuere. Ibid. 53. — Galli, homines aperti minimeque insidiosi, qui per virtutem, non per dolum, dimicare consuerunt. Bell. Afric. 73. — Alpium vallum contra adscensum transgressionemque Gallorum. in Pison. 33, 81. — Gallici ad Urbem adventus tempestas horribilis. de Rep. 2, 6, 11. — Galli Romae, nisi Capitolii, sunt potiti neque inde ante sex menses cesserunt. Varro Fragmm. p. 243. Bip. — Gallicae nationes quondam tam longe ab suis sedibus Delphos usque ad Apollinem Pythium atque ad oraculum orbis terrae vexandum ac spoliandum profectae sunt. Ab iisdem gentibus obsessum Capitolium est cet. pro Fonteio 10, 20. — Galli, Tauri, Poeni homines immolare et pium et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt. de Rep. 3, 9, 15. — Humanis hostiis aras ac templa funestant. Ibid. §. 21. — Galli turpe esse ducunt frumentum manu quaerere; itaque armati alienos agros demetunt. de Rep. 3, 9, 15. — Homines Galli ex Allobrogum civitate male pacata; quae gens una restat, quae populo Romano bellum facere et posse et non nolle videatur. in Catil. 3, 9, 22. — „Gallos post haec dilutius esse poturos, quod illi venenum esse arbitrantur." pro Fonteio loci Niebuhr. 3, 8. — Galli ad pecuariam appositissimi. Varro RR. 2, 10, 4. — Galli succidias optimas et maximas facere consueverunt. Varro RR. 2, 4, 10. — Gallorum auxilia Caesari a. u. c. 705. promissa. ad Att. 9, 13, 4.

Galli, i. e. sacerdotes Matris magnae Idaeae: praeter eos ne quis stipem cogito. de Legg. 2, 9, 22. — Et ii quoque paucos ad dies. Ibid. 16, 40. — Varro Fr. p. 273. p. 277. p. 297. Bip.

Gallia. Referta Gallia negotiatorum est, plena civium Romanorum. Nemo Gallorum sine cive Romano quidquam negotii gerit: nummus in Gallia nullus sine civium Romanorum tabulis commovetur. (a. u. c. 685.) pro Fonteio 1, 1. — A Cn. Pompeio per Galliam legionibus nostris in Hispaniam iter Gallorum internecione patefactum est. pro lege Manilia 11, 30. — Gallia una communi non ardet incendio, a M. Bruto administrata. Orat. 10, 34. — Gallia cis Rhenum atque inter mare nostrum et Oceanum perdomita (a. u. c. 703.) Salustius apud Victorinum I. p. 5.

Gallia Cisalpina: flos Italiae, firmamentum imperii populi Romani, ornamentum dignitatis. Philipp. 3, 5, 13. — In Gallia Cisalpina audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae; — illud est maius, quod in vocibus nostrorum oratorum retinnit quiddam et resonat urbanius. Brut. 46, 171. — Gallia Cisalpina D. Bruti nutum ipsum, ne dicam imperium, secuta, armis viris pecunia belli principia firmavit. Philipp. 12, 4, 9. — Gallia Cisalpina, quae semper praesidet atque praesedit huic imperio libertatique communi, merito vereque laudatur, quod se suasque vires non tradidit, sed opposuit Antonio. Philipp. 5, 13, 37.

Gallia citerior. de Inv. 2, 37, 111.

Gallia Transalpina intus ad Rhenum. Varro RR. 1, 7, 8. — Gallia transalpina Poeno fuit auxilio. ad Her. 4, 33, 45.

Galliae duae. Eas hoc tempore a. u. c. 698. uno (C. Caesaris) imperio videmus esse coniunctas. de prov. cons. 2, 3.

Galliae. Quid illis terris asperius? quid incultius oppidis? quid nationibus immanius? de prov. cons. 12, 29. Ibid. 13, 32.

Gallica Busta Romae. Varro LL. 5, 32. p. 156.

Gallicana lana. Varro LL. 9, 28. p. 484.

Gallicani. Varro RR. 1, 52. extr.

Gallicanus sive Gallicus ager. in Catil. 2, 12, 26. Cato 4, 11. — Gallicus et Picenus ager. Brut. 14, 57. — Gallicus ager Romanus (Ursin. *togatus*) vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. Cato apud Varronem RR. 1, 2, 7. Ibid. 1, 14, 4. — Ager Gallicus s. Gallicanus sic dictus est, quod inde expulsi sunt Galli Senones. Atque sic accipiendum vocabulum, ubi ager Gallicus Picenusque iunguntur, ut fit Catil. l. l. Itaque apud Caes. Bell. civ. 1, 29., ubi Gallia Picenumque iunguntur, eodem modo intelligendum Galliae nomen. Dicitur etiam Gallia quaestoria: (quia ei praeerat quaestor, cuius sedes Arimini erat;) de qua vide ad Suetonii Claud. 24. Ern.

Gallicus tumultus. Vide Italicus tumultus. (Philipp. 8, 1, 3.)

Gallii duo (M. et Q.) postularunt M. Calidium. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 4, 1.

Gallinaria insula in mari Tusco secundum Italiam contra montes Ligusticos (*Isola d'Albengo*). Varro RR. 3, 9, 17.

Gallinaria silva in Campania inter ostia Volturni et Literni iuxta litus. ad Fam. 9, 23.

C. Gallius. Verr. Accus. 3, 65, 152. Zumpt edidit C. Gallus, ubi vide.

M. Gallius Q. F. mancipia Salustio reddidit. Is venit, ut legiones in Siciliam traduceret. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 20, 2. — Memoratur etiam ad Att. 10, 15, 4. — M. Gallius Q. F. praetorius et Q. Gallius, praetor urbanus a. u. c. 711., filii eius Q. Gallii fuerunt, quem Cicero ante consulatum suum defenderat. M. Gallius, Antonianus, *innocens* per ironiam dicitur Philipp. 13, 12, 26. ad Att. 11, 20. Sueton. Aug. 27. Tib. 6., ubi consule Ernestium. Cfr. Caelium ad Fam. 8, 4, 1.

Q. Gallius. Vide Quintius Gallius.

Q. Gallius ambitus reus fit a M. Calidio Caesare et Figulo coss. a. u. c. 690., defensus a Cicerone. Gall. Fragmm. 1. p. 451. Brut. 80, 277. seqq. — Q. Gallius, civis ad ambitionem gratiosissimus (a. u. c. 690.) Q. Cic. de Pet. C. 5, 19. — Q. Gallius, quem Cicero postea reum ambitus defendit, cum esset praeturae candidatus, quod in aedilitate, quam ante annum gesserat, bestias non habuerat, dedit gladiatorium sub titulo patri se id dare. Ascon. in tog. cand. p. 88. — Q. Gallius, praetor a. u. c. 689., exercuit iudicium de C. Cornelio. Ascon. in Cornel. p. 62.

P. Gallonius, praeco. Nunquam fiet, ut in capite fortunisque hominum honestissimorum dominentur ii, qui relicta bonorum virorum disciplina et quaestum et sumptum Gallonii sequi maluerunt atque etiam, quod in illo non fuit, cum audacia perfidiaque vixerunt. pro Quint. 30, 94. — P. Gallonius, lurco famosus, cuius mensa omni genere deliciarum, in primis acipensere, infamis erat, propterea derisus a Lucilio. de Finn. 2, 8, 24 et 25. Ibid. 28, 90. Horat. Serm. 2, 2, 46.

Gallonius, Pompeianus a. u. c. 705. Gades tenebat. Caesar Civ. 2, 20.

Gallus quidam: eius dictum. de Or. 2, 66, 265.

Gallus e Phrygia, sacerdos Matris Idaeae. Her. 4, 49, 62.

C. Gallus. Vide C. Sulpicius Gallus.

M. Gallus Fadius. Vide M. Fadius Gallus.

Gallus Caninius ad Att. 15, 13, 3. falsa lectio pro *C. Annio* (Cimbro).

Q. Gallus. Vide Quintius Gallius.

Gallus Cornelius, familiaris Asinii Pollionis ad Fam. 10, 32, 5. poëta est nobilis sub Augusto, celebratus a Virgilio, ut putat Manutius, nec video, quid obstet. Vide Burm. ad Suet. Aug. 66. et Ovidii Am. 3, 9, 64. Ern.

Gamala, Liguris nescio cuius filia. — De Gamala dubium mihi non erat. Unde enim tam felix Ligus pater? ad Att. 12, 23, 3. — Incerta est nominis scriptura, cum in Mss. praeterea legatur *Magala*, *Megala*, *Megilia*.

Gamelion mensis Atheniensium. de Finn. 2, 31, 101.

Ganges, Indiae fluvius. de Rep. 6, 20, 22. (Somn. Scip. C. 6.)

Ganymedes. Homerus Ganymedem a diis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret; non iusta causa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Tuscul. 1, 26, 65. — (Homero est Trois filius, Iliad. 20, 232., Hygino filius Assaraci Fab. 124., Erichthonii vero

Fab. 271. Sed etiam poëta cyclicus apud Scholiastam Euripidis ad Orest. v. 1388. Ganymedem Laomedontis filium facit.) — Ganymedes pocula ministrans. de Nat. D. 1, 40, 112. — Quis de Ganymedi raptu dubitat, quid poëtae velint? Tuscul. 4, 33, 71.

Ganymedes, eunuchus, nutricius Arsinoae, interfecit Achillam. Bell. Alex. 4. — Oppugnat Caesarem a. u. c. 706. Ibid. 6 et 33.

Garada in Syria: ager fertilis. Varro RR. 1, 44, 2. Corrigunt *Gadara*.

Gargettius Epicurus a Gargetto δήμῳ sive pago Atheniensi. ad Fam. 15, 16, 1.

C. Gargonius, eques Romanus, rabula indoctus, sed solutissimus in dicendo et acutissimus. Brut. 48, 180. (E Codd. et Ed. Romana dedi *Gargonius* pro volgato *Gorgonius*; quod praefert Weichert de Poët. Lat. p. 425. Sed etiam apud Horatium Sat. 1, 2, 27. et 4, 92. Bentleius praetulit *Gargonius*, quam scripturam confirmatam vidi Codd. Bernensibus antiquissimis.)

Gauda, Mastanabalis filius, Masinissae nepos, morbis confectus et ob eam causam mente paulum imminuta. Eum postpositum a Metello Numidico incitat huius inimicus C. Marius. Sal. Iug. 65.

Gaurus mons, in Campania, vino nobilis. Montes continui sunt, quorum occidentalis pars Gaurus, orientalis Massicus, septemtrionalis Falernus dicitur. Vide Flor. 1, 16, 5. *amicti vitibus montes, Gaurus, Falernus, Massicus.* Gaurani saltus memorantur apud Flor. 2, 6, 28., ad quem l. cfr. Graevium. (Hodie *Monte Gauro*, *in Terra di Lavoro*.) — Eum montem vendere volebat P. Rullus. de lege agr. 2, 14, 36.

Gavius Olelus; nomen corruptum pro Sestio 33, 72. Perizonius Animadvv. hist. Cap. 1. p. 30. leg. censebat: *Gavius Caepio*.

L. Gavius. Ei, qui in Cappadocia rem M. Bruti procurabat, (ad Att. 6, 1, 4.) cum praefecturam detulissem Bruti rogatu, multa et dixit cum quadam mea contumelia; P. Clodii canis. Ib. Ep. 3, 6. — Fuit Firmanus. Audivi ex Gavio hoc Firmano Romae esse Fabium. ad Att. 4, 8 b., 3. V. Firmani.

P. Gavius, Consanus municeps, homo innocens, a Verre in crucem actus. Verr. Accusat. 5, 61, 158. seqq.

T. Gavius Caepio, locuples et splendidus homo (circa a. u. c. 700.) ad Att. 5, 20, 4. — Alii praenomen faciunt Sex., quod probat Perizon. Animadvv. hist. Cap. 1. Ern. Sed e Codd. nulla affertur varietas.

Gedusanus ager. de lege agr. 2, 19, 50. memoratur inter loca a P. Servilio Vatia Isaurico sub imperium Romanum redacta. Graevio corrupta vox videtur. Ern.

Gelenses ab oppido Gela Siciliae, iuxta fluvium, qui Gelas dicebatur, hodie *Terra nuova*. Verr. Accusat. 3, 43, 103. Ibid. 4, 33, 73.

Gellii (Cn. et Sex.?) historici. de Divin. 1, 26, 55. — Gellii, Clodius, Asellio successere L. Caelio Antipatro; nihil ad eum; sed potius ad antiquorum languorem atque inscitiam. de Legg. 1, 2, 6. Niebuhrius in Hist. Rom. 2. p. 10. mavolt legere (Cn.) Gellius. Sextum enim Gellium fictum dumtaxat esse a Scriptore de origine populi Romani. — Neque obstat quod Dionys. Halic. 1, 7. habet: Αἴλιοί τε καὶ Γέλλιοι καὶ Καλπούρνιοι· cum ceteri duo item sint unus Q. Aelius Tubero, unus L. Calpurnius Piso. — Contradixit Krause Hist. Rom. p. 209., sed sine novis argumentis; neque satis attendit Sex. Gellium omnino a nemine memorari nisi a Scriptore de or. po. Ro., id est, falsario Italo seculi XV., omni auctoritate destituto.

L. Gellius aequalis Crassi, Antonii, L. Philippi, non tam *non* vendibilis orator, quam ut nescires, quid ei deesset cet. Brut. 47, 174. — De eodem sequentia accipienda videntur: L. Gellius, Ciceronis familiaris, contubernalis C. Carboni in consulatu, (a. u. c. 634.) quas laudes Carboni tribuerit? Brut. 27, 105. Cfr. Ellendt ad Brut. p. 125. (Male in Indice Schuetziano dicitur consul a. u. c. 633.)

L. Gellius Poplicola, familiaris Ciceronis, cum pro consule ex praetura in Graeciam venisset, Athenis philosophos convocavit, ipsisque magno opere auctor fuit, ut aliquando controversiarum aliquem facerent modum cet. de Legg. 1, 20, 53. — L. Gellius causam M. Octavii Liguris senatoris defendit a. u. c. 680. Verr. Accusat.

1, 48, 125. — Consul fuit cum Cn. Cornelio Lentulo Clodiano a. u. c. 682. Verr. Accusat. 2, 39, 95. — L. Gellius cum collega Cn. Cornelio Lentulo Clodiano (coss. a. u. c. 682.) legem tulit, qua videmus satis esse sanctum, uti cives Romani sint ii, quos Cn. Pompeius de consilii sententia singillatim civitate donarit. pro Balbo 8, 19. Ib. 14, 33. — L. Gellius, censor cum Cn. Lentulo collega biennio post consulatum a. u. c. 684. animadvertit in indices quosdam consilii Iuniani. pro Cluentio 42, 119. — Gellius et Lentulus censores C. Antonium senatu moverunt. Ascon. in tog. cand. p. 84. — L. Gellius, quia suam classem attentatam magno cum suo periculo paene sensit, dixit in contione: Si ego consul cum fui, non fuissem, rem publicam funditus interituram fuisse. Post red. ad Quir. 7, 17. ubi cfr. Ferratium et Wolfium. (Florus 3, 6, 8. *Gellius*, legatus Pompeii (a. u. c. 689.) *Tusco mari impositus*. „Hic L. Gellius videtur idem, qui Ciceronem ob Catilinae coniurationem detectam civica corona donandum censuerat." Gell. N. A. 5, 6. Wolf.) — L. Gellius mihi civicam coronam deberi a re publica dixit. in Pison. 3, 6. — Gellius de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1.

Gellius, eques Romanus, frater praecedentis L. Gellii Poplicolae (cos. a. u. c. 682.), privignus L. Marcii Philippi (cos. a. u. c. 663.) homo perditus ac luxuriosus testimonium in P. Sestium dixit. pro Sestio 51, 110. seqq. — (Fratrem uterinum L. Marcii Philippi vocat Schol. Bob. pro Sestio p. 304.) — Gellius nutricula seditiosorum omnium. in Vatinium 2, 4. — Gellius, de operis Clodianis. de Harusp. resp. 27, 59. — P. Clodius desertus a suis vix iam Decimum (Decimium?) designatorem, vix Gellium retinet. ad Att. 4, 3, 2. — Contumeliae in eum iactae. (a. u. c. 697.) ad Q. Fr. 2, 1, 1.

L. Gellius, Segovianus, ut videtur. Eo interprete ad Lepidum est usus Plancus a. u. c. 711. ad Fam. 10, 17, 3., ubi consule Annotationem meam.

Gelo, tyrannus Syracusanus, falsa lectio pro: Hiero. de Nat. D. 3, 34, 83.

Gemini, sidus. Arat. v. 151. 499. de Nat. D. 2, 43, 110. — Gemini (sideris cognominis) sunt Apollo et Hercules. Varro RR. 2, 1, 7.

Geminus. Vide Cn. Servilius Geminus.

Genealogi antiqui. de Nat. D. 3, 17, 44.

Genii, Heroes, Lares, aeriae animae; aerii Dii. Varro Fr. p. 223 et 232. Bip.

Genius. Maiores nostri die natali munus annale Genio solvebant. Varro Fr. p. 323. Bip. — Genius unius cuiusque animus rationalis. Varro Fr. p. 225. Bip.

L. Genucilius Curvus, negotiator in Hellesponto, commendatur Thermo. ad Fam. 13, 53, 1.

M. Genucius Augurinus, consul cum C. Curtio Philone a. u. c. 308. Varro LL. 5, 32. p. 150.

Germalus a germanis Romulo et Remo quod ad ficum ruminalem inventi, quo aqua imberna Tiberis eos detulerat in alveolo expositos. Varro LL. 5, 8. p. 60. ubi alii habent *Cermalus*. — Milonis domus, quae est in Germalo. ad Att. 4, 3, 3. — *Κερμανὸν ἢ Γερμανὸν* dicit Plutarch. in Romulo c. 3. cfr. Goeller ad Livii 33. p. 114.

Germani. Rheni fossa, gurgitibus illis redundans, Germanorum immanissimis gentibus obiecta. in Pison. 33, 81. — Quaedam foedera exstant, ut Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Iapydum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in foederibus exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. pro Balbo 14, 32. — Cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum C. Caesar proeliis felicissime concertavit. de prov. cos. 13, 33. — Balbus litteras habebat, Germanos illasque nationes re audita de Caesare legatos misisse ad Aurelium, qui est praepositus ab Hirtio, se quod imperatum esset esse facturos. a. u. c. 710. ad Att. 14, 9, 3.

Geryon, Geryonus, Geryones. Varro LL. 9, 51. p. 524.

C. Geta. Vide C. Licinius Geta.

Getae, populi Thraciae Dacis vicini. — Getarum copiae ad Pompeium adductae. ad Att. 9, 10, 3. — A Lucullo superati. Sal. Hist. 4. p. 229. Ed. Gerlach. min.

GIGANTES. Eos poëtae ferunt bellum diis immortalibus intulisse. de Harusp. resp. 10, 20. — Cum Titanis (Ern. *Titanibus*) et cum Gigantibus dii bella gesserunt. de Nat. D. 2, 28, 70. — Quid est aliud Gigantum modo bellare cum diis nisi naturae repugnare? Cato 2, 5.

GLABRIO. Vide ACILIUS GLABRIO.

GLAUCE et Upis, tertiae Dianae parentes. de Nat. D. 3, 23, 58.

GLAUCIA. Vide SERVILIUS GLAUCIA.

GLAUCIPPUS (homo ignotus) exceptus in lege Papia, qua peregrini Roma eiiciebantur. de lege agr. 1, 4, 13.

GLAUCUS PONTIUS poëma Ciceronis. Fragmm. p. 571.

P. GLOBULUS. Vide P. SERVILIUS GLOBULUS.

GLYCON, medicus Pansae, modestus homo et frugi, venit in suspicionem Torquato (Pansae quaestori) custoditurque ut parricida. Eum Ciceroni commendat Pseudobrut. 1. Ep. 6. Sueton. August. C. 11.

GNATHO, parasitus, persona Terentiana in Eunucho. Lael. 25, 93. — Nomen personae comicae. Philipp. 2, 6, 15.

GNIDIUS. Vide CNIDIUS.

GNOSIUS. Vide CNOSIUS.

GOMPHI, oppidum primum Thessaliae venientibus ab Epiro. Caesar Civ. 3, 80.

GORGIAS Leontinus, Isocratis magister, centum et septem complevit annos neque unquam in suo studio atque opere cessavit. Cato 5, 13. Ib. 7, 23. — Gorgias ceterique sophistae, a Socrate impugnati. Brut. 8, 30. — Inter primos tractavit orationis artificia. Orat. 12, 39. — Concisus minutis numeris Isocrati videbatur. Ibid. 13, 40. — Gorgias numeros oratorios primus invenit, sed iis est usus intemperatius. Orat. 52, 175. et 176. — In concinnitatis consectatione fuit princeps. Or. 49, 165. — In eius oratione plerumque numerum efficit ipsa concinnitas. Ibid. 50, 167. — Gorgias, Thrasymachus, Isocrates minus in ipsa rep. versabantur, sed tamen oratoriae scientiae doctores erant. de Or. 3, 16, 59. — Gorgias, antiquissimus fere rhetor, omnibus de rebus oratorem optime posse dicere existimavit. de Inv. 1. 5, 7. — Is e Sophistarum numero primus est ausus poscere quaestionem, id est, iubere dicere, qua de re quis vellet audire. de Finn. 2, 1, 1. — Permagnum quiddam suscipere ac profiteri videbatur, cum se ad omnia, de quibus quisque audire vellet, esse paratum denuntiaret. de Or. 1, 22, 103. — Is princeps ex omnibus ausus est in conventu poscere, qua de re quisque vellet dicere; cui tantus honos habitus est a Graecia, soli ut ex omnibus Delphis non inaurata statua, sed aurea statueretur. de Or. 3, 32, 129. — Gorgias singularum rerum laudes vituperationesque conscripsit. Brut. 12, 47. Brut. 85, 292. Victorinus II. p. 121. Rufinus p. 191. — Cfr. H. E. Foss de Gorgia Leontino commentationem. Halis 1828. 8. eiusque libri censuram a Spengelio conscriptam in Seebodii Bibl. crit. 1829. N. 62. Spengelius Gorgiam natum putat circa Olymp. LXXX. Apollodoro auctore vixit annos CIX., Plinio, Censorino, Philostrato, Luciano auctoribus CVIII. — Cfr. tamen Krügerum in Clintoni Fastis Hell. Olymp. 70, 2. ante Chr. n. 499. et Clintonum Olymp. 80, 2. ante Chr. n. 459. — *Discorsi intorno a Gorgia Leontino del S.* Luigi Garofalo. *Palermo* 1831. 8.

GORGIAS, rhetor Atheniensis. „De Gorgia quod mihi scribis, (Tiro,) erat quidem ille in quotidiana declamatione utilis; sed omnia postposui, dummodo praeceptis patris parerem: διαῤῥήδην enim scripserat, ut eum dimitterem statim. Tergiversari nolui." M. Cicero ad Fam. 16, 21, 6. — Scripsit περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἑταιρῶν et σχῆμα διανοίας καὶ λέξεως, quod in breviorem formam redactum Latine expressit Rutilius Lupus. Cfr. Ruhnkenii Praefat. p. X.

GORGIAS, nomen servile pedisequi in narratione ficta. Her. 4, 52, 65.

GORGO sive Medusa. Gorgonis os pulcherrimum, cinctum anguibus, Syracusis abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 56, 124.

C. GORGONIUS. Vide GARGONIUS. (Brut. 48, 180.)

GORTYNIUS iudex. Philipp. 5, 5, 13. a Gortyna, Cretae oppido.

GRACCHANI iudices, id est, equites Romani, ad quos lege C. Gracchi iudicia fuerant translata (Vell. 2, 6, 4.), a. u. c. 644. invidiosa lege Manilia

C. Galbam sacerdotem et quattuor consulares L. Bestiam, C. Catonem, Sp. Albinum, L. Opimium sustulerunt. Brut. 34, 128.

Gracchi. Vide in Sempronis.

Graecanice. Varro LL. 9, 50. p. 523. — Alia Graeca, alia Graecanica. Ib. 10, 3. p. 583.

Graeceius, familiaris D. Bruti. ad Fam. 11, 7, 1. Ibid. 12, 1. — Graeceius ad me scripsit C. Cassium sibi scripsisse, homines comparari, qui armati in Tusculanum mitterentur. a. u. c. 710. ad Att. 15, 8, 2.

Graeci (et Graii.) Eorum cum Romanis comparatio. Tuscul. 1, 1, 1. seqq. — (Graius, an barbarus. de Inv. 1, 24, 35. — Graiorum falsis vocibus errant planetae. de Divin. 1, 11, 17.) — Nullas Graeci homines gravius ferunt ac tulerunt, quam spoliationes fanorum atque oppidorum. Nulla unquam civitas tota Asia et Graecia signum ullum, tabulam pictam, sua voluntate cuiquam vendidit. Verr. Accusat. 4, 59, 132. — Etenim mirandum in modum Graeci rebus istis, quas nos contemnimus, delectantur. Ibid. 60, 134. — Graeci homines deorum honores tribuunt iis viris, qui tyrannos necaverunt. Quae ego vidi Athenis, quae aliis in urbibus Graeciae! quas res divinas talibus institutas viris! quos cantus! quae carmina! Prope ad immortalitatis et religionem et memoriam consecrantur. pro Milone 29, 80. — Olympia vicisse est apud Graecos prope maius et gloriosius quam Romae triumphasse. pro Flacco 13, 31. — Graecorum consuetudo religioque, quae monumenta hostium in bello ipso solet defendere. Verr. Accusat. 2, 66, 159. — Graiorum mos in tropaeis statuendis. de Inv. 2, 23, 69. — Apud eos νομοφύλακες erant: nec hi solum litteras, (nam id quidem etiam apud maiores nostros erat) sed etiam facta hominum observabant ad legesque revocabant. de Legg. 3, 20, 46. — In Graecia publice constituti sunt accusatores. Ibid. §. 47. — Graeci multum frustra laborarunt in disciplina puerili legibus constituenda. de Rep. 4, 3, 3. — Multa apud eos perversa in disciplina puerili. Ibid. 4, 4. — In Graecorum Gymnasiis isti puerorum liberi et concessi sunt amores. Tuscul. 4, 33, 70. — Graecorum urbana gymnasia non desiderabant Romani antiqui. Varro RR. 2 Praef. 2. — Graeci legendi delectationis et hominis alicuius ornandi causa laudationes scriptitaverunt, quibus Themistocles, Aristides cet. laudantur. de Or. 2, 84, 341. — Graecorum mos voci serviendi. de Or. 1, 59, 251. — Oratori pragmaticum adiutorem dant Graeci. Ibid. §. 253. — Apud Graecos infimi homines, mercedula adducti, ministros se praebent in iudiciis oratoribus, ii, qui apud illos πραγματικοὶ vocantur. de Or. 1, 45, 198. — Hoc vitio, ut inepti sint, cumulata est eruditissima Graecorum natio. Itaque quod vim huius mali Graeci non vident, ne nomen quidem ei vitio imposuerunt. de Or. 2, 4, 18. — Graeci omnes negligentiores. ad Fam. 16, 4, 2. — E Graecis ipsis diligenter cavendae sunt quaedam familiaritates, praeter hominum perpaucorum, si qui sunt vetere Graecia digni. ad Q. Fr. 1, 1, 5, 16. Ibid. 6, 18. — Graeculi multa fingunt. pro Scauro 2, 4. — Eorum ingenia ad fallendum parata; — tota natio minime me delectat; pertaesum est levitatis, assentationis, animorum non officiis, sed temporibus servientium. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4. — Tribuo Graecis litteras, do multarum artium disciplinam, non adimo sermonis leporem, ingeniorum acumen, dicendi copiam; denique etiam, si qua sibi alia sumunt, non repugno: testimoniorum religionem et fidem nunquam ista natio coluit; totiusque huiusce rei quae sit vis, quae auctoritas, quod pondus ignorant. Unde illud est: *da mihi testimonium mutuum:* totum Graecorum est. pro Flacco 4, 9, — Graecus testis, cum ea voluntate processit, ut laedat, non iuris iurandi, sed laedendi verba meditatur. Ibid. 5, 11. — Graecorum totae res publicae sedentis contionis temeritate administrantur. Itaque, ut hanc Graeciam, quae iamdiu suis consiliis perculsa et afflicta est, omittam, illa vetus, quae quondam opibus, imperio, gloria floruit, hoc uno malo concidit, libertate immoderata ac licentia contionum. Cum in theatro imperiti homines rerum omnium rudes ignarique consederant, tum bella inutilia suscipiebant, tum seditiosos homines rei publicae praeficiebant, tum optime meritos cives e civitate eiiciebant. pro Flacco 7, 16. — Plerumque Graeci in theatro consuleban-

tur et ita decreta faciebant. Schol. Bob. pro Flacco p. 236. — Graeculorum instituto App. Claudius praetor, P. Clodii pater, contionem interrogare solebat. pro Sestio 59, 126. — Externi isti mores, usque ad sanguinem incitari odio, aut levium Graecorum aut immanium Barbarorum. pro Ligario 4, 11. — Hominum nostrorum prudentiam ceteris omnibus et maxime Graecis antepono (loquitur L. Crassus.) de Or. 1, 44, 197. — Verbi controversia iam diu torquet Graeculos, homines contentionis cupidiores quam veritatis. de Or. 1, 11, 47. — In Graecorum conviviis haec lex obtinet: *aut bibat*, inquit, *aut abeat*. Tuscul. 5, 41, 118. — Graeco more bibere. Verr. Accusat. 1, 26, 66. „Significat Cicero illum *propinandi morem*, ceteris Graecis praeter Lacedaemonios, adde etiam Romanis sub Caesaribus, usitatum, ut appellarent eum, cui bene volentes biberent, eique praegustatum poculum traderent ebibendum." Zumpt. — Graeci antiqui pellibus vestiti. Varro RR. 2, 11, 11. — Graeci homines non satis animosi, prudentes, ut est captus hominum, satis, hostem aspicere non possunt; iidem morbos toleranter atque humane ferunt. Tuscul. 2, 27, 65. — Apud Graecos, doctissimos homines, quibus, cum facere non possent, loqui tamen et scribere honeste et magnifice licebat, alia quaedam mutatis Graeciae temporibus praecepta exstiterunt. cet. pro Caelio 17, 40. — In edictis Q. Mucii P. F. Scaevolae Asiatico et Ciceronis Ciliciensi sibi libertatem censebant Graeci datam, ut Graeci inter se disceptarent suis legibus. ad Att. 6, 1, 15. — Graeci exsultant, quod peregrinis iudicibus utuntur. Nugatoribus quidem, inquies. Quid refert? Tamen se αὐτονομίαν adeptos putant. Ibid. — Graecorum insulsitas. pro Rab. Postumo 13, 36. — Cfr. P. O. van der Chys responsio ad quaestionem ab Ord. philosophorum in academia Gandavensi propositam: Quaeritur, ut ex operibus Ciceronis non tantum omnia illa loca deinceps seligantur, quibus ipse quascunque tandem ob causas aut aeque aut inique de Graecis iudicasse censendus sit, verum etiam, ut illa iudicii sive aequitas sive iniquitas argumentorum rationibus probetur. Gandavi 1828. 4. pagg. 76.

Graeci actores: in iis fieri videmus saepe illum, qui est secundarum aut tertiarum partium, cum possit aliquanto clarius dicere quam ipse primarum, multum summittere, ut ille princeps quam maxime excellat. Divinat. 15, 48. — Graecae fabulae ab habitu palliatae. Varro Fragmm. p. 345. Bip.

Graeci ludi. Rumoris nescio quid afflaverat commissione Graecorum frequentiam non fuisse; quod quidem me minime fefellit. Scis enim, quid ego de Graecis ludis existimem. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 5, 1. — Graeci ludi opponuntur Oscis. ad Fam. 7, 1, 3.

Graeci rhetores. v. Rhetores. — Graeci rhetores, reprehensi, Latinis tamen praelati a L. Crasso. de Or. 3, 24, 93 et 94. — Graeci, qui de memoria scripserunt. Herenn. 3, 23, 38. — Graeci libri de ridiculis. de Or. 2, 54, 217.

Graeci versus incertorum poëtarum. ad Fam. 9, 7, 2.

Graecia nullam unquam coloniam misit in Aeoliam cet. sine Pythio aut Dodonaeo aut Hammonis oraculo. de Divin. 1, 1, 3. — Graecia cuncta fere maritima praeter Phliasios, Aenianes, Dores, Dolopes: ita et coloniae a Graiis deductae praeter unam Magnesiam; quae causa perspicua est malorum commutationumque Graeciae. de Rep. 2, 4, 8 et 9. — Illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuvenum firmari labore voluerunt; quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt; quae ceteris in urbibus mollissimo cultu parietum umbris occuluntur. Tuscul. 2, 15, 36. — Graecia magnum audaxque consilium suscepit, quod Cupidinum et Amorum simulacra in Gymnasiis consecravit. de Legg. Fragm. incert. apud Lact. 1, 20. — Graecia disciplinis non potest vinci. Her. 4. 32, 43. — Monumenta (litteraria) Graeciae sunt verbis ornatiora quam rebus. pro Scauro 2, 3. — Graecia semper eloquentia princeps esse voluit. de Or. 1, 4, 13. — Graecia, quae cum eloquentiae studio sit incensa iamdiuque excellat in ea praestetque ceteris, tamen omnes artes vetustiores habet et multo ante non inventas solum, sed etiam perfectas, quam haec est a Graecis elaborata dicendi vis atque copia. Brut. 7, 26. — A Graecia vetere

maxime celebrata est summa vis numerorum atque vocum. de Or. 3, 51, 197. — Graecia multo minus etiam quam Rhodii opimum genus dicendi probavit. Orat. 8, 25. — O verborum inops interdum, quibus abundare te semper putas, Graecia! Tuscul. 2, 15, 35.

Graecia magna a Locris incipit. Varro Fragmm. p. 363. Bip. — Graecia simpliciter pro Graecia magna: Cum mediocribus multis et aut nulla aut humili aliqua arte praeditis gratuito civitatem in Graecia homines impertiebantur, Rheginos credo aut Locrenses aut Neapolitanos aut Tarentinos, quod scenicis artificibus largiri solebant, id Archiae noluisse. pro Archia 5, 10. — Floruit in Italia Graecis potentissimis et maximis urbibus ea, quae Magna dicta est, in iisque primum ipsius Pythagorae, deinde postea Pythagoreorum magnum nomen erat. Tuscul. 4, 1, 2. — Eam Pythagoras exornavit et privatim et publice praestantissimis et institutis et artibus. Tuscul. 5, 4, 10. — Graecia magna instituta a Pythagora. de Or. 3, 34, 139. — Referta olim Pythagoreorum. de Or. 2, 27, 154. — Graecia magna nunc quidem deleta est; Pythagoreorum tempore florebat. Lael. 4, 13.

Graecostasis: sub dextra curiae Hostiliae (meridiem versus iuxta Carcerem) a Comitio locus substructus, ubi nationum exterarum subsisterent legati, qui ad senatum essent missi. Varro LL. 5, 32. p. 155. ad Q. Fr. 2, 1, 3. — Caelius Rhodiginus 10, 5. Cortius ad Sal. Catil. 40. p. 246.

A. Granius, Puteolis, eques Romanus, Caesarianus cecidit in proelio ad Dyrrhachium. Caesar Civ. 3, 71.

P. Granius, negotiator in Sicilia, testis in Verrem. Verr. Accusat. 5, 59, 154.

Q. Granius praeco. Apud eum coenavit L. Crassus orator, cum esset trib. pl., teste Lucilio. Brut. 43, 160. — De eo multa Lucilius; T. Tincam obruebat nescio quo sapore vernaculo. Ibid. 46, 172. — Nemo eo dicacior. de Or. 2, 60, 244. — Facetum eius dictum. Ib. C. 62, 254. de Or. 2, 70, 281 et 282. — Eius facetiae et libere dicta in P. Nasicam, M. Drusum cet. pro Plancio 14, 33. — Memoratus Lucilio. ad Att. 6, 3, 7. — Q. Granius, famosus praeco et adprime dicacissimus. Schol. Bob. pro Plancio p. 259. — Hominum summorum, Crassi, Catuli aliorumque propter dicacitatem familiaris, qui nec principibus civitatis viris parcebat, sed eorum vitia libere perstrinxit et impune. Itaque eius nomen pro exemplo usurpatur hominis faceti et dicacis ad Fam. 9, 15, 2. Ern.

Gratidia, avia M. et Q. Ciceronum. de Legg. 3, 16, 36.

Gratidius. Vide Marius Gratidius.

Gratidius: falsa lectio pro: Fabricius. ad Q. Fr. 1, 4, 3.

Grammatici poëtarum explanatores. de Divin. 1, 50, 116.

Gratia dea. de Nat. D. 3, 17, 44.

Gratiae. Convivarum numerus incipere oportet a Gratiarum numero et progredi ad Musarum. Varro Fr. p. 294. Bip.

Gratius (al. Gracchus) accusator Archiae, quadruplator ignotus. pro Archia 4, 8. Ibid. 6, 12. (Falsam lectionem *Gracchus* Paulus Manutius interpretabatur de Numerio Quintio Gracchо, qui Lentulo Spinthere consule a. u. c. 697. tribunus plebi fuit. Sed de hoc homine cfr. meam Sestianae Editionem minorem ad §. 72. p. 157.)

Gulussa, Masinissae filius. Sal. Iug. 5 et 35.

Gurgures, alti montes apud Roseam. Varro RR. 2, 1, 16.

Gutta, competitor Milonis in consulatu a. u. c. 700. — Pompeius Miloni nihil tribuit, et omnia Guttae; dicitque se perfecturum, ut illo Caesar incumbat. ad Q. Fr. 3, 8, 6. — Quis hic sit, incertum est: Asconius enim, quod iam Manutius monuit, tres tantum candidatos nominat, T. Annium Milonem, P. Plautium Hypsaeum, Q. Caecilium Metellum Scipionem, Pompeii socerum. Ern.

Ti. Gutta, senator Romanus, homo sordidus, corruptus a Staieno. „Staienus Guttam aspergit huic Bulbo." pro Cluentio 26, 71. — Ambitus (non corrupti iudicii) damnatus. Ibid. 36, 98. — Notatur a censoribus propter iudicium Iunianum, in quo pecuniam cepisse putabatur. Ibid. 45, 127.

Gyarus, asperrima Cycladum insula. ad Att. 5, 12, 1. Varro Fr. p. 377. Bip.

Gyges anuli beneficio rex exortus Lydiae, inductus a Platone in Politiae libro primo. de Off. 3, 9, 38. Ibid. 19, 78.

Gytheum s. **Gythium**, navale Lacedaemoniorum. de Off. 3, 11, 49.

Habra. Vide **Hibera.**

Hadrianus. Vide C. **Fabius Hadrianus.**

Hadrumetum, Africae oppidum, a Phoenicibus conditum. Sal. Iug. 19.

Haedi, sidus. Arat. v. 171.

Haedui s. **Aedui**, Galliae populus, fratres nostri. ad Fam. 7, 10, 4.

Halcyonii dies. Varro LL. 7, 5. p. 366.

Halentium. Vide **Haluntium.**

Hales s. **Heles**, nobilis amnis Lucaniae, ad quem sita erat Elea sive Velia. ad Fam. 7, 20, 1. ad Att. 16, 7, 5.

Halesina civitas Siciliae lauta et nobilis. ad Fam. 13, 32, 1. — Halesina civitas sine foedere immunis ac libera. Verr. Accusat. 3, 6, 13. — Nulla est aut officiis fidelior, aut copiis locupletior aut auctoritate gravior; vexata a C. Verre. Verr. Accusat. 3, 73, 170. — Ab Halesa, Alaesa; et haec scriptura apud Graecos obtinet, unde fortasse etiam apud Ciceronem scribendum *Halaesina.*

Halesini pro multis ac magnis suis maiorumque suorum in rem publicam nostram meritis atque beneficiis, suo iure L. Licinio, Q. Mucio coss. (a. u. c. 659.) cum haberent inter se controversias de senatu cooptando, leges ab senatu nostro petiverunt. Decrevit senatus honorifico S. C., ut iis C. Claudius Appii F. Pulcher praetor de senatu cooptando leges conscriberet. C. Claudius, adhibitis omnibus Marcellis, qui tum erant, de eorum sententia leges Halesinis dedit. Verr. Accusat. 2, 49, 122.

Haliacmon flumen Macedoniam a Thessalia dividit. Caesar Civ. 3, 36.

Halicarnassus: ibi nobile illud Mausoli sepulcrum. Tuscul. 3, 31, 75. — Halicarnasso per vim signa pulcherrima abstulit Verres. Verr. Accusat. 1, 19, 49. — Halicarnassus, Cariae nobilissima civitas, recreata a Q. Cicerone (a. u. c. 694.) ad Q. Fr. 1, 1, 8, 25.

Haliçor s. **Alicor**, servus P. Clodii. Ascon. in Mil. p. 36.

Halicyae, oppidum Siciliae inter Lilybaeum et Entellam, hodie *Salemi.* Verr. Accusat. 5, 7, 15. — Halicyensis civitas sine foedere immunis ac libera. Verr. Accusat. 3, 6, 13.

Halicyenses decumas dant, ipsi agros immunes habent. Verr. Accusat. 3, 40, 91.

Halienus. Vide **Alienus.**

Halimetus ad Att. 4, 12. Sed incerta est nominis lectio. Corradus vel *Thallumeti*, ut est ad Att. 5, 12, 2.; vel *Alimenti*, ut sit Cincius Alimentus, legendum putabat. In duobus etiam Codd. Iunii est *Alimenti.*

Haluntium, oppidum Siciliae inter Lilybaeum et Pelorum, difficili ascensu atque arduo. Verr. Accusat. 4, 23, 51. — Haluntina civitas. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Halys, Paphlagoniae fluvius. de Divin. 2, 56, 115.

Hamilcar Karthaginiensis: eius somnium in obsidione Syracusarum. de Divin. 1, 24, 50. Scil. a Syracusanis in eruptione aliqua vivus captus est.

Hamilcar, Hannibalis pater. de Off. 3, 26, 99. Eo imperatore captus est Regulus.

Hamilcar quidam, homo nobilis, factiosus novis rebus studet Lepti a. u. c. 646. Sal. Iug. 77.

Hammon. Vide **Iuppiter.**

Hammonius s. **Ammonius**, Ptolemaei Auletae legatus, pecunia oppugnabat fautores P. Lentuli (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 1, 1.

Hannibal. Eius res gestae exponuntur a Schol. Bob. pro Sestio p. 312. (scil. ex Aemilio Probo.) — Quis Karthaginiensium pluris fuit Hannibale consilio, virtute, rebus gestis, qui unus cum tot imperatoribus nostris per tot annos de imperio et de gloria decertavit? Hunc sui cives e civitate eiecerunt; nos etiam hostem litteris nostris et memoria videmus esse celebratum. pro Sestio 68, 142. — Hannibal imperatoris exemplum. de Or. 1, 48, 210. — Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Hannibale; ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec civitas oderit.

Lael. 8, 28. — Hannibal crudelis. de Off. 1, 12, 38. — Callidus. de Off. 1, 30, 108. — Eius somnia a Sileno, Caelio Antipatro et Agathocle narrata. de Divin. 1, 24, 48. seqq. — Hannibal post Cannensem pugnam decem captivos Romam adstrictos misit iure iurando. cet. de Off. 1, 13, 40. — Hannibal post Cannensem pugnam decem captivos iuratos ad senatum misit. Quid Polybius et Acilius de his tradiderint: de Off. 3, 32, 113 — 115. — Vastationes, caedes, rapinas non faciebat Hannibal, quia multa ad usum reservabat. Philipp. 5, 9, 25. — Ad eum miserat olim senatus, ut a Sagunto recederet, L. Valerium Flaccum et Q. Baebium Tampilum; qui, si Hannibal non pareret, Karthaginem ire iussi sunt. Ibid. 10, 27. — Belli Punici secundi, quod contra maiores nostros Hannibal gessit, causa fuit Sagunti oppugnatio. Recte ad eum legati missi. Ibid. — Hannibalem iuveniliter exsultantem patientia molliebat Q. Fabius Cunctator. Cato 4, 10. — Hannibal Marcellum interemit. de Nat. D. 3, 32, 80. — Luxuries Campana Hannibalem armis etiam tum invictum voluptate vicit. de lege agr. 2, 35, 95. — Scipionis maioris consilio ac virtute in Africam redire atque ex Italia decedere coactus est. in Catil. 4, 10, 21. — Hannibal Karthagine expulsus Ephesum ad Antiochum venit; — derisit Phormionem Peripateticum inepte de omni re militari declamantem. de Or. 2, 18, 75. — Responsum ab eo Prusiae datum. de Divin. 2, 24, 52. — Hannibal a Prusia proditus. Varro Fr. p. 301. Bip. — Hannibalis exercitus noctu a Tutano fugatus. Varro Fr. p. 283. Bip. — Hannibal ad portas, proverbium. de Finn. 4, 9, 22. — Eius cohortatio imperatoria apud Ennium. pro Balbo 22, 51. — Rhetorum deliberationes de eius consiliis. Her. 3, 2, 2. de Inv. 1, 12, 17. Ibid. 2, 57, 171. de Finn. 5, 24, 70.

Hanno. Epistola Anacharsidis ad eum missa. Tuscul. 5, 32, 90. — Idem nonnullis videtur, cui tribuitur, qui extat, Periplus novissime editus a Klugio. Vratislaviae 1828. 4. Cfr. Jahn *neue Jahrbücher* 3. *Jahrg*. 9. *Bd*. 2. *Heft*. p. 143.

Harmodius et Aristogito Graecis in ore, quia patriam, Athenas, occiso Hipparcho liberarunt. Tuscul. 1, 49, 116.

Harpalus, praedo felix temporibus Alexandri M.; Diogenis de eo dictum. de Nat. D. 3, 34, 83. Apud Diog. Laërt. 6, 74. dicitur *Σκίρπαλος*, apud Suidam *Σκίρταλος*.

Harpalus, servus Ciceronis. ad Fam. 16, 24, 1.

Harpocrates, Isis, Serapis. Varro Fr. p. 231. Bip. — Harpocrates digito significat, ut taceas. Varro LL. 5, 10. p. 63.

Haruspices. Prave aliquoties *haruspices et Etrusci* pro: *haruspices Etrusci*. de Legg. 2, 9, 21. de Div. 2, 12, 28. Cfd. Moseri.

Hasdrubal in Sicilia bellum gessit. Verr. Accusat. 3, 54, 125. — Est Hannonis filius, dux Karthaginiensium bello Punico primo. Cfr. Polyb. 1, 20. Ern.

Hasdrubal, dux Karthaginiensium in bello adversus Masinissam, unde natum bellum Punicum tertium. Eius culpa eversa Karthago. de Nat. D. 3, 38, 91.

Hasdrubal Gaditanus, a Cn. Pompeio civitate donatus. pro Balbo 22, 51.

Haterianum ius ab Haterio al. Aterio ICto. ad Fam. 9, 18, 3. In Mediceo et apud Ern. male est *Atherianum*.

A. Haterius Fontinalis, cos. a. u. c. 299. Vide: A. Aternius.

Hecate, filia Asteriae, habet aras delubraque in Graecia. de Nat. 3, 18, 46.

Hecato Rhodius, discipulus Panaetii: locus ex iis libris, quos de officiis scripsit Q. Tuberoni. de Off. 3, 15, 63. — Plenus est sextus liber de officiis Hecatonis ambiguarum quaestionum. Ibid. 23, 89. — Alios eius libros memorat Diog. Laërt. 7. C. 87. 90. 101. 110. 124. 172. Ern.

Hector apud Homerum toto pectore tremens, cum Aiax ad depugnandum progrederetur. Tuscul. 4, 22, 49. Est Ciceronis *σφάλμα μνημονικόν*. — Aiacis cum eo congressus. Fragmm. p. 488. — Hector Homericus moriens propinquam Achilli mortem denuntiat. de Divin. 1, 30, 65. — *Laetus sum laudari me*, inquit Hector, opinor apud Naevium, *abs te pater*, *a laudato viro*. ad Fam. 15, 6, 1. Cfr. de

Hectore Naeviano etiam ad Fam. 5, 12, 7. et Tuscul. 4, 31, 67. — Plerique olim dicebant, ut *quaestorem*, *praetorem*, sic *Hectorem*, *Nestorem*. Varro LL. 10, 3. p. 583. — Hector memoratur etiam Tuscul. 1, 44, 105. Tuscul. 2, 17, 39. Tuscul. 4, 8, 17.

Hecuba, Priami uxor, Alexandrum (Paridem) genuit. de Fato 15, 34. — Hecubam putant propter animi acerbitatem quandam et rabiem fingi in canem esse conversam. Tuscul. 3, 26, 63. — Hecuba in Accii cognomine fabula. de Divin. 1, 31, 66. — Eius somnium in Accii, ut videtur, Hecuba. de Divin. 1, 21, 42. — Hecuba Ennii. Varro LL. 7, 2, p. 284.

Hegesaratus Larissaeus; Ciceronis hospes, commendatur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 25. Idem fortasse cum sequente.

Hegesaretos, Thessalus, veteris homo potentiae, Pompeianis rebus studebat a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 35.

Hegesias Magnesius, orator, Charisii vult esse similis, isque se ita putat Atticum, ut veros illos prae se paene agrestes putet. At quid est tam fractum, tam minutum, tam in ipsa (quam tamen consequitur) concinnitate puerile? Brut. 83, 286. — Hegesias numerosam comprehensionem perverse fugiens, dum ille quoque imitari Lysiam volt, - - saltat incidens particulas. Et is quidem non minus sententiis peccat quam verbis, ut non quaerat, quem appellet ineptum, qui illum cognoverit. Orat. 67. 226. — Infregit conciditque numeros. Ibid. 69, 230. — Huc aurum si accedit; . . . sed quid loquor? Tu videbis. Habes Hegesiae genus (frequentibus incisis insigne), quod Varro laudat. ad Att. 12, 6, 1. — Primus Alexandri Magni res gestas composuit, qua de cura notum est illud Plutarchi Alex. 3. *ἐγεννήθη Ἀλέξανδρος ἱσταμένου μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος, καθ' ἣν ἡμέραν ὁ τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος ἐνεπρήσθη νεώς· ᾧ Ἡγησίας ὁ Μάγνης ἐπιπεφώνηκεν ἐπιφώνημα κατασβέσαι τὴν πυρκαϊὰν ἐκείνην ὑπὸ ψυχρίας δυνάμενον· εἰκότως γὰρ ἔφη καταφλεχθῆναι τὸν νεὼν τῆς Ἀρτέμιδος ἀσχολουμένης περὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μαίωσιν.* Quod ipsum dictum Cicero *σφάλματι μνημονικῷ* tribuit Timaeo de Nat. Deor. 2, 27, 69. De Hegesia cfr. etiam Photium in Cod. CCLI.

Hegesias Cyrenaicus, dictus *Πεισιθάνατος*. — A malis mors abducit, non a bonis. Et quidem hoc a Cyrenaico Hegesia sic copiose disputatur, ut is a rege Ptolemaeo (Philadelpho) prohibitus esse dicatur illa in scholis dicere, quod multi, iis auditis, mortem sibi ipsi consciscerent. Tuscul. 1, 34, 83. — Eius liber est *Ἀποκαρτερῶν*. Ibid. §. 84.

Hegesias Maronites de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Hegesinus Academicus, Evandri discipulus, Carneadis magister. Acad. 2, 6, 16. Floruit ante Chr. a. 185.

C. Heius, legationis Mamertinae princeps, civitatis nobilissimus, iuratus dixit Verri navem onerariam maximam Messanae esse publice coactis operis aedificatam, idemque Mamertinorum legatus, istius laudator, non solum Verrem bona sua, verum etiam sacra deosque penates a maioribus traditos ex aedibus suis eripuisse. Verr. Accusat. 2, 5, 13. — C. Heius Mamertinus, omnibus rebus illa in civitate ornatissimus, spoliatus a C. Verre. Verr. Accusat. 4, 2, 3. — Legationis Mamertinae princeps. Ibid. 7, 15. Verr. Accusat. 4, 67, 150. Verr. Accusat. 5, 18, 47. — De scriptura huius nominis Graeca *ΗΕΙΟΣ* cfr. Raoul-Rochette *lettre à Mr. Schorn.* Paris 1832. p. 43.

Heius pupillus (Lilybaetanus). — Heio, cui C. Marcellus tutor erat, C. Verres scaphia cum emblematis abstulit. Verr. Accusat. 4, 17, 37.

Cn. Heius in iudiciis publicis florente re publica floruit. pro Cluentio 38, 107.

Helena, Iovis et Ledae filia, Menelai uxor, a Paride rapta, *Furiarum una* apud Tragicum ignotum appellatur. de Divin. 1, 50, 114. — Troianis causa belli. Philipp. 2, 22, 55. — Helenae simulacrum pictum a Zeuxide. de Inv. 2, 1, 1. Orat. 49, 164. Victorinus I. p. 58.

Helenius (al. Helonius, Venonius), vir gravissimus (per ironiam), cliens Attici. ad Att. 5, 12, 2. — (De Helenio Acrone, Terentii et Horatii interprete noli cogitare cum Ernestio.)

Helenus, Priami filius, divinans auguriis. de Divin. 1, 40, 89. — Helenus vates. de Legg. 2, 13, 33. de Nat. D,

2, 3, 7. — Macedoniam tenuit. Sal. Hist. 2. p. 201. Ed. Gerlach. min.

Heles. Vide Hales.

Helice, sidus. Arat. v. 38. 166. Acad. 2, 20, 66. de Nat. D. 2, 41, 104. Ibid. 43, 110.

Helice, Achaeorum oppidum. — Helicen sinus Corinthius devoravit. Schol. Bob. pro Flacco p. 232. Cfr. Diod. Sic. 15, 48. Pausan. 7, 24, 5.

Helico ad Fam. 16, 18, 2., falsa lectio pro *salaco*. Pro nomine proprio habuerunt Ern. et Schuetz. in Indd.

Helicon. Musis Helicona atque Olympon attribuerunt homines. Varro RR. 3, 16, 7.

Heliconides. Vide Musae.

Heliopolis, urbs Solis tertii, filii Volcani, Nili filii. de Nat. D. 3, 21, 54.

Hellanicus Lesbius (Mitylenaeus). — (Ut ceteri λογογράφοι) sine ullis ornamentis monumenta solum temporum hominum locorum gestarumque rerum reliquit. de Or. 2, 12, 53. — Hellanicus initio belli Peloponnesiaci (431. a. Chr.) quinque et sexaginta annos natus videtur (496. a. Chr.), Herodotus tres et quinquaginta. Gell. N. A. 15, 23. — Hellanici Fragmenta ed. Fr. Guil. Sturz. Lipsiae 1826. 8. — Alium Hellanicum Milesium affert Vossius Histor. Gr. 4, 5.

Helle, a qua Hellespontus dicitur. Orat. 49, 163.

Hellespontus. Via nostra, quae per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris. de prov. cons. 2, 4. — Hellespontus iunctus a Xerxe. de Finn. 2, 34, 112. — Hellespontus clausus a Xerxe. Varro LL. 7, 2. p. 307. — Propontis tota atque Hellespontus venibit sub praecone. de lege agr. 1. initio. Orat. 49, 163. Her. 4, 54, 68.

Hellespontus, regio provinciae Asiae, prope Hellespontum fretum, cuius incolae Hellespontii. ad Fam. 13, 53, 2. Hinc Lampsacum Hellesponti oppidum dicitur Verr. Accus. 1, 24, 63.

Hellespontus, urbs, maris inundatione demersa. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Helorus, urbs Siciliae inter Pachynum et Syracusas. Verr. Accusat. 5, 34, 90.

Helvetii. Quaedam foedera exstant, ut Germanorum, Insubrium, Helvetiorum, Iapydum, nonnullorum item ex Gallia barbarorum, quorum in foederibus exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. pro Balbo 14, 32. — Helvetii sine dubio sunt in armis excursionesque in provinciam (Galliam Narbonensem) faciunt. (a. u. c. 694.) Senatus decrevit, ut consules duas Gallias sortirentur, delectus haberetur, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliae civitates darentque operam, ne eae se cum Helvetiis iungerent. ad Att. 1, 19, 2. — Cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum C. Caesar proeliis felicissime concertavit. de prov. cons. 13, 33. — Ab Helvetiis L. Cassius consul a. u. c. 647. occisus exercitusque pulsus et sub iugum missus. Caesar Gall. 1, 7. — A. d. V. Kal. April. a. u. c. 696. ad ripam Rhodani omnes conveniunt. Ib. Cap. 6. — Historia belli Helvetici a Caesare confecti. Ibid. usque ad Cap. 30.

P. Helvidius Rufus, eques Romanus, omnium ornatissimus. pro Cluentio 70, 198.

Helvius Mancia, orator deformis, irrisus a C. Iulio Caesare Strabone. de Or. 2, 66, 266. Idem dictum L. Crasso tribuit Plinius 35, 4. — Eius dictum. Ibid. C. 68, 274.

Henna: hanc scripturam alteri Enna praefert Zumpt. ad Verr. p. 392. propter consensum Codd. optt. Cfr. Eckhel D. N. T. 1. p. 206. — Henna, urbs Siciliae mediterranea maxime. Verr. Accusat. 3, 83, 192. — Hennensium nemus, qui locus, quod in media est insula situs, umbilicus Siciliae nominatur. — — Henna est loco perexcelso atque edito, quo in summo est aequata agri planities et aquae perennes; tota vero ab omni aditu circumcisa atque directa est: quam circa lacus lucique sunt plurimi atque laetissimi flores omni tempore anni, locus ut ipse raptum illum Virginis (Liberae), quem iam a pueris accepimus, declarare videatur cet. Verr. Accusat. 4, 48, 107. — Hennensis ager in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 18, 47. — Hennenses. Verr. Accusat. 3, 42, 100. — *Hennenses* confunduntur in Codd. cum *Aetnensibus*. Verr. Accusat. 4, 51, 114.

Hephaestus Apamensis. Eum, ne noceat Quinto fratri, Marcus omni sua

comitate complectitur (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4.

Hera, alterum nomen Hyblae minoris in Sicilia. ad Att. 2, 1, 5.

Heraclea, urbs Magnae Graeciae inter Metapontum et Tarentum sita. Ea erat civitas aequissimo iure ac foedere. pro Archia 4, 6. — Tabulae Heracleensium publicae Italico bello incenso tabulario interierunt. Ibid. §. 8. — Hinc *Heracleotes* Zeuxis. de Inv. 2, 1, 1. Iidem etiam *Heraclienses*, ubi vide. Item Heracliensis civitas.

Heraclea, oppidum Phthiotidis s. Thessaliae. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6.

Heracleo, praedonum dux (Orosio 6, 3. *Pyganio* dicitur), non sua virtute, sed Verris avaritia nequitiaque victor, classem pulcherrimam populi Romani in litus expulsam et eiectam inflammari incendique iussit. Verr. Accusat. 5, 35, 91. — Deinde penetravit in portum Syracusanum. Ibid. 37, 96.

Heracleotae, incolae Heracleae ad Latmum prope fines Cariae. ad Fam. 13, 56, 2.

Heraclia s. Heraclea oppidum Siciliae circa ostium Halyci fluvii. Eo colonos P. Rupilius (a. u. c. 623.) deduxit legesque de cooptando senatu et de numero veterum ac novorum dedit. Verr. Accusat. 2, 50, 125. Hinc Heracliensis Ibid. 5, 33, 86.

Heraclides Ponticus, ex schola Platonis: (de Velleii Epicurei sententia) puerilibus fabulis refersit libros, et modo mundum (deum), tum mentem divinam esse putat; errantibus etiam stellis divinitatem tribuit sensuque deum privat et eius formam mutabilem esse volt, eodemque in libro rursus terram et caelum refert in deos. de Nat. D. 1, 13, 34. — Heraclides Ponticus profectus a Platone illustravit omnem civilem locum. de Legg. 3, 6, 14. — Eius πολιτικὰ sive περὶ πολιτειῶν, cuius curae Excerpta supersunt. ad Q. Fr. 3, 5, 1. — „Vir doctus in primis": quid tradiderit de Pythagora: Tuscul. 5, 3, 8. — Doctus vir, auditor et discipulus Platonis: eius narratio de somnio matris Phalaridis. de Divin. 1, 23, 46. — Quid scripserit de Ceis? de Divin. 1, 57, 130. — Si in Academicis Cottam et Varronem fecissem inter se disputantes, meum κωφὸν πρόσωπον esset. Hoc in antiquis personis suaviter fit, ut et Heraclides in multis et nos sex de re publica libris fecimus. ad Att. 13, 19, 4. — Saepe dicit in Epp. ad Atticum se „Ἡρακλείδειον aliquod" scripturum esse, id est, librum aliquem ad modum Heraclidis. — Varro Fr. p. 247. p. 269. p. 303. Bip. Eius patria fuit Sinope, urbs Ponti. Floruit circa a. 310. a. Chr. Cfr. Dissertatio de Heraclide Pontico, quam scripsit Eug. Deswert. Lovanii 1830. *Göttingische Anzeigen* 1833. *S.* 961.

Heraclides Temnites, homo ineptus et loquax, testis in L. Flaccum. pro Flacco 18, 42. Ibid. 19, 45. Schol. Bob. pro Flacco p. 242.

Heraclienses in Magna Graecia. Ipsa lege Iulia, qua lege civitas est sociis et Latinis data, qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent; in quo magna contentio Heracliensium et Neapolitanorum fuit, cum magna pars in iis civitatibus foederis sui libertatem civitati anteferret. pro Balbo 8, 21. Vide Heraclea.

Heraclienses in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Heracliensis civitas in Magna Graecia. Cum ea prope singulare foedus Pyrrhi temporibus, C. Fabricio consule, ictum putatur. pro Balbo 22, 50.

Heraclitus Ephesius, floruit circa a. 500. a. Chr. Cfr. Rhetorem Latinum, qui sub Heracliti Ephesii nomine epistolas subditicias composuit, Rhetor. Ald. T. II. fol. ξ., III. verso, laudante Car. Goettlingio in Programmate. Ienae 1831. p. 4. Item Diog. Laërt. 9, 2. Schleiermacher *Herakleitos der Dunkle dargestellt aus den Trümmern seines Werkes und den Zeugnissen der Alten in* Wolf's *u.* Buttmann's *Museum Bd.* I. *S.* 313. Theod. Lud. Eichhoff Disputationes Heracliteae. Mogunt. 1824. 4. — Heraclitus cognomento σκοτεινὸς perhibetur, quia de natura nimis obscura memoravit de industria. de Finn. 2, 5, 15. — Consulto dicebat occulte. de Nat. D. 1, 26, 74. — Valde Heraclitus obscurus: minime Democritus. Num igitur conferendi? de Divin. 2, 64, 133. — Heraclitus censuit, omnia ita fato fieri, ut id fatum vim necessitatis afferret. de Fato 17, 39. — Heraclitus ignem dixit esse, e quo omnia gignerentur. Acad. 2, 37, 118. — Heraclitus deos ex igne esse credidit. Varro Fr. p. 214. Bip. —

Dii ex igni sunt, ut credit Heraclitus. Boëthius de diis p. 392. — Stoici omnia solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes: quem ipsum non omnes interpretantur uno modo; qui quoniam, quid diceret, intelligi noluit, omittamus. de Nat. D. 3, 14, 35. — Est apud Heraclitum physicum de principe Ephesiorum Hermodoro: universos ait Ephesios esse morte multandos, quod, cum civitate expellerent Hermodorum, ita locuti sint: *Nemo de nobis unus excellat: sin quis exstiterit, alio in loco et apud alios sit.* Tuscul. 5, 36, 105.

Heraclitus Tyrius, Academicus, Antiochi familiaris, qui et Clitomachum multos annos et Philonem audierat; homo sane in ista philosophia, quae nunc prope dimissa revocatur, probatus et nobilis. Acad. 2, 4, 11. („probe distinguendus ab Heraclito Peripatetico; quocum confunditur a Menagio ad Laërt. 9, 17." Goerenz.)

Heraclius Amestratinus. Verr. Accusat. 3, 39, 88.

Heraclius Centuripinus, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 2, 27, 66.

Heraclius Segestanus, homo innocens, a Verre damnatus. Verr. Accusat. 5, 43, 111.

Heraclius, Hieronis filius, Syracusanus, homo in primis domi suae nobilis et ante Verrem praetorem vel pecuniosissimus Syracusanorum: postea nulla alia calamitate, nisi illius avaritia atque iniuria, pauperrimus. Verr. Accusat. 2, 14, 35. — Eius propinquus, item Heraclius. Ibid. — Eius hereditatem Verres avertit. Verr. Accusat. 2, 14, 37. Ibid. 4, 61, 136. — Eius testimonium in Verrem. Verr. Accusat. 2, 5, 15.

Heraclius (diversus ab eo, qui memoratur Accus. 2, 14, 35. et 4, 61, 136.) Syracusanus, sacerdos (ἀμφίπολος) Iovis, qui honos est apud Syracusanos amplissimus. Verr. Accusat. 4, 61, 137.

Herbitensis ager in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 18, 47. Ibid. 51, 120.

Herbitensis civitas, antea copiosa, spoliata a Verre et vexata. Verr. Accusat. 3, 32, 75. — Herbitensium decumae. Fragmm. p. 461. — Herbita oppidum Siciliae mediterraneae ad Heraeos montes.

Herculanea via (inter lacum Lucrinum et mare in Campania) vendibilis, multarum deliciarum et magnae pecuniae. de lege agr. 2, 14, 36.

Herculanum. ad Att. 7, 3, 1. falsa lectio pro: Aeculanum.

Hercules. de Nat. D. 3, 15, 39. — Plures Hercules tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur et remotiores litteras: antiquissimum Iove natum, sed item Iove antiquissimo; — ex eo igitur et Lysithoë est is Hercules, quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus, Aegyptius, quem aiunt Phrygias litteras conscripsisse. Tertius est ex Idaeis Digitis, cui inferias afferunt. Quartus Iovis et Asteriae, Latonae sororis, qui Tyri maxime colitur, cuius Karthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Belus dicitur. Sextus hic ex Alcumena, quem Iuppiter genuit, sed tertius Iuppiter. de Nat. D. 3, 16, 42. — Herculis vita, athletica. Varro Fr. p. 276. Bip. — Eius aerumnae. de Finn. 2, 35, 119. — Eum in caelum ista ipsa, quam nonnulli iracundiam esse volunt, sustulit fortitudo; neutiquam iratus conflixit cum Erymanthio apro aut leone Nemeaeo. Tuscul. 4, 22, 50. — Dimicavit cum Eryce. Varro Fr. p. 367. Bip. — Hercules profectus ad Hesperidas, inde aurea mala, i. e. capras et oves, in Graeciam exportavit. Varro RR. 2, 1, 6. — Hercules e Sicilia persecutus est nobilem taurum, qui diceretur Italus. Varro RR. 2, 5, 3. — Hercules Gaditanorum moenia, delubra, agros itinerum ac laborum suorum terminos esse voluit. pro Balbo 17, 39. — Herculi Deianira nocere noluit, cum ei tunicam sanguine Centauri tinctam dedit. de Nat. D. 3, 28, 70. — Hercules tum dolore frangebatur, cum immortalitatem ipsa morte quaerebat. Tuscul. 2, 8, 20. — Herculis illius sanctissimi corpore ambusto, vitam eius et virtutem immortalitas excepisse dicitur. pro Sestio 68, 143. — Hercules ex homine deus factus. de Rep. 3, 28, 40. — Eum hominum fama beneficiorum memor in concilio caelestium collocavit. de Off. 3, 5, 25. — Ei caeli porta patuit. de Rep. Fragm. incert. addendum e Lactantio fragmento 13. — Hercules in Hispania, sicuti Afri putant, interiit. Sal. Iug. 18. — Hercules, Aesculapius, Liber, Castor, Pollux coluntur aeque

atque Apollo, Volcanus, Mercurius; apud quosdam etiam multo magis. de Nat. D. 3, 18, 45. — Hercules apud Graecos indeque perlapsus ad nos et usque ad Oceanum, tantus et tam praesens habetur deus. Tuscul. 1, 12, 28. Ibid. 11, 32. — Hercules Graeco ritu cultus. Varro Fr. p. 357. Bip. — Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. Ibid. 11, 27. Varro LL. 6, 7. p. 230 et 231. — Pinarius Natta ortus ab illis, quos memoriae proditum est ab ipso Hercule sacra didicisse. Pro domo 52, 134. Cfr. Liv. 1, 7. — Hercules idem ac Mars. Varro Fr. p. 262. Bip. — Hercules et Apollo Gemini (sidus). Varro RR. 2, 1, 7. — Ex eius stirpe reges Lacedaemoniorum. de Rep. 2, 12, 24. — Herculi decuma vota. Varro Fr. p. 302. Bip. — Herculis templum, in quo nemo excalceatur. Ibid. — Herculi nemo decumam vovit unquam, si sapiens factus esset. de Nat. D. 3, 36, 88. — Eius fanum Lacedaemone. de Divin. 1, 34, 74. — Templum Thebis. Ibid. et 2, 31, 67. — Herculis templum est apud Agrigentinos sane sanctum apud illos et religiosum. Verr. Accusat. 4, 43, 94. — Hercules furens Euripidis. Acad. 2, 28, 89. — Hercules ἀλεξίκακος. Varro LL. 7, 5. p. 361. — Hercules Antianus (al. Antaeanus). Fragmm. p. 463. — Herculis Indicis, Μηνυτοῦ, fanum Athenis. de Divin. 1, 25, 54. — Hercules Libys Capsae, Africae oppidi, conditor memorabatur. Sal. Iug. 89. — Hercules Prodicius apud Xenophontem. de Off. 1, 32, 118. — Hercules Xenophontius (Memor. Socr. 2, 1.) ad Fam. 5, 12, 3. — Hercules memoratur etiam de Finn. 3, 20, 66. de Nat. D. 2, 24, 62. — Victor Hercules dictus, quod omne animalium genus vicerit. Varro Fragmm. p. 218. Bip.

Herennius, trib. pl. Sullae tempore. Sal. Hist. 2. p. 201. Ed. Gerl. min.

Herennius, negotiator ex Africa, a Verre securi percussus. Verr. Accusat. 1, 5, 14. Vide T. Herennius.

Herennius. Coheredes Herenniani. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 6, 2.

C. Herennius, dux Sertorianus, cum urbe Valentia et exercitu deleti a Cn. Pompeio. Sal. Hist. 3. p. 215. Ed. Gerlach. min.

C. Herennius, ad quem scripsit Rhetor incertus, cuius quattuor libros etiamnunc habemus, alius a Ciceronis ceteris C. Herenniis videtur fuisse. De ipso illo Rhetore disputantes consule Burmannum et Schuetzium in Praefatt. M. Antonius Gnipho (quae Schuetzii erat opinio) certe non fuit; is enim, utpote libertinus homo, nullo modo C. Herennium, nobilem civem Romanum, cognatione attingere poterat. Vide Libr. 4. extr. *Caii* praenomen certe initio Lib. 1, 1, 1. in omnibus videtur extare codicibus. Eum appellat praeterea 2, 1, 1. 4, 1, 1. Ibid. 56, 69. — „Cicero ad Herennium." Rufinus p. 186. 194.

C. Herennius, senator, peculatus damnatus (ante a. u. c. 684.) Verr. Act. 1, 13, 39.

C. Herennius Sex. F., tribunus pl. a. u. c. 694. ad plebem P. Clodium traduxit. ad Att. 1, 18, 4. — Herennius quidam, trib. pl., sane homo nequam et egens, de P. Clodio ad plebem traducendo agere coepit. Ibid. Ep. 19, 5.

L. Herennius, Ciceronis familiaris, subscriptor L. Atratini in M. Caelium. — Triste et asperum genus orationis eius. pro Caelio 11, 25.

L. Herennius Balbus Faustae et Milonis familias exhibendas postulavit. Ascon. in Mil. p. 35.

M. Herennius, consul a. u. c. 661. cum C. Valerio Flacco, in mediocribus oratoribus Latine et diligenter loquentibus numeratus est, qui tamen L. Philippum in consulatus petitione superavit. Brut. 45, 166. — Quis L. Philippum a M. Herennio superari posse arbitratus est? pro Murena 17, 36.

Sex. Herennius, Caii pater, divisor. ad Att. 1, 18, 4.

T. (alii male L.) Herennius, qui argentariam Lepti fecerat, a Verre securi percussus. Verr. Accusat. 5, 59, 155. (Ib. 1, 5, 14.)

Herennius Gallus histrio a L. Cornelio Balbo Gadibus anulo aureo donatus et in XIIII. sessum deductus. ad Fam. 10, 32, 2.

Herillii philosophi; „iamdiu exstincti." de Or. 3, 17, 62.

Herillus Karthaginiensis. Eius dogmata similia Menedemi et Eretriacorum, sed hi ea explicarunt uberius et ornatius. Acad. 2, 42, 129. — Herillus ad scientiam omnia revocans, unum quoddam bonum vidit; sed nec

optimum nec quo vita gubernari possit. Itaque hic ipse iam pridem est reiectus; post enim Chrysippum non sane est disputatum. de Finn. 2, 13, 43. — Saepe ab Aristotele, a Theophrasto mirabiliter est laudata per se ipsa rerum scientia. Hoc uno captus Herillus scientiam summum bonum esse defendit nec rem ullam aliam per se expetendam. de Finn. 5, 25, 73. — Herillus in cognitione et scientia summum bonum ponit; qui cum Zenonis auditor esset, vides, quantum ab eo dissenserit et quam non multum a Platone. Acad. 2, 42, 129. — Herillus, si ita sensit, nihil esse bonum praeter scientiam, omnem consilii capiendi causam inventionemque officii sustulit. de Finn. 5, 8, 23. — Herillus ipsius animi cogitationem amplexatus actionem reliquit. de Finn. 4, 14, 36. — Eius levitas. Ibid. 15, 40. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli sententiae de finibus evanuerunt. Tusc. 5, 30, 85. — Herillus, Pyrrho, Aristo iam diu abiecti. de Finn. 2, 11, 35. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli iam pridem explosa sententia est. de Off. 1, 2, 6.

Hermachus, falsa lectio pro Hermarchus.

Hermacreon, portitoris nomen. Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. de Inv. 1, 30, 47. — Victorino I. p. 93. est Hermocreon.

Hermae. Hermas antiquitus non licebat imponi sepulchris. de Legg. 2, 26, 65. — Hermae Pentelici cum capitibus aeneis. ad Att. 1, 8, 2. Cfr. Ibid. Ep. 9, 2.

Hermagoras rhetor, floruit circa ipsam Ciceronis aetatem. — Eius disciplina inops ad ornandum, sed ad inveniendum expedita. Ea dat rationes certas et praecepta dicendi, quae si minorem habent apparatum (sunt enim exilia), tamen habent ordinem et quasdam errare in dicendo non patientes vias. Brut. 76, 263. — Similia repetit: Ibid. 78, 271. — Hermagoras reprehensus. de Inv. 1, 6, 8. Ibid. 1, 9, 12. — Eius inventum. Ibid. 1, 11, 16. Quid de degressione docuerit: Ibid. 1, 51, 97. — Hermagoras aeque (atque Aristoteles) artes scripsit. Victorinus I. p. 25. 26. 27. 33. 34. 36. 39. 40. 45. 104. 121. Iulius Victor p. 195. — De Hermagora vide Interpretes ad Quintil. 3, 1. Nam eum secutus est. Diversus est ab Hermagora Temnite, qui Carion dictus est et Romae Augusti temporibus vixit, cuius libros commemorat Suidas in v. Ἑρμαγόρας. — Pompeius decedens ex Asia (a. u. c. 692.) Rhodi contra eum disputavit περὶ τῆς καθ' ὅλου ζητήσεως, quam disputationem descripsit Posidonius. Plutarch. in Pompeio p. 641. Ed. Wechel. s. Cap. 42. Ern. Vide etiam Hermes.

Hermarchus, Mitylenaeus, Epicuri discipulus atque testamento heres.—Falso scribitur *Hermachus* Acad. 2, 30, 97. et alibi in plerisque Edd. Cfr. Villoison Anecdota Gr. 2. p. 159 et 290. — Hermarchus contra Pythagoram, Platonem Empedoclemque dixit. de Nat. D. 1, 33, 93. — Epicuri ad eum epistola. de Finn. 2, 30, 96.

Hermarchus Chius; cum eo syngraphas fecit P. Clodius. de Harusp. resp. 16, 34.

Hermathena, signum in una basi Mercurii et Minervae coniunctum. ad Att. 1, 1, 5. — Ornamentum Academiae. Ibid. 4, 3.

Hermeraclae, signa cum Mercurii et Herculis capitibus. ad Att. 1, 10, 3.

Hermes. Ἑρμῆς commune omnium et Minerva singulare est insigne mei gymnasii. ad Att. 1, 4, 3. — Hermae Pentelici cum capitibus aeneis. Ibid. 8, 2. Ibid. 9, 2.

Hermes, rhetor Graecus, doctor Scriptoris ad Herennium, ceteroquin ignotus. Herenn. 1, 11, 18. — In hoc nomine variant Codices. Palatt. enim ferme *Hermes* vel *Hermestes*, quod exhibet etiam Cod. Lips. Longolius et Lambinus reponunt *Hermagoras*, non improbabili coniectura. Nam quod dicit „doctorem nostrum", de inventione accipiendum, in qua plerique eum secuti sunt, et in his ipse Quintilianus Inst. 3, 1., quod de ea optime omnium scripserat, auctore Cicerone in Bruto c. 76. 78. Ern. Reponit Schuetzius: „Frustra Longolius et Lambinus. Nam Hermes tres putavit esse in arte rhetorica constitutiones, Hermagoras vero quattuor."

Hermes Trismegistus. Quodam tempore Hermes Trismegistus, cum esset in Aegypto sacrum quoddam animal Serapidi dicatum, quod in toto die duodecies urinam fecisset pari semper

interposito tempore, per duodecim horas diem dimensum esse coniecit. Victorinus I. p. 79.

Hermia s. Hermias, servus Ciceronis. ad Fam. 16, 15, 2. — Quod ad me de Hermia scribis, mihi valde molestum fuit. ad Q. Fr. 1, 2, 4, 12.

Hermiona Pacuvii. Varro LL. 6, 9. p. 273.

Hermippus, legatus Temnitarum, iudicatum duxit Heraclidem Temnitam. pro Flacco 19, 45. — Amicus et hospes Ciceronis. Ibid. 20, 48. — Hermippus, homo callidissimus ab Heraclida deceptus. Schol. Bob. pro Flacco p. 242.

Hermippus, princeps Dionysopolitarum in Phrygia. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4.

Hermo, servus centurionis Camulae. ad Att. 5, 21, 4.

Hermobius Temnites, testis in L. Flaccum. pro Flacco 18, 43.

Hermocreon, vir amplissimus, apud Rhodios portorium conduxit. Victorinus I. p. 93. Apud Cic. est Hermacreon, ubi vide.

Hermodorus princeps Ephesiorum a civibus propter eius praestantiam expulsus. Tuscul. 5, 36, 105. — Hic est, quem Pomponius in Enchir. dicit Romam venisse et leges Graecas Decemviris explicasse. Qua de re qui dubitant, adeant Plin. H. N. 34, 5., qui eius statuam propterea dicit in Comitio publice dicatam fuisse. Ern. — Cfr. etiam Rhetorem Latinum, qui sub Heracliti Ephesii nomine epistolas subditicias composuit, Rhetor. Aldi. T. II. fol. ξ'., III. verso, laudante Car. Goettlingio in Programmate. Ienae 1831. p. 4. Item Diog. Laërt. 9, 2.

Hermodorus. Placetne tibi libros de finibus edere iniussu meo? Hoc ne Hermodorus quidem faciebat, is, qui Platonis libros solitus est divolgare; ex quo *λόγοισιν Ἑρμόδωρος* (*ἐμπορευ:ται*). ad Att. 13, 20, 4. — Cfr. Suidam in hoc proverbio *Λόγοισιν κ. τ. λ.*, qui eum auditorem Platonis appellat. Scripsit *περὶ Πλάτωνος* et *περὶ μαθημάτων*, de quibus libris et de ipso Hermodoro vide Ionsium de Scriptt. Hist. Phil. 1, 10, 2. Ern.

Hermodorus Flaminius illustris, navalium architectus. de Or. 1, 14, 62.

Hermogenes, Ciceronis debitor. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 25, 1. Ibid. Ep. 30, 2.

Hermogenes Clodius, libertus a. u. c. 709. ad Att. 13, 24. Idem fortasse cum praecedente.

Hernici, Latii populi, in civitatem recepti. pro Balbo 13, 31. Item de Off. 1, 11, 35. — Hernici devicti a Q. Marcio Tremulo cos. a. u. c. 648. Philipp. 6, 5, 13.

Herodes, Atheniensis, M. Ciceronis filii magister Athenis. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 16, 3. Ib. Ep. 18, 4. — Leonidas retinet suum illud adhuc. Summis vero laudibus Herodes. Ib. Lib. 15, 16. A. — (Scriptor fuit ignobilis.) — Herodes, si homo esset, Dicaearchum potius legeret, quam unam litteram scriberet. ad Att. 2, 2, 2. — Videtur de Ciceronis consulatu scripsisse aliquid, quod vehementer contemnebat Cicero. Ern. Sed tum cum alio potius eum scriptore, quam cum Dicaearcho comparasset.

Herodes, Attici libertus. (Fortasse corrupte Herodem pro Erotem.) ad Att. 6, 1, 25. Cfr. tamen Lib. 14, 18, 4. 15, 27, 3.

Herodotus. Eius eloquentia. de Or. 2, 13, 55. — Quid Herodoto dulcius? Fragmm. p. 479. — Herodotus et eadem superiorque aetas numero caruit nisi quando temere ac fortuito. Orat. 55, 186. — Herodotus Thucydidesque longissime a sophistarum deliciis vel potius ineptiis afuerunt. — Herodotus sine ullis salebris quasi sedatus amnis fluit. Orat. 12, 39. — Herodotus et Thucydides si apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. Or. 65, 219. — Apud Herodotum, patrem historiae, et apud Theopompum innumerabiles sunt fabulae. de Legg. 1, 1, 5. — Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? de Divin. 2, 56, 116. — Ex eius testimonio apud Medos iustitiae fruendae causa olim bene morati reges constituti. de Off. 2, 12, 41. — Eius narratio de Cleobi et Bitone. Tuscul. 1, 47, 112. — Eius narratio (Lib. 1, 85.) de Croesi filio infante. de Divin. 1, 53, 121. — Herodotus Themistoclem praedicavit. ad Fam. 5, 12, 7. de Finn. 2, 27, 87. — Herodotus laudatus a Schol. Gronov. in Act. II. in Verr. L. 1. p. 405.

Herodotus Cephaloeditanus sacerdotium maximum petiit in oppido suo cet. Verr. Accusat. 2, 52, 128.

Heroes, Lares, Genii, aeriae animae. Varro Fr. p. 223 et 232. Bip.

Heroica tempora. de Divin. 1, 1, 1.

Herophile, Sibylla Cumana. Varro Fr. p. 217. Bip.

Herophilus. Varro Fr. p. 303. Bip.

Herus, villicus Q. Ciceronis in eius Arcano. ad Q. Fr. 3, 1, 1, 1.

Hesiodus. Vide etiam Homerus. — Hesiodus et Homerus fuit ante Romam conditam. Tuscul. 1, 1, 3. — Eum in suis studiis non coëgit obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Hesiodus versibus de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9. — Lepta suavissimus ediscat Hesiodum et habeat in ore Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα. ad Fam. 6, 18, 5. — Apud eum omnia a chao. Varro LL. 5, 3. p. 30. — Eius Theogoniam (allegorice) interpretatus est Zeno. de Nat. D. 1, 14, 36. — Item Chrysippus. Ibid. 15, 41. — Ego, etsi illud ψευδησιόδειον (ita enim putatur) observo μηδὲ δίκην (δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς) praesertim in te, tamen Q. fratris querela movebar. ad Att. 7, 18, 4. — Hesiodium illud (Ἐργ. 349.) laudatur a doctis, quod eadem mensura reddere iubet, qua acceperis, aut etiam cumulatiore, si possis. Brut. 4, 16. — Hesiodus ea, quae utenda acceperis, maiore mensura, si modo possis, iubet reddere. de Off. 1, 15, 48. — Hesiodus, doctus poëta de utilitate stercorandi ne verbum quidem fecit, cum de cultura agri scriberet: (id cum faciat Homerus, qui multis ante seculis fuit.) Cato 15, 54.; de quo loco cfr. Welckerum in Museo Rhenano 1833. p. 425. — Tuscul. 1, 41, 98. — Eius versiculus. ad Att. 13, 12, 3.

Hesiona Naevii. Varro LL. 7, 6. p. 385.

Hesperides deae. de Nat. D. 3, 17, 44. — Hesperides in Libya. Varro RR. 2, 1, 6. — Hesperidum draco. Varro Fr. p. 290. Bip.

Hesperos, Veneris stella. de Nat. D. 2, 20, 53.

Hetereius quidam, cui Vestorius volt mancipio dari fundum Brinnianum. ad Att. 13, 50, 2.

Hibera (Habra) ancilla Pompeiae, uxoris Caesaris. Schol. Bob. in Clodium p. 339.

Hicetas (al. *Nicetas*) Syracusius, ut ait Theophrastus, caelum, solem, lunam, stellas, supera denique omnia stare censet, neque praeter terram rem ullam in mundo moveri; quae cum circum axem se summa celeritate convertat et torqueat eadem effici omnia, quae, si stante terra, caelum moveretur. Acad. 2, 39, 123.

Hiempsal. Ex libris Punicis, qui regis Hiempsalis dicebantur, nobis interpretatum est. Sal. Iug. 17. (An vetustior eo, qui a Iugurtha interfectus est?) Ceterum a Graeculo aliquo conficti videntur, qui in tota illa antiqua Africae historia imposuit Salustio.

Hiempsal, Micipsae filius, natura ferox, Thirmidae interfectus ab Iugurtha. Sal. Iug. 12.

Hiempsal. Agros in Africa, qui ab Hiempsale (rege Mauritaniae, populi Ro. amico, Iubae patre) possidentur, Rullus excepit in vendendis agris. de lege agr. 1, 4, 10. Ibid. 2, 22, 58. — Foedus cum eo per C. Cottam consulem ictum a populo Romano non est iussum. in Vatinium 5, 12. — Pompeius victor Hiempsalem in regnum restituit. Salust. Hist. 1, 11.

Hieras, Deiotari regis legatus. pro Deiotaro 15, 41 et 42. Schol. Gronov. ad Deiot. p. 424. (ubi est *Hierax.*) — Minister Deiotari regis. (a. u. c. 710.) ad Att. 16. 3, 6.

Hiero. Vide Hieron.

Hierocles Alabandeus et Menecles, eius frater, Asiatici oratores. Eorum utriusque orationes sunt in primis, ut Asiatico in genere, laudabiles. Brut. 95, 325. — Hierocles et Menecles fratres, Asiaticorum rhetorum principes, minime mea sententia contemnendi. — Apud hos varietas non erat, quod omnia fere concludebantur uno modo. Orat. 69, 231. — Hierocles et Menecles eius frater, Alabandenses, non Rhodii, rhetores (circa a. u. c. 660.) de Or. 2, 23, 95.

Hieron, tyrannus Syracusanus, Iovem Olympium ornarat aureo amiculo ex manubiis Karthaginiensium; quod postea illi detraxit Dionysius. de Nat. D. 3, 34, 83. — Eius sermo cum Simonide. de Nat. D. 1, 22, 60.

Hieron II. rex Siciliae, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8. — Hieron II. Syracusarum rex. Eius phalerae. Verr. Accusat. 4, 12, 29. — Hieronis regis domus in insula Syracusarum, qua postea praetores uti solebant. Verr. Accusat. 4, 53, 118. — Domus praetoria Syracusis, quae regis Hieronis fuit. Verr. Accusat. 5, 12, 30.

Hieron et Tlepolemus, Cibyratae, fratres, quorum alter fingere e cera solitus erat, alter erat pictor; canes C. Verris. Verr. Accusat. 4, 13, 30. Ibid. 44, 96. Vide etiam Cornelius Tlepolemus.

Hieronica lex, dicta ab Hierone II. († a. u. c. 510.) — Inter aratores et decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam appellant Siculi, iudicia fiunt. Verr. Accusat. 2, 13, 32 et 34. — Eadem memoratur Ibid. 3, 6, 14.

Hieronymus Rhodius, Peripateticus. — Finis illi videtur nihil dolere. Negat esse voluptatem propter se expetendam. Aliud igitur censet gaudere, aliud non dolere. de Finn. 2, 3, 8. — Censet summum bonum esse sine molestia vivere. Ibid. 5, 16. Ibid. 6, 19. Ibid. 10, 32. Ibid. 13, 41. — Hieronymus doctus homo et suavis; quem iam cur Peripateticum appellem nescio. Summum enim bonum exposuit vacuitatem doloris. de Finn. 5, 5, 14. Ibid. 7, 20. — Hieronymus omnino virtutem a bonorum fine segregavit. de Finn. 4, 18, 49. — Positum est a Peripateticis in iis rebus, quae secundum naturam essent, non dolere. Hoc Hieronymus summum bonum esse dixit. de Finn. 5, 25, 73. — Hieronymus Rhodius post Epicurum dolore vacare summum bonum dixit: tantum in dolore duxit mali. Tuscul. 2, 6, 15. — Hieronymi finis: nihil bonum, nisi vacuitatem doloris. Tuscul. 5, 30, 84. Ibid. 31, 87. Ibid. 41, 118. — Vacare omni molestia finem esse censuit. Acad. 2, 42, 131. — Hieronymus, Peripateticus in primis nobilis, elegit ex multis Isocrati libris triginta fortasse versus, plerosque senarios. Orat. 56, 190. — Hieronymus de numeris scripsit. Rufinus p. 191.

Hierosolyma. Cum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia atque ex omnibus provinciis Hierosolyma exportari soleret, L. Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret cet. pro Flacco 28, 67. Ibidem „urbs suspiciosa et maledica" dicitur.

Hierosolymarius traductor ad plebem per iocum vocatur Pompeius ad Att. 2, 9, 1. ab Hierosolymis captis.

Hilarus, Ciceronis servus librarius, dein libertus, nequam homo, ratiocinator et cliens Attici fugit ad C. Antonium in Macedoniam. — Cfr. ad Att. 1, 12, 2. ad Att. 12, 37, 1. Ib. Lib. 13, 19, 1.

Hilarus, Libonis libertus. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 4, 1.

Hilarus, Cn. Otacilii Nasonis libertus. ad Fam. 13, 33.

Hillus ioculariter appellatur Hirrus, quia balbutiebat. ad Fam. 2, 10, 1.

Himera dea: eius simulacrum eximia pulchritudine, in muliebrem figuram habitumque formatum ex oppidi nomine et fluminis. Verr. Accusat. 2, 35, 87.

Himera, Siciliae urbs, a Karthaginiensibus deleta; quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii sese Thermis collocarunt in eiusdem agri finibus neque longe ab oppido antiquo. Verr. Accusat. 2, 35, 86. Drakenborch ad Silium 14, 332.

Hipparchus. Valde Eratosthenes a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur. ad Att. 2, 6, 1. — Hipparchus Nicenus fuit, astronomia illustris circa a. 160. ante Chr. Eius librum contra Eratosthenem commemorat Strabo Lib. 1. p. 14. L. 2. p. 133. Eum Eratostheni iniquiorem putat. L. 2. p. 149. autem diserte dicit eum non tam Geographica scripsisse quam Eratosthenis Geographica reprehendisse. Ern.

Hippias. Nefarius Hippias, Pisistrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens. ad Att. 9, 10, 3.

Hippias Eleus ceterique sophistae, quibus se opposuit Socrates, Brut. 8, 30. Ibid. 85, 292. — Quomodo Olympiae se venditarit: de Or. 3, 32, 127.

Hippias mimus, scortum M. Antonii. Philipp. 2, 25, 62. Plutarchus in Antonio C. 9.

Hippias, Philoxeni filius, Calactinus, commendatur Acilio. ad Fam. 13, 37.

Q. Hippius, familiaris Ciceronis. ad Fam. 13, 76, 1. — Eius filius, ut videtur, a Valgio quodam adoptatus, C. Valgius Hippianus. Ibid. §. 2.

Hippo Regius a Phoenicibus conditus. Sal. Iug. 19.

Hippocentaurus. Quis Hippocentaurum aut Chimaeram fuisse putat? de Nat. D. 2, 2, 5. — Hippocentauri forma in nubibus animadverti potest. de Divin. 2, 21, 49. — Si nihil est post mortem, inter Hippocentaurum, qui nunquam fuit, et regem Agamemnonem nihil interest. Tuscul. 1, 37, 90.

Hippocrates Cous, nobilissimus medicus. Fragmm. p. 579. — Hippocrates in magna pestilentia - - multa oppida scientia servavit. Varro RR. 1, 4, 5. — Desperatis etiam Hippocrates vetat adhibere medicinam. ad Att. 16, 15, 5. de Or. 3, 33, 132. — Multorum aegrotorum salus ab Hippocrate potius quam ab Aesculapio data. de Nat. D. 3, 38, 91. Varro Fr. p. 352 et 363. Bip. — Hippocrates, naturae scrutator egregius, numerum septenarium in libris, quos περὶ ἑβδομάδων appellat, ait creandis inesse corporibus. Eulogius p. 406.

Hippodamia, Oenomai regis filia, Pelopis uxor. Tuscul. 3, 12, 26.

Hippodamus, homo molestus et nullius pretii. In Hippodamis (i. e. in eius modi hominibus, qualis est Hippodamus:) et nonnullis aliis arcessendis quid cogites, non intelligo, (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 3, 9. Ibid. Cap. 6, 21.

Hippolytus Thesei filius. Eius odium in mulieres. Tuscul. 4, 11, 27. — Eum Theseus perdidit. de Nat. D. 3, 31, 76. — Eius interitus a patre optatus, quod ei de noverca Phaedra suspectus esset. de Off. 1, 10, 32. Ibid. 3, 25, 94. Herenn. 4, 34, 46.

Hipponax, iambographus, qui iambis mordacibus Anthermum et Bubalum ad restim redegit. Floruit Olymp. LX. a Chr. 540. Cyri et Croesi temporibus. Eius iambi maledici. de Nat. D. 3, 38, 91. — Hinc: Hipponacteum praeconium, i. e. acerbum et probrosum carmen. ad Fam. 7, 24, 1. — In (pedestri) oratione senarios et Hipponacteos (σκάζοντας) effugere vix possumus. Orator 56, 189.

Hirpinus fundus. de lege agr. 3, 2, 9.

Hirpini per ignes ambulant. Varro Fr. p. 342. Bip. — In Hirpinis Ampsanctus. de Divin. 1, 36, 79. — Populus est Samnis, cuius caput Beneventum.

Hirrius praetor a. u. c. 665. Varro RR. 2, 5, 5.

C. Hirrius (Postumius), homo voluptarius. de Finn. 2, 22, 70. Idem videtur, qui primus muraenarum vivarium excogitasse dicitur. Hirrius circum piscinas suas ex aedificiis duodena milia H. S. capiebat; eam omnem mercedem escis, quas dabat piscibus, consumebat. Varro RR. 3, 17, 3. Plin. H. N. 9, 55.

Hirrus. Vide C. Lucceius Hirrus.

Hirtia lex. Philipp. 13, 16, 32.

Hirtinum proelium ad Mutinam. ad Fam. 10, 33, 4.

A. Hirtius, cos. cum C. Vibio Pansa a. u. c. 711. — Pompeius dicebat (a. u. c. 704.) venisse Hirtium a Caesare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse. ad Att. 7, 4, 2. — Levata est suspicio sermonis Hirtiani. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 4, 11. — Hirtius Caesaris amicus. ad Fam. 6, 12, 2. — Ludi (his temporibus tristissimis) Praeneste. Ibi Hirtius et isti omnes. Quae coenae! quae deliciae! Res interea fortasse transacta est. O miros homines! (a. u. c. 708.) ad Att. 12, 2, 2. — Cfr. ad Fam. 9, 6, 1. — Hirtium ego et Dolabellam dicendi discipulos habeo, coenandi magistros. (a. u. c. 708.) Ibid. 16, 7. — Hirtianum ius per iocum comparatur cum Hateriano, ubi vide. Ibid. 18, 3. Ibid. 20, 2. — Qualis futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 40, 1. — Hirtii epistola mihi quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone. Ib. 41, 4. Cfr. ad Att. 12, 44, 1. — Hirtii librum, quem ad me misit de Catone, propterea volo divolgari a tuis, ut ex istorum vituperatione sit illius maior laudatio. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 44, 1. — Tu vero pervolga Hirtium. Id enim ipsum putaram quod scribis: ut cum ingenium amici nostri probaretur, ὑπόθεσις vituperandi Catonis irrideretur. Ib. 45, 3. Ib. 47, 3. — Quod Cassius et Brutus Hirtium per me meliorem fieri volunt, do equidem operam; et ille optime loquitur; sed vivit habitatque cum Balbo, qui item bene loquitur. (a. u. c. 71[illegible]) ad Att. 14, 20, 4. — Hominem traducere ad optimates paro. Ib. Ep. 21, 4. — Valde etiamnunc amat Caesarem. Ib. Ep. 22, 1. — Cassius vehementer orat ac

petit, ut Hirtium quam optimum faciam. Sanumne putas? a. u. c. 710. ad Att. 15, 5, 1. — Cum ad me Brutus noster scripsisset et Cassius, ut Hirtium, quem adhuc bonum fuisse sciebant neque eum confidebant fore, mea auctoritate meliorem facerem (Antonio est enim fortasse iratior, causae vero amicissimus) tamen ad eum scripsi eique dignitatem Bruti et Cassii commendavi. Ib. Ep. 6, 1. — Hirtii responsum. Ib. §. 2. — Hirtius vehementer offensus veteranis. Ib. Ep. 8, 1. — Hirtius et Pansa: eos ego penitus novi libidinum et languoris effeminatissimi animi plenos, qui nisi a gubernaculis recesserint, maximum ab universo naufragio periculum est. Incredibile est, quae ego illos scio, oppositis Gallorum castris, in aestivis fecisse, quos ille latro (Antonius,) nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deleniet. Res est aut tribuniciis aut privatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Caesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. (a. u. c. 710.) Q. Cicero ad Fam. 16, 27, 1. — Negare non possum a Caesare Hirtium ornatum; sed illa ornamenta in virtute et industria posita lucent. Philipp. 13, 11, 24. — Hirtius — „vir nobis amicissimus et iis studiis, in quibus nos a pueritia viximus, deditus" — loquens inducitur in libro de Fato 1, 2. — Eius colloquium cum D. Bruto de M. Antonio. (a. u. c. 710.) D. Brutus ad Fam. 11, 1, 1. cfr. Ibid. 8, 2. — Hirtius (a. u. c. 710.) nihil nisi considerate acturus videbatur. ad Fam. 13, 5, 2. — Hirtii et Pansae consulatus: ad eum annorum sunt milia nondum duo a diluvio Deucalionis et Pyrrhae. Varro Fr. p. 235. Bip. — „Hirtius noster tardius convalescit." (a. u. c. 710.) ad Fam. 12, 22, 2. — Profectus est adversus Antonium: at qua imbecillitate, qua macie! sed animi vires infirmitas non retardavit. Philipp. 7, 4, 12. — Eius imbecillitatem valetudinis animi virtus et spes victoriae confirmavit ad liberandum D. Brutum. Philipp. 14, 2, 4. Decretum honorificentissimum de Hirtio et Pansa a Cicerone propositum. Philipp. 5, 19, 53. — Antonii praesidium Claterna deiecit. Philipp. 8, 2, 6. — E castris duas legiones eduxit, quartam et septimam; his viginti cohortibus, nullo equitatu, Hirtius ipse aquilam quartae legionis cum inferret, qua nullius pulchriorem speciem imperatoris accepimus, cum tribus Antonii legionibus equitatuque conflixit hostesque nefarios - - prostravit, fudit, occidit: ut cum admodum paucis, nocte tectus, metu perterritus, princeps latronum duxque fugerit. Ibid. 10, 27. Cfr. ibid. 14, 36. — Num etiam hoc contemnitis, quod sensistis tam caram populo Romano vitam A. Hirtii fuisse? Satis erat enim probatum illum esse populo Romano, ut est; iucundum amicis, in quo vincit omnes; carum suis, quibus est carissimus: tantam tamen sollicitudinem bonorum, tantum timorem in quo meminimus? Certe in nullo. Philipp. 1, 15, 37. — Hirtius et Pansa: eorum res gestae et vicissitudines in proelio Mutinensi (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 30. per totam Ep. Ibid. Ep. 33, 4. — Hirtii mors. ad Fam. 11, 13, 1. — Hirtium et Pansam, collegas nostros, homines in consulatu rei publicae salutares, alieno sane tempore amisimus. ad Fam. 12, 25 a., 6. — Bellum ad Mutinam gerebatur, nihil ut in Caesare reprehenderes, nonnulla in Hirtio. Pseudocic. ad Brut. 1, 10. — Consules duos, bonos quidem, sed dumtaxat bonos, amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit, cum paucis diebus magno proelio ante vicisset. Nam Pansa fugerat, vulneribus acceptis, quae ferre non potuit. Pseudocic. ad Brut. 1, 3. — A. Hirtius. Fragmm. Epistolarum ad eum. Fragmm. p. 465. — Cfr. ad Fam. 12, 14, 5. ad Fam. 16, 24, 2. Philipp. 3, 15, 37.

Hirtuleiani tempore belli Sertoriani interfecerunt Laelium. Schol. Bob. pro Flacco p. 235.

Hirtuleius. Ab eo tabulae dodrantariae et quadrantariae institutae. pro Fonteio loci Niebuhr. 1, 2. Cfr. Sal. Hist. 2. p. 204. Ed. Gerlach. min.

Hismenius Verr. Accusat. 4, 42, 92. falsa lectio pro Ismenias.

Hispalis Hispaniae Baeticae oppidum, hodie *Sevilla*. ad Fam. 10, 32, 3.

Hispani et Hispania. Hispani, Afri, Galli, immanes ac barbarae nationes. ad Q. Fr. 1, 1, 9, 27. — Hispanus Poeno fuit auxilio. Herenn. 4, 33, 45. — Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit. de lege agr. 2, 30, 83. — Hispanis et plerisque Poenorum impositum vectigal est certum, quod stipendiarium

dicitur, quasi victoriae praemium ac poena belli. Verr. Accusat. 3, 6, 12. — Ratio aestimationis frumenti in Hispania. Verr. Accusat. 3, 83, 192. — Hispanis, agris stipendioque multatis, virtute adipisci licet civitatem. pro Balbo 18, 41. — Hispania aversissima Antonio et Lepido. (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 24, 6. — Hispaniae incolae. Varro Fr. p. 350. Bip. — Hispania prope Lusitaniam latrociniis infesta. Varro RR. 1, 16, 2. — Vinum in Hispania *baccha*. Varro LL. 7, 5. p. 365. — Hispanicum verbum *lancea*. Varro Fr. p. 208. Bip. — Hispania ulterior: in ea rura metiuntur iugis. Varro RR. 1, 10, 1. — Hispani. de Divin. 2, 64, 131. — Hispania ulterior defensa a M. Fonteio. pro Fonteio 16, 35. — pro Scauro 2, 45. — Hispanienses aestus maritimi. de Nat. D. 3, 10, 24. — Hispaniensis casus ad Fam. 2, 16, 6. i. e. exitus belli Hispaniensis contra Pompeii legatos a. u. c. 705. — Hispaniensis pugiunculus. Orat. in toga cand. p. 526. Ed. meae.

Hispo, (al. *Hipso*) (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 1, 3. Centurio fuisse videtur, missus a coss. Gabinio et Pisone vel a P. Clodio, tribuno plebi, ut Ciceronem exulem persequeretur. Ern.

Hoedi, sidus. de Nat. 2, 43, 110.

Homerus. Non dubitari debet, quin fuerint ante Homerum poëtae; quod ex eis carminibus intelligi potest, quae apud illum et in Phaeacum et in procorum epulis canuntur. Brut. 18, 71. — Homerus, qui multis ante Hesiodum seculis fuit, Laërtem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum et eum stercorantem facit. (Odyss. ω, 225.) Cato 15, 54. — Homerus, qui recens a Tyndaridarum aetate fuit, eos sepultos esse dicit Lacedaemone. de Nat. D. 3, 5, 11. — Fuit autem Homerus annis ante urbem conditam centum LX., post Ilium captum ducentis LX. Scholiasta Iuvenalis p. 280. Cram. — Homerus fuit et Hesiodus ante Romam conditam. Tuscul. 1, 1, 3. — Homerus an Hesiodus natus prior sit, parum constare dicit Varro, sed non esse dubium, quin aliquo tempore eodem vixerint. Varro Fr. p. 258. Bip. — Homerum, qui minimum dicunt, Lycurgi aetati triginta annis anteponunt fere; ex quo intelligi potest permultis annis ante Homerum fuisse quam Romulum. de Rep. 2, 10, 18. — Homerum Colophonii civem esse dicunt suum; Chii suum vendicant, Salaminii repetunt, Smyrnaei vero suum esse confirmant, itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt; permulti alii praeterea pugnant inter se atque contendunt. pro Archia 8, 19. — Praeco virtutis Achillis. Ibid. 10, 24. — Traditum est Homerum caecum fuisse. At eius picturam, non poësin videmus. Quae regio, quae ora, qui locus Graeciae, quae species formaque pugnae, quae acies, quod remigium, qui motus hominum, qui ferarum non ita expictus est, ut, quae ipse non viderit, nos ut videremus, effecerit? Tuscul. 5, 39, 114. — Quomodo Polyphemum finxerit: Ib. §. 115. — Eum in suis studiis non coëgit obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Cum Euphorione collatus. de Divin. 2, 64, 132. — Homeri libros confusos antea, Pisistratus sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. de Or. 3, 34, 137. — Eius nemo similis. de Divin. 2, 47, 97. — Homerus propter excellentiam commune poëtarum nomen efficit apud Graecos suum. Topic. 13, 55. — Homerus ornatus in dicendo et plane orator. Cuius etsi incerta sunt tempora, tamen annis multis fuit ante Romulum, si quidem non infra superiorem Lycurgum fuit. Brut. 10, 40. — In poëtis non Homero soli locus est cet. Orat. 1, 4. — Plato Homerum redimitum coronis et delibutum unguentis emittit ex ea urbe, quam sibi ipse fingit. de Rep. 4, 5, 5. — Panaetius Platonem Homerum philosophorum appellat. Tuscul. 1, 32, 79. — In secundo libro de natura deorum Chrysippus volt Orphei, Musaei, Hesiodi Homerique fabellas accommodare ad ea, quae ipse primo libro de diis immortalibus dixerit; ut etiam veterrimi poëtae, qui haec ne suspicati quidem sint, Stoici fuisse videantur. de Nat. D. 1, 15, 41. — Tenea, Aliphera, Tritia Peloponnesi oppida maritima νεόκτιστα· idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat Dionysius (Grammaticus), ubi mentio non fit istorum. ad Att. 6, 2, 3. — Menelaum dulcem illum quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem. Brut. 13, 50. — Nutu, ut ait Homerus, Iuppiter totum Olympum convertebat. de Rep. 1, 36, 56. — Homerum non audio, qui Ganymedem a

diis raptum ait propter formam, ut Iovi bibere ministraret: non iusta causa, cur Laomedonti tanta fieret iniuria. Fingebat haec Homerus et humana ad deos transferebat: divina mallem ad nos. Tuscul. 1, 26, 65. — Si nihil fit extra fatum, nihil levari re divina potest. Hoc sentit Homerus, cum querentem Iovem inducit, quod Sarpedonem filium a morte contra fatum eripere non posset. de Divin. 2, 10, 25. (Iliad. π, 440—447.) — Homerus nihil tradit de Ulixis simulata insania. de Off. 3, 26, 97. — Homerus non Aiacem nec Achillem, sed Ulixem appellavit πτολίπορθον. ad Fam. 10, 13, 2. — Homerus Herculem apud inferos conveniri facit ab Ulixe, sicut ceteros, qui excesserant vita. de Nat. D. 3, 16, 41. — Eius testimonium de Calchante. de Divin. 1, 40, 87. — de Tiresia. Ibid. §. 88. — de Polyido. Ibid. §. 89. — Laudes ab eo Nestori tributae. Cato 10, 31. — Phoenix apud Homerum. (Iliad. ι, 438.) de Or. 3, 15, 57. — Apud eum duos exercitus contrarios alii dii ex alia parte defendunt. de Nat. D. 2, 28, 70. — Principibus heroum, Ulixi, Diomedi, Agamemnoni, Achilli certos deos discriminum et periculorum comites adiunxit. de Nat. D. 2, 66, 166. — Non direxit artem poëticam ad voluptatem. de Finn. 2, 34, 115. — Homeri νεκυία. Tuscul. 1, 16, 37. — Quid apud eum σπάρτα. Varro Fr. p. 211. Bip. — Homericum est ὕστερον προτερον. ad Att. 1, 16, 1. — Homeri versus: ad Fam. 3, 7, 6. ad Fam. 13, 15, 1. ad Q. Fr. 3, 5, 4. Ibid. 7, 1. Ibid. 9, 1 et 2. ad Att. 2, 3, 3. Ibid 5, 1. Ibid. 9, 3. Ibid. 11, 2. Ibid. Lib. 7, 1. §. 2. §. 4. §. 9. Ibid. Ep. 11, 3. ad Att. 9, 5, 3. Ib. Ep. 7, 3. Ib. 8, 2. Ibid. 9, 15, 3 et 4. Ib. Lib. 10, 1, 1. Ib. Ep. 12, 4. Ibid. 14, 13, 1 et 2. Ibid. 16, 13 a., 2. — Homeri versus Iliad. ι, 646. 647. in Latinum conversi a Cicerone. Tuscul. 3, 9, 18. — Versus de Calchante (Iliad. β, 299.) a Cicerone in Latinum conversi. de Divin. 2, 30, 63. — Versus de Bellerophonte (Iliad. ζ, 201.) a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 3, 26, 63. — Versus Iliad. τ, 226. Ibid. 27, 65. — Versus de Sirenum cantu Odyss. μ, 184. in Latinum conversi a Cicerone. de Finn. 5, 18, 49. — Homeri versus a Cicerone in Latinum conversi. Fragmm. p. 488. Cfr. praeterea Orat. 31, 109. Tuscul. 1, 41, 98. de Divin. 1, 33, 72. ad Fam. 5, 12, 7. Varro LL. 7, 4. p. 354 et p. 363.

Honos deus. de Legg. 2, 11, 28. Item de Nat. D. 3, 18, 47. — Honoris et Virtutis aedes Romae. Verr. Accusat. 4, 54, 121. — Honoris aedes extra portam Collinam cur dedicata? de Legg. 2, 23, 58. — Honoris Virtutis aedes vocatur C. Marii monumentum pro Sestio 54, 116., ut quae ab illo de manubiis exstructa fuerit, et in qua tropaea de Iugurtha, de Cimbris Teutonisque collocavit. Cfr. Ibid. 56, 120. — Honoris et Virtutis templum s. monumentum Marii. Schol. Bob. pro Plancio p. 269. pro Sestio p. 305.

Horatii. In Hispania feliciter pugnasse dicuntur *Horatii* pro Balbo 17, 40. Sed videtur nomen corruptum. Garatonius suspicatur: *Flacci.*

Horatius, Venuleius, Latinus. ad Fam. 12, 30, 7. legati, ut videtur, C. Calvisii a. u. c. 711.

M. Horatius, fortissimus vir, nondum libera civitate, tamen populi Romani comitiis liberatus est, cum sua manu sororem esse interfectam fateretur. pro Milone 3, 7. — Horatius interfector trium Curiatiorum Albanorum et sororis. Eius historia. Schol. Bob. pro Milone p. 277. — Horatius sororis interfector. de Inv. 1, 30, 48. — Horatius sororem occidit, de Inv. 2, 26, 78. — Horatius sororicida. Victorinus 1. p. 96. Cfr. Liv. 1, 24. seqq.

Horatius Cocles. Quae vis Coclitem contra omnes hostium copias tenuit in ponte (sublicio) solum? Parad. 1, 2, 12. — Contra omnes hostium copias in ponte unus adstitit, a tergoque pontem interscindi iussit. de Legg. 2, 4, 10. — Animi magnitudine excelluit. de Offic. 1, 18, 61. Cfr. Liv. 2, 10.

M. Horatius Barbatus et L. Valerius Potitus, homines concordiae causa sapienter populares; eorum consularis lex (a. u. c. 305.) sanxit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur. de Rep. 2, 31, 54.

M. Horatius Pulvillus cos. a. u. c. 245., cum eius dedicationem multi propter invidiam fictis religionibus

impedirent, restitit et constantissima mente Capitolium dedicavit. Pro domo 54, 139. — Capitolium dedicans mortuum ut nuntiabatur filium, se iussit absente sepeliri. Cic. Fragmm. p. 490. Cfr. Liv. 2, 8.

Q. Horatius in Codice Mediceo pro *P. Mucio*. Her. 2, 13, 19.

T. Hordeonius, (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 46, 3.

Hordicalia a vaccis hordis dicta. Varro RR. 2, 5, 6.

Hortalus ad Att. 2, 25, 1. et Lib. 4, 15, 5. est Q. Hortensius orator, ubi vide. — „Cognomen est Hortensii, quo notus est in primis nepos oratoris ex Tacito. (Ann. 2, 37.) Sed e locis Ciceronis patet etiam avum patremque huius Corneliani sic appellatum. Itaque non necesse erat Catulli Carm. 66. a Vossio aliisque ad nepotem referri, nec temporum ratio sinit credere Catullianum Hortalum esse nepotem potius quam nepotis avum." Ern. Cfr. Ern. ad Suet. Tib. 47. Alii *Ortalus*.

Hortensiana, i. e. Ciceronis dialogus, Hortensius inscriptus. — Quod me admones, ut scribam illa Hortensiana, in alia incidi, non immemor istius mandati tui. (a. u. c. 698.) ad Att. 4, 6, 3. — Hortensii Ciceroniani fragmenta. Fragmm. p. 479. — Hunc librum memorat etiam de Divin. 2, 1, 1.

Hortensii. Totam Hortensiorum domum devinctam consuetudine tenebat Archias. pro Archia 3, 6.

Hortensius. Hortensium eum, qui memoratur ad Att. 12, 5, 2., argentarium fuisse arbitratur Ern. in Clavi; quo iure, non video.

L. Hortensius pater Q. Hortensii, pro praetore Siciliae, ab aequitate, ab lege, ab institutis non recessit. Verr. Accusat. 3, 16, 42. Cfr. Schol. Bob. pro Archia p. 356.

Q. Hortensius natus a. u. c. 640.: eius admodum adolescentis ingenium ut Phidiae signum simul adspectum et probatum est. Is L. Crasso, Q. Scaevola coss. a. u. c. 659. primum in foro dixit, XIX. annos natus. — Est autem L. Paullo, C. Marcello coss. (a. u. c. 704.) mortuus; ex quo videmus eum in patronorum numero annos XLIV. fuisse. Brut. 64, 228. — Eius aequales enumerantur. Ibid. §. 230. et Ibid. 94, 324. — Verr. Act. 1, 7, 18. Ibid. 9, 25. Ibid. 11, 33. — Eius proavus Tuditanus. ad Att. 13, 6, 4. — Catuli gener, causam defendit Africae a. u. c. 659. — Pro Bithyniae rege, Nicomede, dixit circa a. u. c. 663. de Or. 3, 61, 228 et 229. — Eloquentia Q. Hortensii ne me in dicendo impediat, non nihil commoveor. (a. u. c. 673.) pro Quint. 1, 1. — Ei summam copiam facultatemque dicendi natura largita est. Ibid. 2, 8. — Eius aedilitas magnificentissima a. u. c. 679. de Off. 2, 16, 57. — Praetor de pecuniis repetundis a. u. c. 682. Verr. Act. 1, 13, 38. — Q. Hortensius Terentium Varronem consobrinum, repetundarum reum, eripuit App. Claudio accusatori. Pseudoascon. in Divin. p. 109. — (Figuram fecit Cicero) in Hortensium de Varronis iudicio, consobrini eius, quod discoloribus ceris iudicium corrupit. Schol. Gronov. in Act. 1. in Verr. p. 398. — Q. Hortensius tacito nomine reprehensus tamquam C. Verris defensor et amicus. (a. u. c. 684.) Divinat. 7, 23. — Oppugnatur a Cicerone. Verr. Accusat. 1, 9, 24. Ibid. 28, 71. Ibid. 58, 151. Accusat. 2, 8, 24. (ubi memoratur eius socrus Servilia.) Ibid. 72, 177. Ibid. 78, 192. Accusat. 3, 2, 6. Ibid. 78, 182. Ibid. 88, 205. Ibid. 95, 222. Verr. Accusat. 5, 1, 2. — Noli metuere, Hortensi, ne quaeram qui licuerit aedificare navem senatori. Antiquae sunt istae leges et mortuae, quemadmodum tu soles dicere, quae vetant. Ibid. 18, 45. — Quod nisi omnis frumenti ratio ex temporibus esset et annona, non ex numero neque ex summa consideranda, nunquam tam grati hi sesquimodii, Q. Hortensi, fuissent, quos tu cum ad mensurae tam exiguam rationem populo Romano in capita descripsisses, gratissimum omnibus fecisti. Caritas enim annonae faciebat, ut istuc, quod re parvum videbatur, tempore magnum videretur. Verr. Accusat. 3, 92, 215. — Q. Hortensius adversabatur legi Maniliae. Si uni omnia tribuenda sint, inquit, unum dignissimum esse Pompeium, sed ad unum tamen omnia deferri non oportere. Multa et in senatu et e Rostris contra virum fortem A. Gabinium graviter ornateque dixit, cum is de uno imperatore contra praedones constituendo legem promul-

gasset. pro lege Manilia 17, 52. — Cum propter honorem et dignitatem atque animum eximium in rem publicam, tum propter summam familiaritatem summumque amorem in L. Manlium Torquatum (a. u. c. 688.) cum communibus, tum praecipuis Torquati periculis Hortensius commovebatur. pro Sulla 4, 12. Ibid. 7, 21. — Testimonium dixit in C. Cornelium a. u. c. 689. Ascon. in Cornel. p. 60. — Copiosissime defendit C. Rabirium adversus T. Attium Labienum. pro C. Rabirio perd. 6, 18. — Defendit P. Sullam. pro Sulla 1, 3. — Quis nostrûm adfuit L. Vargunteio? Nemo; ne hic quidem Q. Hortensius, praesertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. Ibid. 2, 6. — Cum Cicerone et M. Crasso defendit L. Murenam. pro Murena 4, 10. — P. Clodii fuit adversarius a. u. c. 693. ad Att. 1, 14, 5. Ibid. 15, 2. — Ante Ciceronem defendit Cn. Plancium. pro Plancio 15, 37. — Valerius absolutus est, Hortensio defendente. (a. u. c. 694.) ad Att. 2, 3, 1. — Hortalus, quam plena manu, quam ingenue, quam ornate nostras laudes in astra sustulit, cum de Flacci praetura et de illo tempore Allobrogum diceret! (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 25, 1. — Scribis: „Nunc Hortensium allice et eiusmodi viros." Obsecro, nondum perspicis, quorum opera, quorum insidiis, quorum scelere perierimus? — Nos non inimici, sed invidi perdiderunt. (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 9, 2. — Quantum Hortensio credendum sit, nescio. Me summa simulatione amoris summaque assiduitate quotidiana sceleratissime insidiosissimeque tractavit, adiuncto quoque Arrio; quorum ego consiliis, promissis, praeceptis destitutus in hanc calamitatem incidi. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 3, 8. — Q. Hortensius, clarissimus vir atque eloquentissimus, causam P. Sestii peroravit. (a. u. c. 698.) pro Sestio 2, 3. Ibid. 6, 14. — Dixit pro P. Sestio. Schol. Bob. pro Sestio p. 292. — Defendit M. Scaurum a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 20. — Quomodo se gesserit in causa Ptolemaei Auletae. ad Fam. 1, 1, 3. Ibid. 2, 1. Ibid. 5. b. 2. — Percupidus P. Lentuli Spintheris. Ibid. 7, 2. — Hortalus in causa Sufenatis et C. Catonis (a. u. c. 700.) fuit, cuiusmodi solet. ad Att. 4, 15, 4. Vide Hortalus. — Hortensii calor multum valebit (ad efficiendum, ut Messala consul creetur. a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 9, 3. — Q. Hortensius et Cn. Pompeius me augurem a toto collegio expetitum nominaverunt; neque enim licebat a pluribus nominari. Philipp. 2, 2, 4. — Hortensio placuit meus consulatus. Ibid. 5, 12. — Hortensio proprie mandavi, ne pateretur, quantum esset in ipso, prorogari nobis provincias. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 2, 1. Ibid. Ep. 9, 2. Ib. Ep. 12, 2. Ep. 17, 5. Ib. Lib. 6, 1, 13. — Hortensius quid egerit, (paullo ante mortem, cum de supplicatione Ciceroni decernenda ageretur) aveo scire. (nisi forte sermo est de Hortensio filio, ut Ep. 3, 9.) ad Att. 7, 2, 7. — Pro Appio Claudio dixit paullo ante mortem. Brut. 64, 230. — Q. Hortensius, cum has litteras scripsi, animam agebat. (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 13, 2. — De Hortensio te certo scio dolere: equidem excrucior. Decreram enim cum eo valde familiariter vivere: (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 6, 2. — Conquestio de eius morte. Brut. 1, 1. seqq. — Q. Hortensii vox exstincta fato suo est, nostra publico. Ibid. 96, 328. — Postridie absolutionem M. Valerii Messalae (a. u. c. 703.) in theatrum Curionis Hortensius introiit; puto, ut suum gaudium gauderemus. Hic tibi *Strepitus*, *fremitus*, *clamor tonitruum et rudentum sibilus*. Hoc magis animadversum est, quod intactus a sibilo pervenerat Hortensius ad senectutem; sed tum ita bene, ut in totam vitam cuivis satis esset et poeniteret eum iam vicisse. Caelius ad Fam. 8, 2, 1. — Q. Hortensius pro Milone obnixe laborasse videbatur. Schol. Bob. pro Milone p. 282. — Q. Hortensius, cum adesset Miloni in iudicio de caede P. Clodii, verba pauca dixit. Ascon. in Mil. p. 35. — Q. Hortensius gloriari solitus erat, quod nunquam bello civili interfuisset. ad Fam. 2, 16, 3. — Qualis orator fuerit: Brut. 88, §§. 301 — 329. quae integrae sunt legendae. — Hortensius, summus orator, nobis pro familiari reo (Verre) non respondit. Orat. 37, 129. — Dicebat melius, quam scripsit. Ibid. 38, 132. — Eius genus erat orationis Asiaticum, adolescentiae magis concessum quam senectuti. Brut. 95, 325. — Faciam, quod te saepe animadverti facere, Hortensi;

totam causae meae dictionem certas in partes dividam. Tu id semper facis, quia semper potes. pro Quint. 10, 35. — Hortensius non multa graviter dixit. Orat. 30, 106. — Perorandi locum semper Ciceroni relinquebat. Brut. 51, 190. — Eximia eius memoria. Tuscul. 1, 24, 59. — Quae cogitaverat ad verbum in agendo rettulit. Fragmm. p. 577. (N. 3.) — L. Lucullus habuit divinam quandam memoriam rerum, verborum maiorem Hortensius. Acad. 2, 1, 2. — Hortensius bonus auctor in rebus ad historiam pertinentibus. ad Att. 12, 5, 3. — Postulabat, ut id ipsum saltem perceptum a sapiente dicerent Academici, nihil posse percipi. Acad. 2, 9, 23. — Hortensius in poëmatis dixit *cervix* (pro plurali). Varro LL. 8, 5. p. 402. — Dixit pro *has cervices*, *cervix*. Varro LL. 10, 4. p. 588. — Academiam totam ad Varronem traduximus. Primo fuit Catuli, Luculli, Hortensii. Deinde, quia παρὰ τὸ πρέπον videbatur, quia erat hominibus nota non illa quidem ἀπαιδευσία, sed in iis rebus (logicis) ἀτριψία, eosdem illos sermones ad Catonem Brutumque transtuli. Ecce tuae litterae de Varrone. Nemini visa est aptior Ἀντιόχεια ratio. ad Att. 13, 16, 1. Ib. Ep. 18. — Loquens inducitur in Lucullo sive Acad. 2, 4, 10. — Q. Hortensius, noster collega et familiaris. ad Fam. 3, 8, 9. — Vidi Q. Hortensium, lumen et ornamentum rei publicae, paene interfici servorum P. Clodii manu, cum mihi adesset. pro Milone 14, 37. — Q. Hortensius. ad Att. 1, 13, 2. — Q. Hortensius a falsariis heres scriptus Basili alieni facinoris munusculum non repudiavit. de Off. 3, 18, 73. — Eius luxus. Varro Fr. p. 244. Bip. — Q. Hortensius primus augurali aditiali coena pavones posuisse dicitur, quod potius factum tum luxuriosi quam severi boni viri laudabant. Varro RR. 3, 6, 6. — Eius θηριοτροφεῖον. Ibid. Cap. 13, 2. — Q. Hortensius piscinas habebat magna pecunia aedificatas ad Baulos. Varro RR. 3, 17, 5. — Hortensii piscinae. Varro RR. 3, 3, 10. — Cfr. Lud. Casp. Luzac Specimen histor. iurid. inaug. de Q. Hortensio oratore Ciceronis aemulo. Lugd. Bat. 1810. 8.

Q. Hortensius, Q. oratoris filius, fuit (a. u. c. 704.) Laodiceae, gladiatoribus, flagitiose et turpiter. ad Att. 6, 3, 9. — Hortensii legata cognovi. Nunc aveo scire, quid hominis sit et quarum rerum auctionem instituat. Ib. Lib. 7, 3, 9. — Natura, non patris culpa, Hortensium (iuniorem) corrupit. ad Att. 10, 4, 6. — Hortensius vero impudenter cet. ad Att. 16, 2, 1. — Hortensius, filius, Caesarianus, infero mari praeerat a. u. c. 705. ad Att. 10, 12, 1. Ib. 16, 5. — Ut adhuc erat, liberalius esse nihil potest. Ib. Ep. 17, 3. — Illa Hortensiana omnia fuere infantia: homo nequissimus a Salvio liberto depravatus est. Ib. Ep. 18, 1. — Fuit proconsule Macedoniae a. u. c. 710, cui succedere voluit C. Antonius. Philipp. 10, 5, 11. — Delectus pro M. Bruto habitus in Macedonia est summo Q. Hortensii studio et industria, cuius animum egregium dignumque et ipso et maioribus eius ex Bruti litteris perspicere potuistis. Ibid. 6, 13. Ibid. 11, 21 et 26. Plutarch. in Bruto c. 25.

Hostilia Curia templum est et sanctum non est. Varro LL. 7, 2. p. 293. — Haec nova curia Hostilia mihi minor esse videtur, posteaquam est maior. de Finn. 5, 1, 2. — Vetus Curia Hostilia, nominata a Tullo Hostilio, in foro ab eo ad Comitium exstructa, in P. Clodii funere combusta (a. u. c. 701.) ex senatus decreto per Faustum, Sullae filium, in maius splendidiusque est refecta. Goerenz. — Varro LL. 5, 32. p. 155.

Hostilianae actiones testamentariae, de Or. 1, 57, 245. sunt formulae a ICto quodam Hostilio excogitatae et conceptae, quibus, qui ex legibus agere vellet, uteretur, quibusque quasi cautum erat iis, qui lege agere vellet, ne in ipsa actione, quam lex daret, peccarent atque ita sua culpa perderent litem. Ex loco autem Ciceronis intelligi videtur, formulas illas tantum certarum causarum fuisse, nominatim quibus de hereditate agebatur. Sed tamen non negaverim in isto libro etiam formulas rerum emendarum vendendarumque fuisse, item aliarum. Nam et Manilianae leges vocantur *Actiones* apud Varronem RR. 2, 5, 11. Male hic nonnulli legem Hostiliam de furtis commemorant. Nam actio non est lex, sed lex dat actionem, et ex lege fit actio. Simili fere modo Manilius formulas conscripsit, quibus in vendendo et emendo caveretur hominibus. Ern.

Cfr. Hugo *Geschichte des Röm. Rechtes* p. 287. et p. 307. Ed. sextae. Schweppe *Römische Rechtsgeschichte.* §. 86. p. 163. Ed. tertiae: „Hostilianae actiones *in Bezug auf Erbschaften; wobei an Testamentsformulare zu denken, kaum der Begriff von* actiones *erlaubt.*"

Hostilius. Fragmm. epistolarum ad eum. Fragmm. p. 467.

Tullus Hostilius rex: ab eo Curia Hostilia. Varro LL. 5, 32. p. 155. — Atti Navii augurio rex Hostilius (?) maxima bella gessit. de Nat. D. 2, 3, 9. — Eius res gestae expositae. de Rep. 2, 17, 31. — In Veliis est sepultus. Varro Fragmm. p. 241. Bip.

Tullus Hostilius, Antonianus, tribunus pl. designatus a. u. c. 711., qui suo iure in porta nomen inscripsit; qui cum prodere imperatorem suum non posset, reliquit. Philipp. 13, 12, 26.

C. Hostilius Mancinus. P. Furius Philus consul a. u. c. 618. quaesivit de Numantino foedere. Quis ignorabat, Q. Pompeium fecisse foedus, eadem in causa esse Mancinum? Alter (Mancinus) vir optimus etiam suasit rogationem, Philo ex S. C. ferente, alter acerrime se defendit. de Rep. 3, 18, 28. — C. Mancinum, nobilissimum atque optimum virum ac consularem, cum propter invidiam Numantini foederis pater patratus ex S. C. Numantinis dedidisset eumque illi non recepissent, posteaque Mancinus domum revenisset neque in senatum introire dubitasset, P. Rutilius, M. F., tribunus plebi, iussit educi, quod eum civem negaret esse; quia memoria sic esset proditum, quem pater suus aut populus vendidisset aut pater patratus dedidisset, ei nullum esse postliminium. de Orat. 1, 40, 181. Ibid. 56, 238. Ibid. 2, 32, 137. — Mancinus, ut Numantinis, quibuscum sine senatus auctoritate foedus fecerat, dederetur, rogationem suasit eam, quam P. Furius Philus, Sex. Atilius Serranus coss. a. u. c. 618. ex S. C. ferebant: qua accepta est hostibus deditus. Honestius hic, quam Q. Pompeius (cos. a. u. c. 613.), quo, cum in eadem causa esset, deprecante accepta lex non est. (a. u. c. 614.) de Off. 3, 30, 109. — Ut religione civitas solvatur, civis Romanus traditur; qui cum est acceptus, est eorum, quibus est deditus; si non accipiunt, ut Mancinum Numantini, retinet integram causam et ius civitatis. pro Caecina 33, 98. — Mancini causa quomodo defendi potuerit vocabuli *postliminii* explicatione: Topic. 8, 37. — Numantinum foedus ab eo ictum. de Harusp. resp. 20, 43. — Cum Numantinis foedus fecit iniussu populi et senatus. Victorinus I. p. 44. (Cos. a. u. c. 617.)

L. Hostilius Mancinus consul cum Q. Fabio Maximo Aemiliano a. u. c. 609. Lael. 25, 96.

L. Hostilius Tubulus. Is cum praetor a. u. c. 612. quaestionem inter sicarios exercuisset, ita aperte cepit pecunias ob rem iudicandam, ut anno proximo P. Scaevola trib. pl. ferret ad plebem, vellentne de ea re quaeri. Quo plebiscito decreta a senatu est consuli quaestio Cn. (Servilio) Caepioni. (a. u. c. 613.) Profectus in exsilium Tubulus statim nec respondere ausus: erat enim res aperta. de Finn. 2, 16, 54. Ibid. 4, 28, 77. — Tubulum praetorem video L. Metello, Q. Maximo coss. (a. u. c. 612.) ad Att. 12, 5, 3. — Eum unum ex omni memoria sceleratissimum et audacissimum fuisse accepimus. pro Scauro 1, 5. — Cui Tubuli nomen odio non est? de Finn. 5, 22, 62. — L. Tubulus homo periurus et impurus, notatus a Lucilio. de Nat. D. 1, 23, 63. Ibid. 3, 30, 74. — L. Tubulus praetorius fuit aetate patrum Ciceronis. Is propter multa flagitia cum de exilio accersitus esset, ne in carcere necaretur, venenum bibit. (?) Ascon. in Scaur. p. 23.

L. Hostius Dasianus. Sal. Hist. 4. p. 228. Ed. Gerlach. min.

Hyades a *pluendo:* nostri imperite suculas. de Nat. D. 2, 43, 111. — Hyades, sidus. Arat. v. 178.

Hyblenses. Verr. Accusat. 3, 43, 102. — Ab Hybla urbe. Sed tres Hyblae sunt: maior prope Centuripas; parva, quae et Megara dicitur, unde Hyblaeae apes; et minor, quae et Hera dicitur. De qua Cicero loquatur, non satis capio. Fortasse de magna. Nam minorem ipse Heram appellat ad Att. 2, 1, 5., et minorem Megaridem: Verr. Accus. 5, 25, 63. V. Dorvill. Sicul. p. 172. Ern.

Hydra, Cerberi mater. Tuscul. 2, 9, 22.

Hydra, sidus. Arat. v. 458. de N. D. 2, 44, 114.

Hydrus, municipium Calabriae, hodie *Otranto*. „Ad Hydruntem ludibundi pervenimus." ad Fam. 16, 9, 2. ad Att. 15, 21, 3. Ib. 16, 5, 3. Dicitur etiam Hydruntum.

Hyes, unus primorum trium Dioscurorum, ex Lobeckii coniectura (de Tritopatribus P. III. p. 9.) de Nat. D. 3, 21, 53. loco ita constituto: „ex rege Iove antiquissimo et Proserpina nati Britomarte, Hyes, Eubuleus, Dionysus."

Hyginus. Vide Iulius Hyginus.

Hymenaeus. Varro Fr. p. 264. Bip.

Hymettium mel. Cic. Fragmm. p. 485.

Hymettus, mons Atticae melle et marmore nobilis. — Habemus hanc philosophiam non ab Hymetto, sed ab area Syra. ad Q. Fr. 2, 10, 3. de Finn. 2, 34, 112.

Hymnis, Caecilii Statii fabula. de Finn. 2, 7, 22. — Cfr. Victorii Var. Lectt. 1, 11.

Hypanis, fluvius (in regione ad Bosporum Cimmerium), qui ab Europae parte in Pontum influit. Apud eum Aristoteles (Hist. An. 5, 19.) ait bestiolas quasdam nasci, quae unum diem vivant. Tuscul. 1, 39, 94.

Hyperbolus Atheniensis, cuius improbitatem Atticorum comoediae notaverunt; eius simillimus fuit Glaucia. Brut. 62, 224. — Hyperbolus, popularis homo improbus, laesus a Comoedia prisca. de Rep. 4, 10, 11. — Cfr. Aristophanis Equit. 1304. Dindorf. *ἄνδρα μοχθηρὸν πολίτην, ὀξίνην Ὑπέρβολον.*

Hyperborei, populi Sauromatiae maxime septemtrionales. — Ex Hyperboreis Apollinem tertium Delphos ferunt advenisse. de Nat. D. 3, 23, 57.

Hyperides (Ὑπερείδης), Demosthenes, Lycurgus, Aeschines, Dinarchus, etsi inter se non pares fuerunt, tamen sunt omnes in eodem veritatis imitandae genere versati. de Or. 2, 23, 94. — Hyperides perfectus in dicendo et perpolitus. de Or. 1, 13, 58. — Acumen habuit. de Or. 3, 7, 28. — Satis in orationibus facetus. Orat. 26, 90. — Oratores laudari video, si qui e nostris Hyperidem sint aut Demosthenem imitati. Acad. 1, 3, 10. — Hyperidae volunt esse (oratores Latini, qui Atticum genus dicendi sequebantur) et Lysiae. Sed cur nolunt Catones? Brut. 17, 67. — Demostheni Hyperides proximus et Aeschines fuit et Lycurgus et Dinarchus. Brut. 9, 36. Ibid. 36, 138. — Quid est tam dissimile quam Demosthenes et Lysias? quam iidem et Hyperides? quam omnium horum Aeschines? Ibid. 82, 285. — Maxima cum admiratione audiebatur. Ibid. 84, 290.

Hyperion pater Solis secundi. de Nat. D. 3, 21, 54. — Hyperion, Sol ipse. Prognost. I. Fragmm. p. 555.

Hyphemenus nomen corruptum, ut videtur, ex *Hypaepenus*, incola Hypaeporum, urbis Lydiae. ad Q. Fr. 1, 2, 4, 14.

Hypsaeus. Vide P. Plautius Hypsaeus.

Hyrcania, regio in Asia maiore ad mare Hyrcanium sive Caspium. — In Hyrcania plebs publicos alit canes; optimates domesticos: nobile autem genus canum illud scimus esse, sed pro sua quisque facultate parat, a quibus lanietur, eamque optimam illi esse censent sepulturam. Tuscul. 1, 45, 108.

Iacchus. Eius mysteria. de Legg. 2, 14, 34. — Iacchus ex marmore, Athenis, opus Scopae aut Praxitelis pulcherrimum. Verr. Accus. 4, 60, 135.

Iadertini, Iaderae (hodie *Zara*) incolae. — Eorum semper in rem publicam singulare constitit officium. Bell. Alex. 42.

Ialysus, Camirus, Lindus, heroës Rhodi culti. de Nat. D. 3, 21, 54. (Ialysus, Herculis filius, Solis nepos, conditor Ialysi, urbis Rhodiae.) — Ialysus, Protogenis tabula celebratissima. Orat. 2, 5. — Ialysus, Protogenis tabula pulcherrima Rhodi. Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Ialysus Protogenis. ad Att. 2, 21, 4. — Cfr. Gell. N. A. 15, 31. Plin. H. N. 35, 10. s. 36. Sillig Catal. Artif. p. 391.

Iamblichus, Sampsicerami filius, phylarchus Arabum, amicus rei publicae Romanae. (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 1, 2. (Phylarchi sunt reguli sive dynastae, *Emirs*. Vide, quem Graevius iam laudavit, Strab. Lib. 16. p. 1092. et ibi Casaub. Ern.)

Iamidae, familia in Elide haruspicinae nobilitate praestans. de Divin. 1, 41, 91. Herodot. 9, 33. Scil. ab Iamo, Apollinis et Euadnae filio, de quo v. Pindar. Olymp. 6, 50, (30.)

Ianiculum, mons, in quo Romae pars posita. de lege agr. 1, 5, 16. Ibid. 2, 27, 74. pro Milone 27, 74.

Ianitor, hospes C. Verris Lampsaci. Verr. Accusat. 1, 24, 63.

Ianualis Porta. Varro LL. 5, 34. p. 165.

Ianus. Eius nomen ab *eundo* ductum, ex quo transitiones perviae *iani*. de Nat. D. 2, 27, 67. — Cfr. de Iano Beieri Excurs. XIII. ad Offic. T. I. p. 317. — Ab eo deos enumerare coepit Varro Fr. p. 233. Bip. — Ianus mundus est: duas facies habet; Iovi praeponitur. Varro Fr. p. 224. Bip. — Ianus in fragmento carminis Saliorum. Varro LL. 7, 3. p. 313. — Iani signum positum in porta Ianuali et ius institutum a Numa Pompilio, ut sit aperta semper, nisi cum bellum sit nusquam. Varro LL. 5, 34. p. 165. — Ianus Geminus Romae. Varro LL. 5, 32. p. 156. — Ianus medius. Philipp. 6, 5, 15. Philipp. 7, 6, 16. de Offic. 2, 25, 90. cum Beieri Annotatione.

Ianus Curiatius. Constitutis duabus aris Iano Curiatio et Iunoni Sororiae superque eas iniecto tigillo Horatius (sororicida) sub iugum traductus est. Schol. Bob. pro Milone p. 277.

Iapydes, incolae Iapydiae Illyrici regionis, per Alpes Iulias Noricum versus sitae. — In eorum foedere exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. pro Balbo 14, 32. — Iapydia memoratur a Sal. Hist. 4. p. 229. Ed. Gerl. min.

Iason, princeps Argonautarum. Tuscul. 4, 32, 69. — Aeaetae hospitis domum violavit. Sal. Hist. 4. p. 229. Ed. Gerl. min.

Iason Pheraeus. Nequaquam ei prodesse voluit is, qui gladio vomicam eius aperuit, quam sanare medici non potuerant. de Nat. D. 3, 28, 70. — Quod ad calliditatem attinet, Graeci Themistoclem et Pheraeum Iasonem ceteris anteponunt. de Off. 1, 30, 108. — Cfr. Diod. Sic. XV. p. 373.

Iberi in Hispaniam pervenerunt. Varro Fr. p. 350. Bip. — Iberum argentum. Varro Fr. p. 278. Bip.

Ibycus. Maxime omnium flagrasse amore Rheginum Ibycum apparet ex scriptis. Tuscul. 4, 33, 71. — Floruit una cum Hipponacte Olymp. 60. a. Chr. 540. Cfr. Ibyci Rhegini carminum reliquiae ed. Fr. Guilh. Schneidewin. Gottingae 1833. 8.

Icadius, praedo, qui saxo, quod ex spelunca in eius crura inciderat, periit. de Fato 3, 5. Apud Festum p. 177. Ed. Amst. fortasse de eodem: „Icadion, nomen saevissimi piratae."

Icarus in mari Icario naufragio periit. Varro Fr. p. 365. Bip.

M. Iccius, praetor a. u. c. 710. Ei Sicilia provincia obtigit sortiente M. Antonio consule. Philipp. 3, 10, 26. — Horatii Iccius Od. 1, 29, 1. vel propter aetatem diversus ab eo, quem Tullius memorat.

Iconium, Lycaoniae caput. ad Fam. 3, 5, 4. Ibid. 15, 4, 2. ad Att. 5, 20, 1.

Ida, mons Phrygiae, in quo Iovis sepulcrum. Varro Fr. p. 255. Bip. — Ibi simulacrum leonis a Gallis mansuefacti. Varro Fr. p. 297. Bip. — Hinc: pastor Idaeus, id est, Paris. ad Att. 1, 18, 3.

Idaea Mater magna deûm: praeter eius famulos (Gallos) ne quis stipem cogito. de Legg. 2, 9, 22. — Et quidem ad paucos dies. Ibid. 16, 40.

Idaea Sacra. Ad sacra Idaea accipienda optimum virum delegimus: (P. Cornelium Scipionem Nasicam. Liv. 29, 14.) de Finn. 5, 22, 64. — Idaea sacra accepta a. u. c. 550. Cato 13, 44.

Idaei Digiti. Ex iis Hercules tertius. de Nat. D. 3, 16, 42.

Idomeneus e Cretae oppido Lycto pulsus per seditionem - - Locros appulit. Varro Fr. p. 205. Bip.

Idyia, Oceani filia, (Aeaetae uxor) Medeae et Apsyrti mater. de Nat. D. 3, 19, 48.

Ietini (Ἰαιτῖνοι in nummis, Diodoro Ἰετῖνοι, Plinio 3, 14. *Ietenses:*) in Sicilia. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Igilium s. Aegilium, oppidum in insula, quae hodie *Giglio* dicitur, e regione Etruriae. Caesar Civ. 1, 34.

Iguvium, Aguvium, Eugubium, hodie *Gubbio*, oppidum Umbriae ad viam Flaminiam. ad Att. 7, 13. b. 7. — Incolae Iguvinates. pro Balbo 20, 47. Contra: Iguvini Caesari Civ. 1, 12., ubi vide Oudendorpium.

Ilerda, urbs Hispaniae Tarraconensis, hodie *Lerida*. — Bellum a Cae-

sare contra Afranium et Petreium, Pompeii legatos, ad Ilerdam gestum a. u. c 705. Caesar Civ. 1, 38. seqq.

Ilia s. Rhea Silvia: eius ὄψις apud Ennium. de Divin. 1, 20, 40.

Ilias membrana scripta, in nuce inclusa. Fragmm. p. 494. — Malorum impendet Ἰλιάς. ad Att. 8, 11, 3.

Iliona, (filia Priami) Pacuvii tragoedia. Acad. 2, 27, 88. Schol. Bob. pro Sestio p. 307. (Cfr. Heindorf ad Horatii Sat. 2, 3, 60.)

Ilium: Achivorum profectio ab Ilio. de Divin. 1, 14, 24.

Illyricum, regio mari Hadriatico adiacens, Italiae opposita. — Ibi mulieres in opere non cedunt viris. Varro RR. 2, 10, 7. — In Illyrico plerumque obaerarii rura colunt. Varro RR. 1, 17, 2. — Memoratur Philipp. 10, 4, 9. Ibid. 5, 11. — Ora Illyrici maris. pro lege Manil. 12, 35.

Ilva, insula. Ferrum ibi nascitur. Varro Fr. p. 377. Bip. Cfr. Ibid. p. 205.

Imachara in orientali parte Siciliae inter Centuripa et Herbitam, hodie *Traina*. Verr. Accusat. 5, 7, 15. — Imacharensis ager. Verr. Accusat. 3, 18, 47. — Imacharenses. Verr. Accusat. 3, 42, 100.

Impudentiae et Contumeliae fanum Athenis. de Legg. 2, 11, 28.

Inalpini. Bellum cum iis a D. Bruto a. u. c. 710. gestum. ad Fam. 11, 4, 1. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Octav. 21.

Index Hercules. Eius fanum Athenis. de Divin. 1, 25, 54.

Indi. de Divin. 1, 23, 47. — Quid? dissimilitudo locorum nonne dissimiles hominum procreationes habet? quas quidem percurrere oratione facile est; quid inter Indos et Persas, Aethiopas et Syros differat. de Divin. 2, 46, 96.

India. Quae barbaria India vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum ii, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt et Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore; cumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu aduruntur. Mulieres vero in India, cum est cuiusvis earum vir mortuus, in certamen iudiciumque veniunt, quam plurimum ille dilexerit: plures enim singulis solent esse nuptae: quae est victrix, ea laeta prosequentibus suis una cum viro in rogum imponitur: illa victa maesta discedit. Tuscul. 5, 27, 77 et 78. — In India Belus s. Hercules quintus colitur. de Nat. D. 3, 16, 42. de Nat. D. 1, 35, 67.

Indigitamenta, carmina pontificum. Varro Fr. p. 379. Bip.

Inducionarus, dux Allobrogum ceterorumque Gallorum. pro Fonteio 17, 36. — Testis in M. Fonteium, minax atque arrogans. Ibid. 8, 17 et 12, 26.

Indus, omnium fluminum maximus, non aqua solum agros laetificat, sed eos etiam conserit. de Nat. D. 2, 52, 130.

Inenses, incolae Inae, oppidi Siciliae circa promontorium Pachynum. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Infimus deus, idem qui Diespiter. (*Dis pater:* Müller.) Varro LL. 5, 10. p. 72.

Initia sive Mysteria. de Legg. 2, 14, 36. Vide Athenae.

Ino, Cadmi filia, Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris. Tuscul. 1, 12, 28. Cfr. de Nat. D. 3, 15, 39. Ibid. 19, 48. Vide etiam Leucothea.

Instelanus (*Insteianus?*) vicus. Varro LL. 5, 8. p. 58.

Insuber ignominiose appellatur L. Calpurnius Piso. in Pison. 15, 34.

Insubres, populi Galliae Cispadanae. In eorum foedere exceptum est, ne quis eorum a nobis civis recipiatur. pro Balbo 14, 32.

Insula, pars Syracusarum. Verr. Accusat. 4, 52, 117.

Intemelium (hodie *Ventimiglia*), oppidum citra Alpes. Varro RR. 3, 9, 17. ad Fam. 8, 15, 2. Vide Intimelii.

Interamna, (Umbriae) oppidum dictum, quod inter amneis est constitutum. Varro LL. 5, 5. p. 41. Pro domo 30, 80. pro Milone 17, 46. Philipp. 2, 41, 105. ad Att. 2, 1, 5. Hodie *Terni*. — Interamnatium et Reatinorum controversiae de lacu Velino. ad Att. 4, 15, 5. Varro RR. 3, 2, 3.

Intercidona Dea. Varro Fr. p. 231. Bip.

Intimelii (alibi Intemelii), civitas Liguriae, in armis sunt. (a. u. c. 705.) Caelius ad Fam. 8, 15, 2.

las ac nonnihil etiam Aristotelia pigmenta consumpsit. ad Att. 2, 1, 1. — Qui Isocratem maxime mirantur, hoc in eius summis laudibus ferunt, quod verbis solutis numeros adiunxerit. Orat. 52, 174. — Isocrates princeps inconditam antiquorum dicendi consuetudinem numeris adstrinxit. de Or. 3, 44, 173. — Ex multis Isocratis libris triginta fortasse versus elegit Hieronymus, plerosque senarios. Orat. 56, 190. — Antiqui iam ante Isocratem delectabantur ἀντιθέτοις, veluti Gorgias. Orat. 50, 167. — Isocrates, pater eloquentiae, de se scripsit ipse se pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugisse. de Or. 2, 3, 10. — Duas sibi res, quo minus in volgus et in foro diceret, confidentiam et vocem defuisse dixit. de Rep. 3, 30, 42. — Isocrates primo scribere aliis solitus orationes, sed cum ex eo saepe ipse in iudicium vocabatur, orationes aliis destitit scribere totumque se ad artes componendas transtulit (teste Aristotele). Brut. 12, 48 — Isocratis quam constet esse artem non invenimus. de Inv. 2, 2, 7. — Tales suasiones, qualem Isocrates fecit Panegyricum. Orat. 11, 37. — In Panathenaico varia orationis artificia se studiose consectatum fatetur. Orat. 12, 38. — Isocratis rhetoris gloria motus est Aristoteles. Tuscul. 1, 4, 7. — Isocrates et Aristoteles: horum uterque suo studio delectatus contempsit alterum. de Off. 1, 1, 4. — Isocrates ideo, quod suas disputationes a causis forensibus ad inanem sermonis elegantiam transtulisset, quomodo reprehensus ab Aristotele: de Or. 3, 35, 141. — Lacessitus ab Aristotele. Orat. 19, 62. — Isocrati nemo infensius adversatus est, quam Aristoteles. Orat. 51, 172. de Or. 3, 16, 59. Rufinus p. 184. 191. — Isocrateus Theopompeusque mos. Orat. 61, 207. Ibid. 71, 235.

Issa, insula maris Hadriatici e regione Dalmatiae prope Phariam. — M. Octavius, Pompeianus a. u. c. 706. concitatis Dalmatis Issam a Caesaris amicitia avertit. Caesar Civ. 3, 9. Varro Fr. p. 362. Bip.

Issus, urbs Ciliciae ad Pinarum amnem et sinum Issicum; quo in loco Dareus ab Alexandro superatus est, Cicero victoria iusta de Amaniensibus imperator appellatus est. ad Fam. 2, 10, 3.

Isthmus Corinthiacus. de Fato 4, 7.

Istria. Varro Fr. p. 362. Bip.

Italia a vitulis dicta, ut scribit Piso. Varro RR. 2, 1, 9. — Italia a bubus nomen habet. Varro RR. 2, 5, 3. — Italia de Graeco vocabulo ἰταλός appellata. Varro Fr. p. 212. Bip. — „Terra Italia." Varro RR. 1, 9, 1. — Nulla terra tam tota est culta. Varro RR. 1, 2, 3. — Arboribus consita est, ut tota pomarium videatur. Ibid. §. 6. — Italia armis non potest vinci nec Graecia disciplinis. Her. 4, 32, 43. — Erat Italia tum (a. u. c. 650.) plena Graecarum artium ac disciplinarum studiaque haec et in Latio vehementius tum colebantur quam nunc (a. u. c. 693.) iisdem in oppidis. pro Archia 3, 5. — Italicae Syracusiaeque mensae a Platone reprehensae. Tuscul. 5, 35, 100. — Italici philosophi olim nominati Pythagorei. Cato 21, 78.

Italicum bellum, s. sociale s. Marsicum propter iudiciorum metum excitatum (gestum ab a. u. c. 664. ad a. 666.) de Off. 2, 21, 75. — Italico bello, amissis ceteris vectigalibus, quantos agri Campani fructibus exercitus aluimus! de lege agr. 2, 29, 80. Her. 3, 2, 2. pro Cluentio 7, 21. — Lege Licinia Mucia de civibus regundis (al. *redigundis*) a. u. c. 659. lata ita alienati animi sunt principum Italicorum populorum, ut ea vel maxima causa belli Italici, quod post triennium exortum est, fuerit. Ascon. in Cornel. p. 67. — Bello Italico cum multi Varia lege inique damnarentur, quasi id bellum illis auctoribus conflatum esset, crebraeque defectiones Italicorum nuntiarentur, tunc ob eius tristitiae occasionem senatus decrevit, ne iudicia, dum tumultus Italicus esset, exercerentur. Ascon. in Cornel. p. 72. — Italico bello ob sociis negatam civitatem nobilitas in invidia erat. Ascon. in Scaur. p. 22.

Italicus tumultus. Maiores nostri tumultum Italicum, quod erat domesticus; tumultum Gallicum, quod erat Italiae finitimus, praeterea nullum nominabant. Philipp. 8, 1, 3.

Italus, nobilis taurus (Herculis) et Cereris minister. In loco corrupto Varronis: RR. 2, 5, 4.

Ithaca, insula Ulixis ad Leucadiam peninsulam in mari Ionio sita. — In asperrimis saxulis tamquam nidulus

affixa. de Or. 1, 44, 196. de Legg. 2, 1, 3. de Off. 3, 26, 97.

Ityraei s. Ituraei, populi Syriae. — Satellites Antonii, quibus senatum circumsedebat. Philipp. 2, 8, 19. — Cur homines omnium gentium maxime barbaros Ityraeos cum sagittis deducis in forum? Ibid. 44, 112. Philipp. 13, 8, 18.

Iuba, Hiempsalis regis Numidiae filius, ex stirpe Masinissae. — Volitat ante oculos (Rulli ceterorumque agrariae legis fautorum) Iuba, regis (Hiempsalis) filius, adolescens non minus bene nummatus, quam bene capillatus. de lege agr. 2, 22, 59., quo in loco olim male legebatur *Iubae* pro *Iuba*. — Iuba, rex Numidiae, potentissimus, inimicus causae Caesaris. pro Ligario 8, 24. — Ad eum confugiendum erat Pompeianis devictis. ad Fam. 7, 3, 3. — Iuba, Mauretaniae rex, Pompeii amicissimus, Caesari vero invisus. Schol. Ambros. pro Ligario p. 372. — Iuba, rex Maurorum. Schol. Gronov. ad Ligar. p. 418. — Refertur ad senatum Pompeianum (a. u. c. 705.) de rege Iuba, ut socius sit atque amicus. (C.) Marcellus vero passurum se in praesentia negat. Caesar Civ. 1, 6. — Opprimit C. Curionem ad Uticam. Ib. 2, 36. — (Curio tribunus pl. lege regnum Iubae publicaverat. Ib. Cap. 25.) — Iuba a. u. c. 707. comparatis magnis copiis subsidio suis egressus e regno ire contendit. Sed cum P. Sitius et rex Bocchus Cirtam cepissent, rursus se recepit atque auxilia etiam ab Scipione abduxit. Bell. Afric. 25. — Praefecto Sabura contra Sitium relicto rursus ad Scipionem est profectus. Ibid. 48. — Gaetuli a Iuba desciscunt. Ib. 55. — Cum Scipio sagulo purpureo ante regis Iubae adventum uti solitus esset, dicitur Iuba cum eo egisse, non oportere illum uti eodem vestitu atque ipse uteretur. Itaque factum est, ut Scipio ad album sese vestitum transferret et Iubae, homini superbissimo inertissimoque, obtemperaret. Ib. 57. — Devincitur in proelio ad Thapsum. Ib. 79. seqq. — Cum M. Petreio Zamam profugit, ubi domicilium habebat. Ibid. 91. — Desperata salute, cum iam coenatus esset cum Petreio, ut per virtutem interfecti esse viderentur, ferro inter se depugnant: atque firmior imbecilliorem Iuba Petreium facile ferro consumpsit. Deinde ipse sibi cum conaretur gladio transigere pectus nec posset, precibus a servo suo impetravit, ut se interficeret, idque obtinuit. Ib. 94. — Iuba et Petreius mutuis vulneribus concurrerunt et mortes feneraverunt. Seneca Suasor. 7. in fine. Cfr. Belleyi Dissertat. in *Histoire de l'académie des inscriptions* cet. T. 38. p. 90. seqq. Visconti Iconogr. Gr. Ed. Mediol. T. 3. p. 588.

Iubellius nobilis Campanus, homo ferox. de lege agr. 2, 34, 93. — D. Iubellius Campanus memoratur in Livii Epit. L. 12. tempore belli Punici primi. — Idem vocatur Iubellius Taurea in Pison. 11, 24.

Iudaea gens deum sine simulacro colit. Varro Fr. p. 229. Bip.

Iudaei. Cum aurum Iudaeorum nomine quotannis ex Italia et ex omnibus provinciis Hierosolyma exportari soleret, L. Flaccus sanxit edicto, ne ex Asia exportari liceret. — Huic barbarae superstitioni resistere severitatis, multitudinem Iudaeorum flagrantem nonnunquam in contionibus pro re publica contemnere gravitatis summae fuit. pro Flacco 28, 67. — Stantibus Hierosolymis pacatisque Iudaeis tamen istorum religio sacrorum a splendore huius imperii, gravitate nominis nostri, maiorum institutis abhorrebat; nunc vero hoc magis, quod illa gens, quid de imperio nostro sentiret, ostendit armis: quam cara diis immortalibus esset, docuit, quod est victa, quod elocata, quod serva facta. Ibid. §. 69. — Iudaei et Syri, nationes natae servituti. de prov. cons. 5, 10.

Iugurtha, filius Mastanabalis filii Masinissae, ortus ex concubina. Eum Masinissa privatus reliquerat. Sal. Iug. 5. — Eius adolescentia. Ib. 6. — Eius res gestae ad Numantiam. Ib. 7. — Eum in amicis habuit Africanus minor. Ib. 7. — Donatum atque laudatum magnifice pro contione secreto monuit, ut potius publice quam privatim amicitiam populi R. coleret. Ib. 8. — Micipsae morientis ad eum oratio. a. u. c. 636. Ib. 10. — Hiempsalem Thirmidae interficit. Ib. 12. — Adherbalem vincit. Ib. 13. — Legatos Romam mittit; eorum oratio in senatu. Ib. 15. — Decretum fit, uti decem legati regnum Micipsae inter Iugurtham et Adherbalem dividerent. Ib. 16. — Gae-

tulorum magna pars et Numidae usque ad flumen Mulucham sub Iugurtha erant. Ib. 19. — Adherbalis regnum invadit. Ib. 20. — Eum Cirtae obsidet. Ib. 21. — Interficit. Ib. 26. — Corrumpit L. Calpurnium Bestiam cos. a. u. c. 643. et M. Aemilium Scaurum, deditionem simulans. Ib. 29. — A L. Cassio praetore interposita fide publica Romam ducitur. Ib. 32. — Productus a C. Memmio tr. pl. tacere iubetur a C. Baebio tr. pl., quem corruperat. Ib. 33. 34. — Massivam Romae occidit per Bomilcarem Ib. 35. — Iussus a senatu Italia decedere: postquam Roma egressus est, fertur saepe eo tacitus respiciens postremo dixisse: „Urbem venalem et mature perituram, si emptorem invenerit." Ibid. — Sp. Postumium Albinum cos. a. u. c. 644. ludificat. Ib. 36. — Eius fratrem Aulum sub iugum mittit. Ib. 38. — A. u. c. 645. Metello cos. bellum strenue adversus eum gerente, tum demum veram deditionem facere conatus est. Ibid. 46. — A Metello proelio ad flumen Muthul commisso vincitur. Ib. 48—54. — Zamenses confirmat. Ib. 56. — Bomilcar a Metello corruptus astutissime ad deditionem regis animum impellit. Ib. 62. — Metellus ei imperat argenti pondo ducenta milia, elephantos omnis, equorum et armorum aliquantum. Armis virisque et pecunia spoliatus, tamen cum ipse ad imperandum Tisidium vocaretur, de integro bellum sumit. Ibid. — Nabdalsa ad prodendum regem adscitus a Bomilcare, necessitate coactus totam rem ei aperit; Bomilcar interficitur. Neque post id locorum Iugurthae dies aut nox ulla quieta fuit: formidine quasi vecordia exagitari. Ibid. 70—72. — Denuo victus a Metello Thalam pervenit. Ib. 75. — Metello adventante profugit. 76. — Pervenit ad Gaetulos. Ib. 80. — Bocchum socerum in Romanos concitat. Ib. 80. — Hic cum nimis ambigue ageret, Iugurtha ei pollicetur Numidiae tertiam partem. Is cum magna multitudine Iugurtham accedit. Ib. 97. — Marius ambos fundit fugatque. Ib. 99. — Rursus altero proelio ad Cirtam. Ib. 101. — Bocchus cum legatos Romam deprecandi causa misisset, iterumque Sullam accersivisset, ad eum oratorem et subdole speculatum Asparem mittit. Ib. 108. — Per quem a Boccho petiit, ut sibi Sullam traderet. Ib. 112. — Sed deceptus a Boccho, tandem ipse Sullae vinctus traditur et ab eo ad Marium deductus est. a. u. c. 649. Ib. 113. — Eius mortem narrat Plutarchus in Mario C. 12. — Iusta causa belli cum Iugurtha. de rege Alex. Fragmm. II. 4. p. 458. Cfr. Schol. Bob. in or. de rege Alex. p. 351.

Iugurthina coniuratio, i. e. factio nobilium, qui, a Iugurtha corrupti, ei favebant contra rem publicam. Adversus eam coniurationem lata est rogatio Manilia. Brut. 33, 127. — Eadem memoratur de Nat. D. 3, 30, 74.

Iulia, mater M. Antonii triumviri. Schol. Bob. in Vatin. p. 321. — Ἰουλία τοῦ Καισάρων οἴκου, ταῖς ἀρίσταις τότε καὶ σωφρονεστάταις ἐνάμιλλος. Plutarch. Anton. 2.

Iulia, soror Caesaris, testis in P. Clodii iudicium citata est. Schol. Bob. in Clodium p. 337.

Iulia (al. *Tutia*). De ea in matrimonium ducenda, ut videtur, cogitabat Q. Cicero filius. ad Att. 15, 29, 2. Cfr. ib. Lib. 16, 2, 5.

Iulia lex. Nihil accipitur lege Iulia. ad Att. 5, 10, 2. — Nos foenum aut quod lege Iulia solet, non accipimus. Ib. Ep. 16, 3. Ib. Ep. 21, 5. Ib. Lib. 6, 7, 2. — Iulia lex de conficiendis a proconsulibus et propraetoribus rationibus in provinciis. ad Fam. 2, 17, 2. — Lege Iulia relinquere rationes in provincia necesse erat easdemque totidem verbis referre ad aerarium. ad Fam. 5, 20, 2. — Iulia lex definiebat liberarum legationum tempus. ad Att. 15, 11, 4. — Iulia lex, quam Caesar consul tulit de XX. viris creandis, et per seditionem et M. Bibulo servante de caelo. Schol. Bob. pro Plancio p. 263.

Iuliani. Iulianos Caesarianos solet nominare scriptor Belli Afric. Videsis Cap. 69.

Iulii pro Scauro 2, 2. sunt C. et L. Iulii Caesares fratres.

C. Iulius Iulus cum Sp. Tarpeio et P. Sulpicio legatus a patribus ad plebem missus. Ascon. in Cornel. p. 77. (Consul fuit a. u. c. 265.)

C. Iulius a Catilina in Apuliam dimissus. Sal. Catil. 27.

C. et L. Iulii Caesares fratres: ex quibus Lucius et consul (a. u. c. 664.) et censor fuit: Caius aedilitius quidem

occisus est, sed tantum in civitate potuit, ut causa belli civilis contentio eius cum Sulpicio tribuno fuerit. Nam et sperabat et id agebat Caesar, ut omissa praetura consul fieret, cui cum primis temporibus iure Sulpicius resisteret, postea nimia contentione ad ferrum et ad arma processit. Idem inter primos temporis sui oratores et tragicus poëta bonus admodum habitus est: huius sunt enim tragoediae, quae inscribuntur Iulii. Hi autem Iulii et Antonius ab satellitibus Marii sunt occisi. Ascon. in Scaur. p. 24. — Eorum interitus. pro Scauro 2, 2.

C. Iulius Caesar L. F. Strabo Vopiscus, frater uterinus Q. Catuli patris, ex Popilia matre: sale et facetiis vicit omnes, ut in ipso illo forensi genere dicendi contentiones aliorum sermone vinceret. de Off. 1, 37, 133. — Erat in eo maior quam in L. Crasso et L. Philippo lepos magisque de industria. de Off. 1, 30, 108. — Persona librorum de Oratore. de Or. 2, 3, 12. Cfr. ad Att. 13, 19, 4. — Inusitatum nostris oratoribus leporem quendam et salem consecutus est. de Or. 2, 23, 98. — Festivitate et facetiis et superioribus et aequalibus suis omnibus praestitit, oratorque fuit minime ille quidem vehemens, sed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo suavitate conditior. Brut. 48, 177. Ibid. 49, 182. Ibid. 57, 207. — Eius iocus in C. Curionem. Ibid. 60, 216. Ibid. 88, 301. — Aedilis curulis (a. u. c. 664.) quotidie fere accuratas contiones habebat. Ibid. 89, 305. — Novam quandam rationem attulit orationis; res tragicas paene comice tractavit cet. de Or. 3, 8, 30. — Salsum eius dictum in Metellum Numidicum. de Or. 2, 68, 275. — Cn. Pompeio Straboni in T. Albucium nominis deferendi potestas non est data. Atque ille Cn. Pompeius ita cum C. Iulio contendit, ut tu, Caecili, mecum. Quaestor enim Albucii fuerat, ut tu Verris. Iulius hoc secum auctoritatis ad accusandum afferebat, quod, ut hoc tempore nos ab Siculis, sic tum ille ab Sardis rogatus ad causam accesserat. (a. u. c. 651.) Divinat. 19, 63. — Pro Sardis patrocinii causa postulavit T. Albucium. de Off. 2, 14, 50. — Ei consulatum contra leges petenti P. Sulpicius restitit. de Harusp. resp. 20, 43. — Eius consulatus petitio extraordinaria contra legem Villiam annalem a. u. c. 666., contra quam egerunt P. Antistius et P. Sulpicius tribuni pl. Brut. 63, 226. — Crudelissime interfectus. Brut. 89, 307. — C. Caesar, in quo mihi videtur fuisse specimen humanitatis, salis, suavitatis, leporis, a Cinna occisus. Tuscul. 5, 19, 55. pro Scauro 2, 2. — Eius caput hospitis Etrusci (Sextilii) scelere proditum cum L. Iulii fratris capite in Rostris iacuit, (Marii iussu. a. u. c. 667.) de Or. 3, 3, 10. — Ad eundem C. Iulium Caesarem refertur locus Philipp. 11, 5, 11., ubi invehitur in Antonianos, L. Antonium, Censorinum, Bestiam: „qui consulatum in Bruti locum se petere profitetur. — Quam absurdum autem, qui praetor fieri non potuerit, eum petere consulatum? nisi forte damnationem pro praetura putat. Alter Caesar, Vopiscus ille, homo summo ingenio, summa potentia, qui ex aedilitate consulatum petit, solvatur legibus; quamquam leges eum non tenent propter eximiam credo dignitatem. At hic me defendente quinquies absolutus est. Sexta palma urbana etiam in gladiatore difficilis. Sed haec iudicum culpa, non mea est. Ego defendi fide optima; illi debuerunt clarissimum et praestantissimum senatorem in civitate retinere." Hunc locum Ern. et Schütz. in v. Vopiscus interpretati sunt de Caesare nescio quo Vopisco Antoniano, a. u. c. 711. vivente quinquiesque a Cicerone defenso. Verum hanc interpretationem non admittunt vv. *Alter Caesar*, cum duos antea tetigerit L. Antonium et Censorinum; sed luce clarius est, id quod significavit iam Ferrarius ad l. l. et Weichertus Poët. Lat. p. 127., salse comparari Bestiam consulatum petentem, quamvis praetor fieri non potuisset, cum C. Iulio Caesare Strabone Vopisco („qui et Sesquiculus dictus est": Marius Victorinus de Orthogr. I. p. 2456. P.), qui cum aedilis curulis fuisset, practura omissa consulatum petierat. Est igitur *alter Caesar Vopiscus*, idem quod „novus Caesar Vopiscus." Ad eundem refertur locus Varronis RR. 1, 7, 10.: „Caesar Vopiscus aedilicius causam cum ageret apud censores, campos Roseae Italiae dixit esse sumen." Cfr. Velleium 2, 9, 2. Plin. H. N. 17, 4. et de eius tragoediis, Teuthrante (Mario Victorino Tecmessa) et Adrasto Weichert l. l. Asconii locum v. in C. et L. Iulii Caesares.

C. Iulius Caesar. Vide Sibylla. (de Divin. 2, 54, 110.) — Caesar a Venere ortus; flos aetatis eius in Bithynia contaminatus. Fragmm. p. 468. — Constat Caesarem se iactasse divina origine a Venere esse natum. Schol. Gronov. ad Marcell. p. 419. — Utinam C. Caesari contigisset adolescenti, ut esset senatui atque optimo cuique carissimus! quod cum consequi neglexisset, omnem vim ingenii, quae summa fuit in illo, in populari levitate consumpsit. Philipp. 5, 18, 49. — Caesar adolescens accusavit Dolabellam ex Cilicia, qui quidem damnatus est, quantum potuit per Hortensium. Pseudoascon. in Divin. p. 110., ubi cfr. Manutium. — Caesar acerrimus et potentissimus fuit Ciceronis refragator, cum hic petiit consulatum a. u. c. 690., quod eius in dies civilem crescere dignitatem animadvertebat. Ascon. in tog. cand. p. 83. — A Catilinariis mortis poenam removet; ceterorum suppliciorum omnes acerbitates amplectitur; municipiis dispertiri, bona publicari iubet. in Catil. 4, 4, 7. — Caesaris sententia in Catilinarios severa fuit, qui tum praetorio loco dixit. ad Att. 12, 21, 1. — P. Clodius cum veste muliebri deprehensus domi C. Caesaris, cum pro populo fieret. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 12, 3. — Uxori nuntium remisit. Ibid. 13, 3. — Caesar, praetor cum esset, Q. Catulum ex inferiore loco iussit dicere, Vettium indicem in Rostra produxit. ad Att. 2, 24, 3. — Caesar praetor Q. Metello Nepoti trib. pl. adstitit. Schol. Bob. pro Sestio p. 302. — Multis ornamentis populum Gaditanum C. Caesar, cum esset in Hispania praetor, affecit, controversias sedavit, iura, ipsorum permissu, statuit; inveteratam quandam barbariam ex Gaditanorum moribus disciplinaque delevit. pro Balbo 19, 43. — Caesar consulatum petiturus (a. u. c. 693.) cum Lucceio coire per Arrium cogitabat, (ne M. Bibulus fieret consul.) ad Att. 1, 17, 11. — C. Iulius Caesar. Quid, si etiam Caesarem, cuius nunc (a. u. c. 694.) venti valde sunt secundi, reddo meliorem: num tandem obsum rei publicae? ad Att. 2, 1, 6. — Ciceronis rationes cum Caesare a. u. c. 694. ad Att. 2, 3, 3. — C. Caesar primo suo consulatu (a. u. c. 695.) lege agraria agrum Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit. ad Fam. 13, 4, 2. — Pompeius omnia pollicetur et Caesar; quibus ego ita credo, ut nihil de mea comparatione deminuam. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — In consulatu Caesar confirmavit regnum, de quo aedilis cogitarat. Fragmm. p. 467. — Caesar, L. Calpurnii gener. in Pison. 16, 37. — Lege Caesaris iustissima atque optima populi liberi plane et vere erant liberi. Ib. Cfr. ibid. 25, 59. — Caesar cum ludis Apollinaribus (a. u. c. 695.) venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut, salva re publica Pompeio plaudi solebat. Tulit Caesar graviter. ad Att. 2, 19, 3. — P. Clodium, tetram beluam, vinctam auspiciis, constrictam legum sacrarum catenis solvit subito lege curiata consul. pro Sestio 7, 16. Cfr. ibid. 17, 39. Ib. 18, 41. — Negabat se quidquam de P. Clodii adoptione tulisse. ad Att. 2, 12, 2. — Eius rationes cum P. Clodio. pro domo 15, 39. seqq. — Ego C. Caesarem non eadem de re publica sensisse, quae me, scio; sed tamen me ille sui totius consulatus eorumque honorum, quos cum proximis communicavit, socium esse voluit, detulit, invitavit, rogavit. in Pison. 32, 79. Cfr. §. 80. — M. Bibulo consule (a. u. c. 695.) nihil praetermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem. In quo Caesar felicior fuit; ipse enim Pompeium a mea familiaritate deiunxit cet. Philipp. 2, 10, 23. — Caesar consul si iam violentior aliqua in re fuisset, si eum magnitudo contentionis, studium gloriae, praestans animus, excellens nobilitas aliquo impulisset, quod in illo viro et tum ferendum esset et maximis rebus, quas postea gessit, oblitterandum, id tu tibi, furcifer (P. Vatini), sumes? in Vatinium 6, 15. — Eum, mitem hominem et a caede abhorrentem, P. Vatinius saepe increpuit, saepe accusavit, cum affirmaret, illum nunquam, dum optimatum natio viveret, sine cura futurum. pro Sestio 63, 132. — Eius lex de pecuniis repetundis. Ibid. 64, 135. — Caesar consul id publicanis per populum dedit, quod per senatum, si licuisset, dedisset. pro Plancio 14, 35. — Caesar adstitit causae publicanorum, contra dicente M. Catone. Schol. Bob. pro Plancio p. 259. — Postea consul idem C. Caesar legem tulit ad publicanorum commoda pertinentem. Idem p. 261. — Eius lex agraria. Ibid. p. 265. — Caesaris le-

ges iubent ei, qui de vi, itemque ei, qui maiestatis damnatus sit, aqua et igni interdici. Philipp. 1, 9, 23. — Caesaris orationes in C. Memmium et L. Domitium. (a. u. c. 696.) Schol. Bob. pro Sestio p. 297. in Vatin. p. 317. — Bellum Gallicum C. Caesare imperatore gestum est, antea tantummodo repulsum. Semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello quam lacessendas putaverant (ut C. Marius, C. Pomptinus). de prov. cons. 13, 32. — Itaque cum acerrimis nationibus et maximis Germanorum et Helvetiorum proeliis felicissime decertavit; ceteras conterruit, compulit, domuit, imperio populi Romani parere assuefecit cet. Ibid. §. 33. — C. Caesarem senatus et genere supplicationum amplissimo ornavit et numero dierum novo. Idem in angustiis aerarii victorem exercitum stipendio affecit, imperatori decem legatos decrevit, lege Sempronia succedendum non censuit. Harum ego sententiarum et princeps et auctor fui neque me dissensioni meae pristinae putavi potius assentiri quam praesentibus rei publicae temporibus et concordiae convenire. (a. u. c. 698.) pro Balbo 27, 61. — Et stipendium Caesari decretum est et decem legati, et ne lege Sempronia succederetur, facile perfectum est. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 7, 10. — Cfr. de prov. cons. 7, 17. seqq. — Me meus in rem publicam animus pristinus ac perennis cum Caesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Ibid. 9, 23. seqq. — Tota ratio et familiaritatis et dissidii inter Caesarem et Ciceronem fusius explicatur de prov. cons. Cap. 17. et seqq. — Cum propter causam Campanam iratus esset Ciceroni, intercedente Cn. Pompeio, ei reconciliatus est. ad Fam. 1, 9, 9. — „Divina Caesaris in me fratremque meum liberalitas." Ibid. §. 18. — Caesar fautor fuit C. Rabirii Postumi; propterea Cicero amplissimas ei laudes tribuit pro Rab. Postumo 15, 42. seqq. — Caesar perfecit, ut, si montes residissent, amnes exaruissent, non naturae praesidio, sed victoria sua rebusque gestis Italiam munitam haberemus. (a. u. c. 699.) in Pison. 33, 82. — Caesar C. Alfium praeteritum in praetura petenda permoleste tulit. Eiusdem dictum de P. Vatinio. in Vatinium 16, 38. — Memmium Caesaris omnes opes confirmant. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 15, 7. — Caesaris laudes primum populi Romani, nunc (a. u. c. 700.) etiam senatus plurimis atque amplissimis iudiciis video esse celebratas. pro Plancio 39, 93. — Locus de Cicerone ex eius epistola ad Balbum missa (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 12, 4. — Eius litterae ad Ciceronem missae (a. u. c. 700.) refertae omni officio, diligentia, suavitate. ad Q. Fr. 2, 15, 1. — Trebatium quod ad se miserim, persalse et humaniter etiam gratias mihi agit. Ibid. §. 3. — Summus eius in Cicerones amor. (a. u. c. 700.) Ibid. 3, 1, 3, 9. Ibid. Cap. 4, 11. — Suavissimae eius litterae. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 5, 17. — Ille mihi secundum te et liberos nostros ita est, ut sit paene par. Ibid. §. 18. — Caesaris amore, quem ad me perscripsit, unice delector: promissis iis, quae ostendit, non valde pendeo; nec sitio honores nec desidero gloriam, magisque eius voluntatis perpetuitatem quam promissorum exitum exspecto. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 5, 3. — Cicero Caesari commendat C. Trebatium a. u. c. 700. his verbis incipiens: „Vide, quam mihi persuaserim te me esse alterum non modo in iis rebus, quae ad me ipsum, sed etiam in iis, quae ad meos pertinent." ad Fam. 7, 5, 1. — Loci ex eius epistolis ad Ciceronem scriptis. Ibid. §. 2 et 3. — De virtute et gravitate Caesaris, quam in summo dolore (de morte Iuliae filiae a. u. c. 700.) adhibuisset, magnam ex epistola tua accepi voluptatem. ad Q. Fr. 3, 8, 3. — C. Memmii enuntiatio valde Caesari displicuit. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 6. — Eius incredibilis amor in Ciceronem. Ibid. §. 13. — Bellum Britannicum. Ibid. — Confectum VI. Kal. Octobr. (a. u. c. 700.) Ibid. Ep. 17, 3. — Mea suavissima cum Caesare coniunctio. Ib. Ep. 18, 3. — De Pompeio assentior tibi, vel tu potius mihi. Nam ut scis, iampridem istum canto Caesarem. Mihi crede, in sinu est: neque ego discingor. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 13, 1. — Rumores, qui de Caesare a. u. c. 703. spargebantur, veluti, eum apud Bellovacos circumsideri, narrat Caelius ad Fam. 8, 1, 4. — Caesar, qui solet infimorum hominum amicitiam sibi qualibet impensa adiungere, (nihilominus) C. Curionem tribunatum pl. petentem (a.

u. c. 703.) valde contempsit. Caelius ad Fam. 8, 2, 2. — Nondum satis huc erat allatum, quomodo Caesar ferret de auctoritate perscripta cet. (a. u. c. 703) ad Att. 5, 2, 3. — Iucunde de Caesare et quae senatus decrevit et quae tu speras: quibus ille si cedit, salvi sumus. (a. u. c. 703.) Ib. Ep. 20, 8. — Quid actum sit a. d. XI. Kal. Sextil. a. u. c. 703. de successione C. Caesaris. Caelius ad Fam. 8, 4, 4. Cfr. Ibid. 5, 2. Ibid. 8, 7. — In primis ibid. §. 10. — Rursus de successione Galliarum: Ibid. 9, 2 et 5. — Actiones C. Curionis de agro Campano: (a. u. c. 703.) de quo negant Caesarem laborare, sed Pompeium valde nolle, ne vacuus advenienti Caesari pateat. Ibid. 10, 4. — De statu Caesaris legenda Ibid. Ep. 11. §. 3. — Cn. Pompeius constituit non pati C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit: Caesari autem persuasum est se salvum esse non posse, si ab exercitu recesserit. Fert illam tamen condicionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi amores et invidiosa coniunctio non ad occultam recidit obtrectationem, sed ad bellum se erupit. Caelius ad Fam. 8, 14, 2. — Res publica me valde sollicitat. Faveo Curioni: Caesarem honestum esse cupio: pro Pompeio emori possum. (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 15, 3. — Caesari a senatu nullus honor habetur (a. u. c. 704.) ad Att. 5, 21, 3. — Lucceius commemorat, quid olim mali C. Iulius fecerit, cum (in consulatu a. u. c. 695.) dieculam (solutionis) duxerit: nunquam rei publicae plus. Ibid. §. 13. — Pompeius putat Caesarem in aedificando Nemorensi diligentiorem fore. Ib. Lib. 6, 1, 25. — Caesar M. Antonium sine sorte quaestorem delegit. (a. u. c. 704.) Ib. Ep. 6, 3. — Caesar Placentiam legiones quattuor misit. (a. u. c. 704.) Ib. Ep. 9, 5. — Haec olim cogitabamus: nec mihi coniuncto cum Pompeio fore necesse peccare in re publica aliquando: nec cum Caesare sentienti pugnandum esse cum Pompeio: tanta erat illorum coniunctio. Nunc impendet summa inter eos contentio. Me autem uterque numerat suum, nisi forte simulat alter (Caesar.) cet. (Totus locus est inspiciendus.) Ib. Lib. 7, 1, 3. — Ut illi hoc liceret, adiuvi, rogatus ab ipso Ravennae de Caelio trib. pl. (scil. ut eum inducerem ad legem ferendam de habenda Caesaris absentis ratione.) Ib. §. 4. — Per duos superiores Marcellorum consulatus (a. u. c. 703 et 704.) est actum de provincia Caesaris. Ib. §. 5. — Gratulatur mihi Caesar de gratulatione, triumphat de sententia Catonis cet. Ib. §. 7 et Ep. 2, 7. — Probe iudicas nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios effusione Caesarem in me liberalem fuisse cet. Ib. Ep. 3, 3. — Homo audacissimus paratissimusque. Ib. §. 5. — Mihi litteras blandas mittit. Ib. §. 11. — Eius alienatio a Pompeio. Ib. Ep. 4, 2. — Ecquando tu hominem ineptiorem, quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? Ecquando autem Caesare nostro acriorem in rebus gerendis, eodem in victoria temperantiorem aut legisti aut audisti? (a. u. c. 705.) Caelius ad Fam. 8, 15, 1. — *Venere prognatus* Caesar. Ibid. §. 2. — Caesar in Hispaniam iturus (a. u. c. 705.) nihil nisi atrox et saevum cogitat atque etiam loquitur. Iratus senatui exiit. Ibid. 16, 1. — Ipsi Caesari concordia nihil utilius (a. u. c. 705.) ad Fam. 4, 2, 3. — Proximo bello si aliquid de summa gravitate Pompeius, multum de cupiditate Caesar remisisset, et pacem stabilem et aliquam rem publicam nobis habere licuisset. Philipp. 13, 1, 2. — Caesar, amicus noster, minaces ad senatum et acerbas litteras misit; et erat adhuc impudens, qui exercitum et provinciam invito senatu teneret, et Curio meus illum incitabat. Antonius quidem noster et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesarem cum Curione profecti sunt. (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 11, 2. — Caesar Gallias ambas habet inimicissimas praeter Transpadanos: ex Hispaniaque sex legiones et magna auxilia Afranio et Petreio ducibus, habet a tergo. Videbitur, si insaniet, posse opprimi. ad Fam. 16, 12, 4. — Cum Caesar amentia quadam raperetur et oblitus nominis atque honorum suorum Ariminum, Pisaurum, Anconam, Arretium occupavisset, Urbem reliquimus. (a. u. c. 705.) Conditiones a Caesare latae. ad Fam. 16, 12, 2. — Adhuc fere neminem inveni, qui non concedendum putaret Caesari quod postularet potius quam depugnandum. Est illa quidem postulatio opinione valentior. Cur autem

nunc primum ei resistamus? οὐ γὰρ δὴ τόδε μεῖζον ἔπι κακόν, quam cum quinquennium prorogabamus; aut cum, ut absentis ratio haberetur, ferebamus: nisi forte haec illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. ad Att. 7, 6, 2. — Publicani nunc Caesari sunt amicissimi. Ib. Ep. 7, 5. — Multae eius actiones memorantur ibidem §. 6. — Illud omnibus est exploratum, si boni victi sint, nec in caede principum clementiorem hunc fore, quam Cinna fuerit, nec moderatiorem quam Sulla in pecuniis locupletium. Ibid. §. 7. — Pompeii opinio de Caesare, quem vehementer ille contemnebat. Ib. Ep. 8, 4. — Solvendi sunt nummi Caesari: est enim ἄμορφον ἀντιπολιτευομένου χρεωφειλέτην esse. Ib. §. 5. — De Caesare porro confer ibid. Ep. 9, 2. — Labienus discessit ab Caesare (a. u. c. 705.) Utrum de imperatore populi Romani an de Hannibale loquimur? O hominem amentem et miserum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ καλοῦ viderit! Atque haec ait omnia facere se dignitatis causa: ubi est autem dignitas, nisi ubi honestas? Ib. Ep. 11, 1. — Istum, cuius φαλαρισμὸν times, omnia teterrime facturum puto. Ib. Ep. 12, 2. — Bellum hoc ita civile est, ut non ex civium dissensione, sed ex unius perditi civis audacia natum sit. Is autem valet exercitu; tenet multos spe et promissis: omnia omnium concupivit cet. Ib. Ep. 13. a. 1. — L. Caesar filius Caesaris mandata detulit ad Pompeium a. d. VIII. Kal. Febr. (705.), cum is esset cum consulibus Teani. Probata condicio est, sed ita, ut ille de iis oppidis, quae extra suam provinciam occupavisset, praesidia deduceret. Id si fecisset, responsum est ad urbem nos redituros esse et rem per senatum confecturos. Ib. Ep. 14, 1. — Omnes cupiebant Caesarem abductis praesidiis stare condicionibus iis, quas tulisset. cet. Ib. Ep. 15, 2. — Caesar mihi ignoscit per litteras, quod non venerim Romam, seseque in optimam partem id accipere dicit. ad Att. 10, 3, 2. — Caesar ardet furore et scelere, nec remittit aliquid, sed in dies ingravescit: modo Italia expulit; nunc alia ex parte persequi, ex alia, provincia exspoliare conatur; nec iam recusat, sed quodam modo postulat, ut, quemadmodum est, sic etiam appelletur tyrannus. Ib. 4, 2. — Plane iracundia elatum voluisse Caesarem occidi Metellum, tribunum plebi, aliaque ad Caesarem pertinentia Curio refert Ciceroni. Ib. Ead. Ep. §. 8. — Caesar florentissimus ac novus VI. VII. diebus ipsi illi egenti ac perditae multitudini in odium acerbissimum venit; qui duarum rerum simulationem tam cito amisit, mansuetudinis in Metello, divitiarum in aerario. Ib. Ep. 8, 6. — Corruat Caesar necesse est aut per adversarios aut ipse per se, qui quidem sibi est adversarius unus acerrimus. Id spero vivis nobis fore. Ib. §. 8. — Caesaris epistola ad Ciceronem missa. Ib. Ep. B. — Nihil inimicius quam sibi ipse. Illud recte times, ne ruat. Si desperarit, certe ruet. Ib. Ep. 12, 6. — Horribilis et Pompeii et Caesaris victoria: cum propter alterius crudelitatem, alterius audaciam, tum propter utriusque difficultatem pecuniariam, qua erui nunquam nisi ex privatorum bonis posset. Ib. Ep. 14, 1. — Audio Caesarem ea senatus consulta improbare, quae post discessum tribunorum facta sunt. Ib. Lib. 11, 7, 1. — Balbus minor aiebat nihil malle Caesarem, quam ut Pompeium assequeretur (id credo) et rediret in gratiam; id non credo; et metuo ne omnis haec clementia ad unam illam (fort. Cinnanam illam) crudelitatem colligatur. ad Att. 8, 9, 4. — Balbus maior ad me scribit nihil malle Caesarem quam principe Pompeio sine metu vivere. Tu puto haec credis. Ibid. — Hoc τέρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est. Ibid. — Comparatur Caesar et Pompeius: dominatio quaesita ab utroque est; non id actum, beata et honesta civitas ut esset. Ib. Ep. 11, 2. — Caesaris hic per Apuliam ad Brundisium cursus quid efficiat, exspecto. Utinam aliquid simile Parthicis rebus! Ib. §. 7. — Videsne, in quem hominem inciderit res publica? quam acutum, quam vigilantem, quam paratum? Si mehercule neminem occiderit nec cuiquam quidquam ademerit, ab iis, qui eum maxime timuerant, maxime diligetur. Ib. Ep. 13, 1. — Factum Caesaris de Corfinio totum te probaturum scio. Balbus ad Ciceronem: in Epp. ad Att. 8, 15. A. 2. — Quo modo nunc occurrunt optimates? quo modo autem se venditant Caesari? Municipia vero

deum: nec simulant, ut cum de Pompeio aegroto vota faciebant. Sed plane, quidquid mali hic Pisistratus non fecerit, tam gratum est, quam si alium facere prohibuerit. ad Att. 8, 16, 1. — Paucis quidem verbis, sed ἐν δυνάμει ad me scripsit Caesar. Ib. Lib. 9, 6, 6. — Eius litterae. Ib. §. 7. A. — Eius litterae ad Balbum et Oppium sana mente scriptae, quomodo in tanta insania. Ib. Ep. 7, 3. — Id, quod nostro iudicio Caesarem facere oportere existimamus, ut simul Romam venerit (post Brundisium captum), agat de reconciliatione gratiae suae et Pompeii, ex ipso cognovimus. Balbi et Oppii Ep. ad Ciceronem missa ad Att. 9, 7. A. — Cfr. Ep. B. de eius clementia. — Eius epistola ad Oppium et Balbum missa. Ib. C.; in qua hoc dicit inter alia: „L. Sullam imitaturus non sum." — Per praetorem consules creare volebat, contra leges. Ib. Ep. 9, 3. — Ciceronis litterae ad Caesarem missae, quibus eum Pompeio reconciliare studet simulque de Lentulo Spinthere filio conservato gratias agit. ad Att. 9, 11. A. — Dolabella III. Idus Mart. a Brundisio hanc εὐημερίαν quasi Caesaris scribit, Pompeium in fuga esse eumque primo vento navigaturum. Ib. Ep. 13, 1. — Caesaris confidentia. Ib. § 4. — Caesaris brevis epistola ad Oppium et Balbum missa: — „A. d. VII. Id. Mart. Brundisium veni: ad murum castra posui. Pompeius est Brundisii. Misit ad me N. Magium de pace." — Eius Epistola ad Q. Pedium: „Pompeius se oppido tenet. Nos ad portas castra habemus. Conamur opus magnum et multorum dierum, propter altitudinem maris. Sed tamen nihil est quod potius faciamus. Ab utroque portus cornu moles iacimus, ut aut illum quam primum traiicere quod habet Brundisii copiarum cogamus aut exitu prohibeamus." ad Att. 9, 14, 1. — Variae eius actiones. Ib. Ep. 15, 1. — „Audiimus Pompeium a. d. XVI. Kal. April. (s. Idib. Mart. ad Att. 9, 14, 3.) cum omnibus copiis, quas habuerit, profectum esse: Caesarem postero die in oppidum introisse; contionatum esse; inde Romam contendisse: velle ante Kal. esse ad Urbem et paucos dies ibi commorari; deinde in Hispanias proficisci. Matii et Trebatii Ep. ad Cic. ad Att. 9, 15. A. — Caesaris Epistola ad Ciceronem de sua clementia. Ib. Ep. 16. A. — Caesar senatum Kal. April. velle se frequentem adesse etiam Formiis proscribi iussit. Ib. Ep. 17, 1. — Ciceronis cum Caesare colloquium inutile. Ib. Ep. 18, 1. — Quot in iis castris erant, quibus Pompeius circumsideretur! Sex legiones. Multum vigilat, audet. Ib. §. 2. — Caesaris asseclae: Vidi ipse Formiis universos: neque mehercule unquam homines putavi; et noram omnes, sed nunquam uno loco videram. Ibid. 19, 1. — Plerique negant Caesarem in condicione mansurum: postulataque haec ab eo interposita esse, quo minus, quod opus esset ad bellum, a nobis pararetur. Ego autem eum puto facturum ut praesidia deducat. Vicerit enim, si consul factus erit, et minore scelere vicerit, quam quo ingressus est. ad Att. 7, 15, 3. — Cum Caesar ista mandata dedisset L. Caesari, debuit esse paulo quietior, dum responsa referrentur: dicitur autem nunc esse acerrimus. Ib. Ep. 17, 2. — Trebatius quidem scribit se a Caesare IX. Kal. Febr. rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem: nihil ei me gratius facere posse. Intellexi ex dierum ratione, ut primum de discessu nostro Caesar audisset, laborare eum coepisse, ne omnes abessemus. Itaque non dubito, quin ad Pisonem, quin ad Servium scripserit. Ib. §. 3. — Caesarem quidem, L. Caesare cum mandatis de pace misso, tamen aiunt acerrime delectum habere, loca occupare, vincire praesidiis. O perditum latronem! o vix ullo otio compensandam hanc rei publicae turpitudinem! Ib. Ep. 18, 2. — Caesarem ruere nuntiant et iam iamque adesse, non ut manum conserat (quocum enim?) sed ut -- fugam intercludat. Incertum est, Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus. Ib. Ep. 20, 2. — Ipse Caesar me ad pacem hortatur. Sed antiquiores litterae, quam ruere coepit. Ib. Ep. 21, 3. Ep. 23, 3. — O celeritatem incredibilem Caesaris! — Tu caedem non sine causa times; non quo minus quidquam Caesari expediat ad diuturnitatem victoriae et dominationis: sed video, quorum arbitrio sit acturus. Ib. Ep. 22, 1. — Plane eum, cui Cnaeus noster alterum consulatum deferret et triumphum — at quibus verbis! „pro suis rebus gestis amplissimis" — inimi-

cum habere nolueram. Ib. Ep. 26, 2. — Ego ad Caesarem unas Capua litteras dedi, quibus ad ea rescripsi, quae mecum ille de gladiatoribus suis egerat (quos scil. Capuae habebat: ad Att. 7, 14, 2.), breves, sed benevolentiam significantes, non modo sine contumelia, sed etiam cum maxima laude Pompeii. Id enim illa sententia postulabat, qua illum ad concordiam hortabar. cet. ad Att. 8, 2, 1. — Caesar ad Corfinium. Ib. Ep. 3, 7. — Argumentum epistolae paullo ante memoratae, in qua Caesaris sapientiam „admirabilem" dicit. Ibid. Ep. 9, 1. — Celeritatem in Caesare desiderat post victoriam Pharsalicam Cicero ad Fam. 15, 15, 2. — „Amissis temporibus, quae plurimum valent, praesertim in bellis civilibus, interpositus annus alios induxit, ut victoriam sperarent, alios, ut ipsum vinci contemnerent. Atque horum malorum omnium culpam Fortuna sustinet. Quis enim aut Alexandrini belli tantam moram huic bello adiunctum iri aut nescio quem istum Pharnacem Asiae terrorem illaturum putaret? ad Fam. 15, 15, 2. — (Eius clementiam cognovit Asia et Achaia, non item Africa. Ibid.) — Caesar adversus monitum summi haruspicis in Africam ante brumam transmisit. de Divin. 2, 24, 52. — Redditae mihi tandem sunt a Caesare literae satis liberales. (a. u. c. 707.) ad Fam. 14, 23. — Caesar ita videtur Alexandream tenere, ut eum scribere etiam pudeat de illis rebus. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 15, 1. — Caesar. (a. 707 — 709.) Caesarem ab Alexandrea discessisse nemo nuntiat; constatque ne profectum quidem illinc quemquam post Idus Mart. (707.) nec post Idus Decembr. (706.) ab illo datas ullas litteras. ad Att. 11, 17, 3. — De illius Alexandrea discessu nihil adhuc rumoris, contraque opinio valde esse impeditum. Ib. Ep. 18, 1. — Caesar etiam Salustio ignovit. Omnino dicitur nemini negare; quod ipsum est suspectum, notionem eius differri. Ib. Ep. 20, 2. — Multa eum in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces. Ib. Ep. 21, 2. — Caesar Alexandria se recepit, felix, ut sibi quidem videbatur; mea autem sententia, qui rei publicae sit infelix, felix esse nemo potest. Hasta posita pro aede Iovis Statoris bona Cn. Pompeii Magni voci acerbissimae sunt subiecta praeconis: sector inventus est nemo praeter Antonium. Philipp. 2, 26, 64. — Post bellum Hispaniense, factus est ei rursus familiaris Antonius. Habebat hoc omnino Caesar: quem plane perditum aere alieno egentemque, si eundem nequam hominem audacemque cognorat, hunc in familiaritatem libentissime recipiebat. Philipp. 2, 32, 78. — Ad te, P. Servili, num misit ullas collega litteras de illa calamitosissima pugna Pharsalica? num te de supplicatione voluit referre? Profecto noluit. At misit postea de Alexandria, de Pharnace. Pharsalicae vero pugnae ne triumphum quidem egit. Philipp. 14, 8, 23. — De illo, quem penes est omnis potestas, nihil video, quod timeam: nisi quod omnia sunt incerta, cum a iure discessum est. — Eius ipsius nulla re a me offensus est animus. — Ipse Caesar habet peracre iudicium et cum volumina iam confecerit ἀποφθεγμάτων, si quod afferatur ad eum pro meo, quod meum non sit, reiicere solere dicitur. ad Fam. 9, 16, 4. — Caesaris adventus in Italiam (a. u. c. 708.) ad Fam. 9, 6, 1. Item ibid. 8, 2. — Post reditum ex Africa contempsit Antonium, appellavit eum de pecunia. Philipp. 2, 29, 71. — Iis ipsis temporibus domi Caesaris percussor, ab Antonio missus, deprehensus esse dicebatur cum sica. De quo Caesar in senatu, aperte in Antonium invehens, questus est. Ibid. §. 74. — Ter depugnavit Caesar cum civibus, in Thessalia, Africa, Hispania. Ibid. 30, 75. — Caesar „collega noster" (a. u. c. 708.) scil. in auguratu. — Sperare videor, Caesari, collegae nostro, fore curae et esse ut habeamus aliquam rem publicam. ad Fam. 13, 68, 2. — In hac pace (a. u. c. 709.) multa sunt, quae ne ipsum quidem Caesarem delectant. Bellorum enim civilium ii semper exitus sunt, ut non ea solum fiant, quae velit victor, sed etiam, ut iis mos gerendus sit, quibus adiutoribus sit parta victoria. ad Fam. 12, 18, 2. — Mihi iudicatum est, si modo hoc Caesar aut patietur aut volet, deponere illam iam personam, in qua me saepe illi ipsi probavi, ac me totum in litteras abdere. ad Fam. 7, 33, 2. — Epistolae Ciceronis ad eum missae a. u. c. 709. ad Fam. 13. Ep. 15 et 16. — Caesarem putabant moleste laturum mortem P. Sullae (a. u. c. 709.), verentem ne

hasta refrixisset. ad Fam. 15, 17, 2. — „Nec tamen Caesar diutius nos Sullam desiderare patietur: nam habet damnatos, quos pro illo nobis restituat, nec ipse sectorem desiderabit, cum filium viderit." C. Cassius Ibid. 19, 3. — Vereor ne post mortem P. Sullae hasta Caesaris refrixerit. (a. u. c. 709.) ad Fam. 9, 10, 3. — Qualis futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam (Catonis), perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. (a. u. c. 709.) ad Att. Lib. 12, 40, 1. — Hirtii epistola mihi quasi πρόπλασμα videtur eius vituperationis, quam Caesar scripsit de Catone. Ib. Ep. 41, 4. — Caesarem συνναον Quirino malo quam Saluti. Ib. 45, 3. — Per ironiam Caesarem propinquum dicit Pseudomarii (a. u. c. 709.) Ib. Ep. 49, 1. — Ciceronis epistola ad Caesarem missa. „Nihil est in ea nisi optimi civis, sed ita optimi, ut tempora, quibus parere omnes πολιτικοὶ praecipiunt." Ib. Ep. 51, 2. — Caesari certum erat Romae remanere (a. u. c. 709.), ne se absente leges suae negligerentur, sicut esset neglecta sumptuaria. Ib. Lib. 13, 7, 1. — Brutus per litteras purgat Caesarem de interitu M. Marcelli (a. u. c. 709.); in quem, ne si insidiis quidem ille interfectus esset, caderet ulla suspicio. Ib. Lib. 13, 10, 3. — A Caesare litteras accepi consolatorias, datas prid. Kal. Mai. (a. u. c. 709.) De urbe augenda quid sit promulgatum, non intellexi. Ib. Ep. 20, 1. — Ciceronis epistola ad eum (συμβουλευτικὴ de Parthico bello.) In ea ita multa mutari volebant (Balbus et Oppius), ut mihi de integro scribendi causa non sit. Atque etiam vereor, ne putet me hoc quasi Catonis μείλιγμα esse voluisse. Ib. Ep. 27, 1. — Quid tu hunc de pompa, Quirini contubernalem his nostris moderatis epistolis laetaturum putas? Ille vero potius non scripta desideret, quam scripta non probet. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 28, 3. — De epistola ad Caesarem, κέκρικα. Atque id ipsum, quod isti aiunt illum scribere, se nisi constitutis rebus non iturum in Parthos, idem ego suadebam in illa epistola. Ib. Ep. 31, 3. — A ponte Mulvio Tiberim ducere secundum montes Vaticanos; campum Martium coaedificare, illum autem campum Vaticanum fieri quasi Martium campum cogitabat Caesar a. u. c. 709. Ib. Ep. 33, 4. Ib. Ep. 35, 1. — Itane nuntiat Brutus, illum ad bonos viros? Εὐαγγέλια. Sed ubi eos? Nisi forte se suspendit. Ib. Ep. 40, 1. — In epistola Caesaris ad Balbum: „multa de meo Catone, quo saepissime legendo se dicit copiosiorem factum: Bruti Catone lecto se sibi visum disertum. Ib. Ep. 46, 1. — Caesaris libri contra Catonem lecti a Cicerone et vehementer probati. Ib. Ep. 50, 1. — Bene existimo de illis libris, ut tibi coram. Itaque (ad eum) scripsi et ἀκολακεύτως et tamen sic, ut nihil eum existimem lecturum libentius. Ib. Ep. 51, 1. — Saturnalibus (a. u. c. 709.) devertit apud Philippum et Ciceronem cum hominibus CIϽ. CIϽ. Σπουδαῖον οὐδὲν in sermone: φιλόλογα multa. Dolabellae villam cum praeteriret, omnis armatorum copia dextra sinistra ad equum nec usquam alibi. Ib. Ep. 52, 1 et 2. — Caesaris dictum de M. Bruto: „Magni refert hic quid velit; sed quidquid volt, valde volt." Ib. Lib. 14, 1, 2. — Dictum de Cicerone: „Ego nunc tam sim stultus, ut hunc ipsum facilem hominem putem mihi esse -- amicum, cum tamdiu sedens meum commodum exspectet. Ibid. et Ep. 2, 3. — Obtinemus ipsius Caesaris summam erga nos humanitatem; sed ea plus non potest quam vis et mutatio omnium rerum atque temporum. (a. u. c. 709.) ad Fam. 4, 13, 2. — De Caesare omnibusque eius actis post victoriam civilem perlegendae sunt ad Fam. 6. Epp. 5—8. Ciceronis et Caecinae mutuae. — Nec ipse Caesar, ut multis rebus intelligere potui, est alienus a nobis. (a. u. c. 709.) ad Fam. 6, 10, 2. — Eius familiares praecipui circa a. u. c. 709. Pansa, Hirtius, Balbus, Oppius, Matius, Postumius, Cimber Tillius. Ibid. 12, 2. — Africanae causae iratior diutius velle videtur eos habere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis conflictatum. Ibid. 13, 3. — Eius oratio mollis et liberalis de Q. Ligario. Ibid. 13, 2. — Caesar Deiotarum tetrarchia et regno multavit. de Divin. 1, 15, 27. Cfr. in primis Ibid. 2, 37, 79. — Cfr. totam Deiotarianam. — „Solus es, C. Caesar, cuius in victoria ceciderit nemo nisi armatus. Te nos liberi, in summa populi Romani libertate nati,

non modo non tyrannum, sed etiam clementissimum in victoria ducimus." pro Deiotaro 12, 34. — Caesar quomodo exoratus a senatu M. Marcello reditum concesserit, narratur ad Fam. 4, 4, 3. seqq. Cfr. Ibid. Epp. 7. seqq. — Cfr. totam Marcellianam. — M. Marcellum, deprecante senatu, rei publicae conservavit. pro Marcello 5, 13. — Obstupescent posteri certe imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, pugnas innumerabiles, incredibiles victorias, monumenta, munera, triumphos audientes et legentes tuos. Ibid. 9, 28. — Caesar ipse, qui Massiliensibus fuerat iratissimus, tamen propter singularem eius civitatis gravitatem et fidem quotidie aliquid iracundiae remittebat. Philipp. 8, 6, 19. — Eius clementia. pro Ligario 2, 6. — Quid existimarit de bello civili. Ibid. 6, 19. — Causas, Caesar, egi multas equidem tecum, dum te in foro tenuit ratio honorum tuorum. Ibid. 10, 30. — Te dicere audiebamus, nos omnes adversarios putare, nisi qui nobiscum essent, te omnes, qui contra te non essent, tuos. Ibid. 11, 33. — Annus ab eo ordinatus. Cfr. Schneiderum ad Varronem p. 316. seqq. — Sullam secutus est is, qui in causa impia, victoria etiam foediore, non singulorum civium bona publicaret, sed universas provincias regionesque uno calamitatis iure comprehenderet. de Off. 2, 8, 27. — Caesar Sullanas venditiones et assignationes ratas esse voluit, quo firmiores existimarentur suae. ad Fam. 13, 8, 2. — L. Sullae et C. Caesaris pecuniarum translatio a iustis dominis ad alienos non debet liberalis videri. de Off. 1, 14, 43. — Lupercis vectigal dedit. Fragmm. p. 464. — Hic nunc victor, tum quidem (Cicerone consule, oppressa Catilinae coniuratione) victus, quae cogitarat, ea perfecit, cum eius iam nihil interesset. Tanta in eo peccandi libido fuit, ut hoc ipsum eum delectaret, peccare, etiam si causa non esset. de Off. 2, 24, 84. — Caesar cum quosdam ornare voluit, non illos honestavit, sed ornamenta ipse turpavit. Fragmm. p. 488. — In ore semper Graecos versus de Phoenissis habebat: „*Nam si violandum est ius, regnandi gratia Violandum est: aliis rebus pietatem colas.*" cet. de Off. 3, 21, 82. seqq. — Caesar omnia iura divina atque humana pervertit propter eum, quem sibi ipse opinionis errore finxerat, principatum. de Off. 1, 8, 26. — Lupercalibus (d. 15. Febr.) a. u. c. 710. M. Antonius diadema cum imponere vellet, Caesar abiecit. Adscribi iussit in fastis ad Lupercalia C. Caesari, dictatori perpetuo, M. Antonium, consulem, populi iussu regnum detulisse, Caesarem uti noluisse. Philipp. 2, 34, 87. — Cum immolaret illo die, quo primum in sella aurea sedit et cum purpurea veste processit, in extis bovis opimi cor non fuit. cet. de Divin. 1, 52, 119. Ibid. 2, 16, 36. — Caesar in eo senatu, quem maiore ex parte ipse cooptarat, in curia Pompeia, ante ipsius Pompeii simulacrum, tot centurionibus suis inspectantibus, a nobilissimis civibus, partim etiam a se omnibus rebus ornatis, trucidatus ita iacuit, ut ad eius corpus non modo amicorum, sed ne servorum quidem quisquam accederet. de Divin. 2, 9, 23. — Omnes boni, quantum in ipsis fuit, Caesarem occiderunt. Aliis consilium, aliis animus, aliis occasio defuit: voluntas nemini. Philipp. 2, 12, 29. — Caesar tyrannus. de Off. 1, 31, 112. — Num se astrinxit scelere, si qui tyrannum occidit quamvis familiarem? Populo quidem Romano non videtur, qui ex omnibus praeclaris factis illud pulcherrimum existimat. de Off. 3, 4, 19. — Caesarem qui beatum fuisse putant, miseri ipsi sunt. Beatus est nemo, qui ea lege vivit, ut non modo impune, sed etiam cum summa interfectoris gloria interfici possit. Philipp. 1, 14, 35. — In perditis impiisque eius consiliis nulla potuit esse felicitas. Fragmm. p. 462. — Caesaris acta e commentariolis et chirographis et libellis a M. Antonio, eo uno auctore, prolata. Philipp. 1, 7, 16. — C. Matii cum eo familiaritas cet. ad Fam. 11, Epp. 27 et 28. integrae. — Interfecto rege, regios omnes nutus tuemur. ad Fam. 12, 1, 1. — Inscriptio ei ab Antonio in Rostris posita: Parenti optime merito. Ibid. 3, 1. — Est ergo flamen ut Iovi, ut Marti, ut Quirino, sic divo Iulio M. Antonius. Philipp. 2, 43, 110. — Multa Siculis Caesar concessit; in his Latinitatem. ad Att. 14, 12, 1. — Quae Caesar nunquam neque fecisset neque passus esset, ea nunc ex falsis eius commentariis proferuntur. Ib. Ep. 13, 6. — Sublato tyranno tyrannida manere video. Nam, quae ille

facturus non fuit, ea fiunt, ut de Sex. Clodio restituendo. Ib. Ep. 14, 2. — Caesar nescio quo pacto ferebat me quidem mirabiliter: nunc, quacunque nos commovimus, ad Caesaris non modo acta, verum etiam cogitata revocamur. Ib. Ep. 17, 6. — Quo die audivi illum tyrannum in contione clarissimum virum appellari, diffidere coepi. Ib. Lib. 15, 20, 2. — Quomodo se gesserit in causa Buthrotia, ab Attico suscepta, exponitur ad Att. 16, 16. Ib. A. et seqq. — Post Caesaris interitum consulibus et lege et senatus consultò permissum est, ut de eius actis cognoscerent, statuerent, iudicarent. Ib. Ep. 16. B., 8. — Accessit ad senatus consultum lex, quae lata est a. d. IV. Non. Iun., quae lex earum rerum, quas Caesar statuisset, decrevisset, egisset, consulibus cognitionem dedit. Ib. Ep. 16. C., 11. — Acta Caesaris non modo ii, quorum interest, sed etiam ii, qui illa non probant, otii causa confirmari volunt. Ibid. §. 12. — Caesar tyrannus, quem armis oppressa pertulit civitas paretque cum maxime mortuo. de Off. 2, 7, 23. — Post eius interitum omnes novarum perturbationum causae quaeri videbantur. de Fato 1, 2. — Caesar reprehensus a Q. Curione in libro, quem hic de illius rebus gestis scripsit. Brut. 60, 218. — Amplissimae laudes eius eloquentiae. Brut. 72, 251. — Locus ex eius libro primo de ratione Latine loquendi (s. de analogia) in quo Ciceronis eloquentiam praedicat. Ibid. §. 253. — Eius locutio emendata et Latina. Ibid. 74, 258. 75, 261. — Orationes eius; commentarii valde probandi; nudi enim sunt, recti et venusti, omni ornatu orationis tamquam veste detracto. Ibid. 75, 262. — Caesar omnibus *στάσεων* (statuum) generibus usus est nimis impudenter contra Catonem meum (in Anticatonibus duobus). Topic. 25, 94. — Caesar scripsit *optimus*, non *optumus* cett. Varro Fr. p. 343. Bip. — (Qui epistolas scribunt), solent etiam notas inter se secretiores pacisci, quod et Caesar et Augustus et Cicero fecerunt. Iulius Victor p. 266. — Fragmm. Epistolarum ad eum: Fragmm. p. 462. Fragmm. p. 466. — Caesari Hirrus sex milia murenarum mutua dedit. Varro RR. 3, 17, 2. — Varronis ad eum epistola. Varro Fr. p. 198. Bip. Varro Fragm. p. 249. Bip. — Sequuntur Excerpta ex Salustio, Caesaris et aliorum Commentariis. — Q. Catulus et C. Piso neque precibus neque gratia neque pretio Ciceronem impellere potuere, uti per Allobroges C. Caesar falso nominaretur. Nam uterque cum illo graves inimicitias exercebant. Res autem opportuna videbatur, quod is privatim egregia liberalitate, publice maxumis muneribus grandem pecuniam debebat. Sal. Catil. 49. — Nonnulli equites Romani, quo studium suum in rem publicam clarius esset, egredienti ex senatu Caesari gladio minitabantur. Ibid. — Eius oratio in senatu. Ib. 51. — Catonis de ea iudicium. Ib. 52. — Caesar et Cato inter se comparantur. Ib. 53. — C. Iulius Caesar a. u. c. 696. ab Urbe adversus Helvetios proficiscitur. Caesar Gall. 1, 7. — Bellum cum iis confectum. Ib. 29. — Bellum cum Ariovisto, rege Germanorum, gestum. Ib. 31. seqq. usque ad finem. — Coniuratio Belgarum et bellum. Ib. 2, 1. seqq. — Bellum Alpinorum. Ib. 3, 1—6. — Bellum Veneticum. Ib. 7—16. — Expeditio in Morinos et Menapios. 28. — Bellum Usipetum et Tenchtherorum. Lib. 4, 1—4. — A. u. c. 699. Bellum contra Germanos. Ib. 7—15. — Transitus Caesaris in Germaniam. Ib. 16. — Traiectus in Britanniam. Ib. 20. — Expeditio secunda in Britanniam a. u. c. 700. Lib. 5, 1—23. — Bellum Ambiorigis. Ib. 24. seqq. — Motus Trevirorum compressi. Ib. 55. — Motus in omni fere Gallia. Lib. 6, 1—8. — Expeditio in Suevos. 9—28. — Punit Ambiorigem et Eburones. 29—44. — Bellum Vercingetorigis. Lib. 7, 1. ss. — Avaricum Cap. 29—31. — Gergovia; Alesia. Capp. seqq. — Scriptor de bello Gallico libri octavi summas laudes tribuit Caesaris commentariis in Praefat. — Annus VIII. proconsulatus. Lib. 8, 1—48. — Annus IX. procos. Ib. 49—53. — Caesar in Italia magnifice exceptus. Ib. 51. — Legiones a Caesare per causam belli Parthici deductae, Pompeio traditae, proxima causa belli civilis. Ib. 54. 55. — Eius inimici L. Lentulus Crus et C. Marcellus coss. a. u. c. 705. Ibid. — A. u. c. 705. Caesar Ravennae responsa Pompeii et senatus exspectat. Caesar Civ. 1, 5. — Apud milites contionatur. Ib. 7. — Ariminum proficiscitur. — Pompeius ad eum mittit L. Caesarem. Ib. 8. — Per hunc et L. Roscium cum Pompeio

agit. Ib. 9. — Pompeii responsum superbum. Ib. 10. — Arimini subsistit. Ib. 11. — Auximum proficiscitur. Ib. 12. — Omnem agrum Picenum percurrit. Asculum proficiscitur. Ib. 15. — Corfinium, ubi erat L. Domitius Aënobarbus, contendit iuxtaque murum castra posuit. Ib. 16. — Domitium cum vivum in Caesaris potestatem tradidissent milites eius, eum ceterosque senatorii ordinis Pompeianos dimittit incolumes. Ibid. 20—23. — Brundisii Pompeium obsidet. Ib. 25. — Inde cum profugisset Pompeius, in Hispaniam proficisci constituit potius quam illum persequi. Ib. 29. 30. — Ad Urbem proficiscitur: eius oratio in senatu habita: „legatos ad Pompeium de compositione mitti oportere." Ib. 32. — Infectis iis, quae agere destinaverat, in ulteriorem Galliam pervenit. Ib. 33. — Cum Massiliensibus agit, ne initium inferendi belli ab iis oriatur. Ib. 35. — Sed cum Domitium urbi praefecissent, legiones tres Massiliam adducit. Ib. 36. — Navibus D. Brutum praeficit: C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliae relinquit. Ib. — Ad Ilerdam pervenit. Ib. 41. — Proelium cum Afranianis. Ib. 43. — Inopia commeatus. Ib. 52. — Ex angustiis sese expedit. Ib. 54. — Hispanorum multi Caesari se subiiciunt. Ib. 60. — Afranium et Petreium in summas angustias redactos milites dimittere cogit. Ib. 85. — M. Terentius Varro, Pompeii legatus, omni interclusus itinere legionem ei transdit et Cordubam ad eum venit. Ib. 2, 20. — Caesar Gades proficiscitur. Ib. 21. — Tarraconem pervenit. Ibid. — Inde Massiliam; ibi legem de dictatore latam seseque dictatorem dictum a M. Lepido praetore cognoscit. Ibid. — Massilienses ei sese dedunt. Caesar magis eos pro nomine et vetustate quam pro meritis in se civitatis conservat. Ad Urbem proficiscitur. Ib. 22. — Eo dictatore (a. u. c. 705.) habente comitia consules creantur Iulius Caesar et P. Servilius (Vatia Isauricus); is enim erat annus, quo per leges ei consulem fieri liceret. Caesar Civ. 3, 1. — Actionibus civilibus et feriis Latinis comitiisque omnibus perficiundis undecim dies tribuit dictaturaque se abdicat et ab Urbe proficiscitur Brundisiumque pervenit. Ib. 2. — Pridie Nonas Ian. (706.) naves solvit impositis legionibus septem. Postridie Palaeste milites exposuit. Ib. 6. — Nova mandata de compositione ad Pompeium mittit per L. Vibullium Rufum. Ib. 10. — Oricum recipit. Ib. 11. — Ibi colloquitur cum Scribonio Libone. Ib. 16. Eius postulata ad Pompeium per hunc missa. Ib. 17. — Se coniungit cum Antonio. Ib. 30. — Dyrrhachium pervenit ibique decernendi potestatem Pompeio facit. Ib. 41. — Circumvallare Pompeium instituit. Ib. 43. — Duo adversa eius proelia, in quibus desideravit milites DCCCCLX. Ibid. 71. — Hinc commutandam belli rationem existimavit. Eius contio ad milites, ne ea, quae accidissent, graviter ferrent. Ib. 73. — Dyrrhachio relicto per Epirum atque Acarnaniam iter facere coepit. Ib. 78. — Coniuncto exercitu cum Cn. Domitio Gomphos pervenit. Oppidum expugnat et ad diripiendum militibus concedit. Ibid. 80. — Metropolin venit; Metropolitae portas aperiunt. In Thessalia adventum exspectare Pompeii constituit. Ib. 81. — Movendis crebro castris commodiore re frumentaria utitur simulque insolitum ad laborem Pompeii exercitum quotidianis itineribus defatigat. Ib. 85. — Acies et Pompeii (XLVII. milia) et Caesaris (XXII. milia) in pugna Pharsalica. Sinistro cornu Antonium, dextro P. Sullam, media acie Cn. Domitium praeposuerat; ipse contra Pompeium constitit. Ib. 89. — Eius contio. Ibid. 90. — Pugna ipsa Pharsalica eiusque varii eventus. Ibid. 92—97. — Postero die plerique Pompeiani ei sese dedunt. Omnes conservavit. Larissam pervenit. Ib. 98. — In eo proelio non amplius ducentos milites desideravit; sed centuriones, fortes viros, circiter XXX. amisit. Ib. 99. — Omnibus rebus relictis persequendum sibi Pompeium existimavit. Ib. 102. — (Enarrat prodigia ad pugnam Pharsalicam pertinentia. Ib. 105.) — Paucos dies in Asia moratus Alexandriam pervenit. Ib. 106. — Multitudinis concitationes. Ibid. — Alexandriae ostendit sibi placere regem Ptolemaeum atque sororem eius Cleopatram exercitus, quos haberent, dimittere et de controversiis iure apud se potius quam inter se armis disceptare. Ibid. 3. 107. — Pothinus Achillan, Pompeii interfectorem, copiis regiis praeficit. Ib. 108. — Initia belli Alexandrini. Ib. 109 — 112. — Eius vicissitudines vide apud Scriptorem belli Ale-

xandrini. 1—31. — Cum perisset Ptolemaeus, Caesar Alexandriam introiit. Ib. 32. — Reges constituit minorem Ptolemaei Auletae filium et Cleopatram. Ib. 33. — In Syriam venit. Ib. 65. — Ordinat res Ciliciae et Cappadociae. Ib. 66. — Deiotaro supplici regium vestitum restituit. Ib. 68. — Pacis condiciones Pharnaci proposuit, quas hic cum callide elusisset, eum una pugna devicit. Ib. 70—74. — In Italiam celerius omnium opinione venit. Ib. 78. — A. d. XIV. Kal. Ian. a. u. c. 706. Lilybaeum pervenit. Bell. Afric. 1. — Navem conscendit a. d. VI. Kal. Ian. Ib. 2. — Exponit exercitum Hadrumeti. Ib. 3. — Inde pervenit ad Leptim. Ib. 7. — ad Ruspinam. Ib. 9. seqq. — Ibi confligit cum T. Labieno. Ib. 13—20. — Castra diligenter munit. Ib. 20. — Varia cum Scipione proelia. Ib. 40. seqq. — Tardior et considerantior erat factus in Africa et ex pristina bellandi consuetudine celeritateque excesserat. Ibid. 73. — Mense Aprili 707. devincit Scipionem Metellum et Iubam in proelio ad Thapsum. Ibid. 79. seqq. — L. Caesari, Q. Ligario, Catonis filio aliisque vitam concessit Uticamque venit. Ib. 89. — Eis, qui inter trecentos pecunias contulerant Varo et Scipioni, bis millies sestertium imposuit, ut per triennium sex pensionibus populo Romano solverent. Ibid. 90. — Zamae auctionem regiam facit. Crispum Salustium pro consule cum imperio relinquit: varias Africanis civitatibus multas imponit; Idibus Iuniis Uticae classem conscendit et post diem tertium Carales in Sardiniam pervenit. Ib. 97. 98. — Caesar dictator III. designatus in Hispaniam venit a. u. c. 709. Bell. Hispan. 2. — Bellum cum Cn. Pompeio filio gestum. Ib. seqq. — Proelio ad Mundam eum devicit. Ib. 26. seqq. — Corduba, ubi fuerat Sex. Pompeius, potitur. Ib. 34. — Cn. Pompeii caput ei allatum pridie Idus Apriles a. u. c. 709. Ib. 39.

C. Iulius Caesar Octavianus, ante adoptionem Octavius, postea Augustus. — Velim scire, quid adventus Octavii: num qui concursus ad eum, num quae *νεωτερισμοῦ* suspicio. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 5, 3. — De Octavio sus deque. Ib. Ep. 6, 1. — Octavius Neapolin venit XIIII. Kal. Eius *ῥοιζόθεμις* (controversia) cum Antonio. Ib. Ep. 10, 3. — Venit Octavius in proximam villam Philippi (vitrici) mihi totus deditus. Ib. Ep. 11, 2. — Nobiscum hic perhonorifice et peramice Octavius, quem quidem sui Caesarem salutabant, Philippus non: itaque ne nos quidem; quem nego posse esse bonum civem: ita multi circumstant, qui quidem nostris mortem minitantur. Quid censes, cum Romam puer venerit, ubi nostri liberatores tuto esse non possunt? Ibid. Ep. 12, 2. — Exspecto, si, ut putas, L. Antonius produxit Octavium, qualis contio fuerit. Ib. Ep. 20, 5. Ib. Ep. 21, 4. — De Octavii contione sentio quod tu: ludorumque eius apparatus et Matius ac Postumius mihi procuratores non placent. Ib. Lib. 15, 2, 3. — Octaviano, ut perspexi, satis ingenii; videbaturque erga nostros *ἥρωας* ita fore, ut nos vellemus, animatus. Sed quid aetati credendum sit, quid nomini, quid hereditati, quid *κατηχήσει*, magni consilii est. Vitricus quidem nihil censebat. Sed tamen alendus est et, ut nihil aliud, ab Antonio seiungendus. Ibid. Ep. 12, 2. — Octavianus magna molitur. Veteranos, quiqui Casilini et Calatiae sunt, perduxit ad suam sententiam cet. Plane hoc spectat, ut se duce bellum geratur cum Antonio. ad Att. Lib. 16, 8, 1. — Scripsit mihi, velle se rem agere per senatum et quidem consilio tuo. Non confido aetati. Centuriat Capuae, dinumerat. Ib. Ep. 9. — Ab Octaviano quotidie litterae, ut negotium susciperem, Capuam venirem, iterum rem publicam capesserem. Egit sane strenue et agit. Romam veniet cum manu magna: sed est plane puer. — Puero municipia mire favent. Ib. Ep. 11, 6. — Valde tibi assentior, si multum possit Octavianus, multo firmius acta tyranni comprobatum iri quam in Telluris atque id contra Brutum fore; sin autem vincitur, vides intolerabilem Antonium, ut quem velis nescias. — In isto iuvene, quamquam animi satis, auctoritatis parum est. Ib. Ep. 14, 1 et 2. — Attici de Octaviano iudicium: „quamquam in praesentia belle iste puer retundit Antonium, tamen exitum exspectare debemus." — At quae contio! Iurat: „ita sibi parentis honores consequi liceat:" et simul dextram intendit ad statuam. Nos eius voluntatem ante Idus. Decembr. perspiciemus in Casca nostro. Ib. Ep. 15, 3. — Cfr.

Plancum ad Fam. 10, 23, 6. Ibid. 24, 4 et 5. Ibid. §. 8. — Octavianus simpliciter dicitur Caesar. Ibid. 24, 4 et 5. Item §. 8. — Egregius puer Caesar cet. Ibid. 28, 3. Ibid. 30, 4. Ibid. 33, 3. Ibid. §. 4. — Laudatur rursus Lib. 11, 7, 2. Ibid. 8, 2. — Eius conatus. Laudes ei a Cicerone tributae a. u. c. 710.: „Magna spes est in eo. Nihil est, quod non existimetur laudis et gloriae causa facturus." Insidias struxisse Antonio putabatur. ad Fam. 12, 23, 2. — Antonium ructantem et nauseantem conieci in Caesaris Octaviani plagas. Puer enim egregius praesidium sibi primum et nobis, deinde summae rei publicae comparavit; qui nisi fuisset, Antonii reditus a Brundisio pestis patriae fuisset. ad Fam. 12, 25, 4. — „Neque Caesari imperari potest nec Caesar exercitui suo." (a. u. c. 711.) D. Brutus ad Fam. 11, 10, 4. — „Caesari non credebam prius, quam convenissem et collocutus essem." Idem. Ibid. 13, 1. — D. Brutus probabat Ciceronis sententias „de ornando adolescente." Ibid. 14, 1. Cfr. Ibid. §. 2. — „Labeo Segulius narrat mihi apud Caesarem se fuisse — ipsum Caesarem nihil sane de te (Cicerone) questum, nisi dictum quod diceret te dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, tollendum: se non esse commissurum, ut tolli possit." D. Brutus: Ibid. 20, 1. Cfr. Ibid. §. 4. et Ep. 21, 1. — „Ludos, quos Caesaris victoriae Caesar adolescens (optimae spei et dignissimus Caesare) fecit, curavi." C. Matius: ad Fam. 11, 28, 6. — A. u. c. 710. ante proelium Mutinense ad Forum Cornelium erat cum firmo exercitu. ad Fam. 12, 5, 2. — Cfr. ad Fam. 16, 24, 2. — C. Caesar adolescens, paene potius puer, incredibili ac divina quadam mente atque virtute tum, cum maxime furor arderet Antonii, - - - firmissimum exercitum ex invicto genere veteranorum militum comparavit patrimoniumque suum effudit (a. u. c. 710.) cet. Philipp. 3, 2, 3. seqq. — Ei ab Antonio obiiciebatur Aricina mater, Atia. Ibid. 6, 15. — O C. Caesar, (adolescentem appello) quam tu salutem rei publicae attulisti! quam improvisam, quam repentinam! Philipp. 3, 11, 27. — Amplissimae eius laudes. Philipp. 4, 1, 2. — C. Caesar deorum immortalium beneficio, divini animi, ingenii, consilii magnitudine, quamquam sua sponte eximiaque virtute, tamen approbatione auctoritatis meae, colonias patrias adiit: veteranos milites convocavit, paucis diebus exercitum fecit; incitatos latronis impetus retardavit. Philipp. 5, 8, 23. Ibid. 11, 28. — Decretum de eo honorificentissimum a Cicerone propositum. Ibid. 16, 42. — Praelatus Cn. Pompeio Magno. Ibid. — Philipp. 7, 3, 10. — Decreta nostra non exspectavit, praesertim cum illud esset aetatis: bellum contra Antonium sua sponte suscepit. Philipp. 8, 2, 5. — C. Caesari adolescentulo imperium extraordinarium mea sententia dedi. - - Imperium C. Caesari belli necessitas, fasces senatus dedit. Philipp. 11, 8, 20. — A. Hirtius, C. Caesar, deorum beneficio natus ad haec tempora, vincere expetunt pacisque dulcissimum et pulcherrimum nomen non pactione, sed victoria concupiverunt. Philipp. 12, 4, 9. — Caesaris incredibilis ac divina virtus latronis impetus crudeles ac furibundos retardavit. Philipp. 13, 9, 19. — Caesar pro praetore a. u. c. 711. Ibid. 18, 39. — Nulla specie paterni nominis nec pietate abductus unquam est. Ibid. 20, 46. — Profectus ad D. Brutum liberandum. Philipp. 14, 2, 4. — Tertium eius proelium apud Mutinam. Ibid. 3, 6. — Imperatorem appellandum censet. Ibid. 10, 28. — Castra multarum legionum paucis cohortibus tutatus est. Ibid. Cfr. ibid. 14, 37. — Fragm. Epistolarum ad eum. Fragmm. p. 462. — Caesaris pueri mirifica indoles virtutis. Utinam tam facile eum florentem et honoribus et gratia regere ac tenere possimus, quam facile adhuc tenuimus! Pseudocic. ad Brut. 1, 3. — Reliquias hostium Brutus persequitur et Caesar. Ibid. — Tum et facilitatem et providentiam laudabo tuam, cum exploratum habere coepero, Caesarem honoribus, quos acceperit, extraordinariis fore contentum. Pseudobrut. ad Cic. 1, 4. — Bellum ad Mutinam gerebatur, nihil ut in Caesare reprehenderetur, nonnulla in Hirtio. - - Caesarem meis consiliis adhuc gubernatum, praeclara ipsum indole admirabilique constantia, improbissimis litteris quidam fallacibusque interpretibus ac nuntiis impulerunt in spem certissimam consulatus. Pseudocic ad Brut. 1, 10. — Hic adolescens, per quem adhuc sumus, si verum fateri volumus, fluxit ex fonte consiliorum meorum. Ei ego decrevi imperium:

statuąm Philippus decrevit, celeritatem petitionis primo Servius, post maiorem etiam Servilius. Pseudocic. ad Brut. 1, 15. — Ut ovanti introire Caesari liceret, decrevi. Ibid. — Cfr. Ibid. 1, 16. — Pueri et cupiditas et licentia potius est irritata quam oppressa a Cicerone. Pseudobrut. ad Attic. 1, 17. — Patrem appellat Octavius Ciceronem. Ibid. — Omnes adhibeo machinas ad tenendum adolescentem, ne famam subeam temeritatis. Pseudocic. ad Brut. 1, 18. — Pseudocic. Ep. ad Octavium tota. — Octavianus in litteris scribendis notis utebatur. Iulius Victor p. 266.

(Iulius) Caesar nothus s. Caesario, Caesaris ex Cleopatra filius. — De regina velim atque etiam de Caesare illo. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 20, 2.

L. Iulius. Commendatur Q. Valerio Orcae (a. u. c. 698.) ad Fam. 13, 6, 2. Videtur publicanus esse societatis Africanae.

L. Iulius Caesar Strabo, Caii oratoris et poëtae tragici frater, aedilitate praeteritus consul est factus. pro Plancio 21, 51. — L. Iulius Caesar cos. a. u. c. 661. cum P. Rutilio Lupo. pro Fonteio 15, 33. — Consul refecit templum Iunonis Sospitae. de Divin. 1, 2, 4. — L. Iulius Caesar et P. Licinius Crassus censores a. u. c. 665. pro Archia 5, 11. — Eius mors. de Or. 3, 3, 10. — Occisus a Cinna. Tuscul. 5, 19, 55. Vide C. Iulius Caesar Strabo.

L. Iulius Caesar consul a. u. c. 690. Plebs senatus consulto (de numero sectatorum), quod est L. Caesare consule factum, restitit. pro Murena 34, 71. — L. Iulius Caesar consul a. u. c. 690. ad Att. 1, 1, 2. Ibid. 2, 1. — L. Iulio, C. Marcio coss. (a. u. c. 690.) senatus consulto collegia sublata sunt. Ascon. in Pison. p. 7. — L. Caesar de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Eius soror nupta P. Lentulo Surae. Schol. Gronov. ad Catil. p. 413. — L. Iulius Caesar, vir fortissimus et amantissimus rei publicae, sororis suae, feminae lectissimae virum (P. Lentulum Suram) praesentem et audientem vita privandum esse dixit, cum avum (M. Fulvium Flaccum) iussu consulis (L. Opimii) interfectum filiumque eius impuberem legatum a patre missum in carcere necatum esse dixit. in Catil. 4, 6, 13. — Avunculus tuus, Antoni, qua oratione, qua constantia sententiam dixit in sororis suae virum, vitricum tuum! Philipp. 2, 6, 14. — Fausti Sullae ad eum litterae. pro Sulla 19, 55. — L. Caesar accusaturus putatur M. Scaurum. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 8. — Legatus fuit C. Iulii Caesaris in Gallia a. u. c. 702. Caesar Gall. 7, 64. — L. Caesar, optimus et fortissimus civis, valetudine impediebatur, (quo minus post Caesaris interitum in senatum veniret). ad Fam. 12, 2, 3. — Ex consularibus unus L. Caesar firmus est et rectus. Ibid. 5, 2. — L. Caesar eximias laudes tribuit Dolabellae consuli a. u. c. 710. ad Fam. 9, 14, 3. ad Attic. 14, 17, 3. — Eum Neapoli graviter affectum vidi. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 17, 2. Lib. 15, 4, 5. — L. Caesar, praestantissimus senator. Eius sententia agrorum assignatio dissoluta est. (a. u. c. 711.) Philipp. 6, 5, 14. — L. Caesar avunculus M. Antonii; de hoc lenior eius sententia vicit in senatu a. u. c. 711., ut contentio cum M. Antonio suscepta tumultus, non bellum appellaretur. Philipp. 8, 1, 1. seqq. Ibid. 7, 22. — L. Caesar nominavit P. Servilium consularem, hominem privatum, qui proconsul Asiae vel Syriae et imperator contra P. Dolabellam (a. u. c. 711.) extra ordinem deligeretur, improbante Cicerone. Philipp. 11, 8, 19. — L. Caesar, fortis quidem ille et constans senator, avunculus tamen Antonii. Philipp. 12, 7, 18.

L. Iulius Caesar, praecedentis filius. L. Caesarem vidi Minturnis a. d. VIII. Kal. Febr. (705.) cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed scopas solutas. ad Att. 7, 13. b., 6. — L. Caesar mandata a Caesare detulit ad Pompeium a. d. VIII. Kal. Ib. Ep. 14, 1. Ib. Ep. 16, 2. — L. Iulius Caesar, adolescens, cuius pater Caesaris erat legatus, a Pompeio allegatus ad Caesarem a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 8. — Sub P. Attio Varo militat in Africa. Ib. 2, 23. — L. Iulius Caesar a. u. c. 707. pro quaestore Catoni fuit. Ei paullo ante mortem Cato liberos suos commendat. Post Catonis mortem Uticenses cohortatur, ut portae aperirentur. Ei Caesar facile et pro sua natura et pro instituto vitam concessit. Bell. Afric. 88. 89. — L. Caesar L. F. interfectus a Caesare. (a, u. c. 708.)

ad Fam. 9, 7, 1. — Rem ita narrant scriptores: Dio Cass. 43, 11. Ἀφράνιον μὲν καὶ Φαῦστον ἀκρίτους ὁ Καῖσαρ ὡς καὶ αἰχμαλώτους ἀπέσφαξε· τὸν δὲ δὴ Καίσαρα τὸν Λούκιον καίπερ ἐν γένει οἱ ὄντα καὶ ἐθελούσιον ἱκετεύσαντα, ὅμως ἐπειδὴ διαπαντὸς αὐτῷ προσεπεπολεμήκει, τὸ μὲν πρῶτον ἀποδικῆσαι ἐκέλευσεν, ὥστε ἐν δίκῃ τινὶ κατεψηφίσθαι αὐτοῦ δόξαι· ἔπειτα δὲ ὀκνήσας αὐτὸν τῇ ἑαυτοῦ φωνῇ θανατῶσαι, τότε μὲν ἀνεβάλετο, ὕστερον δὲ καὶ κρύφα ἀπέκτεινε. Suet. Caesar 75.: Nec ulli perisse nisi in proelio reperientur, exceptis dumtaxat Afranio et Fausto et L. Caesare iuvene; ac ne hos quidem voluntate ipsius interemptos putant, quorum tamen et priores post impetratam veniam rebellaverant et Caesar libertis servisque eius ferro et igni crudelem in modum enectis bestias quoque ad munus populi comparatas contrucidaverat.

Sex. Iulius Sex. F. Sex. N. Caesar (praetor urbanus), quod cum herede mandati ageretur, iudicium non reddidit. Her. 2, 13, 19. — Praetor fuit a. u. c. 631. Pro domo 53, 136.

Sex. Iulius C. F. Sex. N. Caesar, consul cum L. Marcio Philippo a. u. c. 663. Cornel. I. Fragmm. 11. p. 449. v. L. Marcius. — Utrumque confundit Ern. in Indice. Sed qui praetor fuit a. u. c. 631., non demum a. u. c. 663. consul fieri poterat.

Sex. (Iulius) Caesar, flamen Quirinalis (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Idem videtur cum Sex. Iulio Caesare, Caesariano, quem C. Caesar ad M. Terentium Varronem Pompeii legatum misit. (a. u. c. 705.) Caesar Civ. 2, 20. — Sex. Caesar, amicus et necessarius C. Iulii Caesaris. Eum Syriae praefecit a. u. c. 706. Bell. Alex. 66.

Iulius Firmicus. Eius mathematica. Boëth. de diis p. 395.

Iulius Hyginus „in libro priore de viris claris." Ascon. in Pison. p. 13.

L. Iulius Iulus, decemvir ex primo collegio (a. u. c. 303.) teste Livio 3, 33., ex secundo (a. u. c. 304.), teste Cicerone de Rep. 2, 36, 61. — Eximia eius laus est, qui hominem nobilem, L. Sextium, cuius in cubiculo effossum esse se praesente mortuum diceret, cum ipse potestatem summam haberet, quod decemvirûm sine provocatione esset, vades tamen poposcit. Ibid. — C. Iulius Iulus cos. tertium et P. Papirius coss. a. u. c. 324. Ex eo, quod L. Papirius, P. Pinarius censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant, levis aestimatio pecudum in multa lege C. Iulii, P. Papirii consulum constituta est. de Rep. 2, 35, 60.

Iulius Proculus v. Proculus.

Iunia gens patricia, ex qua L. Iunius Brutus; plebeia, ex qua reliqui Bruti. Vide Iunius Brutus.

Iunia anus funere elata (ex familia M. Bruti, „accusatoris.") de Or. 2, 55, 225.

Iunia, uxor C. Marcelli auguris, mater C. Marcelli consulis a. u. c. 704. ad Fam. 15, 8.

Iunia, M. Bruti soror, M. Lepidi uxor. ad Att. 14, 8, 1.

Iunianum iudicium. Eius invidia. pro Cluentio 1, 1. — In causa veneficii Cluentiani, cui quaestioni C. Iunius iudex quaestionis praefuit (a. u. c. 680. pro Cluentio 29, 79.), M. Caesonius, cum iudex in Iuniano consilio fuisset, turpissimum illud facinus non solum graviter tulit, sed etiam in medium protulit. Verr. Act. 1, 10, 29. — Vide C. Iunius.

Iunius a *Iunone*, non a *iunioribus*, indice Varrone. Varro Fr. p. 371. Bip.

Iunius, familiaris Avianii statuarii. ad Fam. 7, 23, 3.

Iunius, Ciceronis creditor. ad Att. 12, 14, 2.

C. Iunius, quaesitor in causa Scamandri, ex lege illa Cornelia, quae tum erat, quaesivit ab reo, clam an palam de se sententiam ferri vellet. pro Cluentio 20, 55. — Iudex quaestionis in Oppianici causa, Verre praetore. Ibid. 27, 74. — Homo aedilicius, iam praetor opinionibus hominum constitutus, non disceptatione dicendi, sed clamore de foro atque adeo de civitate sublatus. Ibid. 29, 79. Ibid. 33, 84. — Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 141. — C. Iunius invidia conflagravit. Verr. Accusat. 1, 61, 157. Vide Iunianum Iudicium.

C. Iunius filius. pro Cluentio 49, 137.

L. Iunius pater T. Iunii. Brut. 48, 180.

M. Iunius, Q. Publicius, praetores, apud quos Cicero defendit D. Matri-

nium. pro Cluentio 45, 126. — M. Iunium praetorem memorat etiam Plin. H. N. 35, 10.

M. Iunius ante Ciceronem P. Quintii causam aliquoties apud C. Aquilium egerat (a. u. c. 673.), homo et in aliis causis exercitatus. pro Quint. 1, 3. — Passeratius de Iunio Gracchano interpretatur nescio qua ratione inductus. Temporis quidem rationi non repugnat. Ern.

M. Iunius, Publii frater. (a. u. c. 680.) Verr. Accusat. 1, 51, 135. — Incertum est, utrum hi tres fuerint, an duo, an unus idemque.

P. Iunius aedem Castoris habuit tuendam (id est, redemerat) de L. Sulla, Q. Metello consulibus (a. u. c. 674.) Verr. Accusat. 1, 50, 130 et 132. — Praenomen *P.* omnes libri prae se ferunt. Sed tamen Dukerus ad Liv. 34, 1. dubitat, an sit potius *D.*, quod *P.* praenomen alienum videatur a gente Iunia. Ern.

Q. Iunius, senator, iudex in Verris causa reiectus a Cicerone. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 1, 7, 18.

Q. Iunius ex Hispania quidam. Caesar Gall. 5, 27.

T. Iunius L. F. tribunicius, quo accusante P. Sestius, praetor designatus (a. u. c. 654.) (pater fortasse P. Sestii a Cicerone defensi) damnatus est ambitus. Eius laudes. Brut. 48, 180. („P. Sestium illum a. u. c. 654. accusatum esse nec Pighio [a. 653.] neque Wetzelio credimus." Ellendt.)

(Iunii) Bruti. Est quasi deorum immortalium beneficio et munere datum rei publicae Brutorum genus et nomen ad libertatem populi Romani vel constituendam vel recuperandam. Philipp. 4, 3, 7. — Brutos ego impellerem ad interficiendum Caesarem, quorum uterque L. Bruti imaginem quotidie, alter (Marcus) etiam Ahalae? Philipp. 2, 11, 26. (*Σερβιλία ἡ μήτηρ ἀνέφερε τὸ γένος εἰς Ἄλαν Σερβίλιον.* Plut. Brut. 1.)

L. Iunius Brutus. Eius laudes. Brut. 14, 53. — Regem superbum non tulit. Philipp. 3, 4, 9. — Princeps huius maxime conservandi generis et nominis. Ibid. §. 11. — L. Iunius Brutus populi Romani dux et auctor ad libertatem. de Finn. 2, 20, 66. — L. Iunius Brutus depulit a civibus suis iniustum illud durae servitutis iugum cet. de Rep. 2, 25, 46. — Regum exactio mente, non lingua perfecta L. Bruti. de Or. 1, 9, 37. — L. Iunius Brutus hunc populum dominatu regio liberavit. de Or. 2, 55, 225. — Civitatem dominatu regio liberavit. pro Plancio 25, 60. — Et ipse dominatu regio rem publicam liberavit et ad similem virtutem et simile factum stirpem iam prope in quingentesimum annum propagavit. Philipp. 1, 6, 13. — Praeclarus auctor nobilitatis M. Bruti. Tuscul. 4, 1, 2. — Hoc dicitur tantum ex opinione volgari, quae tum erat, cui favens Brutis eorumque gloriae non refragatur. Nam ipse Brutus inde ducere originem videri volebat; unde eius imaginem in atrio habebat. Atticus etiam stemma Brutorum fecerat, in quo a L. Bruto paternum, ab Ahala maternum genus duxerat. Cfr. Wesseling. Obss. 2, 16. Sed Brutos illos, qui deinceps commemorabuntur, plebeios fuisse nec a Iunia illa gente patricia originem duxisse docet accurate P. Manutius ad Ep. 1. ad Brutum. Et Plutarchus in Bruto init. iam tum negatam esse illam a L. Bruto, regum expulsore, originem ab his, qui eis ob Caesaris caedem infesti essent. Quid? si a Bruto orti sunt eo, qui apud Dionysium Halic. memoratur, ubi de secessione in Montem sacrum agitur; qui fuit plebeius, Lib. 6. c. 72. p. 396.; qui et ipse L. Iunius dictus est primum ipso sibi hoc nomen Bruti arrogante tamquam alteri libertatis assertori, quod ei deinde mansit. Ern. Plutarchi in Brut. 1. verba haec sunt: *τὸ τοῦ Βρούτου πατρῷον γένος οἱ διὰ τὸν Καίσαρος φόνον ἔχθραν τινὰ καὶ δυσμένειαν ἀποδεικνύμενοι πρὸς Βροῦτον οὔ φασιν εἰς τὸν ἐκβαλόντα Ταρκυνίους ἀνήκειν· οὐδὲν γὰρ ἐκείνῳ λειφθῆναι γένος ἀνελόντι τοὺς υἱούς, ἀλλὰ δημότην τοῦτον οἰκονόμου υἱὸν ὄντα Βρούτου ἄρτι καὶ πρώην εἰς ἄρχοντα προελθεῖν. Ποσειδώνιος δ' ὁ φιλόσοφος τοὺς μὲν ἐνηλίκους φησὶν ἀπολέσθαι τοῦ Βρούτου παῖδας, ὡς ἱστόρηται, τρίτον δὲ λειφθῆναι νήπιον, ἀφ' οὗ τὸ γένος ὡρμῆσθαι, καὶ τῶν γε καθ' αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας γεγονότων ἐπιφανῶν ἀναφέρειν ἐνίους πρὸς τὸν ἀνδριάντα τοῦ Βρούτου τὴν ὁμοιότητα τῆς ἰδέας.* — „Quam Plutarchus malevolis dumtaxat tribuit sententiam, tamen vera esse videtur recteque Dionysius Halic. 5, 18. (cfr. Dio Cass. 45, 12.) eam defendisse; quia per ducentos

annos post L. Iunii mortem nemo ex hac patricia gente consul fuerit. Contra plebeios fuisse Brutos alios et tribuni plebis et postea consules patriciorum collegae ostendunt. Quin ipsum M. Bruti patrem tribunum pl. fuisse vix dubium est. Contra Cicero et Atticus cum Brutorum stemmata a tyrannorum expulsore ad Caesaris interfectorem deducerent (Cic. Brut. 14. Tusc. 4, 1. Philipp. 1, 6. 2, 11. 10, 6. ad Att. 13, 40. Corn. Nep. Att. 18.), amico quam veritati plus tribuisse videntur, idemque de Posidonio iudicandum, illorum familiari, cuius etiam de tertio L. Bruti filio pariter atque de similitudine imaginis illius relata paucis, opinor, fidem facient. Quibus si liceret ridiculum caput addere, haberes Persium apud Horat. Serm. 1, 7. Cfr. etiam Plutarchi Coriol. 7. Eckhel D. N. V. 6. p. 20." Voegelinus ad Plut. l. l. — Cum Collatino collegae imperium abrogabat - - id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. de Off. 3, 10, 40. — L. Iunius Brutus in liberanda patria est interfectus. Cato 20, 74. — Arcens eum reditu tyrannum, quem ipse expulerat, in proelio concidit. Tuscul. 1, 37, 89 — De L. Bruto fortasse dubitarim, an propter infinitum odium tyranni effrenatius in Aruntem invaserit. Video enim utrumque cominus ictu cecidisse contrario. Tuscul. 4, 22, 50. — (Her. 4, 53, 66. Parad. 1, 2, 12.) — Ubi φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenone, Ahalam et Brutum? ad Att. 13, 40, 1. — Brutus, fabula praetextata Accii. pro Sestio 58, 123. ad Att. 16, 5. 1. de Div. 1, 22, 44. Varro LL. 5, 14. p. 85. Schol. Bob. pro Sestio p. 306.

D. Iunius M. F. Brutus Gallaecus (al. Callaicus), consul cum P. Scipione Nasica Serapione a. u. c. 616. Brut. 22, 85. — Hi consules in vincula coniecti a C. Curiatio trib. pl. de Legg. 3, 9, 20. — In Hispania ulteriore feliciter pugnat et de Gallaecis triumphat. pro Balbo 17, 40. — Eius mater Clodia. ad Att. 12, 22, 2. — Augur fuit. Lael. 2, 7. — D. Brutus, summus ille vir et imperator Accii, amicissimi sui, carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. pro Archia 11, 27. — Hic Brutus Gallaecus fuit cognomento ob res in Hispania non minus strenue quam feliciter gestas. Eius etiam nomini dicatus Accii poëtae tragici exstat liber, cuius plurimos versus, quos Saturnios appellaverunt, vestibulo templi Martis superscripsit Brutus. Schol. Bob. pro Archia p. 359. — Duas res videtur confundere Scholiasta: L. Accii fabulam praetextatam (L. Iunium) *Brutum*, eum, qui reges expulit, in qua fortasse amicum D. Brutum vaticinio aliquo significarat poëta, cum inscriptione ab Accio in D. Bruti gratiam versibus Saturniis composita vestibuloque templi Martis insculpta. — D. Iunius Brutus, M. F., ut ex familiari eius L. Accio sum audire solitus, et dicere non inculte solebat et erat cum litteris Latinis, tum etiam Graecis, ut temporibus illis, eruditus. Brut. 28, 107. — Apud Velleium 2, 5. in unico Codice habet *Auli* praenomen. Correxit iam Aldus nepos. Cfr. Sigonium ad a. u. c. 615. (616.)

D. Iunius Brutus, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — D. Iunius Brutus, is, qui consul cum Mamerco Aemilio Lepido Liviano fuit a. u. c. 677., homo et Graecis doctus litteris et Latinis. Brut. 47, 175. — Eius ut satisdatoris, praedia subierant periculum in causa pupilli Iunii, C. Verre praetore urbano a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 55, 144. Ibid. 57, 150. — De Legg. 2, 21, 54. — Tangitur in Lepidi cos. oratione contra Sullam. Sal. Hist. 1, 15. — Controversia est inter VV. DD., utrum locus Salustii Catil. 40.: „P. Umbrenus legatos Allobrogum in domum D. Bruti perducit, quod foro propinqua erat, neque aliena consili propter Semproniam; nam tum Brutus (Semproniae maritus) ab Roma aberat:" — referendus sit ad hunc D. Brutum cos. a. u. c. 677., an ad D. Brutum Albinum, Caesaris interfectorem. Propter temporum autem rationes illud utique probabilius videtur, cum sciamus a. u. c. 704. saltem Paullam Valeriam desponsam esse D. Bruto Albino (cfr. Caelium ad Fam. 8. 8, 7, 2.), neque credibile sit hunc, quem Caesar Bell. Gall. 3, 11. a. u. c. 698. adolescentem vocat, iam a. u. c. 691. in matrimonio habuisse Semproniam. D. autem Brutus, cos. a. u. c. 677., a. 691. fortasse dumtaxat LVII. annos natus erat.

D. Iunius Brutus Albinus. Vide in D. Iunius Brutus cos. a. 677. — Eum adolescentem classi praeficit Caesar. (a. u. c. 698.) Caesar Gall. 3, 11. — D. Iunius Brutus a Caesare praefectus navibus, quibus Massiliam oppugnare statuerat a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 36. — Proelium navale cum Massiliensibus committit. Ibid. 57. — Proelium navale ab eo cum L. Nasidio et Massiliensibus commissum. Lib. 2, 5. — Eius uxor Paulla Valeria. Caelius ad Fam. 8, 7, 2. — Mihi totum Antonii consilium ad bellum spectare videtur: si quidem D. Bruto provincia eripitur a. u. c. 710. ad Att. 15, 4, 1. — L. Antonius in D. Brutum ire parat. Ib. Ep. 5, 3. Ib. Ep. 10. — C. Cassius et M. Brutus multo sermone querebantur amissas occasiones Decimumque graviter accusabant. Ib. Ep. 11, 2. — D. Brutus summus et singularis vir; in eius provinciam Antonius cum exercitu impetum facere conatur. Philipp. 3, 1, 1. — D. Bruti edictum, quo pollicebatur se provinciam Galliam retenturum in senatus populique Romani potestatem. — O civem natum rei publicae, memorem sui nominis imitatoremque maiorum! Philipp. 3, 4, 8. Cfr. Ibid. 15, 37. — Bruto scio nec consilium nec animum defuturum. Plancus ad Fam. 10, 15, 4. Ibid. 18, 2 et 4. — Interdum vocatur simpliciter *L. Planci collega.* ad Fam. 10, 22, 1. Cfr. Ibid. 24, 4. — Planci et Bruti concordia. Ibid. 26, 1. — Praeclarus D. Brutus. Ibid. 28, 3. — Brutum cohortes XVII. et duas non frequentes tironum legiones, quas conscripserat Antonius, habere audio. Pollio ad Fam. 10, 33, 5. — Eius Epistolae: ad Brutum et Cassium: (a. u. c. 710.) ad Fam. 11, 1. — Ad Ciceronem: Ibid. Epp. 4. 9. 10. 11. 13. 13. a. 19. 20. 23, 26. — Post colloquium cum Hirtio habitum de pessima Antonii mente cedendum sibi ex Italia, migrandum Rhodum aut aliquo terrarum arbitratur. ad Fam. 11, 1, 3. — Eius consilia bellica. Ibid. 9, 1. — Omnis spes in M. Bruto, C. Cassio et D. Bruto. Ibid. 12, 1, 1. — Totius belli discrimen in D. Bruto positum videbatur. Ibid. 5, 2. — Mutinae vix iam se sustinebat. Ibid. 6, 2. Ibid. 8. 1. — Eius laudes amplissimae. Philipp. 4, 3, 7. — D. Brutus, civis non sibi, sed nobis et rei publicae natus, oppugnatus ab Antonio. Philipp. 5, 9, 24. Ibid. 13, 36. Philipp. 6, 3, 6. — Etsi est Brutorum commune factum et laudis societas aequa, Decimo tamen iratiores erant ii, qui id factum dolebant, quo minus ab eo rem illam dicebant fieri debuisse. Philipp. 10, 7, 15. — D. Brutus, pignus libertatis Romanae. Philipp. 12, 9, 22. — D. Brutus et Mutina obsidione liberati. (a. u. c. 711.) Plancus ad Fam. 10, 11, 2. — D. Brutus obsidione Mutinensi liberatus a Pansa, Hirtio, Caesare Octaviano. Philipp. 14, 2, 4. — Eius eruptio e Mutina. Pseudocic. ad Brut. 1, 2. (quo loco falsarius errore se ipse prodidit.) — Reliquias hostium persequitur. Ibid. Ep. 3. — Erat victrix res publica, caesis Antonii copiis, ipso expulso a Bruto. Pseudocic. ad Brut. 1, 10. — Brutum praeclare cum Planco coniunctum habemus. Ibid. Ep. 14. — D. Bruto liberato, cum laetissimus ille civitati dies illuxisset idemque casu Bruti natalis esset, decrevi, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur. Pseudocic. ad Brut. 1, 15.

M. Iunius Brutus: iuri civili studuit. Brut. 47, 175. — M. Brutus, optimus vir et iuris peritissimus, pater M. Bruti accusatoris. Brut. 34, 130. — Tres libros de iure civili reliquit. pro Cluentio 51, 141. — Eius de iure civili libelli tres dumtaxat. De Or. 2, 55, 223. — Septem libros de iure civili huic M. Bruto ICto tributos fuisse perspicitur ex Digest. 1, 2, 59., sed tres tantum a Scaevola veros Bruti iudicatos bis indicat Cicero. — In eius libris nominatim fere refertur, quid alicui de iure viro aut mulieri responderit. de Or. 2, 33, 142. — Negat partum ancillae in fructu habendum esse. de Finn. 1, 4, 12. ad Fam. 7, 22.

M. Iunius Brutus, illius filius, qui iuris civilis in primis peritus fuit, (probri causa) accusator nominatus est. de Off. 2, 14, 50. — Contra eum L. Crassus dixit, Cn. Plancum defendens. de Or. 2, 54, 220. Ib. C. 55, 222. — M. Brutus, homo in dicendo vehemens et callidus; quomodo in Cn. Planci causa elusus sit a L. Crasso: pro Cluentio 51, 140. — M. Brutus M. F. magnum dedecus Brutorum, qui cum tanto nomine esset, - - accusationem factitaverit, ut Athe-

nis Lycurgus. Is magistratus non petivit, sed fuit accusator vehemens et molestus cet. Brut. 34, 130. — M. Aemilium Scaurum scimus accusatum a M. Bruto. Exstant orationes, ex quibus intelligi potest multa in illum ipsum Scaurum esse dicta: falso; quis negat? verum tamen ab inimico dicta et obiecta. pro Fonteio 13, 28. — Hunc quidam patrem *τυραννοκτόνου* faciunt. Male. Non ita de eo ad filium scripsisset in Bruto 34. Ern.

M. Iunius Brutus, M. Bruti, Caesaris interfectoris, pater: iuris et publici et privati sane peritus, non tamen orator proprie dicendus. Brut. 62, 222. — Tribunus plebi fuit L. Cornelio Scipione, C. Iunio Norbano coss. a. u. c. 671. pro Quint. 20, 65. — M. Brutum et P. Rullum solos nos adhuc vidimus, qui hanc rem publicam Capuam totam transferre vellent. de lege agraria 2, 33, 89. — Neque te, P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia a simili furore deterrent. Nam et ipse qui deduxit et qui magistratum Capuae ceperunt, et qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum poenas pertulerunt. Ibid. 34, 92. — M. Bruti sceleris vestigia. Ibid. 36, 98. — Caesarem loqui quidam *αὐθεντικῶς* narrabat: Cn. Carbonis, M. Bruti se poenas persequi omniumque eorum, in quos Sulla crudelis Cn. Pompeio socio fuisset. ad Att. 9, 14, 2. — Hotomano et Manutio hic videtur esse M. Bruti, qui Caesarem interfecit, pater, a Cn. Pompeio bello Sullano (?) necatus. Plutarchus quoque in Bruto (c. 4. *ὁ γὰρ πατὴρ αὐτοῦ διὰ τον Πομπήϊον ἐτεθνήκει πρότερον.*) dicit M. Bruti *τυραννοκτόνου* patrem fuisse hunc a Pompeio occisum. — Agr. 2, 33. (v. supra:) trib. pl., qui coloniam Capuam deducere voluit. Alium M. Brutum, ad quem hoc referam, non reperio. Ceterum consentit cum eo, quod Cicero dicit, mirari se, cur Rullus eius Bruti exitum non perhorrescat. Idem mecum sentire postea vidi Mazochium de Amphitheatro Camp. p. 9. (sive in Poleni Thesaur. Suppl. 5. p. 517.), qui in primis de hoc Bruto videndus. Sed quod eum negat tribunum pl. fuisse, quod Turnebus ad l. c. sine auctore dixerat, quia non probabile sit Brutos, qui genus suum a L. Bruto patricio duci vellent, tribunos pl. fieri voluisse, quo eam rem refutassent ipsi, id nihil est, ut patet e loco Ciceronis pro Quintio. Ern. — Nihil obstat, quo minus in Orat. de lege agr. l. I. tam aspere loqui potuerit de *τυραννοκτόνου* patre; etenim hic M. Brutus postea intimus Ciceronis amicus tum adolescens erat XXII. annorum et Ciceroni XXI. annis natu maiori vix iam notus; praesertim cum familiaritas inter Ciceronem et Brutum nata esse videatur demum post a. u. c. 700. Cfr. ad Fam. 15, 14, 6. — Loci praecipui de hoc M. Iunio Bruto sunt Appian. B. C. 1, 60. Scilicet a. u. c. 666. fuit inter illos undecim viros, qui una cum C. Mario fugam ceperunt. Diod. Sic. Ed. Dindorf. Vol. 4. p. 160. *ἡ σύγκλητος ἐξέπεμψεν Ἰούνιον, ὃν Πομπήϊος τρεψάμενος ἐνίκησε.* — De eo a Cn. Pompeio interfecto Livii Epitome Lib. 90.: M. Brutus, qui Cisalpinam Galliam obtinebat, a Cn. Pompeio occisus est. (a. u. c. 677.) Valer. Max. 6, 2, 8. Appian. B. C. 2, 111., in primis Plutarch. in Pompeio 16., quem sic in compendium redegit Zonaras Ed. Wolfii. T. 2. p. 120.: — *Λέπιδος μέν τοι σπουδῇ Πομπηΐου ὑπατείας τυχὼν εἰς τὴν Σύλλα δύναμιν ἐκείνου τελευτήσαντος ἑαυτὸν εἰσεποίει καὶ εὐθὺς ἔνοπλος ἦν τὰ τῶν στασεων ὑπολείμματα ἀνακινῶν. καὶ ὁ Πομπήϊος ἡγεμὼν στρατεύματος ἀπεδείχθη κατὰ Λεπίδου ἤδη πολλὰ τῆς Ἰταλίας κεκινηκότος καὶ τὴν ἐντὸς Ἄλπεων Γαλατίαν διὰ Βρούτου κατέχοντος. Τῶν μεν οὖν ἄλλων ῥαδίως ἐκράτησεν ὁ Πομπήϊος, ἀντικαθήμενος δὲ τῷ Βρούτῳ ἐχρόνισεν. εἶτα ἑαυτὸν ὁ Βροῦτος αὐτῷ ἐνεχείρισεν ἢ μεταβαλλόμενος ἢ προδοθείς· καὶ ὁ μὲν ἀνῃρέθη, οὗπερ υἱὸς ἦν ὁ τὸν Καίσαρα ὕστερον διαχειρισάμενος Βροῦτος.* — Orosius 5, 22.: Brutus in Cisalpinam Galliam fugiens persequente Pompeio, apud Regium interfectus est. — Diversus ab hoc est M. Brutus (sic etiam codex Bern. al. *L. Brutus.*), cuius voluntaria mors narratur in Epit. Livianae L. 89.

M. Iunius Brutus *τυραννοκτόνος*, fuit M. Bruti et Serviliae filius. Natus est a. u. c. 669. (Vide Voegelinum ad Plutarchi Brut. C. 1. et 52.) Primum uxorem duxit Claudiam, App. Claudii Pulchri filiam, (ad Fam. 3, 4, 2. Ibid. 10, 2. ad Att. 5, 17, 6.)

deinde ea dimissa a. u. c. 709. Porciam, Catonis Uticensis filiam. (ad Att. 13, 9, 2. Ib. Ep. 10, 3.) — Eius vitricus erat D. Iunius Silanus cos. a. u. c. 692. Brut. 68, 240. — Ex adoptione avunculi Q. Servilii Caepionis aliquoties, praesertim in formulis, dicitur Q. Caepio Brutus. Sic ad Fam. 7, 21. ad Attic. 2, 24, 2., Philipp. 10, 11, 24. — Contra vocatur M. Caepio apud Ascon. in Milon. p. 36. — Eius studia et laudes oratoriae. Brut. 97, 331. — Audiverat Pammenem rhetorem, Aristum Academicum. Ibid. §. 332. — Excellens omni genere laudis, sic philosophiam Latinis litteris persequitur, nihil ut iisdem de rebus Graecia desideret; Aristum Athenis audivit aliquamdiu. Acad. 1, 3, 12. — Aristum et Antiochum audivit. Tuscul. 5, 8, 21. — Est is quoque Antiochius, (ut Varro.) ad Att. 13, 25, 3. — M. Brutus ex vetere Academia philosophorum sectam secutus. Brut. 31, 120. — Ser. Sulpicium audivit Sami. Brut. 42, 156. — Optime tenebat Demosthenis sententias. Orat. 39, 136. — M. Brutus lucrativae semper operae ad scribendum aut legendum aut dicendum aliquid rapiebat. Fragmm. p. 577. — Eius sedulitas. Varro LL. 5, 1. p. 16. — Collega fuit Q. Caecilii Metelli Pii Scipionis in pontificatu. Brut. 58, 212. — M. Brutus (s. Q. Caepio Brutus) a. u. c. 695. coniurationis in Pompeium insimulatus a Vettio indice. ad Att. 2, 24, 2. — Deinde ab eodem indice, in Rostra producto, eximitur. Ibid. — Ego tui Bruti rem sic ago, ut suam ipse non ageret. ad Att. 5, 18, 4. — Brutum abiectum quantum potui excitavi, quem non minus amo, quam tu, paene dixi, quam te. ad Att. 5, 20, 6. — Eius familiaris M. Scaptius. Ib. Ep. 21, 10. — De Bruto aliquatenus queritur. Ib. Lib. 6, 1, 3. — Salaminiorum Cypriorum civitas in eius fide locata. Ibid. §. 5. Ib. Ep. 2, 7. seqq. Ep. 3, 5. — Nullas unquam ad me litteras misit Brutus, in quibus non inesset arrogans, ἀκοινώνητον aliquid. Ib. Ep. 3, 7. — Pertinent haec omnia ad annos 703 et 704., quo tempore eius rem pecuniariam Cicero pro consule Ciliciae curabat adversus debitorem Ariobarzanem, Cappadociae regem, nec magno opere eius cupiditatem pecuniae et iniqua postulata de Salaminiis in Cypro insula, qui item ei debebant, probabat; cuius generis conquestiones reperies maxime in Epp. ad Att. 6, 1. — M. Brutus princeps iam pridem iuventutis, celeriter, ut spero, civitatis (a. u. c. 704.) ad Fam. 3, 11, 3. — Accessit mihi post tuum discessum (C. Cassi: a. u. c. 704.) familiaritas cum Bruto tuo maxima. Itaque in vestro ingenio et industria mihi plurimum et suavitatis et dignitatis constitutum puto. ad Fam. 15, 14, 6. — Brutus amicus est; in causa (Pompeiana) versatur acriter. (a. u. c. 706.) ad Att. 11, 4, 2. — M. Brutus loquens inducitur in Bruto 3, 10. — Post pugnam Pharsalicam ad Ciceronem epistolam misit ex Asia, qua Attico visus est et monere eum et consolari amicissime. Ibid. §. 11. — De eo Caesar solitus erat dicere: Magni refert, hic quid velit, sed quidquid volt, valde volt: idque se animadvertisse, cum pro Deiotaro Nicaeae diceret. (a. u. c. 707.) ad Att. 14, 1, 2. — De Bruto nostro, perodiosum: sed ita vita fert. Mulieres autem vix satis humane, quae inimico animo ferant, cum utraque officio pareat. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 22, 4. — (Scilicet contentiones ortae erant inter Porciam, novam coniugem Bruti, eiusque matrem Serviliam, quod socrus Porciae amorem mariti, nurus Serviliae amorem Bruto invideret.) — M. Brutum Galliae Cisalpinae praefecit Caesar post suam victoriam. ad Fam. 6, 6, 10. — In Galliam provinciam profecturus erat a. u. c. 709. ad Att. 12, 27, 3. — Galliam praeclare administravit. Orat. 10, 34. Plutarch. Brut. 6. — Nec ego Brutum vito nec tamen ab eo levationem ullam exspecto. Ib. Ep. 29, 1. — Ad Brutum si quid scribes, obiurgato eum, quod in Cumano esse noluerit propter eam causam, quam tibi dixit. Cogitanti enim mihi nihil tam videtur potuisse facere rustice. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 36, 2. Ib. Ep. 37, 1. — Bruti litterae scriptae et prudenter et amice (de Tulliae morte) multas mihi tamen lacrimas attulerant. Ib. Lib. 12, 13, 1. — Cicero epistolam, qua his litteris respondit, Attici iudicio submittit. ad Att. 12, 18, 2. — Quod epistolam meam ad Brutum poscis, non habeo eius exemplum, sed tamen salvum est, et ait Tiro te habere oportere, et, ut recordor, una cum illius obiurgatoria

tibi meam quoque, quam ad eum rescripseram, misi. ad Att. 13, 6, 3. (Obiurgarat scil. Ciceronem de nimio propter Tulliae mortem luctu.) — Eius reditus e provincia exspectatur. Ib. Ep. 16, 2. — Bruto iter instat et subitum et longum. (Scil. obviam ituro Caesari ex Hispania redeunti.) Ib. 23, 1. — Exspectatur a Cicerone in Tusculano. ad Att. 13, 4, 2. — Eo venit. Ib. Ep. 7, 2. — Brutus per litteras purgat Caesarem de morte Marcelli. Ib. Ep. 10, 3. — Bruti nostri quotidianis assiduisque laudibus, quas ab eo de nobis haberi permulti mihi renuntiaverunt, commotus Q. Cicero filius ad me scripsit. Ibid. Ep. 38, 1. — Bruti monitum de Ciceronis lapsu memoriae in oratione Ligariana. Ibid. Ep. 44, 2. — Ego Romam pridie Idus. Ita volui Bruto scribere; sed quoniam tu te legisse scribis, fui fortasse ἀσαφέστερος — me ex tuis litteris intellexisse nolle eum me quasi prosequendi sui causa Romam nunc venire. ad Att. 13, 25, 2. — De Bruto, quod scribis, feci, ut ei liberum esset, quod ad me attineret. Scripsi enim ad eum, Idibus eius opera mihi nihil opus esse. ad Att. 13, 33, 5. Ibid. Ep. 35, 3. — Caesare interfecto (a. u. c. 710.) statim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim exclamavit atque ei recuperatam libertatem est gratulatus. Philipp. 2, 12, 28. ad Att. 14, 1, 2. — Matius inimicissimus otii, id est, Bruti. Ib. Ep. 2, 3. — Matius suspectus Bruto. Ibid. Ep. 5, 1. — Post Caesaris caedem in Lanuvinum abiit. ad Att. 14, 7, 1. — Ei probatur M. Antonii factum, cum sustulisset Pseudomarium. Ibid. Ep. 8, 1. — In portum (mortis) mallem equidem pervehi florente Bruto nostro constitutaque re publica. ad Att. 14, 19, 1. — Quod errare me putas, qui rem publicam putem pendere e Bruto, sic se res habet: aut nulla erit aut ab isto istisve servabitur. ad Att. 14. Ep. 20, 3. — Nemo unquam neque poëta neque orator fuit, qui quemquam meliorem quam se arbitraretur. Hoc etiam malis contingit. Quid tu Bruto putas et ingenioso et erudito? De quo etiam experti sumus nuper in edicto. Scripseram rogatu tuo. Meum mihi placebat, illi suum. Quin etiam, cum ipsius precibus paene adductus scripsissem ad eum de optimo genere dicendi, non modo mihi, sed etiam tibi scripsit sibi illud, quod mihi placeret, non probari. Ibid. — Epicuri mentionem facis et audes dicere μὴ πολιτεύεσθαι. Non te Bruti nostri volticulus ab ista oratione deterret? Ib. §. 5. — Brutus noster misit ad me orationem suam habitam in contione Capitolina; petivitque a me, ut eam, nec ambitiose, corrigerem ante, quam ederet. Est autem oratio scripta elegantissime sententiis: verbis, ut nihil possit ultra. Ego tamen, si illam causam habuissem, scripsissem ardentius. Ὑπόθεσις vides quae sit et persona dicentis. Itaque eam corrigere non potui. Quo enim in genere Brutus noster esse volt et quod iudicium habet de optimo genere dicendi, id ita consecutus est in ea oratione, ut elegantius esse nihil possit. Sed ego totus alius tum. Ibid. Lib. 15. 1. B., 12. Cfr. ib. Ep. 3, 2. Ep. 4, 3. — Parum intelligo, quid me velis scribere quasi a Bruto habita oratione, cum ille ediderit. Qui tandem convenit? cet. ad Att. 15, 3, 2. — De oratione Bruti prorsus contendis, cum iterum tam multis verbis agis. Egone ut eam causam, quam is scribit? Ego scribam non rogatus ab eo? Nulla παρεγχείρησις fieri potest contumeliosior. ad Att. 15, 4, 3. — Brutus et Cassius consilium meum magno opere exquirunt. ad Att. 15, 5, 1. — A Balbo mihi redditae litterae fore Nonis senatum, ut Brutus in Asia, Cassius in Sicilia frumentum emendum et ad urbem mittendum curarent. O rem miseram! primum ullam ab istis, dein, si aliquam, hanc locatariam provinciam! Atque haud scio an melius sit quam ad Eurotam sedere: (id est otiosum ac desidem in villa remanere, ut faciebat Brutus.) Sed haec casus gubernabit. Ait autem eodem tempore decretum iri, ut et iis et reliquis praetoriis provinciae decernantur. Hoc certe melius quam illa Persice porticus (qua se delectabat in villa Brutus.) ad Att. 15, 9, 1. — Frumentum imponere! quae est alia Dionis legatio? — Matris (Serviliae) consilio cum utatur vel etiam precibus, quid me interponam? ad Att. 15, 10. — Eius colloquium cum Servilia, Tertulla, Porcia, Cassio, Favonio, Cicerone. Ib. Ep. 11, 1. — Noster καὶ μάλα σεμνὸς in Asiam, posteaquam mihi assensus est tuto se Romae esse

non posse (ludos enim absens facere malebat) statim autem se iturum, simul ac ludorum apparatum iis, qui curaturi essent, tradidisset. Navigia colligebat: erat animus in cursu. Ib. Ep. 12, 1. — Ludorum Bruti curam, etiam administrationem suspicor ex magna parte ad te pertinere. Ib. Ep. 18, 2. — Postquam tecum Lanuvii vidi nostros tantum spei habere ad vivendum, quantum accepissent ab Antonio, desperavi. Ib. Ep. 20, 2 et 3. — Ad Brutum Q. Cicero filius ait se profugere velle. ad Att. 15, 21, 1. — Bruti ad te epistolam misi. Dii boni! quanta ἀμηχανία! Ib. Ep. 29, 1. — Itane? Nonis Iuliis? Dii hercule istis! Quidquamne turpius quam Bruto Iuliis? Ib. Lib. 16, 1, 1. — Delectari mihi Tereo videbatur et habere maiorem Accio quam Antonio gratiam. Ib. Ep. 2, 3. — Quam ille doluit de Iuliis! Mirifice est conturbatus. Itaque sese scripturum aiebat, ut venationem eam, quae postridie ludos Apollinares futura est, pro scriberent III. Id. Quint. Ib. Ep. 4, 1. — Illud est mihi submolestum, quod parum Brutus properare videtur. Primum confectorum ludorum nuntios exspectat; deinde tarde est navigaturus, consistens in locis pluribus. Ib. Ep. 4, 4. Ib. Ep. 5, 1. — Brutus probat Q. Ciceronem filium. Ib. Ep. 5, 2. — Eo multum utebatur Cn. Lucceius. Ib. §. 3. — Bruto cum saepe iniecissem de ὁμοπλοίᾳ non perinde atque ego putaram, arripere visus est. Existimabam eum μετεωρότερον esse: et hercule erat, et maxime de ludis. Ibid. ead. §. — Bruti et Cassii edictum. Ib. Ep. 7, 1 et 6. — Eius colloquium cum Cicerone. Ibid. §. 5. — Bruti et Cassii edictum (a. u. c. 700.) plenum aequitatis. Philipp. 1, 3, 8. — Veliam devectus Brutum vidi; quanto meo dolore, non dico. Turpe mihi ipsi videbatur in eam urbem me audere reverti, ex qua Brutus cederet, et ibi velle tuto esse, ubi ille non posset. Ille maximi ac pulcherrimi facti sui conscientia, nihil de suo casu, multa de vestro, patres conscripti, querebatur. Ibid. 4, 9. — „Nostri τυραννοκτόνοι longe gentium absunt." (a. u. c. 710.) ad Fam. 12, 22, 2. — M. Brutus, cum praetor urbis esset a. u. c. 710., urbe caruit, ius non dixit, cum omne ius rei publicae recuperavisset; cumque concursu quotidiano bonorum omnium, qui admirabilis ad eum fieri solebat, praesidioque Italiae cunctae saeptus posset esse, absens iudicio bonorum defensus esse maluit quam praesens manu; qui ne Apollinares quidem ludos pro sua populique Romani dignitate apparatos praesens fecit, ne quam viam patefaceret sceleratissimorum hominum audaciae. Philipp. 10, 3, 7. — (Per totum locum Brutum defendit adversus Q. Fufium Calenum.) — C. Antonii sceleri restitit. Ibid. 4, 9. — M. Bruti et Cassii, praetorum, ad M. Antonium Cos. a. u. c. 710. Epistolae duae. ad Fam. 11, 2 et 3. Cfr. Ibid. 14, 2. Ibid. 25, 2. Ibid. Ep. 26, Ibid. 12, 1, 1. — Insignes eius laudes. ad Fam. 12, 4, 2. Ep. 5, 1. Ibid. 8, 1. Ibid. 10, 4. — Semper amavi M. Brutum propter eius summum ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam. Tamen Idib. Martiis (a. u. c. 710.) tantum accessit ad amorem, ut mirarer locum fuisse augendi in eo, quod mihi iampridem cumulatum etiam videbatur. ad Fam. 9, 14, 5. — M. Brutus post Caesaris interfectionem M. Antonio referente legibus est solutus, si ab Urbe plus quam decem dies abfuisset. Ludi Apollinares incredibili M. Bruti honore celebrati; provinciae Bruto et Cassio datae; quaestores additi; legatorum numerus auctus. Philipp. 2, 13, 31. — Brutus noster, singularis vir, si in senatum non est Kal. Iuniis (a. u. c. 710.) venturus, quid facturus sit in foro, nescio. Ego de Graecia quotidie magis et magis cogito. Nec enim Bruto meo exilium, ut scribit ipse, meditanti video, quid prodesse possim. ad Att. 14, 18, 4. — Eius, proconsulis, res gestae in Achaia et Macedonia magnifice laudantur. Philipp. 11, 11, 26. — Brutus et Cassius multis iam in rebus ipse sibi senatus fuit. Ibid. §. 27. — Memoratur item ad Fam. 3, 7, 1. Fragmm. p. 463. cet. — Maxima cautio in iis examinandis adhiberi debet, quae traduntur in Epp. mutuis Pseudobruti et Pseudociceronis, cum complura aut incerta sint aut conficta a falsario, anteriore tamen, ut videtur, Plutarcho certe. Cfr. Voegelinum ad Plut. Brut. 22. p. 46. — [Brutus Apolloniae habebat quinque legiones, optimum equitatum, maxima auxilia. Pseudocic. ad Brut. 1, 2. — Consi-

deres, Brute, ne tua liberalitas dissolutior videatur. Pseudocicero ad Brut. 1, 3. — C. Antonio, quem me occidere res non coëgit, neque crudeliter quidquam eripui neque dissolute quidquam remisi, habuique in mea potestate, quoad bellum fuit. Pseudobrut. ad Cic. 1, 4. — Decrevi, ut tu, Brute, si arbitrarere utile eque re publica esse, persequerere bello Dolabellam; si minus id commodo rei publicae facere posses sive non existimares e re publica esse, ut in iisdem locis exercitum contineres. Pseudocic. ad Brut. 1, 5. — L. Bibulum in petitione consulatus commendat Ciceroni Pseudobrut. 1, 7. — Item C. Nasennium. Ib. Ep. 8. — In te, Brute, non solum exercitus tui, sed omnium civium ac paene gentium coniecti oculi sunt. Pseudocic. ad Brut. 1, 9. — Incitasti tu me, Brute, Veliae. Quamquam enim dolebam in eam me urbem ire, quam tu fugeres, - - perrexi tamen Romamque perveni nulloque praesidio quatefeci Antonium. Pseudocic. ad Brut. 1, 10. — Veterem Antistium commendat Ciceroni Pseudobrut. 1, 11. — Ad gloriam et dignitatem tuam vehementer pertinet te in Italiam venire quamprimum. Pseudocic. ad Brut. 1, 12. — Sororis suae liberos, Lepidi filios, Ciceronis misericordiae commendat Pseudobrut. 1, 13. — Omni studio a te, mi Brute, contendo, ut Ciceronem meum ne dimittas tecumque deducas. Pseudocic. 1, 14. — Messalam Corvinum Bruto commendat Pseudocic. 1, 15. — Octavianum Bruto dilaudat. Ibid. — Respondet Pseudobrutus: „Ego, medius fidius, non existimo tam omnes deos aversos esse a salute populi Romani, ut Octavius orandus sit pro salute cuiusquam civis, non dicam pro liberatoribus orbis terrarum." Lib. 1, 16. — Ad Atticum scribens permulta in Cicerone reprehendit Pseudobrutus Lib. 1, 17. — Denuo, ut quam primum in Italiam veniat, Brutum cohortatur. Pseudocic. Lib. 1, 18. — Te video delectari Philippicis nostris. Pseudocic. 2, 4. — Nescio animi, an ingenii maior in his libellis locus contineatur. Iam concedo, ut vel Philippici vocentur, quod tu quadam epistola iocans scripsisti. Pseudobrut. 2, 5. — Recenti illo tempore tu omnia ad pacem, quae oratione confici non poterat; ego omnia ad libertatem, quae sine pace nulla est: pacem ipsam bello atque armis effici posse arbitrabar. - - Exercitum, copias, legiones idoneas per te brevi tempore comparasti. Pseudocic. 2, 7.] — Illam περὶ τελῶν σύνταξιν sane mihi probatam Bruto, ut tibi placuit, despondimus: idque tu eum non nolle significasti. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 12, 3. — Ei inscripti sunt libri de Finibus bonorum et malorum. de Finn. 1, 1, 1. — Ei inscripti sunt libri de natura deorum. de Nat. D. 1, 1, 1. — Ei inscribuntur Tusculanae disputationes. Tuscul. 1, 1, 1. — Ei inscribit Oratorem Cicero. Orat. 1, 1. — Eius maximae laudes. Ibid. 10, 33. — Epistolae ad eum missae: ad Fam. 13. Ep. 10. — Ep. 14. commendatitiae omnes. — Fragmm. Epistolarum ad eum. Fr. p. 465. — De Bruti scriptis haec notanda: — Mihi, Brute, in te intuenti crebro in mentem venit vereri, ecquodnam curriculum aliquando sit habitura tua et natura admirabilis et exquisita doctrina et singularis industria. Cum enim in maximis causis versatus esses et cum tibi aetas nostra iam cederet fascesque summitteret, subito in civitate cum alia ceciderunt, tum etiam ea ipsa, de qua disputare ordimur, eloquentia obmutuit. Brut. 6, 22. — Memorantur 1) Bruti Oratio pro Deiotaro rege a. u. c. 707. habita; 2) Oratio in contione Capitolina habita; 3) Oratio pro Appio Claudio Pulchro, socero suo. (Hortensius una tecum socerum tuum defendit Appium. Brut. 94, 324.) 4) Laudatio Appii Claudii. Diomed. p. 364. P. 5) Declamatio pro Milone. Quintil. 3, 6, 93. 10, 1, 23., ad quam refertur hic locus Asconii: — Quibusdam placuit ita defendi crimen oblatum Miloni, interfici Clodium pro re publica fuisse, quam formam M. Brutus secutus est in ea oratione, quam pro Milone composuit et edidit quasi egisset. Ascon. in Mil. p. 42. Schol. Bob. p. 276. — Ex eius libro de Virtute servavit nonnulla Seneca Consol. ad Helviam c. 9. — M. Brutus in eo libro, quem περὶ καθήκοντος inscripsit, dat multa praecepta et parentibus et liberis et fratribus. Seneca Ep. 95. — In scriptis ad philosophiam pertinentibus „egregius multoque quam in orationibus praestantior Brutus suffecit ponderi rerum; scias eum sentire, quae dicit." Quintil. 10,

1, 123. — Brutum philosophiae suae relinquamus. Nam in orationibus minorem esse fama sua etiam admiratores eius fatentur nec fere quisquam aut Caesaris pro Decio Samnite aut Bruti pro Deiotaro rege ceterosque eiusdem lentitudinis ac teporis libros legit, nisi qui et carmina eorundem miratur. Tacitus Dial. de oratt. 21. — De Bibulo, Empylo, P. Volumnio, Messala Corvino, praecipuis rerum a Bruto gestarum scriptoribus, cfr. Heeren de fontibus vitt. Plut. Gottingae 1820. p. 172. seqq.

M. Iunius (Gracchanus). Faciendum tibi (Tullio, inquit Atticus,) ut magistratibus lege constitutis de potestate, tum de iure disputes. *M.* Faciam breviter, si consequi potuero: nam pluribus verbis scripsit ad patrem tuum M. Iunius sodalis perite meo quidem iudicio et diligenter. At de iure naturae cogitare per nos atque dicere debemus, de iure populi Romani, quae relicta sunt et tradita. de Legg. 3, 20, 47. — (Vv. *de iure naturae* addita vox mihi suspecta est, ut totus ab hoc quidem verbo locus. Ern. Tu confer Moserum ad l. l.) – Viri docti consentiunt, quantum sciam, indicari Iunium, qui ob summam cum C. Graccho familiaritatem Gracchanus dictus sit, cuius apud Plinium 33, 2. mentio. Vide Ind. Auctt. Harduini. Sed huius librum de Potestatibus memorat Ulpianus L. 1. de Offic. quaest. Commentarii, quos Turnebus respici putabat, ad quos provocat Varro de L. Lat. p. 50. Ed. Steph. aliique, historici fuere neque huc pertinent. Quod autem *sodalis* dicitur, Turnebus interpretatur ita, ut sit patris Attici *sodalis*, aut ut a Gracchana amicitia absolute *sodalis* dicatur; illam autem huic explicationi praefert. Si nomen appellativum est, (ut est: Or.), non dubito, quin sit de amicitia cum Attici patre capiendum. Sic pro Mur. 27. Servius Sulpicius sodalis filii scil. Murenae. Nisi quis forte dignitatis nomen putare velit a collegio aliquo, cuius *sodalis* fuerit, tamquam Epulonum. Ern. — Cfr. Io. Laur. Lydum de Magg. Rom. Prooem. p. 2. *ὅτι δὲ καὶ Γραχχιανος τις πάλαι περὶ τούτων ἔγραψεν, ἴσμεν τους νομογράφους ἀναφέροντας κ. τ. λ.* — Krause Historr. Rom. p. 221. male ei *Caii* praenomen tribuit. Ex eius Commentariis praeter Varronem locos nobis servarunt Censorinus de die nat. c. 20. et Macrobius Saturn. 1, 13. extr. De Plinii loco 33, 2. cfr. Meyerum Oratt. Rom. Fragmm. p. 115. — M. Iunius in Commentariis. Varro LL. 6, 9. p. 274. — Iunius Gracchanus. Varro LL. 6, 4. p. 213. — Iunius Luceres a Lucumone dictos putat. Varro LL. 5, 9. p. 61. — Iunius Suburam scribit ab eo, quod fuerit sub antiqua urbe. Varro LL. 5, 8. p. 53. — Iunius quid tradiderit de porta Saturnia? Varro LL. 5, 7. p. 48.

C. Iunius Norbanus, accusatus a P. Sulpicio Rufo a. u. c. 660.; defensus a M. Antonio, cuius quaestor fuerat. de Or. 2, 21, 89. Ib. Cap. 25, 107. — Homo seditiosus furiosusque. Ib. Cap. 28, 124. Ib. Cap. 47, 197. — C. Norbanus, seditiosus et inutilis civis, a P. Sulpicio Rufo (a. u. c. 660.) in iudicium vocatus. de Off. 2, 14, 49. — Quaestio: minueritne maiestatem Norbanus? — Non minuit maiestatem, quod egit de Caepione turbulentius. Partitt. 30, 104 et 105. — A. u. c. 659. C. Norbanus Q. Servilium Caepionem, quod eius culpa populi Romani exercitus a Cimbris deletus esset simulque auri Tolosani crimine apud populum reum fecit. Senatus, cui Caepio lege a. u. c. 648. lata iudicia restituere tentaverat, summis viribus, ut eum servaret, contendit; intercesserunt L. Cotta, T. Didius tribuni pl. collegae; sed orta seditione hi tribuni Rostris pulsi, optimates lapidibus foro remoti, M. Aemilius Scaurus, princeps senatus, volneratus est; ita rogatione per vim perlata Caepio, quem L. Crassus consul frustra defenderat, Smyrnam in exsilium cessit. Norbanus deinde ob seditiosum tribunatum lege Appuleia maiestatis accusatus est a Sulpicio adolescente, sed accusatoris eloquentiam et Scauri testis auctoritatem Antonii oratio vicit. Cfr. Valer. Max. 8, 5, 2. Henrichsen. — Norbanus hic consul factus est cum L. Cornelio Scipione Asiatico a. u. c. 671. pro Quint. 6, 24., in quo magistratu apud Canusium a Sulla victus Capuam confugit. Vellei. Pat. 2, 25.

C. Iunius Norbanus. Cum bello sociorum tota Italia arderet, homo non acerrimus nec fortissimus, C. Norbanus (praetor Siciliae circa a. u. c. 663. 664.) in summo otio fuit; perfacile

enim sese Sicilia iam tuebatur, ut ne quod ex ipsa bellum posset exsistere. Verr. Accus. 5, 4, 8. Ibid. 3, 49, 117.

L. Iunius Paciaecus, Caesarianus, homo non parum sciens. Bell. Hispan. 3.

M. Iunius Pennus consul cum Q. Aelio Paeto a. u. c. 587. Brut. 28, 109.

M. Iunius Pennus facile agitavit in tribunatu C. Gracchum, paullum aetate antecedens. Fuit enim M. Lepido et L. Oreste coss. (a. u. c. 628.) quaestor Gracchus, tribunus Pennus, illius M. filius, qui cum Q. Aelio cos. fuit; sed is omnia summa sperans, aedilicius est mortuus. Brut. 28, 109. — Male, qui peregrinos urbibus uti prohibent eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper. de Off. 3, 11, 47. (ubi Beierus e coni. substituit: *ut Fannius*, cos. a. u. c. 632.)

Iunius Pisciculus. Vide Thespiades.

L. Iunius Pullus, eiusque collega, P. Claudius Pulcher (coss. a. u. c. 505. bello Punico primo) classes maximas perdiderunt, cum vitio navigassent. de Divin. 1, 16, 29. Ibid. 2, 8, 20. et 33, 71. — Pullus bello Punico primo tempestate classem amisit, cum auspiciis non paruisset. Postea necem sibi ipse conscivit. de Nat. D. 2, 3, 7.

(Iunius) Silanus et Carbo coss. legem tulerunt, ut omnes, qui essent ex foederatis populis civitatem Romanam consequerentur, si modo illo tempore, quo lex lata esset, domicilium in Italia haberent et intra diem sexagesimum professi apud praetorem fuissent. Schol. Bob. pro Archia p. 353. — Errorem hunc Scholiastae Bobiensis, qui etiam viros doctos nonnullos decepit, satis superque refutavi in Excursu ad Archianam in Cic. Oratt. selectis XV. Turici, Schulthess, 1836. p. 459. seqq. Scilicet M. Plautio Silvano trib. pl. a. u. c. 665. librarii iam antiquitus in Archianae 4, 7. substituerant Silanum, qui nunquam vixit. Hic autem error propagatus est a Scholiasta.

D. Iunius Silanus (circa a. 589.) adoptat T. Manlii Torquati filium et pecuniarum captarum convictum in conspectum venire vetat. de Finn. 1, 7, 24.

D. Iunius Silanus. Eius aedilitas magnificentissima. (circa a. u. c. 684.) de Off. 2, 16, 57. — Silanus, inops ab amicis et existimatione in prima petitione consulatus a. u. c. 689. ad Att. 1, 1, 2. — D. Silanus de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 7. — Censuit Catilinarios morte esse multandos. in Catil. 4. 4, 7. — D. Iunius Silanus, consul cum Murena a. u. c. 692., Bruti vitricus, studii ille quidem habebat non multum, sed acuminis et orationis satis. Brut. 68, 240. — D. Iunius Silanus primus sententiam rogatus, quod eo tempore consul designatus erat, de Catilinariis supplicium sumendum decreverat: postea permotus oratione C. Caesaris pedibus in sententiam Ti. Neronis iturum se dixerat, quod de ea re praesidiis additis referendum censuerat. Sal. Catil. 50. — Virum fortem et strenuum nominat Caesar. Ibid. 51. — D. Silanus consul cupidior provinciae. in Pison. 24, 56. — Cfr. pro Murena 38, 81.

M. Iunius Silanus et eius collega Q. Caecilius Metellus Numidicus (coss. a. u. c. 645.) dicebant de re publica, quod esset illis viris et consulari dignitati satis. Brut. 35, 135. — Memoratur etiam in Cornel. 1. Fragm. 11. p. 449. — Nuper Cn. Domitium scimus M. Silano diem dixisse propter unius hominis, Aegritomari, paterni amici atque hospitis, iniurias. Divinat. 20, 67.; quo loco Codd. noti mendose *D. Silano*. — Verr. Accusat. 2, 47, 118. — Sal. Iug. 43. — M. Iunius Silanus male rem adversus Cimbros gessit. Ascon. in Cornel. p. 68. — M. Iunius Silanus quinquennio ante (a. 645.) consul fuerat quam Domitius tribunus pl. atque ipse quoque adversus Cimbros rem male gesserat; quam ob causam Domitius eum apud populum accusabat. Criminabatur eum cum Cimbris iniussu populi (*rem*) gessisse idque principium fuisse calamitatum, quas eo bello populus accepisset: ac de eo tabellam quoque edidit. Sed plenissime Silanus absolutus est: nam duae solae tribus eum, Sergia et Quirina, damnaverunt. Ascon. in Cornel. p. 80. Cfr. Pighii Annales 3. p. 152.

M. Iunius Silanus, Caesaris legatus. Caesar Gall. 6, 1. — Silanus praeerat cohorti praetoriae in exercitu M. Antonii a. u. c. 711., in proelio Mutinensi. ad Fam. 10, 30, 1. — „Silanus et Culleo ab Antonio discesserunt Nos etsi graviter ab iis laesi eramus, quod

contra nostram voluntatem ad Autonium ierant, tamen nostrae humanitatis et necessitudinis causa eorum salutis rationem habuimus." Lepidus ad Fam. 10, 34, 2. — *Ὁ Λέπιδος οὐδὲν σαφὲς Μάρκῳ Σιλανῷ τῷ στρατιάρχῳ ἐνετείλατο· ἐκεῖνος δὲ ἀκριβῶς ποῦ τὴν γνώμην αὐτοῦ εἰδὼς πρὸς τὸν Ἀντώνιον αὐτοκέλευστος ἀφίκετο.* Dio Cass. 46, 39. — *Ἀμέλει τόν τε Σιλανὸν ὁ Λέπιδος ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντωνίου συμμαχίᾳ διεμέμψατο καὶ αὐτῷ ἐκείνῳ ἐλθόντι οὐκ εὐθὺς ἐς λόγους ἀφίκετο, ἀλλὰ καὶ τῇ γερουσίᾳ προσκατηγορῶν αὐτοῦ ἐπέστειλεν.* Ibid. 51.

Iuno. Aër Iunonis nomine consecratur. — Eam a iuvando credo nominatam. de Nat. D. 2, 26, 66. — Iuno a iuvando dicta, et Regina, quod huius omnia terrestria. Varro LL. 5, 10. p. 73. — Iuno in insula Samo adolevit ibique Iovi nupsit. Varro Fr. p. 363. Bip. — Primum connubium poëtae fabulose dixerunt sororis et coniugis, quod videlicet unius generis numero coëunte copuletur, et Iunonem vocant, uni scilicet Iovi accessione alterius inhaerentem. Eulogius p. 402. — Iuno Volcani tertii mater. de Nat. D. 3, 22, 55. — Iunonis, Minervae et Veneris certamen pro malo aureo adipiscendo. Varro Fr. p. 361. Bip. — Iunoni Kalendae tributae. Varro Fr. p. 371. Bip. — Iunonis fanum antiquum Melitae. Verr. Accusat. 4, 46, 103. — Iuno Caprotina. Varro LL. 6, 3. p. 200. — Iuno Covella. Varro LL. 6, 4. p. 209. — Iuno Lacinia, ad promontorium Lacinium culta. de Div. 1, 24, 48. Livius 24, 3. — Eius templum apud Crotoniatas. de Inv. 2, 1, 1. — Lucina eadem quae Luna. Ut apud Graecos Dianam eamque Luciferam, sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo invocant. de Nat. D. 2, 27, 68. — Iuno Lucina unde dicta? Varro LL. 5, 10. p. 74. — Iunonis Lucinae lucus prope Exquilias. Varro LL. 5, 8. p. 54. — Eius aedes. Ibid. p. 57. — Iuno Moneta: unde ita appellata? de Divin. 1, 45, 101. Ibid. 2, 32, 69. — Iunonis Reginae sanctissima et antiquissima fana Melitae et Sami. Verr. Accusat. 5, 72, 184. — Iuno Regina. pro Scauro 2, 47. — Illa vero (a Verre facta) expugnatio fani antiquissimi et nobilissimi Iunonis Samiae, quam luctuosa Samiis fuit? Verr. Accusat. 1, 19, 50. Cfr. Strab. 14, 1, 14. — Iunoni Samiae Atheniensis Clisthenes, cum rebus timeret suis, filiarum dotes credidit. de Legg. 2, 16, 41. — Date etiam Lanuvio (Murenae patriae:) — nolite a sacris patriis Iunonis Sospitae, cui omnes consules facere necesse est, domesticum et suum consulem potissimum avellere. pro Murena 41, 90. — Iunoni Sospitae Marsico bello templum est a senatu restitutum. de Divin. 1, 44, 99. — Iunonis Sospitae templum de senatus consulto refecit (a. u. c. 664.) L. Iulius Caesar cons. de Divin. 1, 2, 4. — Iuno Sospita cum pelle caprina, cum hasta, cum scutulo, cum calceolis repandis. At non est talis Argiva nec Romana Iuno. Ergo alia species Iunonis Argivis, alia Lanuvinis. de Nat. D. 1, 29, 82. — Cfr. Inscriptt. mearum Latin. N. 1308. et nummum gentis Prociliae apud Ursinum, Morellium et Eckhelium D. N. Vol. 5. p. 289., qui plane consentit cum descriptione Ciceroniana. — Milo factus est dictator Lanuvii, ut sacrificium faceret Iunoni Sospitae et flaminem crearet. Schol. Gronov. ad Milon. p. 443. — Constitutis duabus aris Iano Curiatio et Iunoni Sororiae superque eas iniecto tigillo Horatius (sororicida) sub iugum traductus est. Schol. Bob. pro Milone p. 277.

Iuppiter, id est, iuvans pater. de Nat. D. 2, 25, 64. — Iuppiter a iuvando; Ennii versus de Iove. Varro LL. 5, 10. p. 70. — Ioves tres numerant ii, qui *θεόλογοι* nominantur: ex quibus primum et secundum natos in Arcadia, alterum patre Aethere, ex quo etiam Proserpinam natam ferunt et Liberum, alterum patre Caelo, qui genuisse Minervam dicitur, quam principem et inventricem belli ferunt, tertium Cretensem Saturni filium, cuius in illa insula sepulchrum ostenditur. de Nat. D. 3, 21, 53. — Iuppiter et Iuno ex Saturno et Ope geniti. Tim. Cap. 11. p. 508. — Iovis sepulchrum in monte Ida. Varro Fr. p. 255. Bip. — Ioves sive Iuppiteres tercenti. Varro Fragmm. p. 317. Bip. — Ex Iove antiquissimo et Proserpina nati Dioscuri primi tres s. Anaces. de Nat. D. 3, 21, 53. — Iuppiter et Proserpina parentes Dionysi primi. de Nat. D. 3, 23, 58. — Iuppiter primus pater Solis primi. de Nat. D. 3, 21, 54. — Hercules antiquissimus Iove natus, sed item antiquissimo; nam Ioves quoque plures in

priscis Graecorum litteris invenimus cet. de Nat. D. 3, 16, 42. — E Iove altero et Neda natae Musae primae quattuor. de Nat. D. 3, 21, 54. — Iuppiter et Diona parentes Veneris tertiae. de Nat. D. 3, 23, 59. — Iuppiter et Luna parentes Dionysi quarti. de Nat. D. 3, 23, 58. — Iuppiter tertius et Maia, parentes Mercurii tertii. de Nat. D. 3, 22, 56. — Iovis tertii et Latonae filius Apollo tertius; filia Diana secunda. de Nat. D. 3, 23, 57 et 58. — Tertius Volcanus ex tertio Iove et Iunone. de Nat. D. 3, 22, 55. — E Iove tertio et Leda nati secundi duo Dioscuri, Castor et Pollux. de Nat. D. 3, 21, 53. — E Iove tertio et Mnemosyne procreatae Musae secundae novem. de Nat. D. 3, 21, 54. — Vetus haec opinio Graeciam opplevit exsectum Caelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Iove. de Nat. D. 2, 24, 63. — Iovis de Creta insula certamen cum Apolline secundo. de Nat. D. 3, 23, 57. — Iuppiter sive Minos, de Iovis quidem sententia, ut poëtae ferunt, Cretum leges sanxit. Tusc. 2, 14, 34. — Athletae se exercent Iovi Olympio. Ibid. 17, 40. — Iuppiter in taurum se convertit Europam rapturus. Varro RR. 2, 5, 5. — Iuppiter etiam ab iis colitur, qui unum deum solum sine simulacro colunt, sed alio nomine nuncupatur. Varro Fr. p. 229. Bip. — Iuppiter deus est habens potestatem causarum omnium cet. (vide IANUS.) Varro Fr. p. 224. Bip. — Iuppiter nutu, ut ait Homerus, totum Olympum convertebat. de Rep. 1, 36, 56. — Iovis satelles, i. e. aquila. de Divin. 1, 47, 106. — Aves internuntiae Iovis. de Divin. 2, 34, 72. et 35, 73. — Iovis Opt. Max. consiliarii atque administri augures. de Legg. 3, 19, 43. — Augures omnes usque a Romulo decreverunt, Iove fulgente cum populo agi nefas esse. in Vatinium 8, 20. — Iove tonante, fulgurante comitia populi habere nefas habemus in nostris (auguralibus) commentariis. de Divin. 2, 18, 42. — Iovis fulmen. Ibid. §. 43. — Iuppiter ipse hoc ius sanxit, ut omnia, quae rei publicae salubria essent, legitima et iusta haberentur. Philipp. 11, 12, 28. — A Iove volgus somnia putat ad nos mitti. de Nat. D. 3, 40, 95. — Nuces in Iovis tutela. Varro Fr. p. 254. Bip. — *Principio aetherio flammatus Iuppiter igni Vertitur.* cet. de Divin. 1, 11, 17. — *Sancta Iovis species.* **de Divin. 1, 12, 20. (2, 20, 46. et 21, 47.) — Iuppiter altisonus. Fragmm. p. 567. — Iovis signum eo ipso tempore, quo fiebat indicium coniurationis in senatu, biennio post quam erat locatum, in Capitolio collocatum. de Divin. 2, 20, 46. — Iovis stella, φαέθων. de Nat. D. 2, 20, 52. Ibid. 46, 119. — Stella Iovis aut Veneris coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris: Saturni Martisve contraria. de Divin. 1, 39, 85. — Iovis stella hominum generi prospera et salutaris. de Rep. 6, 17, 17. (Somn. Scip. C. 4.) Fragmm. p. 570. — Aedem in Capitolio Iovi Opt. Max. bello Sabino vovit L. Tarquinius Priscus. de Rep. 2, 20, 36. — Aedificavit Tarquinius Superbus. Ibid. 24, 44. — Iovis Capitolini effigies antiquitus fictilis. Varro Fr. p. 353. Bip. — Iovis Capitolini templum. Her. 4, 55, 68. — (Eius templum deflagravit a. u. c. 671. et a Sulla iisdem vestigiis restitui coeptum, nec tamen dedicatum est, quod solum eius felicitati defuit. Dedicatum est a Catulo a. u. c. 685. Plin. H. N. 7, 44. Tacit. Hist. 3, 72.)** Verr. Accusat. 4, 28, 64. — Iuppiter Capitolinus. Verr. Accusat. 5, 72, 184. — Iovem Capitolinum propter beneficia populus Romanus Optimum, propter vim Maximum nominavit. Pro domo 57, 144. — Iovis Dodonaei oraculum a Spartiatis petitum. de Divin. 1, 34, 76. Ibid. 2, 32, 69. — Iuppiter Dodonaeus. Varro Fr. p. 215. Bip. — In eius delubro lebetes tripodesque visuntur. Pseudoascon. in Divin. p. 101. — Iovis Elicii ara in Aventino ab eliciendo. Varro LL. 6, 9. p. 273. — Iuppiter Fagutalis. Varro LL. 5, 32. p. 152. — Iuppiter Hammon: eius oraculum a Lacedaemoniis consultum. de Divin. 1, 43, 95. Cfr. de Divin. 1, 1, 3. — Alia nobis Capitolini, alia Afris Hammonis Iovis species. de Nat. D. 1, 29, 82. — (Iuppiter semper barbatus. Ibid. 30, 83. et 36, 100.) — Iuppiter Hammon. Varro Fr. p. 324. Bip. — Iuppiter Hospitalis. ad Q. Fr. 2, 12, 3. — Iuppiter Imperator, quem Graeci Urion nominant: eius simulacrum Syracusis ablatum a Verre. Verr. Accusat. 4, 57, 128. — Iovem Imperatorem quanto honore in suo templo fuisse arbitramini? Coniicere potestis, si recordari volueritis, eadem specie ac forma signum illud, quod ex Macedonia captum in Capitolio posuerat

Flamininus. Ibid. 58, 129. (Ad utrumque locum consule Zumptium. Item Wolfium ad Demosth. Leptineam p. 41. (p. 320. Ed. Bremi.) — Tria ferebantur in orbe terrarum signa Iovis Imperatoris, uno in genere pulcherrime facta: unum illud Macedonicum, quod in Capitolino vidimus; alterum in Ponti ore et angustiis (in agro Chalcedonico Schol. Apollon. Rhod. 2, 532.); tertium, quod Syracusis ante Verrem praetorem fuit. Verr. Accusat. 4, 58, 129. — Iovem Lapidem iurare. ad Fam. 7, 12, 2. — Iuppiter Latiaris: eius lacus nemora finesque P. Clodius saepe omni nefario stupro et scelere maculavit. pro Milone 31, 85. — Iuppiter Lycaeus. Varro Fr. p. 362. Bip. — Iuppiter Minianus. ad Fam. 9, 16, 8. Al. *miniatus*. Cfr. Müller Etrusker T. I. p. 374. — Iuppiter Olympius: eius simulacrum a Phidia confectum. Orat. 2, 5. Ibid. 2, 9. — Iuppiter Olympius: aureum ei amiculum detractum a Dionysio maiore. de Nat. D. 3, 34, 83. — Iovem Optimum, Maximum, Salutarem, Hospitalem, Statorem cum dicimus, hoc intelligi volumus, salutem hominum in eius esse tutela. de Finn. 3, 20, 66. — Iuppiter optimus maximus. Cornel. I. Fragmm. 28. p. 451. — Iuppiter pater. Fragmm. p. 515. Varro RR. 1, 1, 5. — Iuppiter puer, lactens cum Iunone Fortunae in gremio sedens, mammam appetens, Praeneste castissime colitur a matribus. de Divin. 2, 41, 85. — Iovis cognomina Stator et Invictus. de Legg. 2, 11, 28. — Iuppiter Stator, antiquissimus custos urbis Romae. in Catil. 1, 5, 11. — Iisdem, quibus haec Urbs, auspiciis a Romulo constitutus. Ibid. 13, 33. — Iovis Statoris delubrum in Circo Flaminio. Varro Fr. p. 219. Bip. — Iovis Statoris templum a Romulo victis Sabinis in Palatii radice cum Victoria est constitutum. Pseudocic. antequam iret in ex. 10, 24. — Iovis Statoris signum apud Arretium. de Divin. 1, 35, 77. — Iuppiter Urius: eius fanum antiquissimum barbarorum sanctissimumque direptum a L. Pisone. in Pison. 35, 85. — Iuppiter Viminus (al. *Vimineus*): a quo Viminalis collis. Varro LL. 5, 8. p. 57. — Iuppiter cultus a Gallis. Caesar Gall. 6, 18.

Iuturna nympha a iuvando dicta. Varro LL. 5, 10. p. 76. — Statuae inauratae, quas Staienus posuit ad Iuturnae. pro Cluentio 36, 101. (Iuturna fons salubер iuxta Numicum amnem, a Iuturna nympha, de qua est apud Virgilium in Aeneide ultima. Eius aedes, auctore P. Victore, fuit in Urbis regione IX.)

Iuventas (Ἥβη), deis pocula ministrat. Tuscul. 1, 26, 65. — Iuventas pocula ministrans. de Nat. D. 1, 40, 112. — Ludi Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio (a. u. c. 547.) voverat, facti demum a. u. c. 557. Brut. 18, 73. — Anniversaria sacra Iuventatis (a. u. c. 694.) non commissa. ad Att. 1, 18, 3.

Iuventia gens. Tu, Laterensis, es ex municipio antiquissimo Tusculano, ex quo plurimae familiae sunt consulares, in quibus est etiam Iuventia. pro Plancio 8, 19.

Iuventius primus de plebe aedilis curulis dicebatur factus, qua de re tamen dubitare se significat Cicero pro Plancio 24, 58. Iuventium Thalnam nominat Pighius ad a. u. c. 388. (389. Varr.) T. I. p. 272.

Iuventius comicus. Eius versiculi. Varro LL. 6, 6. p. 227. LL. 7, 3. p. 347. Cfr. Gell. 18, 12.

T. Iuventius: in privatis causis multum erat; nimis ille quidem lentus in dicendo et paene frigidus; sed et callidus — et praeterea non indoctus et magna cum iuris civilis intelligentia. Brut. 48, 178. (In Editione Romana principe habet *Tiberii* praenomen.)

L. Iuventius Laterensis, Caesarianus. Eius incepta in Hispania ulteriore a. u. c. 706. Bell. Alex. 53.

M. Iuventius Laterensis existimatur laute fecisse, quod tribunatum pl. petere destitit (a. u. c. 695.), ne iuraret in legem agrariam Campanam. ad Att. 2, 18, 2. — Eodem referuntur verba Plancianae 22, 52.: „Noli existimare non magnum quendam motum fuisse illius petitionis (tribunatus) tuae, de qua, ne aliquid iurares, destitisti." Utrum de eadem constantia, an de fortitudine, qua post Lepidi defectionem se ipse interficere conatus est, interpretanda sint verba ab Arusiano Messio Ed. Maii Rom. p. 374. Ed. Lindemanni p. 225. quasi ex Philippica XVI. (sic:) servata: „Laterensis ne vestigium quidem deflexit:" incertum est. — Coniurationis in Cn. Pompeium insimulatus a Vettio indice. ad Att. 2,

24, 3. — M. Laterensis, homo dies atque noctes de laude et de re publica cogitans, nominatus a L. Vettio indice, instinctu P. Vatinii, trib. pl. a. u. c. 695. in Vatinium 11, 26. — Iuventius Laterensis, patriciae (*est error:*) familiae senator aedilitatis repulsam tulit competitore Cn. Plancio. Schol. Bob. pro Plancio p. 253. — „Studiosissimus dignitatis et salutis meae." — Contra eum paene invitus defendit Cn. Plancium, a Laterense lege Licinia de sodaliciis a. u. c. 700. accusatum. pro Plancio 1, 2. Ibid. 2, 5. Per totam autem Plancianam eum salse impugnat. — Laterensis praetor a. u. c. 703. leges ignorans. Caelius ad Fam. 8, 8, 3. — Augur a. u. c. 709. ad Att. 12, 17. — Utor adiutoribus interpretibusque cum Lepido Cn. fratre meo et Laterense et Furnio nostro. (a. u. c. 711.) Plancus ad Fam. 10, 11, 3. Ibid. 15, 2. Ibid. 18, 2. — Vir sanctissimus de Lepidi fide desperat. Ibid. 21, 3. — Laterensis nostri et fidem et animum singularem in rem publicam semper fatebor. Sed certe nimia eius indulgentia in Lepidum ad haec pericula perspicienda fecit eum minus sagacem. Qui quidem, cum in fraudem se deductum videret, manus, quas iustius in Lepidi perniciem armasset, sibi afferre conatus est. In quo casu tamen interpellatus et adhuc vivit et dicitur victurus. Plancus ad Fam. 10, 23, 4.

M. Iuventius Pedo. Qualis vir fuit ex vetere illa iudicum disciplina? pro Cluentio 38, 107.

(Iuventius) Thalna. ad Att. 1, 16, 6. iudex corruptus in iudicio Clodiano de religione (a. 693.), qui „cum Plauto et Spongia et ceteris huiusmodi quisquiliis" P. Clodium absolverat. — (Videtur esse nomen fictum, ut cetera, quae ibi sunt. Schuetz.)

(Iuventius) Thalna. Nicias (grammaticus) de Thalnae ingenio nihil nimis: modestum et frugi. Sed hoc mihi non placuit: se scire aiebat ab eo nuper petitam Cornificiam, Q. filiam, vetulam sane et multarum nuptiarum cet. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 29, 1. — Veliae libenter fui apud Thalnam. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 6, 1. Ut constat e Fastis Capitolinis, rectior scriptura est *Thalna* quam *Talna*.

Kana sive Cana, filia Q. Gellii Kani, quam Q. Ciceroni filio collocare cogitabant, si ei placeret. ad Att. 13, 41, 1.

Kanus. ad Att. 13, 31, 4. Est Q. Gellius Kanus, „aequalis simillimusque Attici." Cornel. Nep. Attic. 10, 2. — Ἐποχὴν vestram de re Kani probo. ad Att. 15, 21, 2.

Karthaginienses. Vide Sardi. — De Inv. 1, 19, 27. Ibid. 39, 71. — Karthaginienses perfidiosi. Her. 4, 14, 20. — Karthaginienses fraudulenti et mendaces non genere, sed natura loci, quod propter portus suos, multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quaestus vocabantur. de lege agr. 2, 35, 95. — Karthaginienses Himeram deleverunt. Verr. Accusat. 2, 35, 86. — Deleverunt Segestam. Verr. Accusat. 4, 33, 72. — Karthaginienses, homines in maritimis rebus exercitatissimos paratissimosque omnibus navalibus pugnis maiores nostri vicerunt. pro lege Manilia 18, 55. — Karthaginiensium classes nunquam in portum Syracusanorum penetrare potuerunt. Verr. Accusat. 5, 37, 97. — Karthaginienses multi Romae servierunt, Macedones, rege Perse capto. Tuscul. 3, 22, 53. — Maiores nostri bellis Punicis omnibus, cum saepe Karthaginienses et in pace et per inducias multa nefaria facinora fecissent, nunquam ipsi per occasionem talia fecere. Sal. Catil. 51. — Karthaginiensium contentio de finibus cum Cyrenensibus decisa a Philaenis fratribus. Sal. Iug. 79.

Karthaginiensis ager in Hispania. Varro RR. 1, 57, 2.

Karthago filia Herculis quarti, Iovis et Asteriae (Latonae sororis) filii, qui Tyri maxime colitur. de Nat. D. 3, 16, 42.

Karthago Româ quinque et sexaginta annis antiquior, quod erat XXXIX. ante primam Olympiadem condita. de Rep. 2, 23, 42. — Karthago non tantum habuisset opum sexcentos fere annos sine consiliis et disciplina. de Rep. 1. Fragm. N. 2. — Praepotens terra marique Karthago, nixa duabus Hispaniis (bello Punico secundo) huic imperio imminebat. pro Balbo 15, 34. — Memoratur Her. 3, 2, 2. de Inv. 1, 8, 11. — Deliberabant rhetores, utrum dirueretur, an Karthaginiensibus redderetur, an eo colonia deduceretur. de Inv. 1, 12, 17. — Karthago deleta est, cum hominum copiis, tum ipsa natura ac

loco, succincta portubus, armata muris excurrere ex Africa, imminere Italiae, minitari fructuosissimis insulis populi Romani videbatur. de lege agr. 2, 32, 87. — Nulla res magis labefactatam diu et Karthaginem et Corinthum pervertit aliquando, quam error ac dissipatio civium, quod mercandi cupiditate et navigandi et agrorum et armorum cultum reliquerant. de Rep. 2, 4, 7. — Karthago Hasdrubalis culpa eversa. de Nat. D. 3, 38, 91. — Karthago deleta a Scipione. Her. 4, 13, 19. Ibid. 33, 43. — Dolis malitiosa. Ibid. 53, 66. — Karthago atque Numantia, duae urbes potentissimae, quae huic imperio maxime minitabantur, a Scipione deletae. pro lege Manilia 20. 60. — Karthaginem et Numantiam maiores nostri funditus sustulerunt; nollem Corinthum. de Off. 1, 11, 35. — Karthaginem P. Africanus nudatam tectis ac moenibus, sive ad notandam Karthaginiensium calamitatem sive ad testificandam nostram victoriam sive ob oblatam aliquam religionem ad aeternam hominum memoriam consecravit. de lege agr. 1, 2, 5. — Ibid. 2, 19, 51. — Eversa Karthagine Clitomachus librum misit consolandi causa ad captivos cives suos. Tuscul. 3, 22, 54. — Ubi Karthago aemula imperii Romani ab stirpe interiit, saevire Fortuna ac miscere omnia coepit. Sal. Catil. 9.

Karthago nova, hodie *Cartagena*. Agri in Hispania apud Karthaginem novam duorum Scipionum eximia virtute possessi. de lege agr. 1, 2, 5. Ibid. 2, 19, 51.

Kartago (Voc. sic pronuntiatum.) Orat. 48, 160.

Labeo, cognomen Antistiorum, Atiniorum, Fabiorum, ubi vide singulos hoc cognomine a *labris* ducto insignitos.

Labeo. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 12, 4.

Labeo: unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in provincia Asia. (a. u. c. 694.) ad Q. Fr. 1, 1, 4, 14.

Labeo, Caesaris percussor. Pseudocic. ad Brut. 1, 18. Idem 2, 7. — Videtur Q. Antistius Labeo (Plutarch. Brut. 12, 51. Dio Cass. 47, 49.), qui post pugnam Philippis commissam generosissime periit. Appian. B. C. 4, 137.

L. Labeo. Ei nescio quis iniuriarum satisfecit. Her. 4, 27, 37.

Labeo Segulius, „homo sibi simillimus," id est, perversus: sermonem Octaviani Caesaris D. Bruto narrat. ad Fam. 11, 20, 1. — Homo nequissimus omnium, qui sunt, qui fuerunt, qui futuri sunt. Ibid. 21, 1. — Cfr. ad Q. Fr. 3, 1, 6, 22.

D. Laberius, mimographus. ad Fam. 7, 11, 2. — „Equidem sic iam obdurui (a. u. c. 709.), ut ludis Caesaris nostri animo aequissimo viderem T. Plancum, audirem Laberii et Publii (Syri) poëmata." ad Fam. 12, 18, 2. — Poëta clarus et mordax, a C. Caesare iussus in scenam prodire sexagenarius, de quo vide Macrob. Saturn. 2, 7., ubi prologus eius insignis. Apud eundem aliquot eius ἀποφθέγματα. Ern. Cfr. Suet. Caes. 39. Wieland ad Horatii Sat. 1, 10, 1.

M. Laberius praedia emerat a Caesare de bonis Plotianis. ad Fam. 13, 8, 2.

Q. Laberius Durus, tribunus mil. a Britannis interfectus a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 15.

Labici, oppidum Latii, quod et Labicum dicitur; a quo via Labicana XV. mil. passuum ab urbe. de lege agr. 2, 35, 96. — Lavicanum oppidum Schol. Bob. pro Plancio p. 255. Unde Labicanum Parad. 6, 3, 50. praedium circa oppidum illud. — Labicum (s. *Lavicum*), Gabii, Bovillae: his e municipiis vix iam, qui carnem Latinis petant, reperiuntur. pro Plancio 9, 23.

T. Labienus. Vide T. Atius Labienus.

Labor, deus. de Nat. D. 3, 17, 44.

Labro sive portus Herculis Labronis, Liburnum, hodie *Livorno*, in Etruria. ad Q. Fr. 2, 6, 2.

Lacaenae cuiusdam ἀπόφθεγμα. Tuscul. 1, 42, 102.

Lacaenae virgines delectantur laboriosis exercitationibus. Tuscul. 2, 15, 36.

Lacedaemon. Ibi, teste Homero, sepulti Tyndaridae. de Nat. D. 3, 5. 11. — Lacedaemon illa severa nervos iussit, quo plures quam septem haberet, in Timothei fidibus demi,

de Legg. 2, 15, 39. — Quomodo assequi poterat Lacedaemon illa tum, cum praestare putabatur disciplina rei publicae, ut bonis uteretur iustisque regibus, cum esset habendus rex, quicunque genere regio natus esset? de Rep. 1, 33, 50. — Lacedaemon, honestissimum domicilium senectutis, ut dixit Lysander: nusquam enim tantum tribuitur aetati, nusquam est senectus honoratior. — Nescio cuius ἀπόφθεγμα hac de re. Cato 18, 63 et 64. — Pueri Spartiatae non ingemiscunt verberum dolore laniati. Adolescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, cum exanimarentur potius quam se victos faterentur. Tuscul. 5, 27, 77. — Terrae motu tota urbs corruit. de Divin. 1, 50, 112. — de Inv. 2, 31, 96.

Lacedaemonia mulier, id est, Helena. de Divin. 1, 50, 114.

Lacedaemonii regibus suis augurem assessorem dederunt; itemque senibus (sic enim consilium publicum appellant) augurem interesse voluerunt: iidemque de rebus maioribus semper aut Delphis oraculum aut ab Hammone aut a Dodona petebant. de Divin. 1, 43, 95. — Atque etiam qui praeerant Lacedaemoniis, non contenti vigilantibus curis in Pasiphaae fano, quod est in agro propter urbem, somniandi causa incubabant. Ibid. §. 96. — Eius civitatis spectata ac nobilitata virtus non solum natura corroborata, verum etiam disciplina putatur; qui soli toto orbe terrarum septingentos iam annos amplius unis moribus et nunquam mutatis legibus vivunt. pro Flacco 26, 63. — Lacedaemoniorum disciplina a Lycurgo adstricta legibus. Brut. 10, 40. — Nunquam Lacedaemoniorum disciplinam dicam ab Apolline potius Spartae quam a Lycurgo datam. de Nat. D. 3, 38, 91. — Lacedaemonii fortes, dum Lycurgi leges vigebant. Tuscul. 1, 42, 101. — Lacedaemonii suos omnes agros esse dictitarunt, quos spiculo possent attingere. de Rep. 3, 9, 15. — Lacedaemoniorum victus in philitiis; quid de iure illo nigro, quod coenae caput erat, indicarit Dionysius. Tuscul. 5, 34, 98. — Lacedaemonii, qui quotidianis epulis in robore accumbunt neu melius, quam Romani homines, qui tempora voluptatis laborisque dispertiunt, rem publicam suam retinuerunt. pro Murena 35, 74. — Lacedaemonii, cum omnia concedunt in amore iuvenum praeter stuprum, tenui sane muro dissaepiunt id, quod excipiunt, complexus enim concubitusque permittunt. de Rep. 4, 4, 4. — Spartae rapere pueri et clepere discunt. Ibid. 5, 5. — Apud eos lex erat, ut hostias nisi ad sacrificium quoddam redemptor praebuisset, capitale esset. de Inv. 2, 31, 96. — Apud Platonem est omnem morem Lacedaemoniorum inflammatum esse cupiditate vincendi. de Off. 1, 19, 64. — Apud Lacedaemones flagro verberari lege vel pacto iustum est. Iulius Victor p. 213. — Lacedaemonium usque ad hoc tempus oratorem audivi fuisse neminem. Brut. 13, 50. — Lacedaemonii ab Anaximandro moniti sunt ut urbem linquerent, quod terrae motus instaret, tum, cum urbs tota corruit. de Divin. 1, 50, 112. — Cyrus in Asia, Lacedaemonii et Athenienses coepere urbis atque nationes subigere. Sal. Catil. 2. — In Lacedaemonios, qui Thermopylis occiderunt, epigramma Simonidis. Tuscul. 1, 42, 101. — Eorum imperium a Pausania Lysandroque dilatatum. de Off. 1, 22, 76. — Lacedaemonii propter iniurias sibi illatas Lysandrum ephorum expulerunt, Agin regem, quod nunquam apud eos acciderat, necaverunt; exque eo tempore tantae discordiae secutae sunt, ut et tyranni exsisterent et optimates exterminarentur et praeclarissime constituta res publica dilaberetur. de Off. 2, 23, 80. — Lacedaemonii devictis Atheniensibus triginta viros imposuere cet. Sal. Catil. 51. — Lacedaemoniis paullo ante Leuctricam calamitatem significatio facta est, cum in Herculis fano arma sonuerunt. de Divin. 1, 34, 74. — Cfr. Ibid. 2, 25, 54. Ibid. 31, 67. — Lacedaemonios iniuste imperantes repente omnes fere socii deseruerunt spectatoresque se otiosos praebuerunt Leuctricae calamitatis. de Off. 2, 7, 26. — Lacedaemoniorum plagae ad Arginusas et ad Leuctra. de Off. 1, 24, 84. — Lacedaemonii superati a Thebanis. de Inv. 2, 23, 69. — Lacedaemonii Philippo minitanti per litteras se omnia, quae conarentur, prohibiturum, quaesiverunt, num se esset etiam mori prohibiturus? Tuscul. 5, 14, 42. — Lacedaemonii

forum olitorium vocant *macellum*. Varro LL. 5, 32. p. 147. — Lacedaemonii commendantur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 28 a., 4. — Memorantur etiam de Inv. 1, 24, 35. Ibid. Cap. 33, 55. Vide Lacones.

Lacedaemonius quidam, cuius ne nomen quidem proditum est, (apud Plutarchum Apophth. Lac. p. 221. appellatur Thectamenes:) mortem elato animo contempsit eet. Tuscul. 1, 42, 100.

Laches. Eo praetore (a. ante Chr. 424.) apud Delium male pugnatum. de Divin. 1, 54, 123.

Lachesis. Vide Clotho.

Laciadae Athenis, curiales Cimonis. de Off. 2, 18, 64.

Laco Anagninus, poculorum princeps. Philipp. 2, 41, 106. — Anagnini sunt Mustela ταξιαρχης et Laco, qui plurimum bibit. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 11, 3.

Lacones. Σκυτάλη Λακωνική, de brevi et praefracta epistola M. Antonii. ad Att. 10, 10, 3. — Laconis cuiusdam ἀποφθεγμα. Tuscul. 5, 14, 40. Lampin nominat Plutarchus Apophth. Lac. p. 237. — Laconis cuiusdam ἀπόφθεγμα ad Diagoram Rhodium. Tuscul. 1, 46, 111. — Epaminondae *consiliis - laus est attonsa Laconum.* Tuscul. 5, 17, 49. — Lacones et Cretenses sedentes epulabantur. Varro Fr. p. 236. Bip.

Laconicum. Ad Att. 4, 10, 2. sudatorium in balneis, in hemisphaerium aedificatum, quo utebantur crudi. Inventum est hoc genus a Lacedaemoniis; inde nomen. Cfr. Interpretes ad Vitruv. 5, 10. Ern.

Laconicus petaurista. Varro Fr. p. 198. Bip.

Lactans deus. Varro Fr. p. 232. Bip.

Lacteus orbis. Arat. v. 493.

Lacydes, Academicus, Arcesilae discipulus. — Arcesilae ratio proxime a Lacyde solo retenta est. Acad. 2, 6, 16. — Eius discipulus Evander. Ibid. — Peregrinatur. Tuscul. 5, 37, 107. — De Lacyde, Ἀρκεσιλάου γνωρίμῳ, cfr. Plutarch. de adul. et amico C. 22.

Ladas, ad Her. 4, 3, 4. nomen celebris cursoris in Olympicis, cuius mentio etiam apud Catullum LV. 25. Sillig., ubi vide Muretum.

M. Laeca. Vide M. Porcius Laeca.

Laelia, C. Laelii Sapientis filia. Auditus est nobis eius saepe sermo. Ergo illam patris elegantia tinctam vidimus et filias eius Mucias ambas et neptes Licinias. Brut. 58, 211. (Nupserat Q. Scaevolae auguri; altera eius filiarum L. Crasso oratori.) — Laelia C. Laelii sapientis filia, quae Q. Mucio Scaevolae nupserat: eam gener eius L. Crassus sic audiebat, ut Plautum sibi aut Naevium videretur audire. de Or. 3, 12, 45.

Laelii, Catones, Phili. Eorum sapientia temperantiaque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspectae. de lege agr. 2, 24, 64. — Laelii divitiis a multis mercatoribus superati. Cornel. II. Fragm. 8. p. 455.

Laelii valentes apud Caesarem a. u. c. 705. Caelius ad Fam. 8, 4, 2. Videntur cum Manutio et Schuetzio substituendi Lollii.

Laelius, Q. Scaevolae auguris amicus, de Orat. 1, 62, 265. quis fuerit, non constat. Videtur legendum esse: *L. Aelio*, ut in Orat. pro Scauro p. 172. et 285. item pro recto *L. Aelius* in Cod. Taurinensi est *Laelius*. Probavit meam suspicionem Henrichsen.

Laelius, pater D. Laelii (Flacci accusatoris) tempore belli Sertoriani ab Hirtuleianis interfectus est, ut ait Salustius, receptis plerisque signis militaribus cum Laelii corpore. Schol. Bob. pro Flacco p. 235.

C. Laelius, Sapientis pater, cos. a. u. c. 561. cum L. Scipione (Asiatico). Ei potius quam L. Scipioni senatus deferre bellum Antiochinum volebat. Philipp. 11, 7, 17. — Amicus Scipionis Africani maioris. Hinc Vellei. 2, 127.: Duo Scipiones - - duos Laelios per omnia aequaverunt sibi.

C. Laelius navus, ingeniosus, doctus, in civitate primus. Her. 4, 13, 19. de Inv. 1, 4, 5. — Sapientiae studium vetus id quidem in nostris, sed tamen ante Laelii aetatem et Scipionis non reperio, quos appellare possim nominatim. Tuscul. 4, 3, 5. — C. Laelius et M. Cato sapientes fuerunt. de Off. 3, 4, 16. — Laelius omnium sapientissimus. Brut. 58, 213. — C. Laelius, is, qui Sapiens usurpatur, praetor (a. u. c. 609.) Viriathum fregit et comminuit ferocitatemque eius ita re-

pressit, ut facile bellum reliquis traderet. de Off. 2, 11, 40. — C. Laelius a genero Q. Mucio Scaevola in omni sermone appellatus sapiens. Lael. 1, 1. — Cfr. Plutarch. Tib. Gracch. 8. — C. Laelius rei publicae rector et consilii publici auctor. de Or. 1, 48. 211 et 215. — Constans opinio de eius virtute. Topic. 20, 78. — C. Laelius moderatissimus homo et continentissimus. pro Archia 7, 16. — Eius comitas. pro Murena 31, 66. — Socratis et C. Laelii aequabilitas in omni vita et idem semper voltus eademque frons. de Off. 1, 26, 90. — Laelius et Scipio: ingenii, litterarum, eloquentiae, sapientiae etsi utrique primas, priores tamen libenter deferunt Laelio. Brut. 21, 84. cfr. 22, 85—90. — Maxime memorabilis fuit eius et P. Africani amicitia. Lael. 1, 4. — Erat in C. Laelio multa hilaritas; in eius familiari Scipione ambitio maior, vita tristior. de Off. 1, 30, 108. — Laelius semper fere cum Scipione solebat rusticari, iique incredibiliter repuerascere erant soliti, cum rus ex urbe tamquam e vinculis evolavissent. de Or. 2, 6, 22. — C. Laelius militiae propter eximiam belli gloriam Africanum ut deum colebat; domi vicissim Laelium, quod aetate antecedebat, observabat in parentis loco Scipio. de Rep. 1, 12, 18. — Eius unus consulatus (a. u. c. 614.) et is quidem cum repulsa (613.) Tuscul. 5, 19, 54. — C. Laelius consul cum Q. Caepione. Brut. 43, 161. — C. Laelius, P. Scipio optime loquebantur: aetatis illius ista fuit laus, tamquam innocentiae, sic Latine loquendi; nec omnium tamen. Brut. 74, 258. — Terentii fabulae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi. ad Att. 7, 3, 10. — C. Laelius lenitatem habuit. de Or. 3, 7, 28. — C. Laelius, socer Q. Mucii Scaevolae auguris. de Or. 1, 9, 35. — Dicendi gloria praestitit. Ib. 13, 58. — Omnia sermone conficiebat paullo intentiore. de Or. 1, 60, 255. — Laelii mens videtur spirare etiam in scriptis, Galbae autem vis occidisse. Brut. 24, 94. — C. Laelius et P. Africanus in primis eloquentes habiti; quorum exstant orationes, ex quibus existimari de ingeniis oratorum potest. Brut. 21, 82. Sed cfr. Ibid. 86. 295. — C. Laelium doctum fuisse traditum est. Tuscul. 1, 3, 5. — Dicendi laus est in Laelio illustrior quam in Scipione. At oratio Laelii de collegiis non melior quam de multis quam voles Scipionis; — multo vetustior et horridior ille quam Scipio. Brut. 21, 83. — „Q. Maximo et L. Mancino consulibus (a. u. c. 609.) perquam popularis lex de sacerdotiis C. Licinii Crassi videbatur. Cooptatio enim collegiorum ad populi beneficium transferebatur: atque is primus instituit in forum versus agere cum populo: tamen illius vendibilem orationem religio deorum immortalium nobis (Laelio) defendentibus facile vincebat. Atque id actum est praetore me, quinquennio ante, quam consul (a. u. c. 614.) sum factus." Lael. 25, 96. — Laelii oratio exstat, quam simpuvia pontificum diis immortalibus grata sint Samiaeque capedines. de Rep. 6, 2, 2. — Habeo C. Laelium augurem eundemque sapientem, quem potius audiam de religione dicentem in illa oratione nobili (de collegiis) quam quemquam principem Stoicorum. de Nat. D. 3, 2, 5. — De Numae capedunculis in illa aureola oratiuncula dicit. Ibid. 17, 43. — C. Laelius Q. (non *P.*) Tuberoni Africanum avunculum laudanti scripsit laudationem funebrem. de Or. 2, 84, 341. — Exstat eius oratio super laudibus P. Scipionis Africani minoris, qua usus videtur Q. Fabius Maximus in laudatione mortui Scipionis. Schol. Bob. pro Milone p. 283. — C. Laelius optimus augur. Philipp. 2, 33, 83. — C. Laelius Diogenem Stoicum, adolescens, post autem Panaetium audierat. de Finn. 2, 8, 24. — Laudatus a Lucilio. Ibid. — Secum eruditissimos homines ex Graecia palam semper habuit. de Or. 2, 37, 154. — Ad eum scripsit bellum Punicum L. Caelius Antipater. Orat. 69, 230. — Eius generi C. Fannius et Q. Scaevola. Brut. 26, 101. — Laelii gener C. Fannius M. F. Brutus 26, 101. de Rep. 1, 12, 18. ad Att. 12, 5, 3. — Eius dictum. de Or. 2, 71, 286. — C. Laelius loquens inducitur in libris de re publica. de Rep. 1, 12, 18. — Item in Catone maiore. Cato 1, 3. Cfr. Laelium, s. de amicitia librum totum. ad Her. 4, 5, 7.

D. Laelius, memoratus Lucilio, hoc versiculo: *Persium non curo legere*; Laelium Decimum *volo*. de Or. 2, 6, 25., ubi Cicero eum appellat: virum bonum et non illitteratum, sed nihil ad

Persium. Cfr. de Finn. 1, 3, 7. Fortasse sequentis pater.

D. Laelius, optimi viri filius, optima ipse spe praeditus summae dignitatis, accusator L. Flacci. pro Flacco 1, 2. Ibid. 6, 14. — D. Laelius, accusator L. Flacci. Schol. Bob. pro Flacco p. 228. — D. Laelius, Pompeianus. Caesar Civ. 3, 40. — D. Laelius praeerat Asiaticis Pompeii navibus a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 5. — D. Laelius circa tempus pugnae Pharsalicae Brundisium aggreditur; quod defenditur a P. Vatinio. Caesar Civ. 3, 100. — Idem memoratur ad Att. 8, 11. D., 1. et Ep. 12. A., 3. — Antonius edixit ita, ut me exciperet et Laelium nominatim (Italia nos prohibiturus). ad Att. 11, 7, 2. — Praeter Laelium neminem habeo culpae socium, qui tamen - - iam est receptus. Ib. Ep. 14, 1. Ep. 15, 2.

Laenas. Vide Popillius Laenas.

M. Laenius (al. Lenius) Flaccus Attici amicus. ad Att. 5, 20, 8. Ibid. Ep. 21, 4. — Ei praefecturam negavit Cicero. Ibid. §. 10. Lib. 6, 1, 6. Ibid. Ep. 3, 5. — M. Laenius commendatur P. Silio. ad Fam. 13, 63, 1. (Priore loco in Cod. Medic. et Victoriana Ed., ut in nostra est C. Laenius; recte autem Aldus Nepos utrobique *Marcum* nominat.) — (A. u. c. 696.) Brundisii in hortos me M. Laenii Flacci contuli; cui cum omnes metus, publicatio bonorum, exilium, mors proponeretur, haec perpeti, si acciderent, maluit, quam custodiam mei capitis dimittere. pro Plancio 41, 97. — Brundisii apud eum dies XIII. fuimus, virum optimum, qui periculum fortunarum et capitis sui prae mea salute neglexit, neque legis (Clodiae) improbissimae poena deductus est, quo minus hospitii et amicitiae ius officiumque praestaret. (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 4, 2.

M. Laenius Strabo, Brundisii hospes noster, primus in peristylo habuit exedra conclusas aves, quas pasceret obiecto rete. Varro RR. 3, 5, 8., ubi Ursinus ex Plinio 10, 50. corrigi volt *Laelius*, cum ibi potius *Laenius* sit reponendum. Ceterum hunc M. Laenium Strabonem cum M. Laelio Flacco confundunt Ern. et Schuetz.

Laertes, pater Ulixis, colens agrum et stercorans apud Homerum. Cato 15, 54.

Laestrygonia, Formiae. ad Attic. 2, 13, 2.

Laetilius, homo non alienus a litteris, quo Verres tabellario semper utebatur. Verr. Accus. 2, 26, 64. — In Cod. Vatic. scil. est *Laetilius*, volgo *Letilius*. — Ibid. 56, 138.

Laetoria lex: falsa lectio pro: Plaetoria. de Nat. D. 3, 30, 74. et de Off. 3, 15, 61.

Laetus. ad Att. 4, 9, 2. Falsa lectio pro L. Paetus.

M. Laevinus. Vide M. Valerius Laevinus.

Laevus Cispius, L. Planci amicus. Plancus ad Fam. 10, 18, 1. Ibid. 21, 3. — Planci legatus fuit. Nam Ep. 21. dicitur omnibus Planci rebus gestis interfuisse et „discessus legatorum" non potest intelligi nisi de Laevo et Nerva. Ern.

Lais, meretrix Athenis nobilis, Aristippi amica. Eius dictum de ea: „Habeo, non habeor a Laide." ad Fam. 9, 26, 2.

Laius, Oedipi pater. Quis non intelligit, quid apud Euripidem et loquatur et cupiat Laius? Tuscul. 4, 33, 71. (Scil. in Euripidis Chrysippo. Laius enim Chrysippum, Pelopis filium, amabat.) — De Fato 13, 30.

Lamia, mulier Segestana, perdives et nobilis. Verr. Accusat. 4, 26, 59.

Lamia. Epistola Caesaris ad eum missa. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 45, 1. — Eius horti. ad Att. 12, 21. 2. Ib. Ep. 22, 3. — Cfr. ad Att. 5, 8, 3. Vide L. Aelius Lamia.

Lamiae, Q. Ciceronis domum in Carinis conduxerunt a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 7. Vide in Aeliis.

Lampadio, persona Varroniana in Agathone. Varro Fr. p. 261. Bip.

Lampadio Naevii (?). Varro LL. 7, 6. p. 385.

Lampis Laco: eius ἀπόφθεγμα. Tuscul. 5, 14, 40.

Lampsacum (Graecis constanter Λάμψακος·) oppidum est in Hellesponto (Mysia) clarum et nobile; homines autem ipsi Lampsaceni cum summe in omnes cives Romanos officiosi, tum praeterea maxime sedati et quieti, prope praeter ceteros ad summum Graecorum otium potius quam ad ullam vim aut tumultum accommodati;

a C. Verre vexati, tumultum adversus eum concitarunt, sedatum tamen a civibus Romanis, qui Lampsaci negotiabantur. Verr. Accusat. 1, 24, 63. seqq. Cfr. Ibid. 32, 81. — Lampsacus cum Magnesia et Mynda ab Artaxerxe Themistocli addicta. Schol. Bob. pro Sestio p. 312.

Lanuvini in civitatem recepti. pro Balbo 13, 31. — Lanuvini colebant Iunonem Sospitam. de Nat. D. 1, 29, 82. — Lanuvini colles. ad Fam. 9, 22, 4.

Lanuvinum. ad Att. 9, 9, 4. praedium in agro Lanuvino, qui memoratur de Divin. 1, 36, 79. (Scriptura in Codd. frequens *Lanuinus* est etiam apud Frontonem Ed. Rom. p. 54.)

Lanuvium, Latii oppidum, hodie *Civita Lavinia.* de lege agr. 2, 35, 96. — Summus magistratus Lanuvii erat dictator. Is flamines prodebat. pro Milone 10, 27. Ibid. 17, 45. — Lanuvium, patria Murenae. pro Murena 41, 90. — Initio belli Marsici ibi clupei a muribus sunt derosi. de Divin. 1, 44, 99. Ibid. 2, 27, 59. — Lanuvii apud aedem Iunonis coenaculum. Varro LL. 5, 33. p. 162.

Laodicea, quae et *Laudicea*, ut *Laodiceni* et *Laudiceni*, dicitur; urbs Phrygiae maioris ad fluvium Lycum, non procul ab Apamea. De hac accipiendus est Cicero, quotiens de Laodicea provinciae suae attributa loquitur. Verr. Accusat. 1, 30, 76. ad Att. 5, 15, 1. Ib. Ep. 21, 9. ad Fam. 2, 17, 4. Ib. 15, 4, 2.

Laodiceni. Ut Tarsenses, pessimi socii, ita Laodiceni multo amentiores a. u. c. 711. arcessiverunt Dolabellam. C. Cassius ad Fam. 12, 13, 4.

Laodicensis civitas. ad Fam. 5, 20, 2.

Laomedon, Ganymedis pater. Tusc. 1, 26, 65.

Lapithae, populus Thessaliae fabulis celebratus. — Lapitharum ac Centaurorum convivio comparantur Pisonis compotationes. in Pison. 10, 22.

Lar familiaris. — *Lares* antique *Lases*. Varro LL. 6, 1, p. 186. — Lari in certo genere sacrificii vervecibus fiebat. de Legg. 2, 22, 55. de Legg. 2, 8, 19. — Ea, quae a maioribus prodita est cum dominis tum famulis posita in fundi villaeque conspectu religio Larium minime repudianda est. Ib. 11, 27. — Ad Larum aedem fanum Orbonae. de Nat. D. 3, 25, 63. — Lares familiares et Penates dei. de Rep. 5, 5, 7. — Lares marini. Varro Fr. p. 305. Bip. — Lares familiares. Varro Fr. p. 237. Bip. — Lares nunc esse Manes dicit Varro Fr. p. 232. Bip. — Lares, Genii, Heroes, aereae animae. Varro Fr. p. 223 et 232. Bip. — Laribus attributa Compitalia. Varro LL. 6, 3. p. 206.

T. Larcius Flavus dictator est institutus decem fere annos post primos consules (a. u. c. 256.), novumque id genus imperii visum est et proximum similitudini regiae. de Rep. 2, 32, 56. — Recta scriptura est *Larcius* (*Λάρκιος*), non *Largius* nec *Lartius*.

Larentia, Acca Larentia. D. Bruto liberato, cum laetissimus ille civitati dies illuxisset idemque casu Bruti natalis esset, decrevi, ut in fastis ad eum diem Bruti nomen adscriberetur: in eoque sum maiorum exemplum secutus, qui hunc honorem mulieri Larentiae tribuerunt, cui pontifices ad aram in Velabro facere solent, Pseudocic. ad Brut. 1, 15.

Larentinae feriae, eaedem quae Larentalia. Varro LL. 6, 3. p. 205.

Largus: eius rixa cum C. Memmio. de Or. 2, 59, 240. — Videtur unus ex Scriboniis Largis. Male olim edebatur *Largii* pro *Largi.*

Largus, homo A. Caecinae studiosus. ad Fam. 6, 8, 1. — „Idem fortasse, quem tradit Appianus B. Civ. 4, 28. occisum a triumviris." Glandorp. — Hic quoque videtur ex Scriboniis Largis.

Larinum, hodie *Larino*, caput Larinatium Frentanorum prope Teanum Apulorum. ad Att. 7, 12, 2. Ib. Ep. 13. b. 7. — Larinas municipium. pro Cluentio 5, 11. — Quattuorviros iuri dicundo habebat. Ibid. 8, 25. — Abest a Teano Apulo XVIII. milia passuum. Ibid. §. 27. — Martiales Larini. Ibid. 15, 43.

Laris, oppidum Numidiae. Sal. Iug. 90.

Lars Tolumnius. Vide Tolumnius.

Lartidius, furcifer ignotus. Philotimus mirus est *φυρδτης*, germanus Lartidius. ad Att. 7, 1, 9.

Larunda. Varro LL. 5, 10. p. 79.

Larvae, Lares, quasi quidam Genii defunctorum. Varro Fr. p. 232. Bip.

Laterensis. Vide Iuventius Laterensis.

Laterium, fundus Q. Ciceronis apud Arpinum. ad Att. 4, 7, 3. Ibid. 10, 1, 1. ad Q. Fr. 2, 7. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 4.

Latiar. Dies erant duo, qui post Latinas habentur religiosi: ceteroqui confectum erat Latiar. (in loco corrupto:) ad Q. Fr. 2, 4, 2.

Latiaris. Latiaris sancte Iuppiter! pro Milone 31, 85. — Cognomen Iovis, qui Latio praesidet, in Latio colitur, pro quo scribunt alii *Latialis*. Sed in Gronoviana Ed. refertur ad *montem*, quod merito reprehendit Graevius. Mons enim, de quo ibi loquitur, est Albanus, non Latiaris. De scriptura vide Interpretes ad Suet. Calig. 22., Dukerum et Drakenb. ad Liv. 21, 63, 8. Ern. — Lucan. Phars. 1, 198. *Et residens celsa Latialis Iuppiter Alba;* ubi Martyni-Laguna volebat *Latiaris*. Etiam in Livii l. l. Kreyssig edidit *Iovique Latiari*.

Latiaris collis in regione Collina. Varro LL. 5, 8. p. 58.

Latina lingua non modo non inops, ut volgo putant, sed locupletior etiam quam Graeca. de Finn. 1, 3, 10.

Latina via. pro Cluentio 59, 163.

Latinae coloniae. Quaeri hoc solere me non praeterit, quemadmodum, si civitas adimi non possit, in colonias Latinas saepe nostri cives profecti sint. Aut sua voluntate aut legis multa profecti sunt; quam multam si sufferre voluissent, tum manere in civitate potuissent. pro Caecina 33, 98. — Media capitis deminutio est, in qua civitas amittitur, retinetur libertas, ut in Latinas colonias transmigratio. Boëth. 2. p. 302.

Latinae feriae. ad Att. 1, 3, 1. — *Laeto mactasti lacte Latinas* (in monte Albano Cicero consul). de Divin. 1, 11, 18. — Dies duo post Latinas habentur religiosi (ita ut iis nuptiae fieri non possint.) ad Q. Fr. 2, 4, 2. — de Nat. D. 1, 6, 15. — Latinae feriae a quo fuerint institutae, dissentiunt plerique auctores. Alii ab L. Tarquinio Prisco rege Romanorum existimant, alii vero a Latinis priscis. Atque inter hos ipsos causa sacrificii non convenit. Nam quidam id initum ex imperato Fauni contendunt. Nonnulli post obitum Latini regis et Aeneae, quod ii nusquam comparuerunt cet. Schol. Bob. pro Plancio p. 256. ad Planc. 9, 23. — Latinae Feriae dies conceptivus dictus a Latinis populis, quibus ex Albano monte ex sacris carnem petere fuit ius cum Romanis. Varro LL. 6, 3. p. 206.

Latine i. e. pure et emendate loqui. Opt. gen. or. 2, 4.

Latini. Nihil acerbius socii et Latini ferre soliti sunt, quam se, id quod perraro accidit, ex urbe exire a consulibus iuberi. pro Sestio 13, 30. (cfr. Manut.) — Qui cives Romani in colonias Latinas proficiscebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti nomenque dederant. Orator pro domo 30, 78. — Socii et Latini sunt tum Latini, tum ceteri, qui in Italia erant foederati populi, Marsi, Picentes, Peligni, Lucani, Samnites cet. Verr. Accusat. 5, 24, 60. (ubi male Ern. *Socii Latini*). — Lex Furia, lex Voconia, innumerabiles aliae leges de civili iure sunt latae; quas Latini voluerunt, adsciverunt: ipsa denique Iulia, qua lege civitas est sociis et Latinis data, ut, qui fundi populi facti non essent, civitatem non haberent. pro Balbo 8, 21. — Cum Latinis omnibus foedus ictum, Sp. Cassio, Postumo Cominio consulibus (a. u. c. 261.) quis ignorat? quod quidem nuper in columna aenea meminimus post Rostra incisum et perscriptum fuisse. pro Balbo 23, 53. — Cum Latinis de imperio dimicabatur. de Off. 1, 12, 38. — Latini ad Veserim a T. Manlio Torquato tertium cos. a. u. c. 414. fusi et fugati. de Off. 3, 30, 112. — Latinorum commune Dianae templum in Aventino. Varro LL. 5, 7. p. 49. — Prisci Latini *casci* dicti Ennio. Varro LL. 7, 3. p. 315. — Latini Prisci et Graeci in Italia in nuptiis porcos immolabant. Varro RR. 2, 4, 9.

Latini: falsa lectio pro Litana. Tuscul. 1, 37, 89.

Latini philosophi Graecos imitari debent ut poëtae, ut oratores. Acad. 1, 3, 10.

Latini hoc biennio (a. u. c. 662. 665.) magistri dicendi exstiterunt, quos ego,

(L. Crassus) censor edicto meo sustuleram. de Or. 3, 24, 93. Cfr. Sueton. de Rhet. init. Gell. N. A. 15, 11. Ellendt Prol. p. XIV.

Latinienses, prope Romam. de Harusp. resp. 27, 59.

Latiniensis ager. de Harusp. resp. 10, 20. „Loqui videtur de iisdem Latiniensibus, quos inter populos veteris Latii recenset Plinius 3, 9. p. 157. Hard. Eorum agrum Urbi admodum propinquum fuisse arguit proxima variatio: *in agro propinquo et suburbano*." Wolf.

Latinitas constat, ut ait Varro, his quattuor, natura, analogia, consuetudine, auctoritate. Varro Fr. p. 348. Bip. Vide Latium.

Latinum bellum. Bello Latino a. u. c. 268. ludi votivi maximi (Romani, Circenses) instaurati propter Ti. Atinii somnium. de Divin. 1, 26, 55.

Latinus, Venuleius, Horatius. ad Fam. 12, 30, 7. legati, ut videtur, C. Calvisii a. u. c. 711.

Latinus rex. — Neglegere verbum, quod ante rex Latinus finxisset. Varro LL. 5, 1. p. 21. — Qua regnum fuit Latini, universus ager dictus Latium particulatim oppidis cognominatus, ut a Praeneste Praenestinus, ab Aricia Aricinus. Varro LL. 5, 4. p. 34. — Latini uxor (apud Festum p. 321. Amst. mater) Palantho. Varro LL. 5, 8. p. 59. — Cfr. Schol. Bob. pro Plancio p. 256. Vide Latinae Feriae.

Latinus ager. Vide Romanus ager.

Latinus ἀττικισμὸς ex intervallo regustandus. ad Att. 4, 17, 1.

Latium, dictum a *latendo*. Varro Fr. p. 364. Bip. — Latium bello devictum a Tarquinio Superbo. de Rep. 2, 24, 44. — Ius Latii datum coloniis Transpadanis a Cn. Pompeio Strabone, id est, ut possent habere ius, quod ceterae Latinae coloniae, id est, ut gerendo magistratus civitatem Romanam adipiscerentur. Ascon. in Pison. p. 3. — T. Turpilius Silanus, proditor, a Metello Numidico (a. u. c. 646.) condemnatus verberatusque capite poenas solvit; nam is civis ex Latio erat. Sal. Iug. 69.

Latmus, Cariae mons, in quo obdormivit Endymion. Tuscul. 1, 38, 92.

Latomiae s. Lautumiae Syracusis. Varro LL. 5, 32. p. 151.

Latona mater Apollinis tertii et Dianae secundae. de Nat. D. 3, 23, 57 et 58. — Latona, Apollo et Diana: Delus, eorum sedes antiqua divinumque domicilium. Verr. Accusat. 5, 72, 185. — Latonae soror Asteria. de Nat. D. 3, 16, 42. Ibid. 18, 46. — Latona ex longo errore et fuga, gravida et iam ad pariendum temporibus exactis confugit Delum atque ibi Apollinem Dianamque peperit. Verr. Accusat. 1, 18, 48. — Cfr. Varro LL. 7, 2. p. 302.

Laus Pompeii oppidum Galliae Cisalpinae, hodie *Lodi*. ad Q. Fr. 2, 15, 1.

Laurens ager in Latio. Varro Fr. p. 215. Bip.

Laurentes interfecerunt Tatium regem. Varro LL. 5, 32. p. 151.

Laurentum, Latii oppidum maritimum prope Ostiam, hodie *Torre di Paterno*. de Or. 2, 6, 22. Fuerunt, qui coniicerent *Lucrinum;* sed lectio recepta satis firmatur loco Valerii Max. 8, 8, 1.: Constat eos (Scipionem et Laelium) Caietae et Laurenti vagas littoribus conchulas lectitasse. Cfr. Varro RR. 3, 13, 2.

Lauretum Romae, ibi sepultus Tatius rex. Varro LL. 5, 32. p. 151. — Lauretum in Aventino. Varro Fr. p. 205. Bip.

Lautolae Romae. Varro LL. 5, 32. p. 156.

Lautumiae s. Latomiae Syracusanae. Vide Syracusae.

Lavernalis Porta a Laverna, quod ibi ara eius. Varro LL. 5, 34. p. 164.

Lavernium. ad Atticum lib. 7, 7, 4. Nomen loci aut fani a Laverna dea dicti. Sed haec est lectio Graevianae Editionis, quam Codd. habent (etiam Cod. Medic., sed Cod. y. *Lavernum*), Iunius, Popma aliique probant. Sed in Gronoviana (ex Bosii coniectura) est *L. Avernum*, quod Bosius interpretabatur *Lacum Avernum;* si modo lacus Avernus esset propinquus Formiis, quod sequentia verba postulant. Ern. — Ad Lavernium Scipionis Africani minoris villa. Fragm. libri de Fato p. 235. Ed. meae. Moserianae p. 652. (*ad Laurentum* volebatAsseratius.)

Lavicanum oppidum. Schol. Bob. pro Plancio p. 255. Vide Labici et cfr. de scriptura Oudendorp. ad Suet. Caes. 83. p. 135.

Lavinia, Latini filia, quae coniuncta Aeneae. Varro LL. 5, 32. p. 146.

Lavinium oppidum primum conditum in Latio stirpis Romanae: nam ibi dii Penates nostri. Varro LL. 5, 52. p. 146. — Lavinii unus Libero totus mensis tribuebatur. Varro Fr. p. 225. Bip. — Lavinii troiae ab Aenea immolatae etiam nunc vestigia apparent cet. Varro RR. 2, 4, 18. — Cn. Domitius Ahenobarbus cos. a. u. c. 658. crimini dabat M. Aemilio Scauro, principi senatus, sacra publica populi Romani deum Penatium, quae Lavinii fierent, opera eius minus recte casteque fieri. Ascon. in Scaur. p. 21. Cfr. Inscriptt. meas Latinas N. 2275.

Leaena, meretrix Attica, fortissima. Fragmm. libr. de gloria p. 488.

Lebadia, oppidum Boeotiae celebre propter Trophonii antrum et oraculum. de Divin. 1, 34, 74. Ibid. 2, 26, 56.

M. Lecca falsa lectio pro M. Laeca. Vide M. Porcius Laeca.

Leda. E Iove tertio et Leda nati secundi duo Dioscuri, Castor et Pollux. de Nat. D. 3, 21, 53.

Leius et Lenius. ad Att. 5, 20, 8. falsa lectio pro Laenius.

Lemnus insula Graeca in mari Aegaeo, ubi Philoctetes relictus. de Fato 16, 36. Her. 4, 54, 68. — Volcanus tertius Lemni fabricae traditur praefuisse. de Nat. D. 3, 22, 55. — Promethei furtum Lemnium. Tuscul. 2, 10, 23. — De mysteriis ibi celebratis versus Accii. de Nat. D. 1, 42, 119. — Lemnium saxum Philoctetae. de Finn. 2, 29, 94. — Lemnia littora apud Accium. Varro LL. 7, 2. p. 294.

Lemonia tribus. pro Plancio 16, 38. Philipp. 9, 7, 15.

Lenius. Vide Laenius. Lenius Pompeianus a. u. c. 709. memoratur a Scriptore Belli Hispan. 35., ubi item scribendum *Laenius*.

Lentidius, plebeius de operis Clodianis. Pro domo 33, 89. — Percussit P. Sestium. pro Sestio 37, 80.

Lento Caesennius, collega M. Antonii in septemviratu, Italiae divisor. Philipp. 11, 6, 13. — Eius septemviralis auctoritas. Philipp. 12, 9, 23. Philipp. 13, 2, 2. Ibid. 12, 26.

Lentuli. Vide in Corneliis Lentulis.

Leo, gladiator. pro Sestio 64, 135. Scholia Bobiensia pro Sestio p. 309.

Leo caelestis, sidus. Arat. v. 461. 509. — In eo dies primus est autumni. Varro RR. 1, 28, 1. Cfr. de Nat. D. 2, 43, 110. Ibid. 3, 16, 40.

Leocorion. de Nat. D. 3, 19, 50. Vide Leoides.

Leocrantum, vocabulum corruptum. de lege agr. 2, 34, 92.

Leoides: earum est delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur (i. e. fanum Praxitheae, Theopae, Eubulae, quas pater Leo Atheniensis patriae servandae causa iussu oraculi immolavit). de Nat. D. 3, 19, 50. Vide Suidam in Λεωκόριον, et in primis Aelian. V. H. 12, 28.

Leon Imacharensis, vexatus a Verre. Verr. Accusat. 5, 7, 15.

Leon princeps Phliasiorum: Pythagorae cum eo de philosophia colloquium. Tuscul. 5, 3, 8.

Leonaticum. de Nat. D. 3, 19, 50. voc. corruptum. Vide Leoides.

Leonidas, rex Lacedaemoniorum, se in Thermopylis trecentosque eos, quos eduxerat Sparta, cum esset proposita aut fuga turpis aut gloriosa mors, opposuit hostibus. de Finn. 2, 30, 97. — Leonidas quomodo Thermopylis suos exhortatus sit: Tuscul. 1, 42, 101. Ibid. 49, 116. de Finn. 2, 19, 62.

Leonidas, sive potius *Leonides* (ut est in Cod. Med. ad Fam. 16, 21, 5. et in Cod. Med. ad Att. 15, 16. A.), M. Ciceronis filii magister Athenis (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 16, 3. — Leonidae me litterae non satis delectarunt. Ib. 18, 4. — Leonidas retinet suum illud adhuc, id est, mediocriter M. filium laudat. Ib. Lib. 15, 16. A. — Cum Leonide multum erat M. Cicero filius, a. u. c. 710., ut ipse scribit ad Fam. 16, 21, 5.

Leonidas Siculus, vexatus a Verre. Verr. Accusat. 5, 4, 10.

Leontini. („*Leontium* nomen urbis non invenitur, nam apud Ptolemaeum 3, 4. incertum est. Nimirum nullum est urbis proprium nomen, sed commune cum populo." Zumpt.) Leontinis, misera in civitate atque inani, tamen Verris in gymnasio statua deiecta est. Verr. Accus. 2, 66, 160. — Leontini a C. Verre et Q. Apronio vexati. Verr. Accusat. 3, 44, 104. — Leon-

tinus ager. de Divin. 1, 33, 73. — Leontinus ager et Campanus. Eos ereptos rei publicae turpissimis possessoribus inquinavit M. Antonius. Philipp. 2, 17, 43. — Hos campos maiores nostri annonae perfugia ducebant. Philipp. 8, 8, 26. — Leontinus campus ille nobilissimus ac feracissimus. pro Scauro 2, 25. — Leontinus campus, cuius antea species haec erat, ut, cum obsitum vidisses, annonae caritatem non vererere, post Verrem sic erat deformis, ut in uberrima Siciliae parte Siciliam quaereremus. Verr. Accusat. 3, 18, 47. — In agro Leontino praeter unam Mnasistrati familiam glebam Leontinorum possidet nemo. Verr. Accusat. 3, 46, 109.

Leontion quomodo declinandum. Varro Fragmm. p. 349. Bip.

Leontium, meretricula, Epicurea, contra Theophrastum scribere ausa est; scito illa quidem sermone et Attico. Sed tamen . . . . de Nat. D. 1, 33, 93.

M. Lepidus: qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poëtae (Ennii) voce laudatus est, quod cum M. Fulvio (Nobiliore) collega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac voluntate defenderent. de prov. cons. 9, 20. — M. Lepidus cos. a. u. c. 567 et 579., pontifex max. a. u. c. 574., censor a. u. c. 575. Cato 17, 61. — Nos tutores misimus regibus. de Finn. 5, 22, 64. — Lucem haec accipiunt ex Valerio Max. 6, 6, 1. Iustino 30, 2 et 3. Tacito Ann. 2, 67. et denario sic inscripto: Alexandrea. (Caput muliebre turritum.) M. Lepidus Pont. Max. Tvtor. Reg. S. C. (Lepidus togatus stans regi togato adstanti et dextra hastam tenenti diadema imponit.) — Mortuus est Ptolemaeus IV. Philopator a. u. c. 550., quo tempore belli in Philippum V., Macedoniae regem, causas quaerebant Romani. Mittunt Alexandrini legatos, qui impuberi regi Ptolemaeo V. Epiphani tutorem a senatu peterent. Eius rei causa in denarii antica proponitur genius Alexandreae istud sibi beneficium exposcentis. Gliscit bellum cum Philippo, cui is a. u. c. 557. succumbit. Tutela perfunctus Lepidus quo anno ignoratur (circa 552.), consul primum procedit a. u. c. 567., pontificatum maximum adit a. u. c. 574., consul iterum a. u. c. 579. Eckhel. D. N. T. V. p. 126. — M. Antistio Pyrgensi cum equum ademisset, salse in eundem invectus est. de Or. 2, 71, 287.

M. Lepidus cos. cum L. Oreste a. u. c. 628. Brut. 28, 109.

M. Lepidus consul a. u. c. 676. In Sicilia pro praetore fuit a. u. c. 674. aut 673. — Siculi illum annum (Lepidi) pertulerant, qui sic eos afflixerat, ut salvi esse non possent, nisi C. Marcellus quasi aliquo fato venisset, ut bis ex eadem familia salus Siciliae constitueretur. Verr. Accusat. 2, 3, 8. Ibid. 3, 91, 212. — M. Lepidus cos. cum Q. Catulo a. u. c. 676. Iis coss. Gaditanum foedus renovatum. pro Balbo 15, 34.

M. Lepidus postea triumvir. — Supplicatio ei decreta. Philipp. 3, 9, 23. ad Att. 16, 5, 4. — Casu quodam infelici, sed in tot milibus schedarum vix evitando, hae, quae ad Aemilios pertinent, devenerunt in huius operis litteram L. Vide igitur reliqua omnia in Aemiliis.

Lepison Trallianus, homo nobilis. pro Flacco 22, 52.

Lepreon et Lepreos, Arcadiae (oppidum) maritimum. ad Att. 6, 2, 3. Plin. H. N. 4, 6. — Urbem maritimam Arcadiae esse censuit Dicaearchus in libris de descensu in Trophonii antrum. Sed est urbs maritima Achaiae; Arcadia est mediterranea. Pro *Arcadiae* legendum suspicarere *Achaiae*, nisi Pausanias quoque L. 1, 5. referret nonnullos Lepreon ad Arcadiam referre, cum sit Elidis. Achaia et Elis confines sunt; itaque eadem facile urbs ab aliis ad Achaiam, ab aliis ad Elidem referri potuit; cuius confusionis multa exempla reperiuntur. Ern.

Q. Lepta praefectus fabrum Ciceronis. ad Fam. 3, 7, 4. Ibid. 5, 20, 4. — Ad eum sunt Lib. 6. ad Famil. Epistolae 18 et 19. Suspectum erat *Quinti* praenomen Martyni-Lagunae, qui Ciceronis Epistolar. p. 364. suspicatur verum eius nomen fuisse M. Tullius Lepta. — Sponsor fuit pro Cn. Pompeio, Cn. Pompeii Magni filio. Ibid. 19, 3. — (Cfr. Ibid. 7, 5, 2. locus corruptus.) — Lepta debitor Ci-

ceronis. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 11, 2. ad Att. 9, 12, 1. Ibid. 14, 3. Ib. Lib. 11, 8, 1. — Lepta pro M. Plancio Herede amico ita laborat, ut eius fortunae videantur in discrimen venire. ad Fam. 9, 13, 2. — Leptam omnibus antepono. Ibid. §. 3. — Lepta de sua vini curatione (in ludis Romanis a. u. c. 709.) laborat. ad Att. 13, 46, 1. — Lepta noster mirificus est. ad Att. 5, 17, 2. — Attici epistola gaudio exsultat. Ib. Lib. 6, 1, 22. Ib. 8, 2. Ib. Lib. 8, 3, 7. ad Fam. 14, 17. Ibid. 16, 4, 4. Ibid. 23, 2.

Lepta filius. Ei Cicero Oratorem suum legendum et Hesiodum ediscendum commendat. ad Fam. 6, 18, 4 et 5.

Leptasta, Mauretaniae rex. Sal. Hist. 2. p. 202. Ed. min. Gerl.

Leptines Atheniensis. Demosthenis oratio *contra* (sic ipse Cicero, non *in:*) Leptinem. Orat. 31, 111.

Leptines quidam Laodiceae in gymnasio occidit Cn. Octavium, legatum populi Romani ad Antiochum. Philipp. 9, 2, 4.

Leptis. Verr. Accus. 5, 59, 155. — Duplex Leptis est: altera magna prope Syrtim maiorem; altera minor prope Adrumetum. De qua l. l. loquatur Cicero, coniectura colligendum. Civis Romanus dicitur Lepti negotiatus esse. Fuit ergo ea Leptis in provincia Romana. Atqui Leptis est inter Adrumetum et Tisdram, quae oppida sunt conventus Romani apud Scriptorem belli Africani; ideoque in hanc mihi convenire videtur. Memoratur eadem Leptis minor apud Script. B. Afr. c. 7. et libera civitas appellatur. Ern. — Leptis, oppidum a Phoenicibus conditum. Sal. Iug. 19. — Leptis oppidum a Sidoniis conditum. Leptitani in bello Iugurthino semper boni fidelesque mansere Romanis. Sal. Iug. 77. 78. — Leptis, libera civitas et immunis. Bell. Afric. 7.

Lepus levipes, sidus. Arat. v. 365. de Nat. D. 2, 44, 114.

Lerna tetra mactata excetra ab Hercule pacata. Tuscul. 2, 9, 22. — Lernaea hydra. Varro Fr. p. 290. Bip.

Lesas nomen propr. (al. *Laenas*). Varro LL. 8, 41. p. 454.

Lesbiaci libri tres Dicaearchi, in quibus animos esse mortales efficere voluit, sic vocantur, quod Mitylenis sermo habetur. Tuscul. 1, 31, 77.

Lesbus, insula in mari Aegaeo. ad Att. 9, 9, 2. Varro LL. 9, 40. p. 505.

Letilius. Vide: Laetilius.

Letini falsa lectio pro: *Ietini*. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Leucadia, Turpilii fabula ex Alexidis Leucadia conversa. Tuscul. 4, 34, 72. (Leucadia peninsula Acarnaniae.) — Leucadia maris inundatione demersa. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Leucas promontorium et oppidum peninsulae Leucadiae. ad Fam. 16, 1, 2. Ibid. Ep. 2. Ibid. 4, 4. Ibid. 5, 1. Ibid. 9, 1. — Qui modum vitio quaerit, similiter facit, ut si posse putet eum, qui se e Leucade praecipitaverit, sustinere se, cum velit. Tusc. 4, 18, 41.

Leucata. ad Att. 5, 9, 1. Celebre Leucadiae promontorium, unde amoribus irretiti se praecipitare solebant in mare, ut amore liberarentur. Cfr. Davisium ad Tusc. 4, 18, 41., qui ostendit non esse legendum *Leucade*, sed *Leucata*.

Leucippus, Zenonis Eleatici discipulus, iam ante Democritum atomos statuit. de Nat. D. 1, 24, 66. Vide Democritus. — Leucippus plenum et inane dixit esse, a quo omnia gignerentur. Acad. 2, 37, 118.

Leucopetra, promontorium agri Rhegini, hodie *Capo dell' Armi*. Philipp. 1, 3, 7.

Leucopetra Tarentinorum. ad Att. 16, 6, 1. Ib. Ep. 7, 1. Ignota est Geographis, unde Cluverius in Ital. Vet. pro *Tarentinorum* legebat *Rheginorum*. Alii aliter hunc locum tentarunt. Ern. Sed est nomen adeo commune, ut pluribus locis editis et candido marmore conspicuis tribui potuerit.

Leucothea. Ino, Cadmi filia, Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris. Tuscul. 1, 12, 28. — Leucotheam, quae fuit Ino, et eius Palaemonem filium cuncta Graecia habet deos. de Nat. D. 3, 15, 39. — Ino, Leucothea a Graecis, a nobis Matuta dicitur, cum sit Cadmi filia. Ibid. 19, 48.

Leuctra, oppidum Boeotiae, ad quod celebrem victoriam a Spartanis Thebani duce Epaminonda rettulerunt. — Lacedaemoniorum mala pugna in Leu-

ctris. de Divin. 2, 25, 54. — Prius Boeotia Leuctra tollentur quam pugnae Leuctricae gloria. Tuscul. 1, 46, 110. de Off. 1, 18, 61. — Leuctrica calamitas. de Off. 2, 7, 26. de Divin. 1, 34, 74. — Leuctrica pugna per ironiam caedem P. Clodii significat ad Att. 6, 1, 26.

M. Levinius. Verr. Accus. 3, 54, 125. falsa lectio pro M. Laevinus.

Libanus, servile nomen comicum. Her. 4, 50, 63.

Liber sive Bacchus. — Hunc dico Liberum (ex homine factum esse deum) Semela natum, non eum, quem nostri maiores auguste sancteque Liberum cum Cerere et Libera consecraverunt, quod quale sit, ex mysteriis intelligi potest. Sed quod ex nobis natos liberos appellamus, idcirco Cerere nati nominati sunt Liber et Libera. de Nat. D. 2, 24, 62. (Cfr. Ibid. 23, 60. Böttiger *Ideen zur Archaeologie der Malerei* T. I. p. 209.) — Liber deus, Semela natus. Tuscul. 1, 12, 28. Her. 4, 32, 43. — Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. de Finn. 3, 20, 66. — Deus. Fragmm. p. 471. — Liber, Hercules, Aesculapius, Castor, Pollux coluntur aeque atque Apollo, Volcanus, Mercurius; apud quosdam etiam multo magis. de Nat. D. 3, 18, 45. — Liber et Proserpina nati ex Iove primo, Aetheris filio. de Nat. D. 3, 21, 53. — Simul cum Libero patre Syracusis colebatur Aristaeus, olei inventor. Verr. Accusat. 4, 57, 128. — Delphini circa Liberum pinguntur. Varro Fr. p. 376. Bip. — Libero simpuvio vinitatur. Varro Fragmm. p. 273. Bip. — Libero patri, repertori vitis, hirci immolantur, proinde ut capite dent poenas. Varro RR. 1, 2, 19. — Liberi fanum: in fragm. Ennii apud Varronem LL. 5, 2. p. 25. — Liberi sacra turpia in Italia celebrata. Varro Fr. p. 225. Bip. — Liber pro vino. de Or. 3, 42, 167. — Vide Libera.

Libera, Proserpina, Cereris filia. — Liberum nostri maiores cum Cerere et Libera auguste sancteque consecraverunt. de N. D. 2, 24, 62. — Sicilia tota Cereri et Liberae consecrata. Verr. Accus. 4, 48, 106. — Libera in Hennensium nemore a Dite patre rapta. Ibid. — Qui accessistis Hennam, vidistis simulacrum Cereris e marmore et in altero templo Liberae. Ibid. 49, 109. — Ab aedile ludi sanctissimi maxima cum ceremonia Cereri, Libero Liberaeque faciundi. Verr. Accusat. 5, 14, 36. — Cereris et Liberae sacra, sicut opiniones hominum et religiones ferunt, longe maximis atque occultissimis religionibus continentur. Ibid. 72, 187.

Liberalia (dies festus a. d. XVI. Kal. April.) ad Fam. 12, 25, 1. — Quinto togam puram Liberalibus cogitabam dare (ex more Romano). ad Att. 6, 1, 12. ad Att. 9, 9, 4. — Liberalibus hircus Libero patri immolabatur. Varro Fr. p. 344. Bip. Varro LL. 6, 3. p. 196.

Libertas dea. de Nat. D. 2, 23, 61. — Quaestiones habitae in atrio Libertatis. pro Milone 22, 59. — Libertatis atrium in foro Romano. ad Att. 4, 16, 14. — Libertas P. Clodii. ad Att. 4, 2, 3. est statua Libertatis a P. Clodio in area domus Ciceronis dirutae posita et consecrata. — Pro domo 41, 108. Ibid. 42, 110. — Tanagraea quaedam meretrix fuisse dicitur. Eius non longe a Tanagris simulacrum e marmore in sepulcro positum fuit (et a Clodio Libertas vocata). Ibid. 43, 111.

Libethrides. Vide Musae.

Libo. Vide Scribonius.

Liburni, populus Illyrici. Varro Fr. p. 211. Bip.

Liburnia. Mores feminarum in Liburnia. Varro RR. 2, 10, 8. Varro Fr. p. 362. Bip.

Libya, Africa. de Nat. D. 3, 10, 24. Tuscul. 1, 20, 45. — Eius vastitas. de Nat. D. 1, 36, 101.

Libyaticus. Varro LL. 8, 31. p. 433.

Libyssa citrus. Varro Fr. p. 280. Bip.

Licentiae templum a P. Clodio in sedibus Larium familiarium Ciceronis exaedificatum. (Contumeliose pro Libertate Licentiam dicit.) de Legg. 2, 17, 42. Vide Libertas.

Licinia atria. pro Quint. 3, 12. dicta sunt a L. Licinio Crasso, in quibus quattuor Hymettii marmoris columnas, aedilitatis gratia ad scenam ornandam advectas statuit. Ibi auctiones fieri solitae erant.

Licinia lex, quam M. Licinius Crassus, Pompei Magni collega, in consulatu suo (a. u. c. 684.) pertulit, ut severissime quaereretur in eos candidatos, qui sibi conciliassent, ea potissimum de causa, ut per illos pecuniam

tribulibus dispertirent ac sibi mutuo eadem suffragationis ereptae praesidia communicarent. Schol. Bob. pro Plancio p. 253. Cfr. ibid. p. 261. Caelius ad Fam. 8, 2, 1.

Licinia lex atque Aebutia. de lege agr. 2, 8, 21.

Licinia et Iunia lex. ad Att. 4, 16, 5. Schol. Bob. pro Sestio p. 310.

Licinia et Mucia lex de regundis (al. redigundis) civibus lata a. u. c. 659. Ascon. in Cornel. p. 67. — Cfr. Cornel. I. Fragmm. 10. p. 449. Brut. 16, 63. de Off. 3, 11, 47.

Licinia, virgo Vestalis, summo loco nata. Ea, cum T. Flaminio, Q. Metello coss. (a. u. c. 631.) aram et aediculam et pulvinar sub saxo sacro dedicasset, eam rem ex auctoritate senatus ad pontificum collegium Sex. Iulius praetor rettulit. P. Scaevola, pontifex maximus, pro collegio respondit: quod in loco publico Licinia, Caii filia, iniussu populi dedicasset, sacrum non viderier. Pro domo 53, 136.

Licinia, virgo Vestalis defensa a L. Crasso oratore. Brut. 43, 160. — Licinia, virgo Vestalis, propter incestum damnata a L. Cassio. Ascon. in Milon. p. 46. Vide L. Cassius. — Utrum eadem sit cum praecedente, necne, incertum est.

Licinia C. Cassii soror, sed non germana. ad Fam. 7, 23, 4.

Licinia, L. Crassi oratoris filia, P. Scipioni, Serapionis nepoti, nupserat. Brut. 58, 211. (Hic Scipio, quem cum L. Cornelio Scipione cos. a. u. c. 671. confundit Muellerus, lege Varia damnatus atque in exsilium videtur eiectus fuisse." Henrichsen. de Or. 3, 2; 8.)

Liciniae ambae, L. Licinii Crassi oratoris filiae ex Mucia, neptes Laeliae C. F., quarum altera nupsit Scipioni Nasicae, Serapionis nepoti. — Earum sermo elegans. Brut. 58, 211.

Liciniana domus ad lucum Pisonis Q. Ciceroni conducta a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 7.

Licinius. Vide Porcius Licinius.

Licinius (al. Erycinus, al. Licinius Erycinus) Catuli cliens, litteratus homo, servus a manu C. Gracchi. de Or. 3, 60, 225. Plutarch. Ti. Gracch. 2. Gellius 1, 11,

Licinius gladiator, cupidus Catilinae. In toga cand. extr. p. 526.

Licinius, negotiator, ut videtur, Q. Ciceronis necessarius. ad Q. Fr. 2, 1, 1.

Licinius popa nescio qui de circo maximo. pro Milone 24, 65. — Licinius popa, de plebe sacrificulus, qui solitus erat familias purgare. Ascon. in Milon. p. 51.

Licinius, servus Aesopi tragoedi, a domino aufugit. (a. u. c. 695.) Eum Cicero cupit a fratre investigari. ad Q. Fr. 1, 2, 4, 14.

Licinius plagiarius, in provincia Q. Ciceronis. Eum vivum comburere volebat Q. Cicero (a. u. c. 695.), reprehensus eo nomine a Marco fr. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 6.

C. Licinius pater Liciniae, virginis Vestalis quae vixit circa a. u. c. 631. Pro domo 53, 136.

P. Licinius, pudens adolescens et bonus, Caelii familiaris. pro Caelio 25, 61. — Eius edictum. ad Att. 5, 3, 2.

A. Licinius Archias natus est Antiochiae, Syriae urbe, anno circiter u. c. 634. Etenim pro Arch. 3, 5. dicitur Mario consule et Catulo a. u. c. 652. praetextatus etiamtunc, id est, admodum adolescens fuisse. Is igitur postquam ex pueris excessit, primum Antiochiae, deinde in ceteris Asiae partibus cunctaque Graecia ingenii et facultatis poëticae laude floruit. Et cum in Italiam venisset, a Tarentinis, Rheginis, Neapolitanis civitate ceterisque praemiis donatus est. Et cum esset iam propter famam multis, qui Roma tum afuerant, notus, Romam venit Mario et Catulo coss. adolescens circiter XVIII. annos natus, eumque Luculli domum suam receperunt, a quibus etiam postea, cum esset civitate Romana donatus, gentilicium Licinii nomen assumpsisse videtur. Praeterea iucundus fuit Q. Metello Numidico, qui consul fuerat a. u. c. 645., eiusque filio Metello Pio, audiebatur a M. Scauro, vivebat cum Q. Lutatio Catulo patre (qui consul fuerat a. u. c. 652.) et filio (qui postea consul fuit a. u. c. 676.:) a L. Crasso oratore colebatur; Lucullos vero, L. et M. fratres, et M. Livium Drusum M. F., Octavios, Cn. et L. fratres (quorum alter consul cum Cinna fuit a. u. c. 667., alter cum C. Aurelio Cotta a. u.

c. 679.), Catonem (fortasse Catonis Uticensis patrem), item Hortensium consuetudine devinctos tenuit. Satis longo intervallo, id est, a. u. c. circiter 661., profectus est cum M. Lucullo in Siciliam, quod iter hic domestici negotii causa suscepisse videtur; nondum enim ad rem publicam accesserat: cum eodemque provincia decedens venit Heracleam, urbem Magnae Graeciae inter Metapontum et Tarentum sitam, eiusque civitatem, cum ipse per se dignus putaretur, tum auctoritate et gratia Luculli impetravit. Et cum M. Plautius Silvanus et C. Papirius Carbo tribuni plebi a. u. c. 665. legem tulissent, ut civitas Romana daretur iis, qui foederatis civitatibus adscripti fuissent, si tum, cum lex ferebatur, in Italia domicilium habuissent, et si sexaginta diebus apud praetorem essent professi, Archias hac lege Plautia et Papiria civitatem Romanam adeptus est, utpote qui esset foederatae civitati Heracleensi adscriptus et multos iam annos domicilium Romae habuisset. Professus est autem apud Q. Metellum Pium, familiarissimum suum, eodem anno 665. praetorem. Tum a. u. c. 666. L. Licinium Lucullum quaestorem in Asiam secutus est, cum eoque ibi remansit usque ad a. 674., quo anno Lucullus rediit aedilitatem petiturus, quam a. u. c. 675. una cum fratre Marco gessit. Postea eundem Lucullum a. u. c. 680. consulem ad bellum Mithridaticum proficiscentem comitatus est, cum eoque a. u. c. 688. rediit. A. u. c. 699. M. Pupio Pisone et M. Valerio Messala coss. (quo anno sexagesimum Archias annum agebat, unde ei senectutem Cicero tribuit Cap. 5, 5.) a Gratio quodam, homine ceteroquin ignoto, propter meram, ut videtur, invidiam reus factus est lege Papia (C. Papii tribuni pl. a. u. c. 689.) cuius haec vis fuit, ut peregrini Urbe pellerentur et socii Latini in suas quisque civitates redigerentur. Necessarii causam per se, ut videtur, admodum difficilem, sed propter accusatoris, quem quadruplatorem fuisse arbitror, sordes facillimam cum suscepisset Cicero, Archiam defendit coram Quinto fratre, praetore urbano a. u. c. 693., ut nunc constat e Scholiasta Bobiensi. Utrum absolutus sit Archias necne, parum comperimus; illud tamen probabilius, cum iudices in re levicula Ciceroni consulari vel propterea gratificari debuerint, ne expertes omnis doctrinae atque humanitatis viderentur, ubi facundam litterarum defensionem respuissent. — Supersunt in Anthologia Palatina XXXIII. Archiae epigrammata, ex quibus aliquod de eius facultate poëtica iudicium ferri potest. Praestantior omnino fuisse videtur in arte „magnum numerum optimorum versuum dicendi ex tempore“ (Cap. 8, 18.) quam in poëmatis elaborandis atque assidue limandis. — Cfr. totam Archianam et Scholia Bobiensia p. 353. seqq. — Archias portentum Q. Roscio comoedo, parvulo etiam tum, oblatum expressit versibus. de Divin. 1, 36, 79. — Archias nihil de me scripsit; ac vereor, ne, Lucullis quoniam Graecum poëma condidit, nunc ad Caecilianam fabulam spectet. ad Att. 1, 16, 15. i. e., ne post scriptum poëma Lucullis de bello Mithridatico aliud cogitet in gratiam Metellorum componere. Ludit in ambiguo voc. *Caecilianam fabulam*, quod et poëma in honorem familiae Metellinae, quae erat e Caeciliis, et fabulam a Caecilio Statio compositam significare poterat.

A. Licinius Aristoteles Melitensis, hospes Ciceronis, et per Ciceronem a Caesare liberatus, commendatur (Marcio) Regi. ad Fam. 13, 52.

C. Licinius Calvus, C. Mario, Cn. Carbone III. coss. a. d. V. Kal. Iun. (d. 28. Maii a. u. c. 672.) M. Caelius Rufus et C. Licinius Calvus eadem die geniti sunt; oratores quidem ambo, sed tamen dispari eventu. Plin. H. N. 7, 50. — Filius fuit C. Licinii Macri, annalium scriptoris atque oratoris, qui a Cicerone repetundarum accusatus se ipse interfecit, unde primum inimicitias mutuas inter se exercebant Cicero et Calvus. Praematura morte exstinctus est probabiliter a. u. c. 706., certe ante a. u. c. 708., quo Cicero Brutum scripsit. (Calvus imitator est Atticorum, fecitque illi properata mors iniuriam, si quid adiecturus sibi, non si quid detracturus fuerit. Quintil. 10, 1, 115.) A. u. c. 699. pluribus actionibus P. Vatinium ambitus reum fecit, cuius accusationis supersunt aliquot loci breviores. Memorantur praeterea eius orationes in Asitium et in Drusum, pro Messio, pro P. Sestio, pro C. Catone. Publicis muneribus functus esse

non videtur: certe gratuito Pighius eum facit quaestorem a. u. c. 698. (699. Varr.) Intimus fuit Catulli amicus, aliquoties eum memorantis, cum eoque iungitur ab Horatio Sat. 1, 10, 16. *simius iste Nil praeter Calvum et doctus cantare Catullum:* item Propertio 2, 19, 40., Ovidio Amor. 3, 9, 61. Composuit „famosa epigrammata" (Suet. Caes. 73.) in Caesarem et Pompeium eorumque asseclas; supersunt circiter XX. poëmatum fragmenta, quae collegit Weichert in libello de C. Licinio Calvo poëta. Poët. Lat. p. 89. seqq. Cfr. Obbarium in Iahn *Jahrbücher* 2, 1. p. 94. Meyeri Oratt. Rom. p. 201. — In litteris ad eum missis (cfr. Cic. Fragmm. nostrae Ed. p. 467. XI.) maioribus extuli laudibus, quam tu, Treboni, id vere potuisse fieri putas. Primum (quod ita iudicabam) acute movebatur: genus quoddam sequebatur; in quo iudicio lapsus, quo valebat, tamen assequebatur, quo probaret. Multae erant et reconditae litterae: vis non erat. Ad eam igitur adhortabar. ad Fam. 15, 21, 5. — Qualis orator fuerit. Eius oratio nimia religione attenuata doctis et attente audientibus erat illustris: a multitudine autem et a foro devorabatur. — Atticum se dici oratorem volebat: inde erat ista exilitas, quam ille de industria consequebatur. Brut. 82, 283. seqq. — M. Tigellius Hermogenes addictus Calvi Licinii Hipponacteo praeconio (i. e. probroso carmini). ad Fam. 7, 24, 1. Superest huius epigrammatis versiculus a Porphyrione ad Horat. Sat. 1, 3, 3. servatus: *Sardi Tigelli putidum caput venit.* — Curius notissimus fuit aleator damnatusque postea est; in hunc est hendecasyllabus Calvi elegans: *Et talis Curius pereruditus.* Ascon. in Or. in toga cand. p. 95. — C. Licinius Calvus accusavit P. Vatinium. Schol. Bob. in Vatin. p. 316 et 323. — Dixit pro P. Sestio (a. u. c. 698.) Schol. Bob. pro Sestio p. 292. — *Calvus satis est, quod dicit parum:* de Or. 2, 61, 250. ambiguae significationis iocus; ad hunc autem Licinium Calvum pertinere non potest. — Calvus (alii tamen legunt *Caesius*). ad Q. Fr. 3, 1, 2, 5. — Licinius ille, cuius de Finn. 1, 2, 5. iudicium de M. Attilio, *ferreo scriptore*, affertur, vix fuit Licinius Calvus, sed aut C. Licinius Imbrex, poëta comicus, aut, quod potius reor, Porcius Licinius s. rectius Licinus, qui librum de poëtis scripsit. Gell. N. A. 17, 21.

C. Licinius Crassus. Eius popularis lex de sacerdotiis promulgata a. u. c. 609. dissuasa a C. Laelio praetore. Is primus instituit in forum versus agere cum populo. Lael. 25, 96. — Sed opinor, qui haec commodius ostendere possint, adsunt. Nam C. Licinium Stolonem et Cn. Tremellium Scrofam video venire; unum, cuius maiores de modo agri legem tulerunt: (nam Stolonis (*est*) illa lex, quae vetat plus D. iugera habere civem Romanum:) et qui propter diligentiam culturae Stolonum confirmavit cognomen (quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circum arbores, e radicibus quae (*neutrum plurale*) nascerentur e solo, quos stolones appellabant), eiusdem gentis (*fuit*) C. Licinius; tribunus plebi cum esset, post reges exactos annis CCCLXV. primus populum ad leges accipiundas (*rogandas*) in septem iugera forensia e comitio eduxit. Varro RR. 1, 2, 9. Loquitur Varro de C. Licinio Crasso, tribuno plebi a. u. c. 609., qui eiusdem gentis, non familiae, erat cum C. Licinio Stolone, legis latore de modo agri, et curâ quam agri culturae impertiebat, confirmarat ac renovarat vetus illud Stolonis cognomen antiquiori alicui Licinio olim datum; idem primus populum Romanum Quiritium e Comitio, ubi prius ad leges rogandas conveniebat, eduxit in Forum, ubi antea plebes dumtaxat ad plebiscita roganda congregari solebat: Forum autem παραφράζει *in septem iugera forensia*, quod Forum septem erat iugerum, comitium duorum, qua circumlocutione simul rei agrariae grata mentio iniiciebatur. Artissime iungendus superior Ciceronis locus Lael. 25, 96. Cfr. Phil. Ed. Huschke *über die Stelle des Varro von den Liciniern. Heidelberg* 1835. 8., ubi priorum et coniecturae et expositiones afferuntur sagaciterque diiudicantur. Cfr. Göttlingii Dissert. de eodem Varronis loco. Ienae 1832. 4. et Criticum Halensem 1832. N. 151. p. 565.

L. Licinius L. F. L. N. Crassus, natus a. u. c. 614., mortuus est a. u. c. 663. Cfr. Meyeri Oratt. Rom. p. 146. seqq. — Eius magister L. Caelius Antipater. Brut. 26, 102. — L. Crassus orator, persona primaria in libris de Oratore (1, 7, 24.) — Eius uxor, Q.

Mucii Scaevolae auguris filia (a. u. c. 663.), iam decesserat. Ibid. — L. Crassus C. Marii affinis. pro Balbo 21, 49. — L. Crassus affinis C. Marii, quia huius filius in matrimonium duxerat Muciam, Scaevolae auguris filiam alteram, alteram Crassus. de Or. 1, 15, 66. — L. Crassus orator uxorem habuit Muciam, Q. Mucii Scaevolae filiam, ex qua suscepit filias duas Licinias. Brut. 58, 211. — Ibid. 59, 215. A. u. c. 645. quaestor in Asia fuit atque inde decedens Athenas venit. de Or. 1, 11, 45. — Eius aedilitas ornatissima. Verr. Accusat. 4, 59, 133. — L. Crassus cum Q. Mucio Scaevola magnificentissima aedilitate functus est. de Off. 2, 16, 57. — L. Crassus, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. Ibid. 9, 26. — L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scaevola, pont. max., sapientissimi consules a. u. c. 659. (Verr. Accus. 2, 49, 122.) Brut. 64, 229. — Eorum lex de regendis in sua civitate sociis tangitur de Off. 3, 11, 47. — L. Licinius Crassus orator et Q. Mucius Scaevola pontif. max. in suo consulatu a. u. c. 659. tulerunt legem (Liciniam Muciam) de redigundis civibus. Ascon. in Cornel. p. 67. — Legem de civibus redigundis tulit L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scaevola, ut redire Socii et Latini in civitates suas iuberentur. Schol. Bob. pro Sestio p. 296. — L. Licinius Crassus consul quosdam in citeriore Gallia, nullo illustri duce - - confecit: triumphum a senatu postulavit. de Inv. 2, 37, 111. — L. Crassus, homo sapientissimus nostrae aetatis, speculis prope scrutatus est Alpes, ut ubi hostis non erat, ibi triumphi causam aliquam quaereret; sed ei illum honorem collega (Q. Scaevola) praeripuit. in Pison. 26, 62. — Crasso collega in consulatu fuit Q. Scaevola pontifex, qui cum animadverteret Crasso propter summam eius in re publica potentiam ac dignitatem senatum in decernendo triumpho gratificari, non dubitavit rei publicae magis quam collegae habere rationem ac ne fieret senatus consultum intercessit. Ascon. in Pison. p. 14. — Magnus est in re publica campus, ut sapienter dicere Crassus solebat: multis apertus cursus ad laudem. Philipp. 14, 6, 17. — Quantus in L. Crasso pudor fuerit, quod ingenium, quanta auctoritas, quis ignorat? Tamen is, cuius etiam sermo testimonii auctoritatem habebat, testimonio ipso, quae in M. Marcellum inimico animo dixit, probare non potuit. pro Fonteio 7, 14. — A L. Crasso colebatur Archias poëta. pro Archia 3, 6. — Tusculanum emit de libertino homine, Soterico Marcio. pro Balbo 25, 56. — Eius voluntatem asperioribus facetiis saepe perstrinxit impune Granius praeco. pro Plancio 14, 33. — L. Crassi oratoris mors. de Or. 3, 1, 1. seqq. — Pseudomarius (a. u. c. 709.) avum suum ferebat L. Crassum. ad Att. 12, 49, 1. — Sequuntur loci Tulliani de eius doctrina, eloquentia, orationibus. — Eius facultas oratoria. Her. 4, 2, 2. — Exemplum ex eo desumptum. Ibid. 4, 3, 5. — Memoratur ibid. 4, 5, 7. — Eius eloquentia; Varen. Fragmm. 8. p. 443. — Eius eloquentia maximopere laudata. de Or. 2, 45, 188. — Crassus et Antonius magis Cottâ, Sulpicio, Hortensio ad omne genus dicendi apti. Orat. 30, 106. — Crassi perpauca sunt ardentis orationis exempla nec ea iudiciorum. Orat. 38, 132. — Erat in L. Crasso multus lepos. de Off. 1, 30, 108. — Uberior (quam Catuli utriusque) oratio L. Crassi nec minus faceta; sed bene loquendi de Catulis opinio non minor. de Off. 1, 37, 131. — L. Crassus et M. Antonius: ego sic existimo, hos oratores fuisse maximos et in his primum cum Graecorum gloria Latine dicendi copiam aequatam. Brut. 36, 138. — Magnificae L. Crassi laudes. Ibid. 38, 143. seqq. — Eloquentium iuris peritissimus. Ibid. 39, 145. Ibid. 53, 197. Ibid. 57, 207. Ibid. 73, 256. Ibid. 88, 301. — Mortuus a. u. c. 663. Ibid. 88, 303. — Eius doctrina. de Or. 2, 1, 1. seqq. — Pollicitus est, se ius civile, quod nunc diffusum et dissipatum est, in certa genera coacturum et ad artem facilem redacturum. de Or. 2, 33, 142. — L. Crassus et M. Antonius nihil se arbitrabantur ad iudicia causasque amicorum praeter fidem et ingenium afferre oportere. Divinat. 8, 25. — L. Crassus adolescentulus perculit C. Papirium Carbonem. de Or. 1, 10, 39. — L. Crassus annos natus XXI. C. Carbonem in iudicium vocavit. de Or. 3, 20, 74. — L. Crassus accusavit C. Carbonem, eloquentissimum hominem admodum adolescens (annos XXI. natus). Defendit postea Liciniam virginem ap-

nos XXVII. natus. Brut. 43, 159. — In seqq. aliae L. Crassi orationes enumerantur. v. c. in legem Caepionis oratio 44, 164., censoria contra Cn. Domitium collegam. Ibid. — L. Crassus cum esset admodum adolescens, sibi ipse peperit maximam laudationem ex illa accusatione nobili et gloriosa C. Carbonis. a. u. c. 635. de Off. 2, 13, 47. — C. Carbo, accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur. ad Fam. 9, 21, 3. — Fragmentum ex eius oratione in Carbonem. de Or. 2, 40, 170. — Ex homine clarissimo atque eloquentissimo L. Crasso saepe auditum est, cum se nullius rei tam poenitere diceret, quam quod C. Carbonem unquam in iudicium vocavisset. Verr. Accusat. 3, 1, 3. — Crassus egit causam Curianam. Topic. 10, 44. — L. Crassus quomodo egerit causam Curianam: pro Caecina 18, 53. Ibid. 24, 69. — Malim mihi L. Crassi unam pro M'. Curio dictionem quam castellanos triumphos duo. Brut. 73, 256. — Fragmenta orationis, quam contra collegam (Cn. Domitium Ahenobarbum), censor (a. u. c. 662.) habuit. de Or. 2, 11, 45. — L. Crassus defendit C. Sergium Oratam. de Off. 3, 16, 67. — De L. Crassi suasione legis Serviliae sic existimo, ipsum fortasse melius potuisse scribere, alium, ut arbitror, neminem. Nec in hoc ironiam duxeris esse cet. Brut. 87, 298. — Fragmentum orationis eius, habitae, cum a. u. c. 648. legem Serviliam (Q. Servilii Caepionis cos.) iudiciariam de iudiciis ab equitibus ad senatum transferendis defenderet. de Or. 1, 52, 225. — Locus ex eius oratione, qua suasit legem Serviliam, παραδόξως reprehensus. Parad. 5, 3, 41. — In dissuasione rogationis eius, quae contra coloniam Narbonensem ferebatur, quantum potest de auctoritate senatus detrahit; in suasione legis Serviliae summis ornat senatum laudibus. Quomodo in defensione Cn. Planci ultus sit M. Brutum accusatorem: pro Cluentio 51, 140. — Fragmenta ex eius oratione in M. Brutum „accusatorem." de Or. 2, 55, 224. seqq. — Haec benignitas etiam rei publicae est utilis, redimi e servitute captos, locupletari tenuiores, quod quidem volgo solitum fieri ab ordine nostro in oratione Crassi scriptum copiose videmus. de Off. 2, 18, 63. — Crassi oratoris fragmentum. Orat. 65, 219. Aliud. Ibid. 66, 222. (cfr. §. 226.) Orat. 5, 19. Pro domo 19, 50. Tuscul. 1, 5, 10. Vide C. Marius.

L. Licinius Crassus, filius Liciniae, L. Crassi oratoris filiae ex P. Scipione Nasica, Serapionis nepote, Crassi avi testamento adoptatus, summo dicitur ingenio fuisse. Brut. 58, 212. Cfr. Plin. H. N. 34, 3.

M. Licinius Crassus ἀγέλαστος, praetor. — Potes oratores putare eos, quos multas horas exspectavit, cum in Campum properaret, et ridens et stomachans Scaevola, cum Hypsaeus maxima voce, plurimis verbis, a M. Crasso praetore contenderet, ut ei, quem defendebat, causa cadere liceret; Cn. autem Octavius, homo consularis, non minus longa oratione contenderet, ne adversarius causa caderet? de Orat. 1, 36, 166. Hanc causam a. u. c. 627 aut 628. actam esse inde concludi potest, quod Cn. Octavius dicitur *homo consularis*, Hypsaeus non item, Cn. enim Octavius consul fuit a. u. c. 626., M. Plautius Hypsaeus a. u. c. 629. Henrichsen. Pighius contra, sed temere, huius M. Crassi praeturam refert ad a. u. c. 648. (649. Varr.) — M. Crassus, „ille vetus:" eum semel ait in omni vita risisse Lucilius. Tuscul. 3, 15, 31. — Eum semel ait in vita risisse Lucilius, unde ἀγέλαστος, ut ait idem, vocatus est. de Finn. 5, 30, 92. — Licinius Crassus ἀγέλαστος apud Lucilium. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 128. — Plin. H. N. 7, 19. eum nunquam risisse ait.

M. Licinius P. F. Crassus, aequalis Hortensii, mediocriter a doctrina instructus, angustius etiam a natura, labore et industria et quod adhibebat ad obtinendas causas curam etiam et gratiam, in principibus patronis aliquot annos fuit cet. Eius inimicus C. Fimbria. Brut. 66, 233. Ibid. 90, 308. — — Eius virtute consilioque factum est, ne ratibus coniunctis freto fugitivi (duce Spartaco) ad Messanam transire possent. Verr. Accusat. 5, 2, 5. — Pudet me tui, M. Crasse (per ironiam:) quid est, quod confecto per te formidolosissimo bello (Spartacio) coronam illam lauream tanto opere decerni volueris a senatu? in Pison. 24, 58. — M. Crassus ab Aemo in Asiam navigavit. pro Flacco 14, 32. — M. Licinius Crassus, obtrectans potius collegae (Pompeio a. u. c. 684.) quam boni aut mali publici gravis exactor,

Sal. Hist. 4. p. 230. Ed. Gerl. min. — M. Licinius Crassus una cum C. Caesare acerrimus et potentissimus fuit Ciceronis refragator, cum petiit consulatum a. u. c. 690., quod eius in dies civilem crescere dignitatem animadvertebat: et hoc ipse Cicero in Expositione consiliorum suorum significat. Eius quoque coniurationis, quae Cotta et Torquato coss. (a. u. c. 689.) facta est a Catilina et Pisone, arguit M. Crassum auctorem fuisse. Ascon. in tog. cand. p. 83. — Fuere, qui crederent M. Licinium Crassum non ignarum Catilinae consilii fuisse cet. Sal. Catil. 17. — Eius inimicitiae cum Cn. Pompeio. Ibid. 18. — Ei Gabinius in liberam custodiam traditur. Sal. Catil. 47. — Eum L. Tarquinius 'coniurationis cum Catilina insimulat. Ibid. 48. — Ipsum Crassum ego postea praedicantem audivi, tantam illam contumeliam sibi ab Cicerone impositam. Ibid. — M. Crassus (a. u. c. 693.) ornatissime de meo consulatu locutus est; ut ita diceret, se, quod esset senator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre. ad Att. 1, 14, 3. — Hic dies me valde Crasso adiunxit. Ibid. §. 4. — Per iocum „Calvus ex Nanneianis ille" vocatur ibid. 16, 5. Vide Calvus. — Corrupit iudices Clodianos. Ibid. — Caesar Ravennae a M. Crasso in Ciceronem accensus. ad Fam. 1, 9, 9. — M. Crassus cum Cicerone et Hortensio defendit L. Murenam. pro Murena 4, 10. Ibid. 23, 48. — Asianos impulit, ut auderent postulare, ut induceretur locatio vectigalium a censoribus facta. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 17, 9. — O spectaculum uni Crasso iucundum (Pompeius animo fractus), ceteris non item! (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 21, 4. — Reus erat apud Crassum Divitem Vettius index de vi. (a. u. c. 695.) Ibid. 24, 4. Ibid. 3, 24, 5. — Is, quocum mihi omnes erant amicitiae necessitudines, vir fortissimus a P. Clodio (a. u. c. 696.), infestissimus esse meis fortunis praedicabatur. pro Sestio 17, 39. Ibid. 18, 41. — „Crassum metuo." (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 2, 2. — M. Crassus pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — M. Crassus consul quomodo comitia aedilicia habuerit: pro Plancio 20, 49. — Quomodo se gesserit in causa Ptolemaei auletae: (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 1, 3. — Crassus aderat Miloni animo non amico, — P. Clodius volebat, ut is reduceret Ptolemaeum Auletem. a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 2. — M. Crassus cum Cn. Pompeio et Cicerone pro facultate et pro fide sua diligentissime defendit L. Cornelium Balbum (a. u. c. 698.) pro Balbo 7, 17. Ibid. 22, 50. — M. Crassi castissima domus. pro Caelio 4, 9. — Fragmenta eius orationis, qua M. Caelium defendit. Ibid. 8, 18. Ibid. 10, 23. — Crassus dixit pro P. Sestio. Schol. Bob. pro Sestio p. 292. — Eius et Ciceronis mutuae rationes: quomodo a. u. c. 699. Cicero cum eo in gratiam redierit: ad Fam. 1, 9, 20. — Crassum quidem nostrum minore dignitate aiunt profectum paludatum quam olim aequalem eius L. Paullum, iterum consulem. O hominem nequam! (a. u. c. 699.) ad Att. 4, 13, 2. — Ei quid acciderit, videmus, dirarum obnuntiatione neglecta. de Divin. 1, 16, 29. — M. Crassus cum exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricas Cauno advectas vendens, *Cauneas* clamitabat. de Divin. 2, 40, 84. — Crasso, proconsuli Syriae, quae lege Trebonia in quinquennium ex secundo consulatu illi obtigerat, post varias in re publica inimicitias iam tertium reconciliatus scribit (a. u. c. 700.) quanto studio absentis dignitatem in Senatu defenderit. ad Fam. 5, 8. (Sex annis natu maior quam Cicero erat Crassus totidemque prior consulatum gesserat; iure igitur plus Crasso tribuit quam sibi. Manut.) — Sapiens rectius appellabitur dives quam Crassus, qui, nisi eguisset, nunquam Euphratem nulla belli causa transire voluisset. de Finn. 3, 22, 75. — M. Crassus interfecto Publio filio exercituque deleto trans Euphratem cum ignominia et dedecore periit. de Divin. 2, 9, 22. — Cum M. Crasso mihi multae et magnae contentiones fuerunt. Philipp. 2, 3, 7. — M. Crasso placuit meus consulatus. Ibid. 5, 12. — Erat surdaster M. Crassus: sed aliud molestius, quod male audiebat, etiam si, ut mihi videbatur, iniuria. Tuscul. 5, 40, 116. — M. Crassus a falsariis heres scriptus Basili, alieni facinoris munusculum non repudiavit. de Off. 3, 18, 73. — Dares hanc vim M. Crasso, ut digitorum percussione heres posset scriptus esse, qui re vera non esset heres; in foro, mihi crede, saltaret. de Off. 3, 19, 75. — M. Crassus non solum callidus erat, verum etiam praepotens; qui tamen

solebat uti suo bono (id est, quadam naturae suae bonitate; qui non prorsus improbus fuit.) de Finn. 2, 18, 57. — M. Crassus negabat ullam satis magnam pecuniam esse ei, qui in re publica princeps vellet esse, cuius fructibus exercitum alere non posset. de Off. 1, 8, 25. — Ex iis hominibus fuit, qui quidvis perpetiuntur, cuivis deserviunt, dum, quod volunt, consequantur. de Off. 1, 30, 109. — Quanto in odio noster amicus Magnus! cuius cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescit. ad Att. 2, 13, 2. — Supero Crassum divitiis. ad Att. 1, 4, 4. — Mihi nunquam veniet in mentem Crasso invidere. Ibid. 2, 4, 2. — In eum declamatiuncula. Parad. 6, 1, 42. seqq. — An miser dicendus post mortem? Tuscul. 1, 6, 12. seqq. ad Q. Fr. 2, 9, 2. De rege Alex. Fragmm. II. 1 et 4. p. 458. — Crassi mores. Schol. Bob. in or. de rege Alex. p. 349. — Divitis atria Crassi. Varro Fr. p. 264. Bip. — Q. Arrius fuit M. Crassi quasi secundarum. Brut. 69, 242. — Vide Licinia lex. (Schol. Bob. pro Plancio p. 253.)

M. Licinius M. F. Crassus, quaestor a. u. c. 700. a Caesare in Belgiam missus. Caesar Gall. 5, 24. Vide in eius fratre P. Licinio M. F. Crasso.

M. (Licinius) Crassus (alii melius: *M. Cassius*) a Mamertinis repetitus, quia ex Mamertino aut civis factus erat Romanus aut se pro tali gerebat. pro Balbo 23, 52.

P. Licinius Crassus cognomine Dives a. u. c. 542. pontifex max., cos. cum superiore Africano a. u. c. 549. obiit a. u. c. 571. — Eius sapientia. de Or. 3, 33, 134. Brut. 19, 77. — Cfr. Liv. 31, 1., ubi insigne eius elogium.

P. Licinius Crassus (cos. a. u. c. 583.), Sex. Aelius, Ti. Coruncanius: ab iis iura civibus praescribebantur; eorum usque ad extremum spiritum est provecta prudentia. Cato 9, 27. — Eximium in eo et pontificii et civilis iuris studium. Ibid. 14, 50. — Eius auctoritas. Ibid. 17, 61.

P. Licinius Crassus Mucianus Dives, P. Mucii Scaevolae filius, adoptatus a P. Licinio Crasso Divite, P. Mucii Scaevolae frater, consul a. u. c. 623. valde probatus orator; domi ius civile cognoverat. Consulebatur plurimum et dicebat. Brut. 26, 98. — Homo elegans et iuris peritus. de Or. 1, 37, 170. — Idem fuit eloquens et iuris peritus. de Or. 1, 50, 216. — C. Galba, P. Crassi eloquentis et iuris periti gener. Brut. 33, 127. — Cum aedilitatem peteret, ab homine quodam rusticano consultus, ei sic respondet, ut de eo responso Ser. Galbae disputandi occasio venerit. — Fuit in numero disertorum, sed par Ser. Galbae nullo modo. de Or. 1, 56, 239 et 240. — Fautor Ti. Gracchi; obtrectator et invidus Scipionis Africani minoris. de Rep. 1, 19. 31. — Duos sapientissimos et clarissimos fratres, P. Crassum et P. Scaevolam aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse, alterum (Crassum), ut videmus, palam, alterum, ut suspicantur, obscurius. Acad. 2, 5, 13. — Cum Aristonico bellum gerendum fuit, P. Licinio, L. Valerio consulibus (a. u. c. 623.) Rogatus est populus, quem id bellum gerere placeret: Crassus consul, pontifex maximus, Flacco collegae, flamini Martiali, multam dixit, si a sacris discessisset; quam multam populus remisit, pontifici tamen flaminem parere iussit. Sed ne tum quidem populus Ro. ad privatum detulit imperium: quamquam erat Africanus, qui anno ante de Numantinis triumpharat; qui cum longe omnes belli gloria et virtute superaret, duas tamen tribus solas tulit. Ita populus Ro. consuli potius Crasso quam privato Africano bellum gerendum dedit. Philipp. 11, 8, 18. — P. Licinius Crassus pontifex maximus, bello Aristonici in Asia dedit operam, ut occideretur. Ascon. in Scaur. p. 25. — Ad Leucas periit a. 623. Cfr. Liv. Epit. 59. Vell. Paterc. 2, 4. Valer. Max. 3, 2, 12. Cfr. Gronov. Observv. 2, 6. p. 197. Perizonii Animadvv. C. 9.

P. Licinius P. F. Crassus. Velim me certiorem facias, P. Crassus, Venuleiae filius, vivone P. Crasso, consulari, patre suo mortuus sit, ut ego meminisse videor, an post. ad Att. 12, 24, 2. — Referunt interpretes post Corradum ad P. Crassum cos. a. u. c. 657. Sed huic sententiae obstat, quod P. Crassi pater et filius, quocunque demum modo factum est, una mortem oppetiverunt. Plutarch. Crass. 4. *οἱ μὲν ἐν τῇ καθόδῳ τοῦ Μαρίου ἐγκαταληφθέντες ἀπέθνησκον, ὧν ἦν καὶ ὁ πατὴρ Κράσσου καὶ ὁ ἀδελφός.* Flor. 3, 21. Cae-

sares a Fimbria in penetralibus domorum suarum trucidantur; Crassi, pater et filius, in mutuo alter alterius adspectu. Τραγικωτέρως Appianus B. C. 1, 72. Κράσσος μετὰ τοῦ παιδὸς διωκόμενος, τὸν μὲν υἱὸν ἔφθασε προανελεῖν, αὐτὸς δ' ὑπὸ τῶν διωκόντων ἐπανῃρέθη. Nos sequimur Livii Epit. 80.: Crassus filius ab equitibus Fimbriae occisus; pater Crassus, ne quid indignum virtute sua pateretur, gladio se transfixit. — Non igitur Cicero ex Attico quaerere poterat, utrum P. Crassus filius vivo patre mortuus sit, necne; eo scilicet fine, ut in Consolatione, quam tunc in manibus habebat, memoraret, qua fortitudine animi Crassus pater filii mortem sustinuisset; poterat quaerere de P. Crasso, consule a. u. c. 623., quamquam is iam eodem anno occisus est; item de coss. P. Liciniis Crassis coss. a. u. c. 549 et 583.

P. Licinius M. F. P. N. Crassus Dives Lusitanicus, pater M. Crassi, Ciceronis aequalis, qui periit in expeditione adversus Parthos. — P. Crassus et sapiens et eloquens et primus homo, eius nepos homo fuit perditus. Tusc. 1, 33, 81. — P. Crassus, cum cognomine dives, tum copiis, functus est aedilicio maximo munere. de Off. 2, 16, 57. — P. Licinius Crassus consul cum Q. Mucio Scaevola. a. u. c. 657. Brut. 96, 328. — P. Crassus de Lusitanis triumphavit a. u. c. 661. in Pison. 24, 58. pro Plancio 13, 32. — Imperator ante bellum Italicum de Hispanis (pr. Lusitanis) triumphavit. Ascon. in Pison. p. 14. — P. Crassus, sapientissimus homo, quem est senatus consecutus, cum decrevisset, C. Claudio Pulchro cos. a. u. c. 662. de Cn. Carbonis seditione referente, invito eo, qui cum populo ageret, seditionem non posse fieri, quippe cui liceat concilium, simulatque intercessum turbarique coeptum sit, dimittere. de Legg. 3, 19, 42. — P. Crassus legatus L. Iulii Caesaris in bello sociali. pro Fonteio 15, 33. Cfr. Appian. B. C. 1, 40. — P. Licinius Crassus et L. Iulius Caesar censores a. u. c. 665. Iis censoribus nulla populi pars censa est. pro Archia 5, 11. — Cfr. Appian. B. C. 1, 49. — P. Crassus Alexam Heracliensem civitate donavit. pro Balbo 22, 50. — Maximi animi vir; eius mors. de Or. 3, 3, 10. — P. Crassus, ne in manus incideret inimicorum, se ipsum interemit. pro Scauro 2, 1. a. — P. Crassus occisus a Cinna a. u. c. 667. Tusc. 5, 19, 55. — P. Crassus, fortissimus vir, ne videret victorem vivus inimicum (Cinnam), eadem sibi manu vitam exhausit, qua mortem saepe hostibus obtulerat. pro Sestio 21, 48. — Victoribus L. Cinna et C. Mario proscriptus, cum ad mortem quaereretur, sua se dextera interfecit; vir illustris et qui de Hispania triumphaverat. Schol. Bob. pro Sestio p. 299. — Periit in dominatione L. Cinnae. Ascon. in Scaur. p. 23. — Eius domus empta a Cicerone. Pseudosalust. in Cic. 2, 2. Pseudocic. in Sal. 5, 14. Ibid. 7, 20. — In inscriptione apud Muratorium ad a. u. c. 657. Varr. est praenomen *M.* Ern. Sed ea inscriptio pertinet ad M. Licinium Crassum cos. a. u. c. 740. et per errorem a Muratorio ad hunc P. Crassum relata est. Vide P. Licinius P. F. P. N. Crassus.

P. Licinius P. F. P. N. Crassus. — P. Crassus sapiens et eloquens et primus homo; eius nepos (eiusdem nominis) homo fuit perditus. Tuscul. 1, 33, 81. — Nepos fuit P. Crassi cos. 657., filius P. Crassi ab equitibus Fimbriae interfecti.

P. Licinius M. F. Crassus adolescens, equitatui Caesaris praeerat a. u. c. 696. Caesar Gall. 1, 52. — Ab eo Veneti, Unelli, alii populi Galliae in ditionem potestatemque populi Romani redacti. Ib. Lib. 2, 34. Ib. 3, 7. — P. Crassus, adolescens (a. u. c. 699.) nostri studiosissimus. ad Q. Fr. 2, 9, 2. — Marco patri haec scribit ad Fam. 5, 8, 4.: „Filios tuos ego ambo unice diligo, sed in Marcum benevolentia par, hoc magis sum Publio deditus, quod me, quamquam a pueritia sua semper, tamen hoc tempore (a. u. c. 700.) maxime sicut alterum parentem et observat et diligit." — Eum Cicero vehementer hortatus erat, ut eam laudis viam rectissimam esse duceret, quam maiores eius ei tritam reliquissent. — Eius laudes. — Sed hunc quoque absorbuit aestus quidam non insolitae adolescentibus gloriae. — Ita gravissimo suo casu (apud Parthos interitu) dum Cyri et Alexandri similis esse voluit, et L. Crassi et multorum Crassorum inventus est dissimillimus. Brut. 81, 281. seqq. — P. Crassum ex omni nobilitate adolescentem dilexi plurimum. ad Fam. 13, 16, 1. — P. Licinius, pu-

dens adolescens et bonus in causa Caeliana veneni allati criminis falso insimulatus. pro Caelio 25, 61. Manutio alius videtur a P. Licinio M. F. Crasso. Res tamen prorsus est incerta. Immo probabilius est M. Caelium Rufum et P. Crassum aequales, utrumque Ciceronis amicum, hoc crimine ab accusatoribus una petitos esse. — De nummo sic inscripto: P. Crassus M. F. cfr. Eckhel D. N. Vol. V. p. 232.

P. (Licinius) Crassus, praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni. Post red. in sen. 9, 22. — Sapienter Interpretes tacent de hoc P. Crasso; ne ipse quidem Pighius ad a. 696. ei patrem et avum adscribit. Scilicet est manifestus error certissimumque νοθείας argumentum; declamator enim cum explere vellet praetorum collegium, temere arripuit P. Licinii Marci filii Crassi nomen, quem carissimum fuisse Ciceroni sciebat, ignorabat autem eum a. u. c. 697. adolescentem fuisse necdum aetate praetoria.

L. Licinius Damasippus praetor Marii iussu a. u. c. 672. occidit C. Carbonem. ad Fam. 9, 21, 3. — L. Damasippus praetor ex voluntate C. Marii consulis cum senatum contraxisset, omnem, quae in Urbe erat, nobilitatem trucidavit. Liv. Epit. 86., ubi Dukerus refutat Pighii errorem, qui eum ad a. u. c. 671. (672. Varr.) L. Iunium Brutum Damasippum vocat. — Damasippus praetor Domitium, Scaevolam etiam, pontificem maximum, et C. Carbonem praetorium et Antistium aedilicium velut faventes Sullae partibus in curia Hostilia trucidavit. Vellei. Paterc. 2, 26. Florus 3, 21, 20. — Victor Sulla cum Damasippum et alios huiusmodi, qui malo rei publicae creverant, iugulari iussit, quis non factum eius laudabat? — Sed illi, quibus Damasippi mors laetitiae fuerat, post paullo ipsi trahebantur. Sal. Catil. 51.

Licinius Damasippus, senator, Pompeianus, a. u. c. 705. in comitatu Iubae regis. Caesar Civ. 2, 44. — Licinius Damasippus ad Hipponem regium oppressus a P. Sitio, Caesariano a. u. c. 707. Bell. Afric. 96.

Licinius Damasippus. ad Fam. 7, 23, 2. Statuas amat. Ab eo hortos emere volt Cicero, ad Att. 12, 29, 2. Ibid. Ep. 33, 1. Idem homo, quem salse deridet Horatius Serm. 2, 3.

C. Licinius Geta, cos. a. u. c. 638., cum a Metello et Cn. Domitio censoribus ex senatu eiectus esset a. u. c. 639., censor et ipse postea factus a. u. c. 646. pro Cluentio 42, 119.

P. (Licinius) Crassus Iunianus. Hominem (hunc) mihi deditum (trib. pl. a. u. c. 700.), Pompeius per me deterruit, (ne auctor fieret Pompeium dictatorem dicendi). ad Q. Fr. 3, 8, 5. — Manutius legendum putabat *Crassus Licinianus:* sed exstant nummi cum hac inscriptione: Q. Metel. Pivs, Scipio. Imp. P. Crassvs. Ivni. Leg. Propr. Fuit igitur Iunius in Crassorum familiam adoptatus et Metello Scipioni belli Africani adversus Caesarem duci legatus pro praetore adfuit a. u. c. 708. Cfr. Eckhel D. N. V. p. 153 et 233.

Licinius Lenticulus, de alea condemnatus, collusor M. Antonii, ab hoc restitutus a. u. c. 710. Philipp. 2, 23, 56.

Cn. (Licinius) Lucullus, familiaris Ciceronis a. u. c. 710. matrem effert; in funere adest Cicero. ad Att. 15, 1. B., 1. (Non est filius L. Luculli Pontici.)

L. Licinius Lucullus consul cum A. Postumio Albino. (a. u. c. 603.) Brut. 21, 81. ad Att. 13, 32, 3. Acad. 2, 45, 137. Fuit L. et M. Lucullorum avus.

†L. Licinius Lucullus, Pontici pater. Metellus Numidicus noluit sua laudatione iuvare L. Lucullum, sororis virum, quicum optime convenisset. Verr. Accusat. 4, 66, 147. „Constat hunc Pontici fuisse patrem, a Servilio augure κλοπῆς, ut Plutarchus ait in Luculli Pontici vita init., accusatum, quod crimen peculatus esse puto. Fieri potest, ut Metello cum eo bene convenerit, at cum sorore non puto, quam idem Plutarchus liberius vixisse tradit parumque apposite ad Metelli fratris gravitatem. Sed iniurias patris persecuti filii L. et M. Luculli, admodum adolescentes, nomen Servilii de crimine nescio quo publico detulerunt nec tamen damnarunt. Cfr. praeter Plutarchum Cic. Acad. 4, 1. Pighius a. u. c. 662. Varr. factum putat." Zumpt. — In loco de Orat. 2, 70, 284.: Cum premeretur Lucilius ab iis, qui a pecore eius depasci agros publicos dicerent, Appius maior, „Non est", inquit, „Lucilii pecus illud; erratis": (defen-

dere Lucilium videbatur:) „ego liberum puto esse; qua lubet pascitur": Codd. deterioris familiae ter substituunt *Lucilio Lucullum;* id quod Pighius ad a. u. c. 638. aliique praeferentes interpretati sunt de Luculli Pontici patre. Verum frequentius a librariis nomen *Lucilii* corruptum est in nomen *Luculli* quam contra.

L. Licinius L. F. L. N. Lucullus Ponticus. — L. Lucullus pro quaestore Alexandriae fuit. Acad. 2, 4, 11. — Archias cum L. Lucullo in Siciliam (al. *Ciliciam*) profectus est, et cum ex ea provincia cum eodem Lucullo decederet, venit Heracleam. pro Archia 4, 6. „Siciliam L. Lucullo provinciam obtigisse dici, non privati negotii causa eo profectum esse ex iis, quae sequuntur apparet, *cum ex ea provincia decederet.* Neque tamen huius rei ullum in historia vestigium exstat (vide Cic. Acad. 4, 1.) non magis quam Ciliciae ab eo administratae." Matthiae. Quaestor a. u. c. 667. Ibid. 5, 11. — L. Lucullus consul fuit cum M. Aurelio Cotta a. u. c. 680. pro Cluentio 49, 137. — L. Lucullus duas habuit uxores; priorem Clodiam, minorem Appii Claudii et P. Clodii sororem, alteram Serviliam, sororem germanam alterius Serviliae, matris M. Bruti, sororem uterinam M. Catonis Uticensis. Cfr. Plutarch. in Cat. min. 24 et 54. Lucull. 38. Cic. 29. Cfr. Manut. ad Fam. 1, 9. p. 327. Garat. — Apud Varr. RR. 3, 16, 2. Appius Claudius Pulcher ita loquens inducitur: „Cum pauper cum duobus fratribus et duabus sororibus essem relictus, alteram sine dote dedi Lucullo." Ad eum locum Schneiderus Vol. 1, 2. p. 569., itemque Ernestius et Schuetzius in Indd. decepti a loco Verr. Accus. 4, 66, 147., ubi Cicero de L. Lucullo patre loquitur, et immemores locorum Plutarcheorum affirmant alteram L. Luculli uxorem Q. Metelli Numidici sororem fuisse. — L. Lucullus P. Clodium cum sorore germana nefarium stuprum fecisse iuratus se dixit comperisse. pro Milone 27, 73. — L. Lucullus per iocum vocatur Agamemno ad Att. 1, 18, 3. — L. Lucullus, iudex in causa L. Flacci. Eius eximia liberalitas. pro Flacco 34, 85. — L. Lucullus, vir acutus (non tamen orator proprie dicendus). Brut. 62, 222. — Eius non illa quidem ἀπαιδευσία, sed in logicis ἀτριψία. ad Att. 13, 16, 1. Vide Hortensius. — L. Lucullus de suis historiis dicebat, se, quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam et σόλοικα dispersisse. ad Att. 1, 19, 10. — Intelligendus liber *de bello Marsico*, ab adolescentulo Graece scriptus, cuius mentio apud Plut. in Lucullo C. 1. Inepte Ursinus de Lucullo avo sive potius de eius collega Albino interpretatur. Nam Cicero Lucullum, quod ibi est, Attico dixisse ait. Ern. — Bibliotheca, quam filio reliquit. de Finn. 3, 2, 7. — Eius laudes militares. Acad. 2, 1, 1. seqq. — Eius stadia atque doctrina. Ibid. 2, 4. — Loquens inducitur in cognomine libro. Ibid. 4, 10. — Fortissimo et sapientissimo viro, summo imperatori legatus L. Lucullo fuit L. Murena. pro Murena 9, 20. — Eius res adversus Mithridatem gestae tantae exstiterunt, ut neque maius bellum commemorari possit neque maiore consilio et virtute gestum. pro Murena 15, 33. Cfr. Dio Cass. 35, 16. — Hoc accepi, non solitos maiores nostros eos legare in decem, qui essent imperatorum necessarii, ut nos ignari pulcherrimorum institutorum aut negligentes potius M. Lucullum et L. Murenam et ceteros coniunctissimos ad L. Lucullum misimus. ad Att. 13, 6, 4. — A Lucullo, summo viro atque imperatore, pulsus est Tigranes, rex Armeniae. pro Sestio 27, 58. — L. Lucullus magnis rebus gestis a bello Mithridatico discessit. pro lege Manilia 2, 5. — Ita in eo bello res a L. Lucullo, summo viro, est administrata, ut initia illa gestarum rerum magna atque praeclara non felicitati eius, sed virtuti; haec autem extrema, quae nuper (ante a. u. c. 688.) acciderunt, non culpae, sed fortunae tribuenda esse videantur. Ibid. 4, 10. — Amplissimae eius laudes propter res adversus Mithridatem gestas. Ibid. 8, 20. — Exercitu L. Luculli sollicitato fugit illinc Romam P. Clodius. de Harusp. resp. 20, 42. — Ut dicit Salustius, Lucullus pecuniam Quintio dedit, ne illi succederetur. Schol. Gronov. ad Manil. p. 441. — In Ciceronis Hortensio historiam laudavit. Ibid. — Amplissimae eius laudes. pro Archia 9, 21. — Eum L. Vettii indicio opprimere voluit P. Vatinius tribunus pl. (a. u. c. 695.) in Vatin. 10, 24. — A. u. c. 695. a Vettio indice coniurationis in

Pompeium insimulatus. ad Att. 2, 24, 3. — L. Luculli, summi viri, virtutem quis? at quam multi villarum magnificentiam imitati! de Off. 1, 39, 140. — L. Luculli villa. de Finn. 2, 33, 107. — Eius responsum de villa sua Tusculana nimis sumptuosa reprehensum. de Legg. 3, 13, 30. — Luculli aviarium in Tusculano. Varro RR. 3, 4, 2 et 8. — L. Lucullus ad Neapolim posteaquam perfodisset montem ac maritima flumina immisisset in piscinas, quae reciproce fluerent, ipsi Neptuno non cedere videbatur de piscatu. Varro RR. 3, 17, 9. — Eius luxus. Varro Fr. p. 244. Bip. Cic. Fragmm. p. 479. Varro Fr. p. 353. Bip. — L. Lucullus postquam alienata mente desipere coepit, tutela eius M. Lucullo fratri permissa est. Aurel. Victor Vir. illustr. C. 74. — Mortuus est paullo post a. u. c. 697.

(L.) Licinius L. F. Lucullus. Puer a. u. c. 709. ad Att. 13, 16, 2. — Pupillus Ciceronis. ad Att. 14, 20, 1. — Eius tutor erat etiam M. Cato Uticensis, avunculus. de Finn. 3, 2, 7. — Non M. Cato nuper, cum Luculli cepit tutelam, e piscinis eius XL. milibus sestertiis vendidit pisces? Varro RR. 3, 2, 17. — Multa ille dabat signa pudoris et ingenii. de Finn. 3, 2, 9. — Clarissimus adolescens. Philipp. 10, 4, 8., ubi dicitur M. Bruti propinquus, id est, consobrinus, quippe natus ex Servilia, sorore alterius Serviliae, Bruti matris. Cfr. Plutarch. in Lucullo 38. Cat. min. 24 et 54. — Cecidit in acie Philippensi. Vellei. Pat. 2, 71. — Interemptus scilicet M. Antonii iussu. Val. Max. 4, 7, 4. — Praenomen huius Luculli apud antiquos non reperi; *Marcum* appellat Freinshemius in Suppl. Liv. 124. T. 18. p. 439. Ed. Stuttg. Probabilius autem Ruperti eum *Lucium* nominat Tabb. geneal. p. 115. Certe non est ille *Cn. Lucullus*, quem primo loco inter Lucullos posuimus, ut rati sunt Corradus et Ernestius.

L. (Licinius) Lucullus pro Quintio 16, 53 et 17, 54. falsa lectio pro L. Lucilius.

M. Licinius L. F. L. N. Lucullus, L. Luculli frater, post adoptionem sic nominabatur: M. Terentius M. F. Varro Lucullus. Murat. Inscriptt. CDLXXXVI. 4. Cfr. Garat. ad Pseudoascon. p. 150. Hinc etiam lex frumentaria, quam cum Cassio collega in consulatu tulit, Terentia Cassia dicitur. — M. Lucullus non fuit orator proprie dicendus. Brut. 62, 222. — M. Lucullus aedilitatem gessit cum Lucio fratre a. u. c. 675., praetor peregrinus fuit a. u. c. 677. In praetura summa aequitate et sapientia ius dixit, primus iudicium vi bonorum raptorum composuit et id spectavit, ut omnes ita familias suas continerent, ut non modo armati damnum nemini darent, verum etiam lacessiti iure se potius quam armis defenderent. pro Tullio §. 8. — M. Lucullus praetor peregrinus. Ascon. in tog. cand. p. 84. — Consul cum C. Cassio Varo (a. u. c. 681.) anno post fratrem. pro Cluentio 49, 137. — (Eodem anno, auctore Hieronymo in Chron. ad Olymp. 176, 4. de Bessis triumphavit, capta Cabyle et Tomis et ceteris vicinis urbibus. Fasti triumphales Capitolini ad hunc annum manci sunt.) — Triumphavit ex Macedonia de Dardanis. (a. u. c. 683.) in Pison. 19, 44. — A. u. c. 689. testimonium dixit in C. Cornelium. Ascon. in Cornel. p. 60. — Eius uxorem C. Memmius (aedilis curulis a. u. c. 691.) suis sacris initiavit. Menelaus aegre id passus divortium fecit. ad Att. 1, 18, 3. (Menelaus dicitur M. Lucullus, quia eius uxor a C. Memmio stuprata erat, ut Helena a Paride. Eadem comparatione usus L. Lucullum iocose vocat Agamemnonem.) — M. Lucullus ad fratrem Lucium legatus missus. ad Att. 13, 6, 4. — M. Lucullus pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — In collegio pontificum a. u. c. 697. sententiam dixit de Ciceronis domo. ad Att. 4, 2, 4. — Quomodo se gesserit in causa Ptolemaei Auletae (a. u. c. 698.) narratur ad Fam. 1, 1, 3. Ibid. 5. b., 2. — Studiosus P. Lentuli Spintheris. Ibid. 7, 2. — M. Lucullus pro Cicerone L. Pisonem consulem deprecatus est. in Pison. 31, 77. — M. Luculli piscinas despiciebat Q. Hortensius. Varro RR. 3, 17, 5. Cfr. praeterea: Acad. 2, 1, 1. pro domo 52, 132. de Harusp. resp. 6, 12. ad Q. Fr. 2, 1, 1. ad Att. 1, 1, 3. — Sequuntur loci, in quibus L. et M. Luculli fratres una memorantur. — Quae fuerunt inimicitiae in civitate graviores, quam Lucullorum atque (P.) Servilii (sic e Cod. Bern. leg. pro *Serviliorum*)? quas in viris fortissimis non solum exstinxit res publica dignitasque ipsorum; sed etiam ad amicitiam consue-

tudinemque traduxit. de prov. cons. 9, 22. Cfr. Plutarch. Lucull. 1. — Luculli duo, ulciscendi causa, in iudicium vocarunt accusatorem Servilium. de Off. 2, 14, 50. — Lucullorum aedilitates magnificentissimae. de Off. 2, 16, 57. — Senatus est decretum: SI QUI SUNT, QUORUM OPERA FACTUM SIT, UT IUDICIUM PUBLICUM CORRUMPERETUR. Utrum videtur senatus id factum iudicare, an, si factum sit, moleste graviterque ferre? - - Sed quaero a vobis, num istam legem ex isto senatus consulto L. Lucullus, homo sapientissimus, tulerit; num anno post (a. u. c. 681.) M. Lucullus et C. Cassius, in quos tum consules designatos idem illud senatus decreverat? pro Cluentio 49, 136 et 137. (Hoc decrevit senatus, ut L. Lucullus consul (nam Cotta, eius collega, praeteritur:) hanc legem ferret; quam nisi tulisset is, cuius ad finem vergebat annus, uti consules, qui tum erant designati, eam ferrent. GARAT.) — L. et M. Luculli „principes nunc (a. u. c. 684.) nostrae civitatis." Verr. Act. 1, 18, 55. — L. et M. Luculli ambo consulares, cum accusarent L. Cottam, non usi sunt oratione perpetua, sed interrogatione testium causam peregerunt. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 151. — Luculli, cum praetextatus etiam tum Archias esset, eum domum suam receperunt. pro Archia 3, 5. — Luculli de animadversione in Catilinarios dixerunt ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Placuit meus consulatus duobus Lucullis. Philipp. 2, 5, 12. — M. Drusum, gravem oratorem, L. Lucullum, etiam acutum, - - M. Lucullum - - abducamus ex acie, id est, a iudiciis, et in praesidiis rei publicae, cui facile satisfacere possint, collocemus. Brut. 62, 222. — Luculli ita sunt stulti, ut amissa re publica piscinas suas fore salvas sperare videantur. ad Att. 1, 18, 6. — Lucullorum piscinae. Varro RR. 3, 3, 10.

P. LICINIUS LUCULLUS et L. Annius tribb. pl. a. u. c. 644. resistentibus collegis continuare magistratum nitebantur. Sal. Iug. 37.

C. (non L. nec M.) LICINIUS MACER, historicus: eius loquacitas habet aliquid argutiarum (nec id tamen ex illa erudita Graecorum copia, sed ex librariolis Latinis), in orationibus autem multas ineptias, elatio summam impudentiam. de Legg. 1, 2, 7. — Eius non modo apud Livium, sed etiam apud Dionysium Halicarnassensem creberrima invenitur mentio. — C. Licinius Macer trib. pl. 681. — Eius oratio ad plebem. Sal. Hist. 3. p. 209. Ed. min. Gerl. (Ed. mai. 3, 22. p. 232.) — Idem fuit orator cum historico, erravitque de Brosses in Historia rei publicae Romanae Lib. 3, 74. historici filium dicens C. Macrum oratorem. — C. Licinius Macer, pater C. Licinii Calvi, oratoris, auctoritate semper eguit, sed fuit patronus propemodum diligentissimus, sed turpi vita cet. Brut. 67, 238. — C. Macer C. Rabirii inimicus, huic obiecit crimen interfecti Saturnini. pro C. Rabirio perd. 2, 6. Videtur hic orator, qui ante mortem a. u. c. 688. hoc crimen obiecisse Rabirio poterat. — Nos incredibili ac singulari populi voluntate de C. Macro transegimus. (a. u. c. 688.) Cui cum aequi fuissemus, tamen multo maiorem fructum ex populi existimatione, illo damnato, cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus. ad Att. 1, 4, 2. — *Στρατηγίαν δὲ μετιόντων ἅμα σὺν αὐτῷ πολλῶν καὶ μεγάλων πρῶτος ἁπάντων ἀνηγορεύθη Κικέρων καὶ τὰς κρίσεις ἔδοξε καθαρῶς καὶ καλῶς βραβεῦσαι· λέγεται δὲ καὶ Λικίνιος Μάκερ, ἀνὴρ καὶ κατ' αὐτὸν ἰσχύων ἐν τῇ πόλει μέγα καὶ Κράσσῳ χρώμενος βοηθῷ, κρινόμενος κλοπῆς ὑπ' αὐτοῦ τῇ δυνάμει καὶ σπουδῇ πεποιθὼς ἔτι τὴν ψῆφον τῶν κριτῶν διαφερόντων ἀπαλλαγεὶς οἴκαδε, κείρασθαί τε τὴν κεφαλὴν κατὰ τάχος καὶ καθαρὸν ἱμάτιον, ὡς νενικηκώς, λαβὼν αὖθις εἰς ἀγορὰν προϊέναι. τοῦ δὲ Κράσσου περὶ τὴν αὔλειον ἀπαντήσαντος αὐτῷ καὶ φράσαντος, ὅτι πάσαις ἑάλωκε ταῖς ψήφοις, ἀναστρέψας καὶ κατακλιθεὶς ἀποθανεῖν· τὸ δὲ πρᾶγμα τῷ Κικέρωνι δόξαν ἤνεγκεν, ὡς ἐπιμελῶς βραβεύσαντι τὸ δικαστήριον.* Plutarch. Cic. 9. — Consimili impetu mortis C. Licinius Macer, vir praetorius, Calvi pater, repetundarum reus, dum sententiae diriberentur, in Maenianum conscendit. Siquidem cum M. Ciceronem, qui id iudicium cogebat, praetextam ponentem vidisset, misit ad eum, qui diceret, se non damnatum, sed reum perisse nec sua bona hastae posse subiici. Ac protinus sudario, quod forte in manu habebat, ore et faucibus coartatis, incluso spiritu poenam morte praecurrit. Qua cognita

re Cicero nihil de eo pronuntiavit. Igitur illustris ingenii orator et ab inopia rei familiaris et a crimine domesticae damnationis inusitato paterni fati genere vindicatus est. Val. Max. 9, 12, 7. — Exstat eius nummus cum hac inscriptione: C. Licinius C. F. Macer, nisi tamen potius refertur ad sequentem. Eckhel D. N. 5. p. 233. — Cfr. Weichert Poët. Lat. p. 92. seqq. Meyerum in Oratt. Rom. p. 173. Krause Vit. Hist. Rom. p. 234.

C. Licinius Macer, diversus a praecedente. Paullus noster cum testis productus esset in Sestium, confirmavit se nomen Vatinii delaturum, si Macer Licinius cunctaretur, et Macer a Sestii subselliis surrexit ac se illi non defuturum affirmavit. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 4, 1.

A. Licinius Nerva legatus ad exercitus in Macedonia visendos missus a. u. c. 586. et deinde praetor a. u. c. 588. Varro RR. 2, 4, 1.

C. Licinius Nerva tribunus pl. (a u. c. 633. ?), civis improbus, non indisertus. Brut. 34, 129. — Corradus ad h. l. putat eundem esse, qui apud Varr. RR. 2, 4, 1. memoratur; sed is praenomen habet *A*. Apud Livium 45, 45. est C. Licinius Nerva praetor; sed ab hoc diversum esse Ciceronianum temporis ratio docet, quae satis indicat Gracchorum temporis fuisse. Tribunatum eius a. u. c. 632. (633. Varr.) alligat Pighius, argumento incerto. Ern.

C. Licinius Murena, frater L. Murenae a Cicerone defensi. pro Murena 41, 89. — C. Licinius Murena, ulteriori Galliae legatus praeerat a. u. c. 691. Sal. Catil. 42. — In Fastis Capitol. a. u. c. 730. cognomen scribitur Mvrena, non *Muraena*.

L. Licinius P. F. P. N. Murena, pater eius, quem Cicero oratione defendit, quaestor a. u. c. 652., tribunus pl. a. 656., aedilis plebeius a. 661., praetor a. 664., a. u. c. 668. pro praetore Asiam sortitus obtinuit, a. 671. a Sulla legatus ibi relictus, a. 672. bellum cum Mithridate renovavit, adiutus ab Archelao transfuga, sed a rege proelio superatus a Sulla revocatus est a. u. c. 673., postquam provinciam M. Minucio tradidit, de Mithridate triumphavit. — L. Murena ad L. Lucullum legatus missus. ad Att. 13, 6, 4. — L. Murena pater, Mithridatem vehementissime vexatum, repressum magna ex parte, non oppressum reliquit. pro Murena 15, 32. — Murena bellum in Ponto adversus Mithridatem gessit. Acad. 2, 1, 2. — Decem naves iussu L. Murenae populus Milesius ex pecunia vectigali populo Ro. fecit, sicut pro sua quaeque parte Asiae ceterae civitates. Verr. Accusat. 1, 35, 90. — Triumphavit L. Sulla, triumphavit Murena de Mithridate, duo fortissimi viri et summi imperatores: sed ita triumpharunt, ut ille pulsus superatusque regnaret. — Ab eo bello Sullam in Italiam res publica, Murenam Sulla revocavit. pro lege Manilia 3, 8. — Licinius Murena pater quam amplissime atque honestissime triumphavit. pro Murena 7, 15.

L. Licinius L. F. P. N. Murena. Fuit in Asia et viro fortissimo, parenti suo, magno adiumento in periculis, solatio in laboribus, gratulationi in victoria fuit. pro Murena 5, 12. — Proavus L. Murenae et avus praetores fuerunt et pater ex praetura triumphavit. Ibid. 7, 15. — Legatus L. Lucullo fuit, qua in legatione duxit exercitum, signa contulit, manum conseruit, magnas copias hostium fudit, urbes partim vi, partim obsidione cepit. pro Murena 9, 20. — Comitiis consularibus, quae consul Cicero habuit, D. Iunius Silanus et L. Licinius Murena consules designati sunt. Post comitia Murenam de ambitu competitor eius accusavit Ser. Sulpicius iurisconsultus cum tribus subscriptoribus M. Catone, Cn. Postumio, Ser. Sulpicio adolescente. Defendit eum Cicero, defensum iam a Q. Hortensio et M. Crasso. Manut. — Defendi consul L. Murenam consulem designatum. pro Flacco 39, 98. — „Non ego tecum, M. Cato, iam ita iocabor, ut cum L. Murenam te accusante defenderem. Apud imperitos tum illa dicta sunt: aliquid etiam coronae datum." de Finn. 4, 27, 74. — L. Murena causam dixit lege Tullia Antonia de ambitu. Schol. Bob. in Vatin. p. 324. — Murena consul designatus ad me consulem cum Allobrogibus communis exitii indicia attulit. — Dicere solebat, se a me bis salutem accepisse, separatim semel, iterum cum universis. Pro domo 52, 134. — Murena, designatus consul, de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att.

12, 21, 1. — Ei placuit meus consulatus. Philipp. 2, 5, 12. — Varro RR. 3, 3, 10. — Cum Murena P. Clodius se in Galliam contulit. de Harusp. resp. 20, 42. — De hospitio Ciceroni praebendo liberalissime respondit. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 50, 5. — „Schubertus *de Aedil.* p. 412. L. Murenam cum C. Antonio aedilem fuisse a. u. c. 683. putat, sed quibus causis adductus id opinatus fuerit, non indicat. Immo constat ex orat. Cic. c. 9. Murenam omne tempus, quod inter quaesturam et praeturam intercessit, a Roma abfuisse legatum in Asia." Zumpt ad Verr. p. 685.

P. Licinius Murena, proavus eius, pro quo Ciceronis est oratio, praetor fuit a. u. c. 598. pro Murena 7, 15. — Velut ante devictarum gentium Numantinus et Isauricus, ita Sergius Orata et Licinius Murena captorum piscium laetabantur vocabulis. Columella 8, 16, 5.

P. Licinius P. F. Murena, avus eius, pro quo Cicero orationem habuit. pro Murena 7, 15. Praetor fuit a. u. c. 641.

P. Licinius Murena, aequalis Q. Hortensii, mediocri ingenio, sed magno studio rerum veterum, litterarum et studiosus et non imperitus, multae industriae et magni laboris fuit. Brut. 67, 237. — Bello Sullano interiit. Ibid. 90, 311.

C. Licinius Sacerdos. P. Scipio Africanus minor, cum esset censor et in equitum censu C. Licinius Sacerdos prodisset, clara voce dixit se scire, illum verbis conceptis peierasse. pro Cluentio 48, 134.

C. Licinius Sacerdos et M. Caesius praetores a. u. c. 679. Verr. Accusat. 1, 50, 130. — C. Sacerdos propraetor Siciliae ante Verrem. Verr. Accusat. 1, 10, 27. — C. Sacerdos, innocentissimus homo. Verr. Accusat. 3, 50, 119. — Siciliae propraetor a. u. c. 680. Excusatur de aestimatione frumenti ab eo facta. Verr. Accusat. 3, 92, 214. — C. Sacerdos absolvit Sopatrum Halicyensem, rei capitalis cum accusatus esset. Verr. Accusat. 2, 28, 68. Ibid. 33, 81. — Ridiculi nonnulli Sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset. Verr. Accusat. 1, 46, 121. — C. Licinius Sacerdos, competitor Ciceronis in consulatus petitione (a. u. c. 690.), nulla improbitate notus. Ascon. in tog. cand. p. 82. — C. Sacerdos legatus Q. Metelli Cretici, qua virtute, qua constantia! pro Plancio 11, 27.

L. Licinius Squillus, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum, praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 52.

C. Licinius Stolo tulit legem Liciniam de quingentis iugeris agri publici civi Romano permissis a. u. c. 387. — „Stolonis illa lex, quae vetat plus D. iugera habere civem Romanum." Varro RR. 1, 2, 9. v. C. Licinius Crassus. Schol. Bob. pro Scauro p. 375.

C. Licinius Stolo, Varronis amicus. Varro RR. 1, 2, 9.

P. Licinius Varus aedilis a. u. c. 544., praetor a. u. c. 546. (Liv. 27, 6. et 22.) — Facetum eius dictum de Africano maiore. de Or. 2, 61, 250.

Licinus tonsor. Varro Fr. p. 337. Bip.

Ligariana oratio. Ligarianam (orationem) valde venditasti. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 12, 2. — Error in ea a Cicerone commissus de L. Corfidio. ad Att. 13, 44, 3. — Ligarianam, ut video, praeclare auctoritas tua commendavit. Scripsit enim ad me Balbus et Oppius mirifice se probare, ob eamque causam ad Caesarem eam se oratiunculam misisse. Ib. Ep. 19, 2. Ib. 20, 2.

Ligarii fratres ad Fam. 6, 13, 2. sunt Quintus, Titus et tertius, cuius praenomen ignoratur. Ern. Fortasse est Publius.

Q. Ligarius. A. u. c. 704. C. Considii, propraetoris Africae, legatus fuit, qui ei, cum decederet, provinciam tradidit. A. u. c. 705. initio belli civilis ei Pompeiani imperium detulerunt, quod cum ille recusasset, P. Atius Varus, qui aliquot annis ante Africam pro praetore obtinuerat, Uticam venit imperiumque sibi oblatum recepit. Ligarius, cum evadere non posset, Africano bello interfuit ac deinde, cum iratum haberet Caesarem, exulavit. Postea a Q. Tuberone L. F. apud Caesarem absens accusatus est de vi, ubi eum Cicero defendit oratione, quae exstat. — Binas litteras consolatorias ad eum exulem scripsit Cicero (a. u. c. 708.) ad Fam. 6. Epp. 13 et 14. — (Q. Ligario et C. Considio filio a Caesare Adrumetum occupante, in per-

sequendis belli Africani reliquiis vitam concessam esse Belli Africani scriptor commemorat C. 89.) — Confer totam orationem pro Q. Ligario, et Scholiastam Gronovianum ad Ligarianam pag. 414.

P. Ligarius, Afranianus. Eum ob periurium perfidiamque Caesar iussit necari a. u. c. 707. Bell. Afric. 64. Estne frater Q. Ligarii?

T. Ligarius, Quinti frater, quaestor urbanus, nihil egit aliud, nisi ut Caesar eum sui studiosum et bonum virum iudicaret. pro Ligario 12, 35 et 36. — T. Ligarius errorem a Cicerone in Ligariana de L. Corfidio commissum corrigit. ad Att. 13, 44, 3.

Ligur. Vide Aelius Ligur et Octavius Ligur.

Ligures montani, duri atque agrestes. Docuit ager ipse nihil ferendo, nisi multa cultura et magno labore quaesitum. de lege agr. 2, 35, 95. — Ligures agrestes, vani mendacesque significantur pro Sestio 32, 69. — Eorum castella. Brut. 73, 255.

Ligurinus *μῶμος* ad Att. 5, 20, 6. ad quem pertineat, haud constat nec lectio certa. Alii Catonem, alii Hortensium designari putant. Ern. Utrumque sine causa; nam videtur corruptela. Mihi in mentem venit *ψιθυριστῶν μώμῳ*.

A. Ligurius. Q. Ciceronis ad eum epistola omnium plena in Marcum probrorum. (a. u. c 706.) ad Att. 11, 9, 2. — A. Ligurius, Caesaris familiaris, mortuus est (a. u. c. 709.), bonus homo et nobis amicus. ad Fam. 16, 18, 3. — Cfr. ad Q. Fr. 3, 7, 2.

Ligus, pater Gamalae cuiusdam, qui *κατ' εἰρωνείαν* ob filiam felix fuisse dicitur. ad Att. 12, 23, 3. Sed quis ille sit, incertum est. Ern.

Ligusticum bellum a Q. Fabio Maximo Verrucoso cos. iterum a. u. c. 526. gestum. de Nat. D. 2, 3, 61.

Ligusticus ager, montanus. Varro RR. 1, 18, 6., ubi confer Scaligerum de forma *Liguscus*.

Lilybaeum, promontorium Siciliae, unde Lilybaetanus. — Caecilius dicitur litteras Graecas Lilybaei, non Athenis, didicisse. Divinat. 12, 39. — Eo venit Verres. Ibid. 17, 56. — Ibi a Cn. Pompeio occisus Cn. Carbo. ad Fam. 9, 21, 3. ad Fam. 12, 28, 1.

Lindus, Solis quarti filius, cum fratribus Ialyso et Camiro, Rhodi cultus, conditor mythicus Lindi, urbis Rhodi insulae, quae hodie quoque nomen suum retinet. de Nat. D. 3, 21, 54.

Linternus ager: de lege agr. 2, 25, 66. ab Linterno sive Literno Campaniae oppido, unde Literninum sive Linterninum praedium: ad Att. 10, 13, 2.

Liparensis ager, miser atque ieiunus. Verr. Accusat. 3, 37, 84. — Lipara, insula inculta tenuisque. Ibid. §. 85. — Lipara insula, quae oppidum quoque hoc nomine habet, principe insularum inter Siciliam et Italiam medio mari positarum, quae dicuntur Aeoliae, eaedemque Volcaniae et Liparaeae. Ern.

Liris fluvius, hodie *Garigliano*. In eum praecipitat Fibrenus. de Legg. 2, 3, 6.

Liso. Falsa lectio pro Lyso, ubi vide.

Lisyto. Falsa lectio pro Lysitho, ubi vide. (de Nat. D. 3, 16, 42.)

Litana silva in Gallia Cisalpina, in qua exercitum L. Postumii Albini, consulis designati, a. u. c. 538. deleverunt Galli. Tuscul. 1, 37, 89.; ubi falso legitur: *Latini Albinum* pro *Litana Albinum*. Cfr. Liv. 23, 24. (Cfr. 34, 22. et 42.)

Literninum. ad Att. 10, 13, 2. Vide Linternus ager.

Livia. Testamento heredem instituit P. Dolabellam ea condicione, ut nomen mutaret. (a. u. c. 704.) ad Att. 7, 8, 3.

Liviae leges (iniustae). de Legg. 2, 6, 14. — Cornel. 1. Fragmm. 11. p. 449. — Liviae leges sublatae consilio L. Marcii Philippi consulis (a. u. c. 663.) et auguris. de Legg. 2, 12, 31. Sunt leges latae a M. Livio Druso.

Livineius, M. Reguli libertus. ad Att. 3, 17, 1.

L. Livineius Trypho, L. Reguli libertus, commendatur C. Munatio. ad Fam. 13, 60, 1. — Duorum igitur fratrum hi duo Livineii liberti, nisi ad Att. 3, 17, 1. *L.* pro *M.* legendum, ut visum est Manutio. De scriptura nom. *Livineius* in Codd. varie corrupta cfr. Ernestium ad Taciti Ann. 14, 17.

Livineius Regulus post proelium ad Thapsum a. u. c. 707. a Caesare Adrumeti relictus. Bell. Afric. 89.

T. Livius Patavinus, historicus illustris. Quidam non duo tribunos plebis, ut Cicero dicit, sed quinque tradunt creatos esse a. u. c. 260.; singulos ex singulis classibus. Sunt tamen, qui eundem illum duorum numerum, quem Cicero, ponant, inter quos Tuditanus et Pomponius Atticus Liviusque noster. Ascon. in Cornel. p. 76.

(M.) Livius Andronicus. (Incertum est eius praenomen; *M.* tamen, a M. Livio Salinatore ductum, probabilius quam *L.*) Loci Tulliani de eo hi sunt: Odyssea Latina (quam Orbilius ille plagosus dictabat Horatio circa a. u. c. 700. et cuius aliquot versus supersunt:) est sic tamquam opus aliquod Daedali, et Livianae fabulae non satis dignae, quae iterum legantur. Atque hic Livius, qui primus fabulam, C. Claudio (sic Ed. Romana princeps, volgo *Clodio*), Caeci filio, et M. Tuditano consulibus, docuit anno ipso ante, quam natus est Ennius, post Romam conditam autem quartodecimo et quingentesimo, ut Atticus ait, quem nos sequimur: est enim inter scriptores de numero annorum controversia. Accius autem a Q. Maximo quintum consule (a. u. c. 515.) captum Tarenti scripsit Livium annis XXX. post, quam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis invenimus: docuisse autem fabulam annis post XI. (XII. Wetzel. a. u. c. 557) C. Cornelio, Q. Minucio consulibus, ludis Iuventatis, quos Salinator Senensi proelio voverat. In quo tantus error Accii fuit, ut his consulibus XL. annos natus Ennius fuerit; cui cum (Ed. Rom. *si*, ut volebat Schneiderus) aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii, qui multas docuerant ante hos consules, et Plautus et Naevius. Brut. 18, 72 et 73. — Livius Andronicus, qui fuit maior natu quam Plautus et Naevius, anno fere DX. (proprie 514.) post Romam conditam fabulam dedit, C. Claudio, Caeci filio, M. Tuditano consulibus, anno ante natum Ennium. Tuscul. 1, 1, 3. — „Vidi etiam senem Livium; qui cum sex annis ante, quam ego (loquitur Cato Censorius) natus sum (a. u. c. 520.), fabulam docuisset, Centone Tuditanoque coss. (a. u. c. 514.) usque ad adolescentiam meam processit aetate." Cato 14, 50. — Ter igitur idem affirmat Cicero ex ratione Varroniana a. u. c. 514. primam fabulam docuisse Andronicum. Satis autem firmatur in Bruti loco lectio *quartodecimo et quingentesimo* a Cod. Paris. D., qui in meum usus collatus est, et ab Ed. principe Romana, quam ipse inspexi, adeo ut minime concedendum sit Duentzero in Livii Andronici Fragmm. Berolini 1835. 8. p. 5. corrigenti: *decimo et quingentesimo*, „propterea quod Atticus quattuor annos a Varroniana, tres ab ea ratione quam in Fastis Capitolinis invenimus, recesserit." Sed huic opinioni adversatur Brut. 15, 60. ubi sine ulla varietate Cethegum et Tuditanum (a. u. c. 550.) CXL. annos ante se consulem consules fuisse dicit, quod rursus consentit cum Bruti §. 72. Ceterum de rationibus chronologicis vitae Livii recte disputat Krause *Geschichte der röm. Litteratur* T. I. p. 121. Osanni Anal. crit. p 60. errores corrigens, nisi quod in Bruti § 73. cum eo *Atteium* substituit *Accio*, quo de errore cfr. Madvigii Opuscc. Acad. p. 96. — Livii Andronici fabula Equus Troianus. ad Fam. 7, 1, 2. — In Equo Troiano scis esse in extremo: *sero sapiunt* (Phryges) Ibid. 16. 1. — Ad eandem fabulam Bengelius rettulit versum *Usquequaque* cet. Ibid. — Eius Laodamia, in qua chorus Proserpinae. Varro LL. 6, 9. p. 273. (cfr. Scaliger.) — Liviani et Naeviani modi solebant quondam compleri severitate iucunda. de Legg. 2, 15, 39. — Verba a poëta Livio relicta. Varro LL. 5, 1. p. 21. LL. 7, 5. p. 363. — Saepe inter se confunduntur in Codd. *Livius*, *Laevius*, *Naevius*, *Novius*. Cfr. Kortes *Zusätze zu Eberhardt* p. 26. et Weichert de Laevio poëta. Poët. Lat. p. 19. seqq.

C. Livius Drusus. Eius filii duo C. et M. Brut. 28, 109. Pronepos est Drusi, qui primus cognomen hoc ab interfecto Drauso, Gallorum duce, tulit, ad quem Popma refert locum ad Att. 7, 2, 9. Sed Pighius a. u. c. 637. (638. Varr.) refert ad M. Drusum C. F., qui Her. 2, 13, 19. praetor urbanus dicitur, de quo totaque familia v. Sueton. Tiber. 3. Ern.

C. Livius C. F. Drusus, M. Druso, C. F. fratri in eloquentia proxime adiunctus. Brut. 28, 109. — C. Drusi domum compleri consultoribus solitam accepimus; cum, quorum res esset, sua ipsi non videbant, caecum adhi-

bebant ducem. Tuscul. 5, 38, 112. — Hunc Drusum volgo in veterum ICtorum commemoratione praetermittunt, etiam Pomponius. Ern. Val. Max. 8, 7, 4.

M. Livius C. F. Drusus, in tribunatu (a. u. c. 632.) C. Gracchum collegam, iterum tribunum fregit: vir et oratione gravis et auctoritate. Brut. 28, 109. (Ita legendum esse, non *fecit* cum Codd., Viri docti ad unum omnes censent et res postulat. Hic est ille Drusus, qui hanc ipsam ob rem, quod senatus causam contra C. Gracchum egit, patronus senatus appellatus est. Cfr. de Orat. 3, 1, 2. Sueton. in Tib. 4. Ad hunc Drusum referunt nonnulli etiam illud de Off. 1, 30, 108.: „In M. Druso adolescente magna fuit severitas." Sed mihi ad eius filium referendum videtur. Ipsa verba Ciceronis id docent. Primo ponuntur L. Crassus et L. Philippus, quo consule a. u. c. 663. tribunus M. Drusus filius fuit, deinde C. Caesar L. F. Iisdem temporibus dicitur magna severitas fuisse in M. Scauro et in M. Druso adolescente. Pater autem illis temporibus adolescens non fuit. Item M.Drusus filius et M.Scaurus iunguntur pro domo 19, 50. Ern.) — M. Drusus, praetor urbanus, quod cum herede mandati ageretur, iudicium reddidit. Herenn. 2, 13, 19. (Hanc M. Drusi praeturam urbanam Pighius refert ad a. u. c. 637. (638. Varr.), hoc argumento, ut opinor, quod tribus annis post consul creatus est, quo ille saepe in digerendis praetorum annis usus est. Si recte, est ille ipse patronus senatus; nam tribunatus C. Gracchi secundus cadit in annum 632. Varr. Obtinuit aliquot annis post Macedoniam ex consulatu a. u. c. 642. gesto et Scordiscos vicit. v. Flor. 3, 4. Valentem Num. Fam. R. T. I. p. 51—52. Ern.) Ceteri loci Tulliani de hoc M. Druso ab Ernestio omissi hi sunt: Me stante C. Carbo C. F., tribunus plebis, in contione dixit his verbis: „O Marce Druse, patrem appello." Orat. 63, 213. — M. Livius Drusus avus M. Catonis Uticensis ex Livia filia. Quae (aequalis eius) C. Gracchus rei publicae volnera imponebat, eadem ille sanabat. de Finn. 4, 24, 66. — Usurpavi vetus illud Drusi, ut ferunt, praetoris, de eo, qui eadem liber non iuraret: me istos (servos ingratos, Chrysippum nominatim) liberos non addixisse. ad Att. 7, 2, 9.

M. Livius M. F. Drusus. In eo adolescente singularis severitas. de Off. 1, 30, 108. Vide in praecedente. — M. Drusus, M. Bruti magnus avunculus, gravis orator, ita dumtaxat, cum de re publica diceret. Brut. 62, 222. Quomodo Catonis avunculus, Bruti magnus avunculus fuerit, docet sequens stemma:

M. Livius Drusus cos. 642.

M. Livius Drusus trib. pl. † 663. — Livia ⌣ 1. M. Porcius Cato. ⌣ 2. Q. Servilius Caepio.

(Livia et M. Porcius Cato:) M. Cato Uticensis. — (Livia et Q. Servilius Caepio:) Servilia. ⌣ M. Brutus pater.

M. Brutus, τυραννοκτόνος.

— M. Drusus, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Eius consuetudine usus est Archias poëta. pro Archia 3, 6. — M. Livius Drusus, potentissimus homo, sed multa in re publica moliens. Eum faceto responso perstringit Granius praeco. pro Plancio 14, 33. Cfr. Schol. Bob. pro Plancio p. 260. — M. Livii Drusi semper consilium fuit, in tribunatu summa ope niti pro nobilitate. Sed homines factiosi contra eum nisi sua et ipsius consilia disturbaverunt. Pseudosal. ad Caes. 2. p. 272. Gerl. — Potentissimo et nobilissimo tribuno pl. M. Druso unam in equestrem ordinem quaestionem ferenti SI QUIS OB REM IUDICATAM PECUNIAM CEPISSET, aperte equites Romani restiterunt. pro Rab. Postumo 7, 16. — O viros fortes equites Romanos! qui homini clarissimo ac potentissimo, M. Druso, tribuno pl. restiterunt, cum ille nihil aliud ageret cum illa cuncta, quae tum erat, nobilitate, nisi uti, qui rem iudicassent, quaestionibus de corruptis iudiciis in iudicium vocarentur. pro Cluentio 56, 153. — Etiam in colluvione Drusi leges Aelia et Fufia vixerunt. in Vatinium 9, 23. — Cum aequalibus suis memoratur in Bruti C. 49, 182.

M. Drusus ille, clarissimus tribunus pl., pontifex, Q. Caepionis inimicus. Pro domo 46, 120. Unde hae inimicitiae ortae sint, docet Plinius H. N. 33. 1. — Eius tribunatus pro senatus auctoritate susceptus infringi iam debilitarique videbatur. de Or. 1, 7, 24. — Interfectus domi suae. de Nat. D. 3, 32, 80. — A Q. Vario (per sicarium) ferro sublatus. Ibid. 33, 81. — Eius sanguis domesticos parietes et voltum parentis aspersit. Her. 4, 22, 31. — Drusus Gracchûm (Gracchorum) nitor obsoletus. Ibid. 4, 34, 46. — Decrevit senatus M. Drusi legibus, quae contra legem Caeciliam et Didiam latae essent, populum non teneri. Pro domo 16, 41. Ibid. 19, 50. — Domi suae nobilissimus vir, senatus propugnator atque illis quidem temporibus paene patronus tribunus pl. M. Drusus occisus est. Nihil de eius morte populus consultus, nulla quaestio decreta a senatu est. pro Milone 7, 16. — M. Livius Drusus coss. Sex. Caesare et L. Philippo (a. 663.) cum partes senatus in tribunatu suo contra plebem suscepisset, idem vero postea volens gratificari sociis et Latinis civitatem Romanam promisisset, ad extremum eiusdem pollicitationis implendae desperatione praeventus in atrio domus suae incerto quo percussore confossus est. Schol. Bob. pro Milone p. 282. (Diodori Fragm. Vaticc. ed. Dindorf. p. 128. Velleius Paterc. 2, 13. Sueton. Tib. 3.) — M. Livius Drusus, tribunus pl. cum senatus partes tuendas suscepisset et leges pro optimatibus tulisset, postea eo licentiae est progressus, ut nullum in his morem servaret. Itaque L. Marcius Philippus consul a. u. c. 663., qui ei inimicus erat, obtinuit a senatu, ut leges eius omnes uno senatus consulto tollerentur. Decretum est enim, contra auspicia, esse latas neque iis teneri populum. Ascon. in Cornel. p. 68. — Ascon. in Scaur. p. 21.

(Livius) Drusus, senator, Liviae gentis, pater fortasse Liviae Drusillae, quae Augusti uxor fuit. ad Fam. 11, 19, 1. — Drusus reus factus est a Lucretio. ad Att. 4, 16, 5. — Absolutus. Ibid. §. 8. — Si modo idem est. Manut. — Eius defensionem suscepit Cicero a. u. c. 700. ad Att. 4, 15, 9. — Drusus de praevaricatione a tribunis aerariis absolutus, in summa quattuor sententiis, cum senatores et equites damnassent. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 16, 3. — Drusus, homo turpibus libidinibus deditus, iudex est inter reos lege Scantinia. a. u. c. 704. Caelius ad Fam. 8, 14, 4. (Eum Pighius T. 3. p. 424. praetorem facit, nullo alio testimonio allato.) — Eius horti. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 21, 2. Ib. Ep. 22, 3. Ep. 23, 3. Lib. 13, 26, 1. — Pro eodem homine habet Ernestius Drusum Pisaurensem ad Att. 2, 7, 3., qua de re ampliandum censeo.

M. Livius Macatus. Vide in M. Livius Salinator.

C. Livius M. F. M. N. Salinator, consul cum M. Valerio Messala a. u. c. 566., mortuus a. u. c. 584. Senectutis incommoda solebat deplorare. Cato 3, 7. — Confuderunt hunc cum sequente M. Livio Salinatore, eius fratre natu maiore, Ernestius et Schuetz.

M. Livius M. F. M. N. Salinator. Q. Fabius Maximus me audiente (est Cato censorius, qui loquitur:) Salinatori, qui amisso oppido fugerat in arcem, glorianti atque ita dicenti: „Mea opera, Q. Fabi, Tarentum recepisti": „Certe", inquit ridens: „nam, nisi tu amisisses, ego nunquam recepissem." Cato 4, 11. — Salinatori Maximus, cum Tarento amisso arcem tamen Livius retinuisset multaque ex ea praelia praeclara fecisset, cum aliquot post annos Maximus id oppidum recepisset rogaretque eum Salinator, ut meminisset opera sua se Tarentum recepisse, „Quidni", inquit, „meminerim? Nunquam enim recepissem, nisi tu perdidisses." de Orat. 2, 67, 273. — Cfr. Liv. 27, 25. — Tarentum ab Hannibale captum Q. Fabius Maximus consul quintum a. u. c. 545. recepit. Liv. 27, 15. seqq. M. autem Livium, qui Tarentum, cui urbi a. u. c. 540. praefectus fuerat (Liv. 24, 20.) a. u. c. 542. amisit (Liv. 25, 34.) non Salinatorem, sed Macatum fuisse (Liv. 27, 34.) ostendit Wesseling Observatt. 2, 5. Cfr. Gernhard ad Cat. l. l. — M. vero Livius Salinator, consul a. u. c. 535. cum L. Aemilio Paullo, Illyrios vicit, sed ob praedam non aequaliter inter milites divisam ex consulatu accusatus populique iudicio damnatus rus migravit. (Liv. Epit. 20. ibique Freinsh. Suppl. C. 63. Cfr. Liv. 22, 35.) A. u. c. 544. in urbem a consulibus revocatus atque anno sequente a censoribus ignominia levatus, a. u. c. 547.

iterum consul factus est cum C. Claudio Nerone (Liv. 27, 34.) atque hi consules Hasdrubalem ad Metaurum flumen vicerunt. (Liv. ibid. C. 48. seqq.) De censura a. u. c. 550. cum eodem C. Claudio Nerone gesta vide Liv. 29, 37. Henrichsen. — A vectigali novo, quod ex salaria annona statuerat Salinatoris cognomen accepit. Apud Polybium 8, 19. *Caii* habet praenomen, sed apud Liv. 27, 25. et Plutarchum in Fab. Max. 21. *Marci*, ut apud Ciceronem. Sed rem conficiunt Fasti Capitolini, in quibus a. u. c. 546. (547. Varr.) appellatur M. Livius M. F. M. N. Salinator. — M. Livius Salinator, consul iterum, ludos Iuventatis Senensi proelio (a. u. c. 54?.) vovit. Brut. 18, 73.

Locri, populus Magnae Graeciae in Bruttiis. Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo reprehensum est? ad Att. 6, 1, 18. — Locri, nostri clientes, commemorant Zaleucum. de Legg. 2, 6, 15. Vide Zaleucus. — Apud eos Pythagorei, Echecrates, Timaeus, Acrio, Platonis tempore. de Finn. 5, 29, 87. — Cum ad fluvium Sagram Crotoniatas Locri maximo proelio devicissent, eo ipso die auditam esse eam pugnam ludis Olympiae memoriae proditum est. de Nat. D. 2, 2, 6. Ibid. 3, 5, 11. — Proserpinae fanum Locris a Dionysio expilatum. de Nat. D. 3, 34, 83. Varro Fr. p. 295. Bip.

Locri in Graecia, Phocii, Boeotii exusti a L. Pisone. in Pison. 40, 96.

Locusta, vicinus Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 4.

Lollia, mulier libidinosa. ad Fam. 9, 22, 4.

Lollii valentes apud Caesarem a. u. c. 703. Caelius ad Fam. 8, 4, 2. de Manutii coniectura pro Laelii.

Lollius (al. Lolius). ad Att. 2, 2, 3. Videtur nonnullis scriptor fuisse. Ern.

Lollius. ad Fam. 5, 3, 2. Quis fuerit, non constat.

Lollius. Velim M. Varronis et Lollii mittas laudationem Porciae. ad Att. 13, 48, 2. — Quis fuerit, non constat.

C. Lollius. Eius uxor Ovia. ad Att. 12, 21, 2.

L. Lollius. Caelius ad Fam. 8, 8, 2.

M. Lollius Q. F., testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 3, 25, 63.

M. Lollius, P. Clodio tribuno pl. Ciceronem et Cn. Pompeium interficiendos depoposcit; Q. Metellum Nepotem consulem lapidibus appetivit. Pro domo 5, 13. Ibid. 6, 14. Ibid. 33, 89. Vide M. Lollius Palicanus.

Q. Lollius, eques Ro. spectatus atque honestus, miserum in modum vexatus a Q. Apronio. Verr. Accusat. 3, 25, 61. Pater sequentis et M. Lollii, testis in C. Verrem.

Q. Lollius Q. F., qui Calidium accusavit, adolescens et bonus et fortis, in primis disertus, cum iniuriis contumeliisque (quas pater eius perpessus erat) commotus in Siciliam esset profectus, in itinere occisus est (ut significat Cicero, a C. Verris operis). Verr. Accus. 3, 25, 63. — Propter M. Calidii accusationem inserendus hic Q. Lollius oratoribus Romanis.

M. Lollius Palicanus, humili loco, Picens, loquax magis quam facundus. Sal. Hist. 4. p. 228. Ed. Gerl. min. ubi volgo editur *M. Acilius Palicanus.* Cfr. Gerl. Ed. mai. Introd. p. 27. — M. Lollius Palicanus in primis operam dedit, ut tribunicia potestas, qualis ante legem Corneliam fuisset, restitueretur. Inisse autem hunc tribunatum pl. a. u. c. 682. extremo et gessisse a. u. c. 683. triennio post Verrem praet. urb., intelligitur ex eo, quod Cn. Pompeio ex Hispania reverso a. u. c. 682. contionem populi dedisse traditur a Pseudoasconio ad Act. 1, 15. et veri simile fit ex ordine rerum narratarum Lib. 2, 41. Eiusdem mentio fit in loco, quem Salustianum putant ex historiis, apud Quintil. 4, 2. init., ubi cfr. Spaldingium, in eo tamen errantem, quod illum Palicanum diversum putat ab hoc Ciceroniano. Zumpt. — Verres solitus erat virgis plebem Romanam concidere. Quam rem etiam tribunus pl. in contione egit, cum eum, quem iste virgis ceciderat, in conspectum populi Ro. produxit. Verr. Accusat. 1, 47, 122. — Primus Sicinius trib. pl. nec multo post Quintius et postremo Palicanus perfecerant, ut tribuniciam potestatem populo darent consules Cn. Pompeius Magnus et M. Licinius Crassus. Pseudoascon. in Divin. p. 103. — Lollius Palicanus, tribunus pl. adstitit L. Aurelio Cottae legem iudiciariam ferenti. Schol. Gro-

nov. in Act. I. in Verr. p. 386. — Palicanus, tribunus pl. in contione de causa Sthenii a Verre vexati questus est. Verr. Accusat. 2, 41, 100. — Palicanus aptissimus auribus imperitorum. Brut. 62, 223. — Cfr. ad Att. 1, 1, 1. — L. Afranius Palicano os ad male audiendum quotidie praebet. Ibid. 18, 5. — M. Lollius Palicanus: cfr. Pseudoascon. in Act. 1. Verr. p. 148. in Act. II. p. 193. — De Palicano vide etiam Perizonii Dissert. de aere gravi p. 274. Eckhel D. N. 5. p. 236. Madvig. de Asconio p. 116. Ad eius tribunatum refertur nummus cum inscript. Libertatis (*Caput Libertatis*) Palikanvs (*Rostra Romana*). Alius: Felicitatis (*Caput fem.*) Palikani (*Victoria in biga*), et tertius: Honoris (*Caput iuvenile laureatum*) Palikanvs (*Sella curulis inter duas spicas*) nondum satis explicatus; pertinere tamen videri possit ad aedilitatem curulem, in qua annonam levarit. Quod autem Pighius ad a. u. c. 695. (696. Varr.) M. Lollium Palicanum aedilem plebeium facit, id unice nititur loco personati Ciceronis pro domo 5, 13., ubi narrat, nisi tamen haec omnia declamator confinxit, M. Lollium (cognomine non addito) lapidibus appetisse, etiam percussisse Q. Metellum Celerem. Sed talia non cadunt in aedilem, cadunt in hominem conductum a P. Clodio. Nec vero, si Palicanum in mente habuisset orator, tacuisset de totius rei indignitate in viro tribunicio, ne dicam, in aedile.

Longilius, redemptor domus Q. Ciceronis aedificandae. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 2.

Longinus. Vide C. Cassius Longinus et Concus. (Schol. Bob. pro Plancio p. 261.)

Ti. Longus. Vide Ti. Sempronius Longus.

Loreni, nomen, ut videtur, corruptum ex *Lorymeni*. pro Flacco 2, 5.

Lorymeni, populus Doridis peninsulae in Caria, e regione Rhodi. pro Flacco 2, 5. Oppidum eorum *Λώρυμα*.

Lubentina Venus. de Nat. D. 2, 23, 61.

Luca, oppidum Etruriae, hodie *Lucca*. ad Fam. 1, 9, 9. Vide Lucense Municipium.

Lucae boves, elephanti apud Naevium. Varro LL. 7, 3. p. 325.

Lucanae linguae est vocabulum *ursus*. Varro LL. 5, 20. p. 102.

Lucani agri, Philipp. 13, 5, 12. in Magna Graecia aut certe confines ei; nam non convenit inter scriptores, utrum Lucania sit Magnae Graeciae necne. Ern.

Lucania. Tuscul. 1, 37, 89., ubi lege *Lucania* (non *Lucani*) *Gracchum*. Sic edidit etiam Klotz.

Q. Lucanus, primi pili centurio, in proelio interfectus. Caesar Gall. 5, 35.

Lucceius, subscriptor D. Laelii contra Flaccum. pro Flacco 33, 83. — De falsa scriptura *Luceius* cfr. Oudendorpium ad Suet. Caes. 19.

Lucceius: lectio corrupta nondum pro certo correcta ad Fam. 5, 20, 5. collata etiam §. 6.

Lucceius M. F. a. u. c. 704. queritur apud Ciceronem per litteras summum esse periculum, ne culpa senatus his decretis (quibus pecuniae debitoribus condonentur), res ad tabulas novas perveniat. ad Att. 5, 21, 13. — Duo cum Lucceii fuerint aequales, alter L. Lucceius Q. F. historicus, alter sine praenomine Lucceius M. F., ut semel appellatur ad Att. 5, 21, 13., ad utrum loci nonnulli, ubi simpliciter est *Lucceius*, pertineant, pro certo definiri nequit. Nihilominus ad Lucceium M. F. non sine aliqua probabilitatis specie referuntur loci eodem fere tempore scripti, quo Ep. ad Att. 5, 21. scilicet: Lucceius de Q. Cassio cur tam vehemens fuerit, aveo scire. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 20, 8. Huic adde Lib. 6, 1, 23. Lib. 7, 3, 6. Ceteros ad L. Lucceium Q. F. rettuli.

Cn. Lucceius multum utitur Bruto a. u. c. 710. ad Att. 16, 5, 3.

L. Lucceius Q. F. Post Catilinae repulsam (a. u. c. 690.) fecit eum reum inter sicarios L. Lucceius (orator) paratus eruditusque. Ascon. in tog. cand. p. 92. Orationes scripsit in Catilinam. Ibid. p. 93. — Lucceius a. u. c. 693. consulatum in animo habebat statim petere. Caesar cum eo coire per Arrium cogitabat. ad Att. 1, 17, 11. — L. Lucceius, Cn. Pompeii et Ciceronis amicus, commendatur Culleolo a. u. c. 694 vel 695. ad Fam. 13, 41, 1. et 42, 1. — Lucceius in Sardiniam iter habebat. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 2. — Lucceium, historiarum scriptorem praestantissimum et virum,

ipso Cicerone teste, in re publica in primis probatum, impensius rogat (a. u. c. 698.), ut res a se in consulatu gestas usque ad reditum, seiunctas ab reliquis rebus, modico quodam corpore separatim tractet, atque in eo argumento ita versetur, ut vel neglectis interdum historiae legibus, vehementius, quam ipse sentiat, eas ornet. ad Fam. 5, 12. „An perfectus ab illo et editus sit liber, ex veterum libris nihil constat: Grammaticorum certe qui supersunt, nullus commemorat." Martyni-Laguna. Epp. Cic. p. 249. — Ad consolatorias Lucceii respondet (a. u. c. 709.) Ibid. Epist. 13. — Epistolam Lucceio nunc (a. u. c. 698.) quam misi, qua, meas res ut scribat, rogo, fac, ut ab eo sumas; valde bella est: eumque ut approperet adhorteris; et, quod mihi se ita facturum rescripsit, agas gratias. ad Att. 4, 6, 4. Cfr. ibid. 9, 2. Ibid. 11, 2. — Lucceii ipsius epistola ad Ciceronem (a. u. c. 709.) Ibid. Ep. 14., qua dissuadet ei luctum, cum quotidianis querelis nihil proficiatur. — L. Lucceius, sanctissimus homo atque integerrimus. pro Caelio (10, 24.) 21, 52. — Ille vir, illa humanitate praeditus, illis studiis, illis artibus atque doctrina. Ibid. 22, 54. — Cedamus et, ut boni cives simus, bellum Italiae terra marique inferamus - - et Lucceii consilia ac Theophani persequamur. ad Att. 9, 1, 3. — Cum L. Lucceio et Theophane communicare de maximis rebus Pompeius consueverat. (a. u. c. 706.) Caesar Civ. 3, 18. — Lucceii sermones minaces. ad Att. 9, 11, 3. — Lucceius abalienato fuit animo in Cn. Salustium. ad Att. 1, 3, 3. Ibid. 5, 5. Ibid. 11, 1. Ibid. 14, 7. Ibid. 2, 1. 9.

P. Lucceius, Ciceroni commendatus a Q. Cornificio (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 25. a., 6. Ibid. 30, 5.

Q. Lucceius, qui argentariam Rhegii maximam fecit, testis in Verrem. Verr. Accusat. 5, 64, 165.

C. Lucceius C. F. Pupinia (tribu) Hirrus in senatus consulto ad Fam. 8, 8, 5. — Hirrus auctor fore videtur Pompeium dictatorem dicendi. (a. u. c. 700.) O dii, quam ineptus! quam se ipse amans sine rivali. Velit nolit Pompeius, scire difficile est. Hirro tamen agente, nolle se non probabit. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 8, 4. Ibid. Ep. 9, 3. — Hirrus cum Domitio (Ahenobarbo) consule in gratia est. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 5. — Caius Hirrus aedilitatem mecum petit. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 2, 2. — Odia eum premunt. Ibid. 3, 1. Ibid. 4, 3. — Hirrus post aedilitatis repulsam (a. u. c. 703.) risus facit: civem bonum ludit et contra Caesarem sententias dicit. Ibid. 9, 1. — In Hirrum a M. Caelio de aedilitate curuli deiectum (a. u. c. 703.) iocatur Cicero ad Fam. 2, 9, 1. — *Hillum* ioculariter cum appellat Ibid. 10, 1. — Hirrus Catoni assensus est, qui de Cicerone locutus honorifice, non decrerat supplicationes. (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 11, 2. — Hirrus, iratus mihi, assensus est M. Catoni in supplicatione mihi non decernenda. ad Att. 7, 1, 7. — C. Hirrus, Pompeianus a. u. c. 705. cum V. cohortibus subsequitur L. Domitium. ad Att. 8, 11. A. — Hirrus, „cuius nobiles pecuariae in Brutiis." Varro RR. 2, 1, 2. — Apud Varronem RR. 3, 17, 2. Plin. H. N. 9, 81. scribitur *Hirrius*. — Caesar Civ. 1, 15. nominat *Ulcillem Hirrum*. Substituendum videtur *Lucceium*.

Luceium castellum Deiotari in Galatia. pro Deiotaro 6, 17. Ibid. 7, 21. Nomen corruptum videtur corrigendum ex Strabonis 12, 5, 2. p. 567. Casaub. Βλουκιον. Contra Groskurd e Cicerone emendandum suadet Strabonem.

Lucense municipium. ad Fam. 13, 13. Vide Luca.

Luceres, Iunio (Gracchano) auctore, a Lucumone nominati. Varro LL. 5, 9. p. 61. — Principio tres tribus fuerunt: Tatienses una, a Tatio rege; Ramnes altera, a Romulo; Luceres tertia, a Lucumone sive Lucretino, sive a luco, quem lucum Asylum vocaverat Romulus. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 159. — Non potuit L. Tarquinius Titiensium et Ramnensium et Lucerum mutare, cum cuperet, nomina, quod auctor ei augur Attus Navius non erat. de Rep. 2, 20, 36.

Luceria, oppidum Apuliae, infra Teanum, ad fluvium Cerbalum, colonia Romana, hodie *Lucera*. ad Fam. 15, 15, 4. ad Att. 7, 12, 2. Ib. Lib. 8, 1, 1. pro Cluentio 69, 197.

Luci duo Romae: locus in Capitolio *inter duos lucos*, quod erat asylum. de Divin. 2, 17, 40. Liv. 1, 8. Vellei. Pat. 1, 8.

Lucia Volaminia (al. *Volumnia*) in Saliorum carminibus. Varro LL. 9, 38. p. 501.

Q. Lucienus, senator, homo quamvis humanus ac iocosus, Varronis amicus. Varro RR. 2, 5, 1. Vide, ne idem sit, qui ad Att. 7, 5, 3. vocatur *Luscienus*.

Lucifer: an deus? de Nat. D. 3, 20, 51. — Lucifer, Veneris stella. de Nat. D. 2, 20. 53. — Lucifer et sancta Mercurii stella cursum habent Solis celeritati parem. Tim. Cap. 9. p. 505.

C. Lucilius, eques Romanus, satirarum scriptor, mortuus a. u. c. 652. — Lucilius, homo doctus et perurbanus; subiratus Q. Mucio Scaevolae auguri; neminem esse in oratorum numero habendum dixit, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt libero dignae, perpolitus. de Or. 1, 16, 72. — Lucilius in Latina lingua gracilitatis exemplum, iudice Varrone. Varro Fr. p. 345. Bip. — „Qui magis hoc Lucilio licuerit assumere libertatis quam nobis? cum etiam si odio pari fuerit in eos, quos laesit, tamen certe non magis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum incurreret." Trebonius ad Fam. 12, 16, 3. — Salsiores quam Atticorum Romani veteres atque urbani sales. Ego autem mirifice capior facetiis, maxime nostratibus, praesertim cum eas videam primum oblitas (adspersas et deformatas) Latio, nunc vero etiam braccatis et Transalpinis nationibus, ut nullum veteris leporis vestigium appareat. Itaque te, (Paete), cum video, omnes mihi Granios, omnes Lucilios -- videre videor. ad Fam. 9, 15, 2. — Lucilius vitiosus in verborum transiectione. Her. 4, 12, 18. — Lucilii domus sub Velia. Ascon. in Pison. p. 13. — C. Lucilius, homo doctus et perurbanus, dicere solebat ea, quae scriberet, neque ab indoctissimis se neque a doctissimis legi velle; -- quo etiam scripsit: *Persium non curo legere*; *Laelium Decimum volo* cet. de Or. 2, 6, 25. — Nec vero, ut noster Lucilius, recusabo quo minus omnes mea legant. Utinam esset ille Persius! Scipio vero et Rutilius multo etiam magis, quorum ille iudicium reformidans, Tarentinis ait se et Consentinis et Siculis scribere. Facete is quidem: sicut alias. de Finn. 1, 3, 7. — Lucilius significat valde doctum esse C. Persium. Brut. 26, 99. — Lucilius in scena nominatim laesus (a mimo). Her. 2, 13, 19. — Ad eum Clitomachus librum scripsit. Acad. 2, 32, 102. — Lepide illusit in Albutium sub Q. Mucii Scaevolae persona. de Or. 3, 42, 171. Orat. 44, 149. — Versus, quibus lepide derisit T. Albutium propter nimiam sermonis Graeci affectationem. de Finn. 1, 3, 9. — Lucilii imitator L. Albutius. Varro RR. 3, 2, 17. — Lucilius (fortasse satirarum scriptor: alii leg. *Lucullus*) salse reprehensus ab Appio maiore. de Or. 2, 70, 284. Vide: L. Licinius Lucullus, pater Pontici. — Marcum Antonium perstringam sine vallo Luciliano. ad Att. 16, 11, 1. (Videtur v. corruptum. Gronovius legendum proposuit: *sine sillo Luciliano.*) — Lucilius (al. *Lucretius*) suorum unius et viginti librorum initium fecit hoc cet. Varro LL. 5, 3. p. 27. — Lucilii versus de Aesernino et Pacideiano. Opt. gen. or. 6, 17. Item Tuscul. 2, 17, 41. Item Tuscul. 4, 21, 48. Idem Lucilii locus significatur etiam ad Q. Fr. 3, 4, 2. — Lucilius narravit L. Crassum coenasse apud Q. Granium praeconem. Brut. 43, 160. — Multa apud eum de Granio. Ibid. 46, 172. — Eius versiculi de Granio. ad Att. 6, 3, 7. — Lucilii versus de Cretea. Varro LL. 6, 7. p. 245. — Alii eius versiculi. de Or. 2, 62, 253. de Or. 3, 23, 86. Orat. 44, 149. Ib. 48, 161. Brut. 79, 274. ad Att. 2, 18, 3. — Item Lucilii versiculi, ut nonnullis videtur, ad Fam. 2, 8, 2. ad Att. 13, 20, 3. ad Att. 13, 52, 1. de Finn. 2, 8, 23, 24, 25. Herenn. 4, 12, 18. — Lucilii testimonium de M. Crasso ἀγελάστῳ. de Finn. 5, 30, 92. Item Tusc. 3, 15, 31. de Nat. D. 1, 23, 64. Varro LL. 5, 5. p. 40. LL. 5, 7. p. 50. Ibid. LL. 5, 10. p 69. Ib. 5, 14. p. 86. Ib. LL. 5, 31. p. 110. Ib. LL. 7, 3. p. 318. p. 320. p. 333. (7, 5. p. 371.) p. 373. p. 379. p. 380. 9, 49. p. 516. — Eius fragmentum: „*prima Papiria tu soldarum.*" Schol. Bob. pro Plancio p. 254.

C. Lucilius propter M. Ciceronis familiaritatem amicus erat Miloni, Ascon. in Mil. p. 37. — Quis fuerit, non constat.

Lucilius a. u. c. 711. praeerat classi Dolabellae in Cilicia: is Cassio spem saepe transitionis praebendo, neque unquam non recedendo, novissime Corycum se contulit et clauso portu se tenere coepit. Cassius ad Fam. 12,

13, 3. Manutius e Codd. aliq. volebat *Lucius*, ut esset L. Figulus, Dolabellae legatus, Appiano B. C. 4, 60. memoratus. Verum optio restat inter C. Lucilium Asconii in Mil. p. 37. et L. Lucilium ad Fam. 3, 5, 1.

L. Lucilius ad Fam. 3, 5, 1. videtur inter Appii Claudii Pulchri comites in Cilicia fuisse a. u. c. 703.

Sex. Lucilius, T. Gavii Caepionis filius, tribunus mil. in exercitu Bibuli occisus in monte Amano a. u. c. 703. ad Att. 5, 20, 4.

L. Lucilius Balbus, in causa P. Quintii C. Aquilio erat in consilio. (a. u. c. 673.) pro Quint. 16, 53. et 17, 54. (Male olim legebatur *L. Lucullus.*) — L. Lucilius Balbus, doctus et eruditus homo; ei operam deditSer.Sulpicius Rufus. Brut. 42, 154. — Corradus fratrem putat Q. Lucilii Balbi Stoici, cui Lib. 2. de Nat. D. partes tribuuntur Stoicorum sententiam de diis explicandi, et patrem L. Lucilii, qui ad Fam. 3, 5, 1. memoratur. Ern.

Q. Lucilius Balbus, auditor Panaetii, disputans inducitur in libris de natura deorum. Tantos progressus habebat in Stoicis, ut cum excellentibus in eo genere Graecis compararetur. de Nat. D. 1, 6, 15. — Lucilius Balbus Stoicorum partes egit etiam in Hortensio, Cic. dialogo. Fragmm. p. 484. — Eius disputatio de natura deorum ipsi Ciceroni, ut in extremo tertio scribit, ad veritatem est visa propensior. de Divin. 1, 5, 9.

Lucilius Bassus, malus scriptor. Cato (eius laudatio) me quidem delectat, sed etiam Bassum Lucilium sua. ad Att. 12, 5, 2. Quis fuerit, non constat. Fuerunt, qui corrigendum censerent: *Bassum Caecilium.*

Lucina eadem ac Luna. Ut apud Graecos Dianam eamque Luciferam, sic apud nos Iunonem Lucinam in pariendo invocant. de Nat. D. 2, 27, 68. Vide Iuno Lucina.

Lucius (praenomen), qui luci natus. Varro LL. 9, 38. p. 500. — Maiores nostri Lucium ideo dixerunt, quia forte esset initio lucis exortus. Victorinus I. p. 69.

Lucius ad Att. 1, 5, 1. est L. Tullius Cicero, M. et Q. Ciceronum frater patruelis. Vide L. Tullius Cicero.

Lucius, homo de plebe. Ascon. in Milon. p. 51.

Lucretia, Tricipitini filia, Collatini uxor, violata a Sex. Tarquinio. de Rep. 2, 25, 45. de Legg. 2, 4, 10. — Lucretia per vim stuprata a regis filio testata cives se ipsa interemit. Hic dolor populi Romani duce et auctore Bruto, causa civitati libertatis fuit, ob eiusque mulieris memoriam primo anno et vir et pater eius consul est factus. de Finn. 2, 20, 66. — Lucretia per vim oblatum stuprum voluntaria morte luit. de Finn. 5, 22, 64. — Lucretia in Accii Bruto. Varro LL. 6, 2. p. 190.

Lucretinum, Attici villa, a Lucreto vel Lucretio, fortasse ad Att. 7, 11, 1. in eodem tractu, quem Lucretilem appellat Horatius Od. 1, 17, 1.

Lucretius (al. *Lucilius*). Varro LL. 5, 3. p. 27. „suorum XXI. librorum initium fecit hoc cet. Eadem corruptela est etiam LL. 7, 5. p. 371.

M. Lucretius senator, iudex retentus a C. Verre. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 1, 7, 18.

Q. Lucretius, familiaris C. Cassii. ad Att. 7, 24. Ep. 25, 1. — Drusus reus est factus a Lucretio. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 5. — Sulmone effugit a. u. c. 705. ad Att. 8, 4, 3. — Q. Lucretius, senator, Pompeianus Sulmonem tenebat: Sulmonenses portas M. Antonio aperuerunt. Lucretius de muro se deiecit. a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 18.

Sp. Lucretius Tricipitinus. Publicola lege de provocatione perlata, statim secures de fascibus demi iussit, postridieque sibi collegam Sp. Lucretium subrogavit, suosque ad eum, quod erat maior natu, lictores transire iussit. de Rep. 2, 31, 55. Consul a. 245.

T. Lucretius Carus. Lucretii poëmata, ut scribis, ita sunt: *non* multis luminibus ingenii, multae tamen artis. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 11, 4. Particula *non* coniecturae deberi videtur, sed certae, cum requiratur a part. *tamen.* — Lucretius negat esse veros sensus odoris, visus, tactus, saporis, auditus. Victorinus I. p. 26.

Q. Lucretius Ofella. Contionibus aptior quam iudiciis. Brut. 48, 178. — Sic certe Corradus (et ante eum Victor Pisanus) nomen illud ibi legendum putat, ubi volgo est *Aphilia;* existimatque eundem esse, qui in Livii Epit. 88 et 89. memoratur; qui Praeneste

obsedit C. Marium filium; post „consulatum contra voluntatem Sullae ad turbandum statum civitatis petens a L. Bellieno iussu Sullae tunc dictatoris occisus est", ut ait Asconius in tog. cand. p. 92. Plut. Sull. 29.

Lucretius Vespillo, Pompeianus, Orici erat cum Asiaticis navibus XVIII. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 7.

Q. Lucretius Vespillo, in privatis causis et acutus et iuris peritus. Brut. 48, 178.

Lucrinae ostreae. Varro Fr. p. 308. Bip.

Lucrinenses res, id est, ostrea et pisces, qui in lacu Lucrino capiuntur. ad Att. 4, 10, 1.

Lucrinus lacus in Campania, hodie *lago Lucrino.* ad Attic. 14, 16, 1. Fragmm. p. 470.

Luculli. Vide Licinii Luculli.

Lucumo, Romuli socius in Sabino proelio occidit: (ex eo Luceres dicti). de Rep. 2, 8, 14. Cfr. Müller *Etrusker* V. 1. p. 363.

Lucumones id est, (principes), Tusci. Varro Fr. p. 351. Bip.

Lucus Facutalis prope Exquilias. Varro LL. 5, 8. p. 54.

Lucus Larum prope Exquilias. Varro LL. 5, 8. p. 54.

Lucus Poetelius in Exquiliis. Varro LL. 5, 8. p. 56.

Ludi Romani. de Or. 1, 7, 24. celebrabantur ex pridie Non. Sept. usque ad pridie Idus Septemb. (4—12. Sept.) Vide Liv. 1, 35. Fogginii Fasti p. 113.

Luna eadem, quae Diana; a *lucendo* nominata, eadem est enim Lucina. de Nat. D. 2, 27, 68. — Luna dea; eam Graeci Dianam putant. de Nat. D. 3, 20, 51. — Luna Noctiluca. Varro LL. 5, 10. p. 73. — Luna, radiis solis accensa. de Rep. 6, 17, 17. (Somn. Scip. C. 4.) — Luna, quae est, ut ostendunt mathematici, maior quam dimidia pars terrae, iisdem spatiis vagatur quibus Sol. de Nat. D. 2, 40, 103. — A sole Luna illuminata. Ibid. 46, 119. — Lunae trivium lumen. Varro Fr. p. 280. — Cfr. de Divin. 1, 39, 85. — Luna culta a Germanis. Caesar Gall. 6, 21.

Lunensis silex, ex Luna, hodie *Luni,* Etruriae oppido. Varro Fr. p. 377. Bip.

Luperca dea. Varro Fr. p. 233. Bip.

Lupercal Romae, antrum sub Palatino monte, sacratum ab Evandro Pani, deo Arcadiae. Velia non est vilior quam Lupercal. ad Fam. 7, 20, 1.

Lupercalia, sollemnia sacra, quae Romae a Lupercis fiebant in Panis honorem a. d. XV. Kal. Mart. (d. 15. Februarii.) Lupercalibus (a. u. c. 710.) diadema Caesari detulit M. Antonius. Philipp. 2, 34, 84. Ibid. 3, 5, 12. ad Q. Fr. 2, 13, 4. Fragmm. p. 468. Varro LL. 6, 3. p. 195.

Luperci, Panis sacerdotes, qui Lupercalibus nudi discurrebant. — Eorum sodalitas plane pastoricia, ante instituta quam humanitas atque leges: (in loco ironico). pro Caelio 11, 26. — A Lupercis februatur populus, id est, a Lupercis nudis lustratur antiquum oppidum Palatinum. Varro LL. 6, 4. p. 214. — Lupercis vectigal datum a Caesare. Fragmm. p. 464. — De Lupercis tribunus pl. rettulit a. u. c. 711. Philipp. 7, 1, 1. Varro LL. 5, 15. p. 89. Fragmm. p. 362. Bip.

Lupus de Nat. D. 1, 23, 63. a Lucilio poëta in Satiris acriter exagitatus (cfr. Horat. Sat. 2, 1, 68.) esse videtur L. Cornelius Lentulus Lupus, consul cum C. Marcio Figulo a. u. c. 597. P. Rutilius Lupus cos. a. u. c. 664., ut volunt Schol. Horat. Cruq. et Ern., propter ipsas temporum rationes esse nequit, cum C. Lucilius mortuus sit iam a. u. c. 652.

Lupus. Vide P. Rutilius Lupus.

Lurco. Vide Aufidius.

Luscienus. Philogenes mecum nihil unquam de Luscieno locutus est. ad Att. 7, 5, 3. Vide, ne idem sit, qui apud Varronem RR. 2, 5, 1. vocatur *Q. Lucienus.*

Luscinus. Vide C. Fabricius Luscinus. — Luscini, Calatini, Acidini, homines non solum honoribus rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornati. de lege agr. 2, 24, 64.

L. Luscius, centurio Sullanus divesque e victoria factus (nam amplius centies possederat, damnatus erat non multo ante quam Cicero dixit (a. u. c. 690.) Obiectae sunt ei tres caedes proscriptorum. Ascon. in tog. cand. p. 91.

C. Luscius Ocrea, senator (circa a. u. c. 677.) pro Rosc. Com. 14, 43.

C. Lusius tribunus mil., sororis filius C. Marii, bello Cimbrico P. Trebonium sive Arruntium militem suum

stuprare conatus ab hoc interfectus est. Schol. Bob. pro Milone p. 279. Cfr. pro Milone 4, 9.

Lusitani a Ser. Sulpicio Galba praetore a. u. c. 605. contra interpositam fidem interfecti. Brut. 23, 89. — Lusitanorum latrocinia. Varro RR. 1, 16, 2.

Lusitania a Luso, Bacchi comite, dicta. Varro Fr. p. 350. Bip. — Lusitania: „in Hispania ulteriore." Varro RR. 2, 4, 11. — In Lusitania Pollio legiones in hibernis collocarat a. u. c. 711. ad Fam. 10, 33, 3.

Lusius flumen Arcadiae, propter quod Aesculapii tertii sepulcrum et lucus ostenditur. de Nat. D. 3, 22, 57. — Eum describit Pausanias in Arcad. C. 28., qui circa fontes ita appellari dicit, quod Iuppiter recens natus in eo lotus sit, qua vero longius a fonte recedat, Gortynium ab oppido Gortyna appellari. Ern.

Q. Lutatius Q. F. Catulus, consul a. u. c. 652. pro Fonteio 15, 33. — Quis Q. Catulum humanitate, sapientia, integritate antecellentem a Cn. Mallio superari posse arbitratus est? pro Murena 17, 36. — Q. Catulo, summa in familia nato, sapientissimo et sanctissimo viro praeposuit populus Romanus, non dico C. Serranum - - non C. Fimbriam: - - sed Cn. Mallium, non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta et sordida. pro Plancio 5, 12. — Triplicem in petitione consulatus repulsam tulit: primam, cum victus est a C. Atilio Serrano, qui a. u. c. 648. cum Q. Servilio Caepione consul fuit; alteram, cum postpositus est Cn. Mallio, qui a. u. c. 649. cum P. Rutilio Rufo consul fuit; tertiam, cum ei C. Flavius Fimbria praepositus est, qui a. u. c. 650. cum C. Mario consul fuit. A. u. c. 651. aut omnino non petivit consulatum aut repulsam, si quam tulit, non commemorandam Cicero putavit. Tandem a. u. c. 652. cum C. Mario consulatum gessit. Wunder ad l. l. — C. Lutatius consul ad Aegates insulas catapulta ictus. Varro Fr. p. 246. Bip. — Q. Catulus, consularis, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., cum consulibus fuit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Catulus pater, in quo summa sapientia, eximia virtus, singularis humanitas fuit, arma contra Saturninum tulit. pro C. Rabirio perd. 9, 26. — Q. Catulus legatus in bello civili, belli gerendi peritissimus, non litteris ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditus. pro Fonteio 15, 33. — Q. Catulus, vir omni laude praestans, cum sibi non incolumem fortunam, sed exsilium et fugam deprecaretur, est coactus (a Mario), ut vita se ipse privaret. de Or. 3, 3, 9. — C. Marius, omnium perfidiosissimus, Q. Catulum, praestantissima dignitate virum, mori iussit. de Nat. D. 3, 32, 80. — Utrum beatior C. Marius tum, cum Cimbricae victoriae gloriam cum collega Catulo communicavit (a. u. c. 653.) paene altero Laelio — nam hunc illi duco simillimum — an cum civili bello (a. u. c. 667.) victor, iratus, necessariis Catuli deprecantibus non semel respondit, sed saepe: „Moriatur!" Tuscul. 5, 19, 56. — Catulus crudelissime interfectus. Brut. 89, 307. Rem sic narrat Appianus B. C. 1, 74. *Κάτλος δ' ἐν οἰκήματι νεοχρίστῳ τε καὶ ἔτι ὑγρῷ καίων ἄνθρακας ἑκὼν ἀπεπνίγη.* Plutarchus Mar. 44. *Κάτλος δὲ Λουτάτιος Μαρίῳ συνάρξας καὶ συνθριαμβεύσας ἀπὸ Κίμβρων, ἐπεὶ πρὸς τοὺς δεομένους ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ παραιτουμένους ὁ Μάριος τοσοῦτον μόνον εἶπεν· „Ἀποθανεῖν δεῖ", κατακλεισάμενος εἰς οἴκημα καὶ πολλοὺς ἄνθρακας ἐκζωπυρήσας ἀπεπνίγη.* Cfr. Vellei. Paterc. 2, 21. Valer. Max. 9, 12, 4. Flor. 3, 21. — Foris assumuntur ea, quae non sua vi, sed extranea sublevantur, ut haec: „Hoc verum est: dixit enim Q. Lutatius." de Or, 2, 40, 173. — Laudatur eius integritas: Verr. Accusat. 3, 90, 209. — Catulo non solum nos (loquitur M. Antonius orator) Latini sermonis, sed etiam Graeci ipsi solent suae linguae subtilitatem elegantiamque concedere. de Or. 2, 7, 28. — Oratio eius pura sic, ut Latine loqui paene solus videatur; sic autem gravis, ut in singulari dignitate omnis tamen adsit humanitas ac lepos. de Or. 3, 8, 29. — Erat ille quidem minime indoctus, sed tamen suavitas vocis et lenis appellatio litterarum bene loquendi famam confecerat. Brut. 74, 259. — Q. Catulus, sapientissimus vir atque humanissimus. Cornel. II. Fragmm. 4. p. 453. — Q. Catulus non mediocriter litteris liberalibus informatus erat. Schol. Bob. pro Archia p. 355. — Q. Catulus, pater et filius, ambo Cinnana dominatione proscripti. Ibid. — Non antiquo illo more, sed

hoc nostro eruditus; multae litterae, summa - - comitas; incorrupta quaedam Latini sermonis integritas; quae perspici cum ex orationibus eius potest, tum facillime ex eo libro, quem de consulatu et de rebus gestis suis (in bello Cimbrico) misit ad A. Furium poëtam: qui liber nihilo notior est quam illi tres Scauri libri. Brut. 35, 132—134. — Ad Crassum oratorem in Tusculanum venisse fingitur cum C. Iulio Caesare fratre uterino. de Or. 2, 3, 12. — Popiliam matrem post mortem publice laudavit. Ib. Cap. 11, 44. — De Catulo in libros de Oratore inducto cfr. ad Att. 13, 19, 4. — Eius epigramma in Q. Roscium puerum, quem amabat. de Nat. D. 1, 28, 79. Alterum eius epigramma in Theotimum servavit nobis Gellius N. A. 19, 9. Cfr. Weichert Poët. Lat. p. 127. — Lutatius, quid de lacu Curtio, loco fulgurito tradiderit. Varro LL. 5, 32. p. 150. — Catuli dicta faceta. de Or. 2, 63, 255. et 69, 278. — Reprehendit Philonem Academicum. Acad. 2, 6, 18. — Catulus pater sequebatur Carneadeam sententiam percipi nihil posse cet. Acad. 2, 48, 148. — Catuli monumentum Verr. Accusat. 4, 57, 126. est aedes Fortunae huiusce diei, quam vovit Q. Catulus bello Cimbrico, teste Plutarcho in vita Marii C. 26. et cuius meminit Plinius H. N. 34, 19, 5. — Catuli monumentum. pro Caelio 32, 78., id est, Catuli porticus in Palatio, exstructa de manubiis Cimbricis; quam P. Clodius simul cum Ciceronis domo, adiutore Sex. Clodio, ex parte diruit. ad Att. 4, 2, 4 et 3, 2.—Q. Catulus in area Flacciana (vide M. Fulvius Flaccus) porticum de manubiis Cimbricis fecit. Pro domo 38, 102. Ibid. 43, 114. Val. Max. 6, 3, 1. — Catuli porticus. ad Q. Fr. 3, 1, 4, 14. — Catuli aedes. Varro RR. 3, 5, 12. (cfr. Schneiderum p. 514.) Cornel. II. Fragmm. 4. p. 453.

Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus. Q. Catulus cos. cum M. Lepido a. u. c. 676. Iis coss. Gaditanum foedus, quod L. Marcius icisse dicebatur, vel renovatum vel ictum. pro Balbo 15, 34. — Id Catulo auctore factum est. Ibid. 17, 39. — Dissensit M. Lepidus a clarissimo et fortissimo viro, Q. Catulo. Attulit non tam ipsius interitus rei publicae luctum quam ceterorum. in Catil. 3, 10, 24. — Q. Lutatius Catulus propugnator optimatium a. u. c. 676. Sal. Hist. 1. p. 182. — „Longe saeviorem Sulla" eum vocat C. Licinius Macer in Or. apud Sal. Hist. 3. p. 211. Ed. Gerl. min. — Lutatius Catulus, princeps Sullanae factionis. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 200. — Q. Catulus, Cn. Pompeio de tribunicia potestate referente (a. u. c. 684.), cum esset sententiam rogatus hoc initio est summa cum auctoritate usus: „Patres conscriptos iudicia male et flagitiose tueri; quodsi in rebus iudicandis populi Romani existimationi satisfacere voluissent, non tanto opere homines fuisse tribuniciam potestatem desideraturos. Verr. Act. 1, 15, 44. — Q. Catulus iudex C. Verris, in provincia administranda frumento est usus, pecuniam non coëgit. Verr. Accusat. 3, 90, 211. — Q. Catulus et Q. Hortensius dissuaserunt legem Maniliam. pro lege Manilia 17, 51. — Q. Catulus cum ex vobis quaereret, si in uno Cn. Pompeio omnia poneretis, si quid eo factum esset, in quo spem essetis habituri: cepit magnum suae virtutis fructum ac dignitatis, cum omnes prope una voce in ipso vos spem habituros esse dixistis. pro lege Manilia 20, 59. — Q. Catulus, sapientissimus homo atque optimus civis. post red. in sen. 4, 9., ubi satis ineptum ei tribuitur dictum aliquanto melius expressum. in Or. pro domo 43, 113.: „Negabat fas esse duos consules esse in hac civitate inimicos rei publicae." — Q. Lutatius Q. F. Q. N. Catulus substructionem et tabellarium in Capitolio faciunda curavit. Inscript. mear. Lat. N. 31 — Aedem Iovis Capitolini dedicavit a. u. c. 685. Cfr. Verr. Accus. 4, 31, 69. Ibid. 38, 82. — Hinc ipse Catulus, — curator restituendi Capitolii. Varr. Fragmm. p. 199. Bip. — Capitolinus dictus est. Suet. Galb. 2. — Non fuit quidem in oratorum numero, sed non deerat ei tamen in sententia dicenda cum prudentia, tum elegans quoddam et eruditum orationis genus. Brut. 35, 133. — Q. Catulus filius, non proprie dicendus orator. Brut. 62, 222. — Eius non illa quidem ἀπαιδευσία, sed in logicis ἀτριψία. ad Att. 13, 16, 1. Vide Hortensius. — Catulo et Lucullo alibi reponemus. ad Att. 13, 12, 3. — Academica cum Catulo, Lucullo, Hortensio contuleram. Sane in personas non cadebant. Erant enim λογικώτερα, quam ut illi de iis somniasse unquam viderentur. ad Att. 13, 19, 5.

— Catulus loquens inducitur in Lucullo sive Acad. 2, 4, 10. — Q. Lutatius Catulus a. u. c. 689. testimonium dixit in C. Cornelium. Ascon. in Cornel. p. 60. — Catulus consularis, de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Q. Catulus saepe in senatu patrem patriae nominavit Ciceronem. pro Sestio 57, 121. — Me Q. Catulus auctor publici consilii, frequentissimo senatu, parentem patriae nominavit. in Pison. 3, 6. — Catilinae ad eum litterae missae a. u. c. 691. Sal. Catil. 35. — Neque precibus neque gratia neque pretio Ciceronem impellere potuit, uti per Allobroges C. Caesar falso nominaretur. Nam cum eo graves inimicitias exercebat, ex petitione pontificatus odio incensus, quod extrema aetate, maxumis honoribus usus ab adolescentulo Caesare victus discesserat. Ibid. 49. — Placuit meus consulatus Q. Catulo, cuius semper in hac re publica vivet auctoritas. Philipp. 2, 5, 12. — Caesar praetor cum esset (a. u. c. 692.), Q. Catulum ex inferiore loco iussit dicere. ad Att. 2, 24, 3. Cfr. Ibid. §. 4. — (Caesar primo praeturae die Q. Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocavit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verum impar optimatium conspirationi hanc actionem deposuit. Suet. Caes. 15.) — Q. Catulus legem de vi armata dissensione civium, rei publicae paene extremis temporibus tulit; quae lex, sedata illa flamma consulatus mei, fumantes reliquias coniurationis exstinxit. pro Caelio 29, 70. — Catulus (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 13, 2. — Eius dictum in iudices Clodianos corruptos. Ibid. 16, 5. — Q. Catulus amicissimus Q. Metelli Celeris, cuius medio in consulatu a. u. c. 694. mortuus est. pro Caelio 24, 59. — Eum neque periculi tempestas neque honoris aura potuit unquam de suo cursu aut spe aut metu demovere. pro Sestio 47, 101. — Eius constantia. ad Fam. 9, 15, 3. — Illud, velim, existimes, me hanc viam optimatem post Catuli mortem nec praesidio ullo nec comitatu tenere. ad Att. 1, 20, 3. — Nihil me infortunatius, nihil fortunatius est Catulo cum splendore vitae, tum quod tempore (scil. mortuus est). ad Att. 2, 24, 4. (Ita videlicet legendum pro: *tum hoc tempore*.) — Q. Catulus minime cedebat (meritis de re publica) Cn. Pompeio. de Off. 1, 22, 76. — Principem senatus (τὰ πρῶτα τῆς βουλῆς) eum vocat Dio Cass. 36, 13. Cfr. Fragmm. p. 479. p. 482. — In sequentibus locis coniunguntur Q. Lutatii Catuli pater et filius. — Quamvis praepotens uterque, in sermonibus efficiebat, ut unus de multis esse videretur. de Off. 1, 30, 109. — Nihil fuit in Catulis, ut eos exquisito iudicio putares uti litterarum; quamquam erant litterati; sed et alii — hi autem optime uti lingua Latina putabantur. de Off. 1, 37, 133. — Archias vivebat cum Q. Catulo et patre et filio. pro Archia 3, 6. — Pro domo 43, 113.

Q. Lutatius Diodorus, Lilybaetanus, qui Q. Catuli beneficio ab L. Sulla civis Romanus factus est; ab eo mensam citream abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 17, 37.

M. Lutatius Pinthia, eques Romanus; eius sponsio: Ni vir bonus esset. de Off. 3, 19, 77.

Lycaon aliquis aut Phryx: proverbium de hominibus futilibus et contemptis. ad Fam. 3, 10, 10.

Lycaones · augurium retinent. de Legg. 2, 13, 33.

Lycaonia, regio Asiae inter Ciliciam, Pisidiam, Pamphyliam et Cappadociam. In ea asini feri. Varro RR. 2, 1, 5. ad Att. 5, 15, 3. — Lycaonium forum agam. Ib. Ep. 21, 9. ad Fam. 15, 1, 2. Ibid. 2, 1.

Lyceum vel Lycium, locus Athenis, in quo περίπατος Aristotelis erat. — Peripatetici disputabant inambulantes in Lycio. Acad. 1, 4, 17. — Lyceum Peripateticorum. de Or. 1, 21, 98. — Lyceum *nitidum*. de Divin. 1, 13, 22.

Lyceum, superius gymnasium in Ciceronis Tusculano. de Divin. 1, 5, 8. — In Lyceo erat bibliotheca. Ibid. 2, 3, 8.

Lycia, regio Asiae minoris, ad mare mediterraneum Cariae et Pamphyliae interiecta, unde Lycii.

Lycii, Graeci homines, primum incolebant Phaselidem, postea a Cilicibus praedonibus ascitam. Verr. Accusat. 4, 10, 21. — A Lyciis, Cilicibus, Pamphyliis, Pisidis auspicia tenentur. de Divin. 1, 15, 25. — Lyciorum ora. de lege agr. 1. initio. — Eorum auxilia haud nimis bona. ad Att. 6, 5, 3.

Lyco, Astyanactis filius, Troadensis, philosophus Peripateticus, successor Stratonis Lampsaceni, de quo legendus est Diog. Laërt. 5, 63. seqq. Scripsit de finibus bonorum et malorum. Dictus est et *Glyco* propter dulcedinem orationis. Vide collecta a Ruhnkenio ad Rutil. Lupum p. 91. — Lyco, Stratonis discipulus, oratione locuples, rebus ipsis ieiunior. de Finn. 5, 5, 13. — Lyco aegritudinem extenuans, parvis ait eam rebus moveri, fortunae et corporis incommodis, non animi malis. Tuscul. 3, 32, 78.

Lycomedes, rex Scyri insulae. Neoptolemus Troiam capere non potuisset, si Lycomedem, apud quem erat educatus, multis cum lacrimis iter suum impedientem audire voluisset. Lael. 20, 75. — Educavit autem Neoptolemum nepotem, filium Achillis et Deidamiae filiae suae.

Lycomedes Bithynius. Ei Comanum sacerdotium adiudicavit Caesar a. u. c. 706. Bell. Alex. 66.

Lycurgeus. Nosmet ipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, quotidie demitigamur. ad Att. 1, 13, 3. i. e. severi, instar Lycurgi, oratoris Atheniensis, qui accusationem factitabat.

Lycurgus, Lacedaemonius, legum lator. Lycurgus, cuius temporibus Homerus etiam fuisse ante hanc Urbem conditam traditur, sapiens et habebatur et nominabatur. Tuscul. 5, 3, 7. — Lycurgus, qui Lacedaemoniorum rem publicam temperavit, leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmavit. de Divin. 1, 43, 96. — Lycurgus primum vidit (idem quod Romulus) singulari imperio et potestate regis tum melius gubernari et regi civitates, si esset optimi cuiusque ad illam vim dominationis adiuncta auctoritas. de Rep. 2, 9, 15. — Centum et octo annis, postquam Lycurgus leges scribere instituit, prima posita est Olympias; quam quidam nominis errore ab eodem Lycurgo constitutam putant. Ibid. 10, 18. — Lycurgus regem non deligendum duxit, sed habendum, qualiscunque is foret, qui modo esset Herculis stirpe generatus. de Rep. 2, 12, 24. — Ibid. 23, 42. — Lycurgus γέροντας Lacedaemone appellavit, nimis is quidem paucos, quos penes summam consilii voluit esse, cum imperii summam rex teneret (ut etiam Romulum patribus lectis fecisse diximus). de Rep. 2, 28, 50. — Lycurgus legum optimarum et aequissimi iuris inventor, agros locupletium plebi, ut servitio, colendos dedit. de Rep. 3, 9, 16. — Cfr. Ibid. 4, 5, 5. — Lycurgus superior, a quo est disciplina Lacedaemoniorum adstricta legibus. Brut. 10, 40. (*Superior* dicitur, ut distinguatur a cognomine oratore Attico.) — Cretum leges itemque Lycurgi laboribus erudiunt iuventutem venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando. Tuscul. 2, 14, 34. — Ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in hominibus Graecis frenos; nam etiam Spartae regnante Theopompo sunt item quinque, quos illi ephoros appellant, in Creta autem decem, qui cosmoe vocantur, ut contra consulare imperium tribuni plebis, sic illi contra vim regiam constituti. de Rep. 2, 33, 58. — Lycurgi leges. Tuscul. 1, 42, 100 et 101. — Ei postponuntur Pausanias Lysanderque. de Off. 1, 22, 76. — Lycurgi scripta ex Stoicorum sententia non erant leges. Acad. 2, 41, 136 — Lycurgi, Draconis et Solonis legibus Romanas praefert L. Crassus: de Or. 1, 44, 197. — Lycurgus eloquens. de Or. 1, 13, 58. — Memoratur praeterea de Or. 3, 15, 56. de Legg. 1, 22, 57. de Rep. 2, 1, 2. Tuscul. 1, 46, 110. de Nat. D. 3, 38, 91. — Lycurgus Lacedaemonibus leges scripsit. Victorinus I. p. 16.

Lycurgus, Atheniensis, Demosthenes, Hyperides, Dinarchus. (Vide Hyperides.) de Or. 2, 23, 94. — Lycurgus orator Athenis accusationem factitavit, ut Romae M. Brutus. Brut. 34, 130. — Lycurgus orator. Brut. 9, 36. — Exstat eius elegantissima contra Leocratem oratio. Vide Lycurgeus.

Lydi contemptim memorantur una cum Mysis et Phrygibus: pro Flacco 2, 3. Ibid. 40, 100. — *Lydius-Tyrrhenae gentis haruspex* de Div. 1, 12, 19. dicitur, quia Etrusci Tyrrheno duce e Lydia venisse ferebantur. Vell. Paterc. 1, 2.

Lydia, regio Asiae minoris versus mare Aegaeum inter Ioniam, Aeoliam, et Phrygiam magnam. Quid ego dicam de Lydia? quis unquam Graecus comoediam scripsit, in qua servus primarum partium non Lydus esset? pro Flacco 27, 65. — In Lydia sacri pisces. Varro RR. 3, 17, 4.

Lydus, a quo Lydorum nomen. Fragmm. p. 486.

Lympha, Dea. Varro RR. 1, 1, 6. — Lymphae deae. Varro Fr. p. 229. Bip. — Lymphae Commotiae ad lacum Cutiliensem. Varro LL. 5, 10. p. 77.

Lynceus, Apharei filius, unus ex Argonautis acerrima oculorum acie praeditus; unde *Lynceus* dicitur, quicunque vel oculis vel mentis acumine valet. Ita ad Fam. 9, 2, 2.: Quis est tam Lynceus, qui in tantis tenebris nihil offendat?

Lysander, Lacedaemonius, vir summae virtutis: eius colloquium Sardibus cum Cyro minore habitum (ex Xenophontis Oeconomico). Cato 17, 59. — Lacedaemonem dixit esse honestissimum domicilium senectutis. Ib. 18, 62. — Lysander, cum vellet Lycurgi leges commutare, Apollinis Delphici est prohibitus religione. de Divin. 1, 43, 96. — Lysander, Lacedaemoniorum clarissimus: in eius statuae capite Delphis subito corona exstitit ex asperis herbis. de Divin. 1, 34, 75. Ibid. 2, 32, 68. — Vir versutissimus et patientissimus. de Off. 1, 30, 109. — Lysander Pausaniasque ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae conferendi. de Off. 1, 22, 76. — Fragmm. p. 472.

Lysander, ephorus propter iniurias civibus illatas a Lacedaemoniis expulsus. de Off. 2, 23, 80. — Diversus a superiore prope CL. annis post illum vixit; de quo vide Plutarch. in Agide C. 6—13. 16. 19. Compar. cum Gracchis C. 4. (Anno u. c. 513.)

Lysanias Temnites, peculatus damnatus, testis in L. Flaccum. pro Flacco 18, 43. Ibid. 21, 51.

Lysas sive Lusus, Bacchi comes, a quo Lusitania. Varro Fr. p. 350. Bip.

Lysiades Atheniensis, Phaedri, philosophi nobilis, filius; homo praeterea festivus, ut ei cum M. Curio, consessore eodem et collusore, facillime possit convenire, iudex constitutus ab Antonio. Philipp. 5, 5, 13. Philipp. 8, 9, 27. quo quidem loco Muretus legendum censebat *Lyside*. Verum obstat prior locus, etsi ea nomina inter se confundi docent Critici ad Nepot. Epam. 2.

Lysias, secundae aetatis orator; multa eius scripta sunt. de Or. 2, 22, 93. — Eius orationes arbitror plurimas esse. Est enim Atticus, quoniam certe Athenis est et natus et mortuus et functus omni civium munere; quamquam Timaeus eum quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas. Brut. 16, 63. — Comparatur cum M. Catone. Ibid. Sed cfr. Ibid. 85, 293. — Ei officit Demosthenes. Ibid. 17, 66. — Lysias ipse quidem in causis forensibus non versatus, sed egregie subtilis scriptor atque elegans, quem iam prope audeas oratorem perfectum dicere. Brut. 9, 35. — Lysias primo profiteri solitus artem est dicendi; deinde, quod Theodorus erat in arte subtilior, in orationibus autem ieiunior, orationes scribere aliis coepit, artem removit (teste Aristotele). Brut. 12, 48. — Lysias disertissimus orator scriptam orationem attulit Socrati, qua hic uti noluit. de Or. 1, 54, 231. — Lysias venustissimus scriptor ac politissimus. Orat. 9, 29. — Eius tenuitas; est (tamen) multis locis grandior. Opt. gen. or. 3, 9. — Lysias subtilitatem habuit. de Or. 3, 7, 28. — Lysias causidicus quidam, non ille quidem amplus atque grandis, subtilis et elegans tamen. Orat. 9, 30. — Lysias elate dicere fortasse non potuit. Opt. gen. or. 4, 10. — Lysias satis facetus. Orat. 26, 90. — Demetrius Phalereus est floridior quam Hyperides, quam Lysias. Brut. 82, 285. — Eius imitator Charisius. Ibid. 83, 286. — Lysias alter paene Demosthenes; eius imitator Hegesias. Orat. 67, 226.

Lysidicus. Philipp. 11, 6, 14. eius filium C. Annium Cimbrum dicit Cicero *Lysidicum ipsum*, id est, λυσίδικον, quoniam omnia iura dissolverit. Ern. Vide C. Annius Cimber.

Lysimachus, Theodoro philosopho frustra crucem minatus est. Tuscul. 1, 43, 102. Ibid. 5, 40, 117. — Fuit rex Thraciae, ante dux Alexandri; mortuus est a. ante Chr. 281. Buherius ad h. l. reprehendit Aldobrandinum, qui ad Diog. Laërt. 2, 102. regem Macedoniae vocat. Male; nam et Macedoniam sibi vindicavit. Ern.

Lysimachus, Aristidis pater. Cato 7, 21.

Lysimachus; de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Lysippus, Sicyonius, statuarius nobilissimus, Alexandri aequalis, Olymp. CXIV. etiam superstes. — Lysippus

non artificum priorum potius est vitiosa secutus quam artem. Varro LL. 9, 6. p. 468. — Polycleti Doryphorum sibi Lysippus aiebat magistrum fuisse. Brut. 86, 296. Ad haec vv. Gesnerus in Chrestom. Plinian. p. 924. referendum censet locum Plinii H. N. 34, 8, 19.: „Lysippum Duris negat, Tullius fuisse discipulum affirmat" (id est, Duris affirmat eum αὐτοδίδακτον fuisse; Cicero eum pro Polycleti discipulo habet). Non tamen extra dubitationem posita est haec Gesneri opinio. — Lysippus fuit magister Charetis. Herenn. 4, 6, 9. Acad. 2, 26, 85. ad Fam. 5, 12, 7. Vide Alexander et Myro. Varro RR. 3, 2, 5.

Lysis, Tarentinus, Pythagoreus instituit Epaminondam. de Or. 3, 34, 139. — Lysis Pythagoreus Thebanum Epaminondam erudivit. de Off. 1, 44, 155. Cfr. Aemilium Probum in Epam. 2. et ibi Interpretes.

Lysitho. (Cfr. Io. Lydum de mensibus p. 224. ed. Roether.) Ex ea et Iove est is Hercules (antiquissimus), quem concertavisse cum Apolline de tripode accepimus. de Nat. D. 3, 16, 42.

Lyso Lilybaetanus, primus homo; ab eo Apollinis signum C. Verres abstulit. Verr. Accusat. 4, 17, 37.

Lyso, Lysonis filius, Lilybaetanus, commendatur Acilio. ad Fam. 13, 34.

Lyso Patrensis, Ciceronis hospes, commendatur Ser. Sulpicio a. u. c. 708. ad Fam. 13, 19, 1. — Defenditur apud eundem. Ibid. Ep. 24, 1. — Lyso, Patrensis, medicus vereor ne negligentior sit, primum, quia omnes Graeci cet. ad Fam. 16, 4, 2. Ibid. 5, 1. Ibid. 9, 3.

Macedo Alexander. Philipp. 5, 17, 48. est Alexander Magnus, rex Macedoniae.

Macedones Thebanos vicerunt cet. Her. 4, 25, 34. — Sarissae pro Macedonibus. Ibid. 4, 32, 43. — Macedones Demetrio relicto contulerunt se ad Pyrrhum. de Off. 2, 7, 26. — Karthaginienses multi Romae servierunt, Macedones, rege Perse capto. Tuscul. 3, 22, 53. — Omni Macedonum gaza, quae fuit maxima, potitus est Paullus. de Off. 2, 22, 76.

Macedonia modo est pars Graeciae inter Thessaliam, Thraciam, Acarnaniam cet., modo provincia Romana proconsularis, Graeciam inde ab Illyride ad Graeciam proprie sic dictam sive Achaiam continens. Ern. — Agri in Macedonia regii partim T. Flaminini, partim L. Paulli, qui Persen vicit, virtute parti sunt. de lege agr. 1, 2, 5. — Macedonia, fidelis et amica populo Romano provincia: non solum consilio, sed etiam manu M. Fonteii conservata, et a Thracum adventu ac depopulatione defensa. pro Fonteio 16, 34. — Macedonia condonata barbaris a L. Pisone. in Pison. 40, 96. — Macedonia, quae erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropaeis, a barbaris vexata, cum eam L. Piso obtineret. (a. u. c. 698.) de prov. cons. 2, 4. in Pison. 16, 38. de Inv. 1, 12, 17. — Macedonia libera, pars provinciae Macedoniae, hoc nomine utebatur etiam a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 34.

Macedonicae legiones. ad Fam. 12, 23, 2.

Macellum Romae. Suos necessarios ab atriis Liciniis et a faucibus macelli corrogat Sex. Naevius. pro Quint. 6, 25. Forum olitorium erat antiquum macellum, ubi olerum copia; ea loca etiam nunc Lacedaemonii vocant *macellum*. Varro LL. 5, 32. p. 147.

M'. Macellus latro. Varro Fr. p. 215. Bip.

Macer. Vide C. Licinius Macer.

Machara. Vide Imachara.

Macri Campi. Vide Campi Macri.

Macro. Macroni vix videor praesto esse. Idibus enim auctionem Larini video. Id tu, quoniam Macronem tanti facis, ignoscas mihi velim. ad Att. 4, 12.

Macula. Vide Pompeius Macula.

Madarus ad Att. 14, 2, 1. est Matius, tecto nomine μαδαρὸς a calvitie sic dictus. Alibi Calvena.

Maeander, fluvius Phrygiae valde flexuosus: Ovid. Met. 8, 162., a cuius flexibus tropice dicitur: Maeandros, deverticula (vafra consilia) flexionesque quaerere. in Pison. 22, 53.

Maeandrius Trallianus, homo egens et sordidus, testis in L. Flaccum. pro Flacco 22, 52. seqq.

Maecenas, scriba Sertorii. Sal. Hist. 3. p. 216. Ed. min. Gerl.

C. Maecenas. Vide C. Cilnius Maecenas.

Maecia tribus. pro Plancio 16, 38. ad Att. 4, 15, 9.

Sp. Maecius Tarpa. Nobis (in ludis a Cn. Pompeio a. u. c. 699. editis) erant ea perpetienda, quae scilicet Sp. Maecius probavisset. ad Fam. 7, 1, 1. Cfr. Interpretes ad Horatii A. P. v. 386. et Serm. 1, 10, 38. atque in primis Weichert Poët. Lat. p. 334., qui recte monuit, non esse cogitandum de aedilitate Maecii propterea, quod Cn. Pompeius ei delectum fabularum in ludis suis exhibendarum commiserit. — De gentis Maeciae claritate sub Caesaribus vide Perizonium de num. consul. p. 277. Ern.

Q. Maelius, Ti. Numicius, tribuni pl. a. u. c. 433., quod eorum auctoritate pax erat facta (post ignominiam ad Furculas Caudinas acceptam), dediti sunt, ut pax Samnitium repudiaretur. de Off. 3, 30, 109.

Sp. Maelius. L. Quintii Cincinnati dictatoris iterum (a. u. c. 315.) iussu magister equitum C. Servilius Ahala eum regnum appetentem occupatum interemit. Cato 16, 56. — C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. in Catil. 1, 1, 3. — Sp. Maelius regnum occupare voluisse dictus est. de Rep. 2, 27, 49. — Sp. Maelius propter suspicionem regni appetendi est necatus. Philipp. 2, 44, 114. — Maelius regnum occupare voluit. Varro LL. 5, 32. p. 156. — Sp. Maelius, annona levanda iacturisque rei familiaris, quia nimis amplecti plebem putabatur, in suspicionem incidit regni appetendi. pro Milone 27, 72. — Sp. Maelius omnibus exosus. Lael. 8, 28. Ibid. 11, 36. Sp. Maelii regnum appetentis domus est complanata. *Aequum* accidisse *Maelio* populus Romanus iudicavit: nomine ipso *Aequimelii* stultitia poena comprobata est. Pro domo 38, 101. Val. Max. 6, 3, 1. — Rectior scriptura est *Maelius* quam *Melius*.

Maenia columna. Divinat. 16, 50. pro Sestio 58, 124. — Puteal vocabatur locus in vicinia fori, ubi erat columna etiam Maenia, apud quam debitores a creditoribus proscribebantur. Schol. Bob. pro Sestio p. 295 et 306. — Maenius, cum domum suam venderet Catoni et Flacco censoribus, ut ibi basilica aedificaretur, exceperat ius sibi unius columnae, super quam tectum proiiceret ex provolantibus tabulatis, unde ipse et posteri eius spectare munus gladiatorum possent, quod etiam tum in foro dabatur. Ex illo igitur columna Maenia vocitata est. Fures et servi nequam apud triumviros capitales apud columnam Maeniam puniri solent. Pseudoascon. in Divin. p. 120. 121. — Cfr. Oudendorp. ad Suet. Calig. 18. — Hinc dicta sunt Maeniana.

Maenia lex, lata a Maenio tribuno pl. a. u. c. 468. Brut. 14, 55.

Maeniana. Maenianorum umbra. Acad. 2, 22, 70. — Maenianum. Varro Fr. p. 238. Bip.

C. Maenius Gemellus, falsa lectio ad Fam. 13, 19, 2. pro C. Memmius Gemellus.

Maeonia. Fragmm. p. 486.

Maeotis palus Scythica iuxta Phasidis ostium. de lege agr. 2, 19, 52. Tuscul. 5, 17, 49. Eadem vocatur Maeotius lacus apud Varronem Fr. p. 365. Bip.

Maevius, C. Verris scriba, homo improbus. Verr. Accusat. 3, 75, 175.

Magi Persarum: iis auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera. de Legg. 2, 10, 26. — In Persis augurantur et divinant Magi, qui congregantur in fano commentandi causa atque inter se colloquendi. de Divin. 1, 41, 90. — Magi, somniorum interpretes. de Divin. 1, 23, 46 et 47. — Eorum portenta de diis immortalibus. de Nat. D. 1, 16, 43. — Magorum mos est non humare corpora suorum, nisi a feris sint ante laniata. Tuscul. 1, 45, 108.

Magia, Dinaeae filia, Larinas, uxor Oppianici. pro Cluentio 7, 21.

Magius, nobilis Campanus tempore belli Punici secundi. de lege agr. 2, 34, 93. — Piso audierat Decios Magios et de Taurea illo Iubellio aliquid acceperat, in quibus si moderatio illa, quae in nostris solet esse consulibus, non fuit, at fuit pompa, fuit species, fuit incessus saltem Seplasia dignus et Capua. in Pison. 11, 24. Sic scilicet legendum, neque vero distinguendum *Decios*, *Magios*, proptereaque etiam delenda in Onomastico nostro p. 210. b. vv.: *Decius Campanus. in Pison.* 11, 24. vel in eum locum haec de Magio transponenda. Rhetorice scilicet utrobique

loquitur de Decio Magio, nobili Campano, propter fidem in Romanos celebratissimo. Cfr. Liv. 23, 7. Vellei. Paterc. 2, 16.

Magius, praefectus Pisonis in Gallia. de Orat. 2, 66, 265.

Cn. Magius, falsa lectio pro N. Magius.

L. Magius et L. Fannius. Hi transfugae de Valeriano exercitu apud Mithridatem agentes ab eodem rege ad Sertorium missi erant de paciscenda societate belli adversus Romanos : quos in Italia iam positos et ad Sertorium festinantes et hostes iudicaverat et inquirendos mandaverat senatus. Hi tamen ultimum ad Romanos prodito ex magna parte Mithridate redierunt. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 183. Cfr. ibi Madvig. — L. Magius et L. Fannius (Appian. Mithrid. 68. Oros. 6, 2.) „Marianarum partium in Asia reliquiae (a. u. c. 675.) ex Fimbriano exercitu, cumque illae partes duce Sertorio in Hispania revixissent, Mithridatis cum Sertorio huc illuc commeantes societatem composuerunt." Zumpt. — Verres myoparonem pulcherrimum de decem Milesiorum navibus electum L. Magio et L. Fannio, qui Myndi, Cariae urbe, habitabant, vendidit. Hi sunt homines, quos nuper senatus in hostium numero habendos esse censuit. Hoc illi navigio ad omnes populi Ro. hostes, usque a Dianio ad Sinopam navigaverunt. Verr. Accusat. 1, 34, 87.

Num. Magius, Dinaeae filius, Larinas. pro Cluentio 7, 21. Ibid. 12, 33.

N. Magius. Eum Pompeius (Brundisio ad Caesarem) de pace misit. ad Att. 9, 13, 8. Ibid. 13. A., 1. — N. Magius, Pompeii praefectus a Caesare deprehensus et statim missus factus. Caesar in Ep. ad Att. 9, 7. C., 2. — Cn. Magius, Cremona, praefectus fabrum Cn. Pompeii, deprehensus in itinere, a Caesare cum mandatis ad Pompeium remittitur a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 24. Hoc quoque loco legendum videtur *N. Magius*. Rarius praenomen *Numerius* in frequentius corruptum est.

P. Magius trib. pl. a. u. c. 667. cum M. Virgilio in dicendo paullo copiosior. Brut. 48, 179.

P. Magius Chilo vel Cilo, interfector M. Marcelli (a. u. c. 709.) Solvendo non erat. Credo eum petisse a Marcello aliquid, et illum, ut erat solitus, cunctantius respondisse. ad Att. 13, 10, 3. — P. Magius Cilo, M. Marcelli familiaris, eum interficit Athenis et se ipsum statim post. a. u. c. 709. ad Fam. 4, 12, 2. *Chilo* scripsit Martyni-Laguna cum lapide Opitergino apud I. B. Fonteium *de prisca Caesiorum gente* p. 130.

Q. Magius Chilo, Catilinarius. Vide Q. Manlius Chilo.

Magna Graecia. Vide Graecia magna.

Magnesia. Coloniarum quae est deducta a Graiis in Asiam, Thracam, Italiam, Siciliam, Africam praeter unam Magnesiam, quam unda non alluat? de Rep. 2, 4, 9. — Magnesia cum Lampsaco et Mynda ab Artaxerxe Themistocli addicta. Schol. Bob. pro Sestio p. 311.

Magnetes a Sipylo mentionem honorificam fecerunt de Q. Cicerone. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 11, 2.

Mago Karthaginiensis. Eius libri XXVIII. de agricultura Punice scripti, qui capta Karthagine ex senatus consulto in Latinam linguam conversi sunt, in quo plurimum operae praestitit D. Iunius Silanus. Plin. H. N. 18, 3. Num igitur, si cui fundus inspiciendus sit, Magonis Karthaginiensis sunt libri perdiscendi cet.? de Or. 1, 58, 249. — Graecos scriptores de agricultura Mago Karthaginiensis praeteriit Poenica lingua, quod res dispersas comprehendit libris XXIIX., quos Cassius Dionysius Uticensis vertit libris XX. ac Graeca lingua Sextilio praetori misit. Varro RR. 1, 1, 10. Cfr. 1, 17, 3. 1, 38, 1. 2, 1, 27. 3, 2, 13.

Maia et Iuppiter tertius, parentes Mercurii tertii. de Nat. D. 3, 22, 56. — Maia sanctissima, Pleias. Arat. v. 270. — *Maiia* geminata litt. *i* apud Cic. Fragmm. p. 583.

Maius a *Maia*, non a *maioribus*, iudice Varrone. Varro Fr. p. 370. Bip.

Mala Fortuna. Eius ara Esquiliis. de Nat. D. 3, 25, 63. et rursus de Legg. 2, 11, 28.

Malchus. Fragmm. p. 470.

Malchus rex Nabataeorum, Caesaris socius. Bell. Alex. 1.

Malea, promontorium Laconicae. ad Fam. 4, 12, 1. „supra (alii *super*) Maleam navigare."

Maledus, Epiri locus. Varro RR. 2, 2, 1.

Malleoli. Vide in Publiciis Malleolis.

Mallius (al. *Manlius*, *Manilius*) Europam e Phoenice scribit tauro exportatam esse. Varro LL. 5, 6. p. 47.

Mallius Glaucia, homo tenuis, libertinus, cliens et familiaris T. Roscii Magni. (a. u. c. 674.) pro Sex. Roscio 7, 19. Ibid. 34, 96.

C. Mallius. Vide C. Manlius.

C. Mallius quidam, Catilinarius, princeps fuit belli faciundi. Sal. Catil. 24. Dio 37, 30. — Eum Catilina Faesulas misit. Sal. Catil. 27. — In Etruria plebem sollicitat. Ibid. 28 et 30. — Legatos mittit ad Q. Marcium Regem. Ibid. 32. — Eorum oratio. Cap. 33. — Hostis iudicatus. Cap. 36. — In proelio cum Antonio Catilina C. Mallium in dextera, Faesulanum quendam in sinistra parte curare iubet. Ib. 59. — Hi in primis pugnantes cadunt. Ib. 60. — C. Mallius, Catilinae audaciae satelles atque administer. in Catil. 1. 3, 7. Ibid. 9, 23 et 24. — Malliana castra. Ibid. 12, 30. — Mallius, centurio, in agro Faesulano castra posuit. Ibid. 2, 6, 14. Ibid. 9, 20. — Scriptura nominis *Mallius* praeferenda videtur alteri *Manlius*.

Cn. Mallius Maximus. Eum, hominem non solum ignobilem, verum sine virtute, sine ingenio, vita etiam contempta et sordida, populus Ro. a. u. c. 649. praetulit in petitione consulatus Q. Catulo. pro Plancio 5, 12. — (De scriptura Mallius, non Manlius cfr. Manutium ad h. l. et Cortium Sal. Iugurth. 114. Item Handium ad Stat. p. 352.) — Quis Q. Catulum a Cn. Mallio superari posse arbitratus est? pro Murena 17, 36. — Ab eo consule et Q. Servilio Caepione advorsum Gallos male pugnatum. Sal. Iug. 114. — „Cn Mallius Maximus cos. a. u. c. 649. Q. Servilii Caepionis procos. temeritate a Cimbris proelio victus castrisque exutus est. (Liv. Epit. 47.) Ob hanc cladem accusatus in eoque iudicio a M. Antonio defensus esse videtur; nisi forte in C. Norbani causa ab Antonio Manlii invidia Caepionis ab hostibus superati fortunam deploratam esse dicas." Henrichsen ad lib. 2. de Or. 28, 125.

Mamerci. Vide in Aemiliis.

Mamercus (al. *Memmius*) accusator occisus ad lacum Servilium tempore proscriptionis Sullanae vel iam ante a factione Mariana. pro Sex. Roscio 32, 90. Klotz praetulit *Memmios* pro *Mamercos*.

Q. Mamercus, Q. F., decurio Arpinas, eques Ro., tribunus mil. fuit Ciceronis in Cilicia. ad Fam. 13, 11, 1.

Mamers apud Sabinos Mars. Varro LL. 5, 10. p. 78.

Mamertina civitas, id est, Messana, Siciliae urbs, a Mamertinis, Campaniae olim populo, occupata. Foederatae civitates in Sicilia duae sunt, quarum decumae venire non solent, Mamertina et Tauromenitana. Verr. Accusat. 3, 6, 13. — Mamertina civitas sola fuit, quae publice legatos, qui Verrem laudarent, mitteret. Verr. Accusat. 2, 5, 13. — Mamertina civitas, socia furtorum ac flagitiorum C. Verris. Verr. Accusat. 2, 46, 114. — Mamertina civitas ante C. Verrem praetorem improba non erat; etiam erat inimica improborum: quae C. Catonis, illius, qui consul fuit, impedimenta retinuit. Verr. Accusat. 4, 10, 22. — Mamertina civitas Verri dedit donavitque navem Cybaeam maximam, triremis instar. Verr. Accusat. 5, 17, 44.

Mamertini, populi Siciliae, Messanae incolae. pro Balbo 23, 52.

Mamilia rogatio s. lex lata a. u. c. 644. a C Mamilio Limetano trib. pl. adversus Iugurthinam coniurationem. Brut. 33, 127. — Invidiosa: Ibid. 34, 128. — Mamilia lex. de Legg. 1, 21, 55.

Mamilius. Varro LL. 7, 5. p. 382. cet. Vide M'. Manilius Nepos.

L. Mamilius, homo frugalissimus, scriba Ciceronis quaestoris. Verr. Accusat. 3, 78, 182.

C. Mamilius Limetanus, trib. pl. a. u. c. 644. rogationem ad populum promulgat, uti quaereretur in eos, quorum consilio Iugurtha senati decreta neglexisset quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent cet. Sal. Iug. 40. — Nobilitas fusa per Mamiliam legem. Ib. 65.

C. Mamilius Vitulus praetor a. u. c. 547. colonos de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum. Verr. Accusat. 2, 50, 123. Vide T. Manlius. Cfr. Zumptium ad l. l. Pighium ad a. 546. (547. Varr.) Liv. 27, 35 et 36.

Octavius Mamilius, dictator Tusculanus: cum eo apud Regillum A. Postumius dictator proelio (al. *pro imperio*) dimicavit (a. u. c. 259.) de Nat. D. 2, 2, 6. — Octavius Mamilius, a Tarquinio contra Romam excitatus. ad Att. 9, 10, 3.

Mamuri Veturi Salii cantant. Varro LL. 6, 6. p. 225.

Mamurra. Eius divitiae Caesaris liberalitati debitae mihi non placent. ad Att. 7, 7, 6. — Caesar audivit de Mamurra: voltum non mutavit. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 52, 1. — Cfr. de infami hoc Caesaris assecla Catull. 26. Plin. H. N. 36, 6. Suet. Caes. 75.

Manalis lapis. Varro Fr. p. 238. Bip.

C. Mancinus. Vide C. Hostilius Mancinus.

Manes Dii. Deorum Manium iura sancta sunto. de Legg. 2, 9, 22. — Manibus lacte fit, non vino. Varro Fr. p. 319. Bip. — Manes Dei. Varro Fr. p. 228. Bip.

Mania mater Larum. Varro LL. 9, 38. p. 501. Varro Fr. p. 232. Bip.

Manilia lex: in ea fuit ornandus Pompeius. Orat. 29, 102. pro Murena 23, 47. Vide Orationem pro lege Manilia.

Manilianae venalium vendendorum leges i. e. actiones, formulae. de Or. 1, 58, 246. Vide M'. Manilius Nepos.

Manilius poëta. Varro LL. 7, 2. p. 302. et 3. p. 315.

C. Manilius trib. pl. a. u. c. 687. legem perniciosam de libertinorum suffragiis promulgavit. Ascon. in Cornel. p. 64. (Cfr. Baiterum ad Ascon. p. 45.) Cfr. de hac lege Dionem Cass. 36, 25. — Alteram tulit de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando. Ibid. p. 66. — Hanc legem de imperio Cn. Pompeii Cicero praetor suasit oratione, quae exstat. Cfr. per totam Orat. pro lege Manilia. — C. Manilium ad constantiam enixe cohortatur Tullius. pro lege Manilia 24, 69. — C. Manilius defensus a Cicerone a. u. c. 689. Oratt. Fragmm. p. 445. Cornel. I. Fragmm. plura p. 448. — Cfr. Fragmm. 20. p. 450. — Eius causa recepta a Cicerone. Q. Cic. de Pet. C. 13, 51. — Cornelius perterritus Manilii exitu. Ascon. in Cornel. p. 60. in loco manco. — [Cum C. Manilius (l. *Cn. Manlius*:) post annum tribunatus sui, quem turbulentissime gesserat, causam de maiestate dicturus esset, accusante Cn. Municio, id egit per multitudinem conspiratam, ut obsideret eundem Cn. Municium, cui obsesso auxilium tulit adgregata bonorum multitudine L. Domitius. Schol. Bob. pro Milone p. 281.] Vide Cn. Manlius.

C. Manilius, Falcidii gener. pro Flacco 37, 93. Utrum idem sit cum C. Manilio praecedente necne, parum constat.

L. Manilius proconsul, ab Aquitanis victus. Caesar Gall. 3, 20.

M. Manilius iudicium Manilianum (C. Manilii) per operarum duces turbavit. Ascon. in Cornel. p. 60.

M'. Manilius Nepos consul cum L. Marcio Censorino a. u. c. 605. — Patrum nostrorum memoria pauper tandem fuit: habuit enim aediculas in Carinis et fundum in Labicano. Parad. 6, 3, 50. — Brut. 15, 61. Ibid. 27, 106. — Multo minus prudenter quam P. Scaevola loqui putabatur. Ibid. 28, 108. — Ei in Africam venit ad quartam legionem tribunus mil. Scipio Africanus minor. de Rep. 6, 9, 9. (Somn. Scip. C. 1.) — Manilius, persona librorum de re publica. ad Att. 4, 16, 2. — M. Manilius, vir prudens, Scipioni et Laelio et iucundus et carus, loquens inducitur in libris de re publica. de Rep. 1, 12, 18. — Iuris civilis peritus. Ibid. 13, 20. — Iurisconsultus vere nominandus. de Or. 1, 48, 212. — M'. Manilius ab omnibus de omnibus rebus consulebatur. de Or. 3, 33, 133. — Memoratur praeterea pro Caecina 24, 69. ad Fam. 7, 8, 2. Ibid. 10, 2. Ibid. Ep. 22. ad Att. 12, 5, 3. de Finn. 1, 4, 12. Lael. 4, 14. Varro Fr. p. 352. Bip. — Eius tres de iure civili libros commemorat Pomponius in Digest. 1, 2, 39. — Ad eum referuntur Manilianae venalium vendendorum leges, id est, actiones, formulae. de Or. 1, 58, 246. Cfr. Varronem RR. 2, 3, 2., ubi Victorius sine causa, ut nunc satis constat, legi iubet *Mamilius*, item Ibid. Cap. 5, 11. *Manilii* (alii perperam *Mamilii*) *actiones;* sicque probante etiam C. O. Muellero, apud Varronem LL. 7, 5. p. 382. (pag. 161. Muell.) legendum: Manilius (pro volg. *Mamilius*) nexum scribit omne, quod per librum et aes geritur, in quo sint mancipia.

Q. MANILIUS falsa lectio pro Q. MANLIUS. pro Cluentio 13, 38.

Q. MANILIUS Cumanus, trib. pl. a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 38.

T. MANILIUS (al. *Manlius*) testis in Verrem. Verr. Accusat. 2, 8, 24.

T. MANILIUS, senator (circa a. u. c. 677.) pro Rosc. Com. 14, 43.

MANILIUS TUSCULUS, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 53.

MANIUS deus mane suscitat nos cet. Varro Fragmm. p. 285. Bip. Varro LL. 5, 32, p. 149.

MANIUS (praenomen), qui mane natus. Varro LL. 9, 38. p. 500.

MANLIANA imperia, id est, severa, cuiusmodi fuerant T. Manlii Torquati Imperiosi. de Finn. 2, 32, 105.

MANLIUS (Cod. Medic. MALLIUS). ad Att. 1, 16, 16.

A. MANLIUS legatus C. Marii a. u. c. 647. Sal. Iug. 90. — A Mario cum Sulla ad Bocchum mittitur. Ibid. 102.

C. MANLIUS (in Catil. 1, 3, 7.) falsa lectio pro C. MALLIUS.

Cn. MANLIUS, tribunus pl. a. u. c. 696 cum perditissimam legem ferret, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, obviam ivit L. Domitius Aënobarbus praetor. Ascon. in Milon. p. 46. (Vide Baiterum, qui docet nequaquam hunc C. Manlium esse confundendum cum C. Manilio trib. pl. a. u. c. 687., ubi vide. Iam cum is ex factione P. Clodii actor dumtaxat, non auctor legis esset, de qua hic loquitur Asconius, eandem in Milon. p. 52. ipsi P. Clodio tribuere suo iure poterat)

Q. MANLIUS, triumvir, non Larinas, ut est in Ern. et Schuetzii Indicibus, sed triumvir capitalis Romae. pro Cluentio 13, 38., ubi sic scriptum est eius nomen in Palimpsesto Taurinensi pro volgato: *Q. Manilius.* Idem videtur cum sequente.

Q. MANLIUS, severissimus atque integerrimus iudex, tribunus pl. a. u. c. 685. Verr. Act. 1, 10, 30.

T. MANLIUS (al. *Manilius*) testis in Verrem. Verr. Accusat. 2, 8, 24.

T. MANLIUS, qui negotiabatur Thespiis, commendatur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 22, 1.

L. MANLIUS ACIDINUS FULVIANUS. Maluginensis ille M. Scipio, cum ex centuria sua renuntiaret Acidinum consulem praecoque dixisset: „Dic de L. Manlio!" — „Virum bonum", inquit, „egregiumque civem esse arbitror." de Or. 2, 64, 260. — (Est L. Manlius Acidinus, qui consul fuit a. u. c. 575. cum Q. Fulvio Flacco fratre germano. Is ex gente Fulvia per adoptionem in Manliam transierat; itaque cognomine appellatur Fulvianus. Liv. 40, 43.) — Hunc inter primores antiquioris aetatis viros memorat loco sequente: Acidini, Luscini, Calatini, homines non solum honoribus rebusque gestis, verum etiam patientia paupertatis ornati. de lege agr. 2, 24, 64. Unde lucem accipiunt obscuriora illa: „P. Clodius (a. u. c. 697.) omnes Catilinas Acidinos reddidit." ad Att. 4, 3, 2. id est, furore suo ac sceleribus suis effecit, ut homines Catilinae dumtaxat similes, cum ipso comparatos, tam innocentes iam ducamus, quam si essent Acidini. Ernestius: „Est", inquit in Indice hunc locum afferens, „C. Manlius Acidinus princeps Catilinarii belli"; adeo, ut v. *reddidit* explicarit: „rettulit, renovavit exempla Catilinae et (C. Manlii) Acidini": cum sit: „fecit, ut ipsi Catilinae nobis nunc Acidini, homines probi, videantur." Praeterea vera scriptura nominis illius est *C. Mallius*, neque is obscuro loco natus fuit ex illustri Acidinorum familia.

C. MANLIUS ACIDINUS filius, Athenis erat futurus a. u. c. 709. ad Att. 12, 32, 2. — Acidinus ad Fam. 4, 12, 2. non tam legatus videtur Ser. Sulpicii, ut est in Schuetzii Ind. pag. 6., quam idem, qui memoratur ad Att. 12, 32, 2., adolescens studiorum causa Athenas profectus. Tempora (a. u. c. 709.) certe congruunt.

M. MANLIUS CAPITOLINUS. Felicior Camillus exulans, quam temporibus iisdem Manlius, etiam si, id quod cupierat, regnare potuisset. Fragmm. p. 462. — M. Manlius regnum occupare voluisse dictus est. de Rep. 2, 27, 49. — M. Manlius propter suspicionem regni appetendi est necatus. Philipp. 2, 44, 114. — M. Manlius cum ab ascensu Capitolii Gallorum impetum reppulisset (a. u. c. 364.), non fuit contentus beneficii sui gloria; regnum appetisse est iudicatus (a. u. c. 371.); ergo eius domum eversam duobus lu-

cis convestitam videtis. Pro domo 38, 101. — Propter unius M. Manlii scelus decreto gentis Manliae neminem patricium Marcum Manlium vocari licet. Philipp. 1, 13, 32. Varro Fr. p. 351. Bip.

Q. Manlius Chilo. Ut in custodiam traderetur, decretum est (ut in alios Catilinarios) in Q. Manlium Chilonem, qui una cum Furio semper erat in hac Allobrogum sollicitatione versatus. Catil. 3, 6, 14. — „Salustius Catil. 17. et 50. (collato Q. Cic. de Pet. C. 3, 10.) eum appellat Q. Annium; sed Ciceronis lectio verior propter cognomen, quod est Manliorum, non Anniorum, quod P. Manutius monuit." (Errat Ernestius; nam Manutius de Sylvii coniectura eum nominat *Q. Magium Chilonem.*) „Ceterum in pluribus nominibus discrepat a Cicerone Salustius. Vide Cortium ad Sal. Catil. 46, 3." Ern. Declamatori, qui conscripsit tres Catilinarias posteriores, cum nescio quid innotuisset de *Q. Magio Chilone*, Marcelli interfectore, per errorem Catilinariis aggregavit *Q. Manlium Chilonem*, qui nunquam in vivis fuit. Cfr. meam Cic. Oratt. select. Editionem Turici 1836. p. 229.

Manlius Mancinus, tribunus pl. a. u. c. 647. Sal. Iug. 73. — Pighio 3. pag. 135. est L. Manilius Mancinus, Freinshemio Suppl. Liv. 65, 53. Cn. Manilius Mancinus, in Drakenborchii Indice Liv. Cn. Manlius Mancinus, composito loco Salustiano et Gellii 6, 11., ubi Cn. (al. *C.*) Manlius, trib. pl., reperitur.

L. Manlius Sosis, Catinensis, sed cum reliquis Neapolitanis civis Romanus factus decurioque Neapoli, commendatur Acilio. ad Fam. 13, 30, 1.

A. Manlius Torquatus. Tanta religio est sepulchrorum, ut extera sacra et gentem inferri fas negent esse; idque apud maiores nostros A. Torquatus in gente Popilia iudicavit. de Legg. 2, 22, 55. Videtur is, qui censor fuit a. u. c. 507., consul bis a. u. c. 510. et 513.

A. Manlius Torquatus. Cn. Plancius cum A. Torquato profectus in Africam ab illo gravissimo et sanctissimo atque omni laude et honore dignissimo viro eximie dilectus est. pro Plancio 11, 27. — Pro praetore Africam provinciam obtinuit a. u. c. 677.

A. Manlius A. F. Torquatus, praetor, quaesitor in causa Miloniana a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 40. — Cfr. ibid. p. 54. — De L. Torquato quod quaeris, non modo Lucius, sed etiam Aulus profectus est. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 8, 1. — Vir optimus nostrique amantissimus, A. Torquatus, versatur ante oculos; cuius quantum studium fuerit et quam insigne erga me temporibus illis, quae nota sunt omnibus, scire necesse est utrumque vestrum. de Finn. 2, 22, 72. — A. Torquatus, optimus vir, amicus Attici. ad Att. 5, 1, 5. — Cfr. Ib. Ep. 4, 2. Ib. Ep. 21, 10. Lib. 6, 1, 6. Lib. 7, 14, 2. — A. Torquatum, Pompeianum, victo Pompeio Athenis exsulantem consolatur (a. u. c. 709.) ad Fam. 6. Epp. 1—4. — Praecedentis est filius.

L. Manlius, A. F. (Capitolinus) Imperiosus, dictator a. u. c. 391. Ei diem dixit M. Pomponius trib. pl. perterrefactus a Tito, L. Manlii filio, qui postea est Torquatus appellatus. de Off. 3, 31, 112.

L. Manlius L. F. Torquatus, consul a. u. c. 689. cum L. Aurelio Cotta. de Divin. 1, 12, 19. de lege agr. 2, 17, 44. — Fortissimus vir atque optimus consul. Eius consiliis Cicero non interfuit, sed Hortensius, eius amicissimus. pro Sulla 4, 11. seqq.; quo quidem in loco levis inest ironia, quod consul Torquatus consiliis suis non adhibuerit Ciceronem praetorium. — Ibid. 10, 30. — Torquatus consul reo de pecuniis repetundis Catilinae fuit advocatus, improbo homini, at supplici, fortasse audaci, at aliquando amico. Cui cum adfuit post delatam ad eum primam illam coniurationem, indicavit se audisse aliquid, non credidisse. pro Sulla 29, 81. — Homo amantissimus patriae, maximi animi, summi consilii, singularis constantiae, cum esset aeger tempore coniurationis Catilinariae, tamen omnibus rebus illis interfuit; nunquam est a me digressus; studio, consilio, auctoritate unus adiuvit plurimum, cum infirmitatem corporis animi virtute superaret. Ibid. 12, 34. — Torquatus de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Ex Macedonia, magnis rebus gestis, me referente, ab senatu imperator est appellatus. in Pison. 19, 44. Ibid. 20, 47. — Pro Cicerone L. Pisonem con-

sulem (a. u. c. 696.) deprecatus est. in Pison. 31, 77 et 78. — Elegans in dicendo, in existimando admodum prudens, toto genere perurbanus. Brut. 68, 239. — Cfr. Ascon. in Cornel. p. 74. — Eius filius est, qui sequitur.

L. Manlius Torquatus, L. Manlii Torquati cos. a. u. c. 689. filius. Eum tu non tam cito rhetorem dixisses, etsi non deerat oratio, quam, ut Graeci dicunt, πολιτικόν. Erant in eo plurimae litterae nec eae volgares, sed interiores quaedam et reconditae: divina memoria, summa verborum et granditas et elegantia. Atque haec omnia vitae decorabat gravitas et integritas. Brut. 76, 265. — L. Manlius Torquatus filius, cum esset meus contubernalis in consulatu atque etiam in praetura fuisset, actor, adiutor, particeps exstitit, cum princeps, cum auctor, cum signifer esset iuventutis. pro Sulla 12, 34. — L. Manlius Torquatus, filius, accusator P. Sullae. pro Sulla 1, 2. Ibid. 8, 25. Ibid. 10, 30. — Torquatus adolescentulus (per ambitus accusationem) eripuit P. Sullae consulatum; eumque ad patrem suum rettulit, fortissimum virum. de Finn. 2, 19, 62. — A. Gabinium P. Sulla postulavit (a. u. c. 700.) contra dicente et nihil obtinente Torquato. ad Att. 4, 16, 11. — L. Torquatus contra P. Sullam, Gabinii accusatorem dixit (a. u. c. 700.) omnibusque libentibus non obtinuit. ad Q. Fr. 3, 3, 2. — Fuit Epicureus. Pudentius Carneades quam Lucius noster et Patro. ad Att. 7, 2, 4. — Primum negabat Pompeium extra Italiam esse sequendum (postea consilium mutavit). Ibid. Ep. 12, 4. — Cum Cicerone erat V. Id. Febr. a. u. c. 705. Ibid. Ep. 23, 1. — L. Torquatus, Auli frater, Pompeianus proficiscitur ad bellum civile (a. u. c. 705.) ad Attic. 9, 8, 1. — Hunc de Cuevae et Corradi coni. parum probabili substituit *Trebiano* (Cod. Medic.) vel *Trebonio* (Epitome Taurinens.) Martyni-Laguna ad Fam. 6. Epp. 10 et 11. — L. Manlius, praetor a. u. c. 705., Pompeianus, Alba profugit. Caesar Civ. 1, 24. — L. Manlius Torquatus, Pompeianus, a. u. c. 706. Orico praeerat. Se atque oppidum Caesari dedidit incolumisque ab eo conservatus est. Caesar Civ. 3, 11. — Manlius Torquatus ad Hipponem regium oppressus a P. Sitio, Caesariano. a. u. c. 707. Bell. Afric. 96. — L. Torquatus, Epicureus, homo omni doctrina eruditus, loquens inducitur in libris de Finibus. de Finn. 1, 5, 13. — Misi tibi Torquatum. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 5, 1. — Torquatus Romae est. Misi, ut tibi daretur. Ib. Ep. 32, 3. Intelligendus Lib. I. de Finibus. — Confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικα M. Pisoni darem. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 19, 4.

T. Manlius L. F. Torquatus adolescens perterrefecit patris accusatorem M. Pomponium; ad Anienem Galli, quem ab eo provocatus occiderat, torque detracto cognomen invenit (a. u. c. 393.); cuius tertio consulatu (a. u. c. 414.) Latini ad Veserim fusi et fugati; magnus vir et qui perindulgens in patrem, idem acerbe severus in filium. de Off. 3, 31, 112. — Prorsus similia habet de Finn. 1, 7, 23. — Imperiosus. de Finn. 2, 19, 60. — Ceterum ante eum L. Manlius Capitolinus, dictator a. u. c. 391., propter nimiam severitatem in dilectu habendo et quia asperius tractaverat filium, hoc Imperiosi cognomen tulerat. Vide Liv. 7, 3 et 4. In Fastis Capitolinis scribitur semper Imperiossus. — T. Manlius Torquatus bello Gallico filium suum, quod is contra imperium in hostem pugnaverat, necari iussit atque ille egregius adulescens immoderatae fortitudinis morte poenas dedit. Sal. Catil. 52. („Constat non Gallico, sed Latino bello severum illud exemplum a Manlio proditum esse, licet Dionys. Halic. A. R. 8, 79. Salustio assentiatur." Kritz.) — Manlius Torquatus cum Gallo apud Anienem depugnavit provocatus et ex eius spoliis sibi et torquem et cognomen induit. de Finn. 2, 22, 73. — Ego ne Torquatum quidem illum, qui hoc cognomen invenit, iratum existimo Gallo torquem detraxisse. Tuscul. 4, 22, 49. Cfr. Liv. 7, 10. —*Eius meminit Schol. Bob. pro Sulla p. 366.

T. Manlius Torquatus consul a. u. c. 519. Eo consule, bello Karthaginiensi primo confecto porta Ianualis fuit clausa, et eodem anno aperta. Varro LL. 5, 34. p. 165.

T. Manlius Torquatus, consul cum Cn. Octavio a. u. c. 589. eam severitatem in eo filio adhibuit, quem D. Silano emancipaverat, ut eum, Macedonum legatis accusantibus, quod pecu-

nias praetorem in provincia cepisse arguerent, causam apud se dicere iuberet, reque ex utraque parte audita pronuntiaret, eum non talem videri fuisse in imperio, quales eius maiores fuissent: et in conspectum suum venire vetuit. de Finn. 1, 7, 24. Cfr. Ibid. 10, 34. — Male olim edebatur *L. Torquatus*. Nam Fasti Capitolini habent *T.*, ut Epit. Livii 54.

T. Manlius Torquatus, T. Torquati mox sequentis pater. Brut. 70, 245.

T. Manlius T. F. Torquatus et doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis et a natura ad dicendum satis solutus atque expeditus: (cui si vita suppeditavisset, sublato ambitu, consul factus esset:) plus facultatis habuit ad dicendum quam voluntatis. Itaque studio huic non satisfecit: officio vero nec in suorum necessariorum causis nec in sententia senatoria defuit. Brut. 70, 245. — T. Torquatus frater patruelis et socer A. Torquati, huic omni et virtute et laude par. pro Plancio 11, 27.

T. Manlius Torquatus, optimus adolescens. pro Deiotaro 11, 32. — Torquato nostra officia grata esse facile patior eaque augere non desinam. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 20, 1. — Quid possum de Torquato, nisi aliquid a Dolabella? Ib. Ep. 21, 2. — Torquatus augur a. u. c. 709. ad Att. 12, 17. — Torquatus, quaestor C. Pansae a. u. c. 711. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6. — Videtur hic vel praecedentis vel Auli filius. Omissus est ab Ernestio et Schuetzio.

T. Manlius praetor ex senatus consulto colonos de oppidis Siculorum deduxit Agrigentum. Verr. Accusat. 2, 50, 123. — Hunc eundem esse constat, quem Livius 27, 36. e probatissimis libris correctus *C. Mamilium* vocat. Eiusdem libri C. 35. lectio discrepat, sed C. 8. et praenomen Gaii, quod in Manliis locum non habet, certum est, et ipsum nomen *Mamilii* probabilius est quam alterum *Manilii*. Iam vero apud Ciceronem qui *C. Mamilius* corrigeret, eum non reprehenderem: ipse non faciam, quamvis suadeat Pighius ad a. 546. (547. Varr.), cum excusatio memoriae in promptu sit. Hoc autem patet, rem pertinere ad illum annum 547., cum tribus annis ante M. Valerius Laevinus Agrigentum cepisset et graviter afflixisset, P. Scipio autem tertio anno post a. u. c. 549. Siciliae praeesset resque turbatas componeret. Zumpt.

Mantinea oppidum Arcadiae. Ibi Epaminondas vicit Lacedaemonios. de Finn. 2, 30, 97. ad Fam. 5, 12, 5.

Marathon, oppidum Atticae prope mare Euboicum, ad quod nobilem victoriam Miltiade duce de Persis Athenienses consecuti sunt. de Off. 1. 18, 61. ad Att. 9, 10, 3.

Marathonius taurus. Tuscul. 4, 22. 50. — Theseus taurum, quem Hercules a Creta ad Eurystheum adduxerat, Marathone occidit. Vide Hygini Fab. 38. Ovid. Metam. 7, 435. Plutarch. in Theseo C. 14.

Marcelli plebeii opponuntur Claudiis patriciis. de Or. 1, 39, 176. Claudiae gentis duae fuerunt familiae; earum quae Pulchrorum cognomen assumpsit, patricia, quae Marcellorum, neque potentia minor nec dignitate, plebeia. Cfr. Sueton. Tib. initio. Ceterum vide in Claudiis.

Marcellini. Et Marcellus et Marcellinus gentiles sunt. Pseudoascon. in Divin. p. 105. Vide in Corneliis Lentulis.

Marcia, virgo Vestalis, propter incestum damnata a L. Cassio. Ascon. in Milon. p. 46. Vide L. Cassius.

Marcianus (a. u. c. 709.) Ciceronis libertus vel procurator. ad Att. 12, 53.

Marcii quidam fratres, vates, mentis incitatione et permotione divina apud maiores nostros fuerunt. de Divin. 1, 40, 89. cfr. Ibid. 50, 115. 2, 55, 113. („De tempore Marciorum nihil certi constat: vaticinia tamen eorum aliquantum temporis ante pugnam Cannensem data esse, non sine probabilitate suspicatur Blum *Einl. in Roms alte Geschichte*. pag. 28.“ Giese.) Livius 25, 12. unum facit, item Macrob. Sat. 1, 17. Ern.

Marcilius amicus et interpres meus. — „In longa apparitione singularem et prope incredibilem eius fidem, abstinentiam modestiamque cognovi.“ ad Fam. 13, 54. — Eius filius M. Marcilius commendatur Thermo. Ibid.

L. Marcius, primi pili centurio, occisis Cn. et P. Scipionibus cum Gaditanis foedus icisse dicitur. pro Balbo 15, 34.; unde *Marcianum* foedus: Ibid. 17, 39. De eo vide Liv. 25, 37.

L. Marcius, eques Romanus, advocatus Q. Ligarii. pro Ligario 11, 33.

Q. Marcius, tribunus mil., Pompeianus, ad Caesarem transfugit a. u. c. 709. Bell. Hispan. 11. Idem fortasse cum Q. Marcio Crispo.

(Marcius) Censorinus, unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in Asia provincia. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 4, 13. Idemne cum sequente?

(Marcius) Censorinus, Antonii assecla, qui se verbo praetorem esse urbanum cupere dicebat, re certe noluit. Philipp. 11, 5, 11. — In bello hostis, in pace sector. Ibid. 14, 36. — Censorinus Antonianus, praetor a. u. c. 711. Philipp. 12, 8, 20., ubi cfr. Garat. Philipp. 13, 2, 2.

C. (Marcius) Censorinus Graecis litteris satis doctus, quod proposuerat explicans expedite, non invenustus actor, sed iners et inimicus fori. Brut. 67, 237. — Periit bello Sullano a. u. c. 672. Ibid. 90, 311. (Aliunde haud notus.)

L. Marcius Censorinus consul cum M'. Manilio (a. u. c. 605.) Ad eum Clitomachus librum scripsit. Acad. 2, 32, 102. ad Att. 12, 5, 3. Brut. 15, 61. Ibid. 27, 106.

Cn. Marcius Coriolanus exul Volscorum bello gravissimo interfuit; diversae narrationes de eius morte; comparatur cum Themistocle. Brut. 10, 41. seqq. — Impie egit Coriolanus, qui auxilium petiit a Volscis. ad Att. 9, 10, 3. — Num si Coriolanus habuit amicos, ferre contra patriam arma illi cum Coriolano debuerunt? Lael. 11, 36. — Ei et Themistocli adiutor contra patriam inventus est nemo: itaque mortem sibi uterque conscivit. Lael. 12, 42. — *Cnaei*, non *Caii* praenomen fuisse Coriolani docet Niebuhr *Römische Geschichte* 2. p. 265.

(Marcius) Crispus, coheres Mustelae. ad Att. 12, 5, 2. ad Att. 13, 3, 1. Ib. 5, 1.

Marcius Crispus, tribunus mil., Caesarianus a. u. c. 707. Bell. Afric. 77. Idem fortasse cum sequente.

Q. Marcius (Crispus), vir fortis in primis, belli ac rei militaris peritus, familiaris Ciceronis, L. Pisonis legatus. in Pison. 23, 54. — Q. Marcius Crispus procos. Philipp. 11, 12, 30. Noris. Cen. Pis. 2, 16. §. 3. Fabric. ad Dion. 47, 27. — Q. Crispus et L. Murcus, imperatores, viri fortes optimique cives, in Syria exercitus C. Cassio tradiderunt (a. u. c. 711.) Cassius ad Fam. 12, 11, 1. Ibid. 12, 3. — Q. Marcius Crispus legiones Syriacas tradidit C. Cassio. Pseudobrut. ad Cic. 2, 5.

C. Marcius Figulus consul cum P. Scipione Nasica a. u. c. 592. de Nat. D. 2, 4, 10. — Figulus et Scipio coss. Ti. Gracchi litteris, cum augures iudicassent eos vitio creatos esse, magistratu se abdicaverunt. de Divin. 2, 35, 74. — Deinde consul fuit cum L. Lentulo a. u. c. 598. Brut. 20, 79.

C. Marcius Figulus consul cum L. Iulio Caesare a. u. c. 690. ad Att. 1, 2, 1. Ascon. in Pison. p. 7. — Figulus de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Ei placuit meus consulatus. Philipp. 2, 5, 12. — Eius sepulchrum sumptuosissimum. de Legg. 2, 25, 62.

L. Marcius Q. F. Q. N. Philippus, summa nobilitate et eloquentia, tribunus militum factus non est. pro Plancio 21, 52. — Perniciosum eius dictum in tribunatu (a. u. c. 650.), cum legem agrariam ferret, quam tamen antiquari facile passus est, non esse in civitate duo milia hominum, qui rem haberent. de Off. 2, 21, 73. — L. Philippus, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — L. Philippus, summa nobilitate homo, cognatione, sodalitate, collegio, summa etiam eloquentia, tamen in consulatus petitione (a. u. c. 661.) superatus a M. Herennio. Brut. 45, 166. Ibid. 57, 207. Ibid. 64, 230. Ibid. 95, 326. — Quis L. Philippum summo ingenio, opera, gratia, nobilitate a M. Herennio superari posse arbitratus est? pro Murena 17, 36. — L. Marcius Philippus consul cum Sex. Iulio Caesare a. u. c. 663. „vehementius invehebatur in causam principum" de Or. 1, 7, 24. i. e. infestus senatui, favebat initio legibus M. Livii Drusi trib. pl., in primis iudiciariae, „ut aequa parte iudicia penes senatum et equestrem ordinem (a cuius partibus tunc stabat) essent." (Liv. Epit. 71. Appian. Bell. Civ. 1, 35.) Acriter in senatu resistebat L. Crasso, qui eum obiurgavit, referente ad senatum Druso. Ibid. — L. Marcius Philippus consul in contione graviter invectus in senatum. de Or. 3,

1, 2. — Homo vehemens et disertus et in primis fortis ad resistendum. Ibid. §. 4. — L. Philippus uno tempore cum suis inimicissimis in gratiam rediit; quibus eum omnibus eadem res publica conciliavit, quae alienarat. de prov. cons. 9, 21. — Liviae leges sublatae consilio Philippi consulis et auguris. de Legg. 2, 12, 31. — L. Marcio Philippo et Sex. Iulio Caesare consulibus senatus statuit legibus Liviis non videri populum teneri. Corn. 1. Fragmm. 11. p. 449. — L. Marcius Philippus inimicus M. Livii Drusi, obtinuit a senatu, ut leges eius omnes uno senatus consulto tollerentur. Ascon. in Cornel. p. 68. — Suadebat senatui, ut Aegyptum vindicaret populo Ro. testamento Alexandri III. relictam. de lege agr. 2, 16, 42., quem locum male Lauredanus (id est, Sigonius) de Philippo filio, collega Cn. Lentuli, interpretatus est. — L. Marcius, M. Perperna censores a. u. c. 668. Verr. Accusat. 1, 55, 143. — L. Philippus censor App. Claudium minorem (P. Clodii patrem), avunculum suum praeteriit in recitando senatu. Pro domo 32, 84. — L. Philippus pro Cn. Pompeii bonis dixit senex. Brut. 64, 230. Scilicet a. u. c. 668. fit reus admodum iuvenis Cn. Pompeius Magnus ob praedam Asculanam, ex qua nihil in aerarium rettulerat pater. Dixit pro Pompeio cum L. Philippo Hortensius. Plut. Pomp. C. 4. — Cum esset nonnemo in senatu, qui diceret, non oportere mitti hominem privatum (Pompeium) pro consule, L. Philippus dixisse dicitur, non se illum sua sententia pro consule, sed pro consulibus mittere. pro lege Manilia 21, 62. — L. Philippus dixit pro consulibus Pompeium se mittere ad bellum Sertorianum, non pro consule. Philipp. 11, 8, 18. — Eius dictum de Cn. Pompeio. Schol. Gronov. in Manil. p. 412. — Idem fecero (a. u. c. 705. in Pompeii fuga), quod in Cinnae dominatione L. Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius. ad Att. 8, 3, 6. — Non utilis L. Philippi sententia, quas civitates L. Sulla, pecunia accepta, ex senatus consulto liberavisset, ut eae rursus vectigales essent neque iis pecuniam redderemus. de Off. 3, 22, 87. — L. Philippus, eloquentia, gravitate, honore florentissimus civitatis (a. u. c. 673.) pugnabat pro Sex. Naevio contra P. Quintium. pro Quint. 22, 72. (Beierus ad Cic. de Offic. 2, 17, 59. erroris arguens Ernestium et Schuetzium hunc locum refert ad Philippum filium, cum manifesto ad patrem pertineat.) Ibid. 24, 77. Ibid. 26, 80. — L. Marcius Philippus a. u. c. 676. aetate et consilio ceteros anteibat. Sal. Hist. 1, 18. — Eius oratio in senatu contra M. Aemilium Lepidum cos. a. u. c. 676. Ib. 19. — L. Philippus, magno vir ingenio in primisque clarus, gloriari solebat se sine ullo munere adeptum esse omnia, quae haberentur amplissima. de Off. 2, 17, 59. — L. Philippus duobus summis Crasso et Antonio proxime accedebat, sed longo intervallo tamen proximus. Ceterae eius laudes satis amplae. Brut. 47, 173. — Suavis orator, gravis, facetus: tamen nemo eum Antonio et Crasso praeferebat. Ibid. 50, 186. Ib. 57, 207. Ibid. 88, 301. 89, 304. — Erat in L. Philippo multus lepos. de Off. 1, 30, 108. — L. Marcius Philippus *fur* vocatus a Catulo. de Or. 2, 54, 220. — Eius dictum. Ibid. C. 60, 245. Aliud C. 61, 249. — Ibid. 63, 255. — Imparatus veniebat ad orandas lites. Ibid. 78, 316. — Vitricus fuit Gellii, hominis seditiosi, fratris L. Gellii consulis a. u. c. 682. pro Sestio 51, 110. — Quis propter nobilitatem ignorat piscinas Philippi, Hortensii, Lucullorum? Varro RR. 3, 3, 10. Propter subiecta Hortensii et Lucullorum nomina apparet a Varrone significari L. Philippum patrem. — Ad eundem, non ad filium, refero lepidam illam narratiunculam Horatii de Philippo et Volteio Mena: Epp. 1, 7, 46. Ac ne quis mihi obiiciat a plerisque Interpretibus, etiam a Theodoro Schmidio, eam referri ad filium, is velim cogitet illos miro errore locos, qui de Philippo sunt in libris de Oratore et in Bruto, explicasse de filio, cuius in neutro scripto mentionem facere Cicero poterat.

L. Marcius L. F. Q. N. Philippus, consul a. u. c. 698. ad Att. 5, 21, 11. — (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 12, 3. Ibid. Ep. 13, 3. — L. Marcius Philippus, consularis a. u. c. 700. laudavit M. Scaurum. Ascon. in Scaur. p. 28. — Provinciae privatis decernuntur a senatu a. u. c. 705. duae consulares, reliquae praetoriae. Scipioni obvenit Syria, L. Domitio Gallia: Philippus et Marcellus privato consilio praetereuntur neque eorum sortes deiiciuntur.

Caesar Civ. 1, 6. — De difficili hoc loco in multis egregie disseruit Elberling in Observv. criticis ad C. Iulii Caesaris Comment. de bello civili. Havniae 1828. p. 62. seqq.: „De Philippo consentiunt fere interpretes, fuisse eum L. Marcium Philippum, qui a. u. c. 698. consul fuerat; praeteritum autem fuisse, quod affinitate Caesari iunctus esset, cum Atiam, M. Atio Balbo et Iulia sorore C. Caesaris genitam, (Sueton. Octav. 4.) uxorem duxisset atque ita vitricus esset Octaviani (Sueton. Octav. 8. Vell. Pat. 2, 59 et 60. Appian. B. C. 3, 10 et 13. Plutarch. Cic. 44. Nicolai Damasc. de Vita Aug. C. 3. et C. 15.) Scio equidem Massonum (Vita Ovid. an. 767. p. 123. Ed. Fischer.) et cum eo alios (ut Gierig ad Ovid. Fast. 6, 802.) ex Ovid. 6, 809. coll. Sueton. Oct. 29. contendere, non matrem, sed materteram Augusti nuptam fuisse Marcio Philippo. Sed licet haec res non proprie ad Caesarem pertineat, cum, utrumcunque verum sit, affinitatem inter Caesarem et Philippum intercessisse appareat, et ipse hanc rem ad liquidum perducere non possim, tamen omittere nolui, mihi eorum sententiam non improbandam videri, qui Philippum primum Atiae sororem, deinde ipsam Atiam uxorem duxisse arbitrantur (vide Harles ad Ovid. Ep. ex Ponto 1, 2, 140.)" (Annotatio: „Eandem Letronnii sententiam esse (*Analyse critique du recueil d'inscriptions grecques et latines de M. le comte de Vidua.* Paris 1828. 8.) didici ex Annalibus Heidelberg. a. 1828. p. 403.) Equidem, nisi vererer, ne Philippum aetate nimis provectum uxorem ducentem facerem, coniicere possem Philippum post Atiae mortem sororem eius duxisse. Nicolaus Damascenus enim (l. c. C. 14.) narrat C. Amatium (Liv. Epit. 116. Appian. B. C. 3, 2 et 3. Valer. Max. 9, 15, 2. cet.), qui C. Marii filium se esse diceret, ad Octavianum iuvenem adduxisse *τινὰς γυναῖκας τῶν Καίσαρος, αἳ ἐμαρτύρουν αὐτῷ τὴν εὐγένειαν. Οὔτε μὴν Ἀντίαν* (sic eam ubique appellat) *ἔπεισεν οὔτε τὴν ταύτης ἀδελφὴν καταψεύσασθαι τοῦ σφετέρου οἴκου.* Hanc Atiae sororem illi superstitem fuisse et postea Philippo nupsisse coniici posset: sed cum Atia a. u. c. 711. mortua est (Sueton. Octav. 61. cfr. Dio Cass. 47, 17.) Philippus, cum a. u. c. 698. consul fuerit, fere sexagesimum annum egisse videtur. Alii, quos Baumgarten-Crusius ad Suet. Oct. 29. et in Indice Nom. propr. p. 51. secutus est, duos L. Marcios Philippos eodem tempore vixisse statuunt; sed haec, ut inventu facillima, ita omnium pessima ratio est." — Immo verissima, quoniam eodem tempore vixerunt Marcius Philippus consularis et eius filius tribunus pl. a. u. c. 705., praetor a. u. c. 710.; quamquam hoc ad quaestionem de patris uxore nihil attinet. Os. „Nam etiam Cicero" (pergit Elberling in contextu), „qui in tali re errare non potuit, Atiae maritum fuisse Philippum testatur Philipp. 3, 6, 15., ubi M. Antonium refellit, qui ignobilitatem Octaviano obiecerat: „„Aricina mater."" Tum Cicero, „Videte", inquit, „quam despiciamur omnes, qui sumus e municipiis, id est, omnes plane." Deinde §. 17.: „Sed hoc clarissimi viri viderint, L. Philippus, qui habet Aricinam uxorem, C. Marcellus, qui Aricinae filiam; quos certo scio dignitatis optimarum feminarum non poenitere." C. Marcellus enim, qui cum L. Aemilio Paullo consul fuit a. u. c. 704., duxerat Octaviam, sororem Augusti, quae postea M. Antonio nupsit. Ait quidem Plutarchus Anton. 31. *Ὀκταβία ἦν ἀδελφὴ πρεσβυτέρα μὲν, οὐχ ὁμομητρία δὲ Καίσαρι· ἐγεγόνει γὰρ ἐξ Ἀγχαρίας, ὁ δ' ὕστερον ἐξ Ἀττίας. Αὕτη Γαΐου Μαρκέλλου, τοῦ γήμαντος αὐτὴν οὐ πάλαι τεθνηκότος ἐχήρευεν.* Sed recte ei adversari videtur Glandorpius Onomast. Rom. p. 86. Ed. Francof. 1589. fol., partim auctoritate loci Ciceroniani, quem supra laudavi, partim testimonio Dionis, qui (40, 59.) ait: *Γάϊος Μάρκελλος — — τῷ Καίσαρι, καίπερ ἐξ ἐπιγαμίας προσήκων, ἐχθρὸς ἦν·* hunc enim qui potuisse affinem esse per Octaviam maiorem, quae Octavii et Anchariae filia (Sueton. Octav. 4.) Caesarem nullo propinquitatis gradu contingeret? Praeterea diserte ait Suetonius (Caesar 27.): „ad retinendam Pompeii necessitudinem ac voluntatem, Octaviam, sororis suae neptem, quae C. Marcello nupta erat, condicionem ei detulit." Itaque C. Marcello nupserat Octavia minor, Atiae filia; ergo in loco Ciceronis Aricina, M. Atii Balbi filia, est Atia eiusque maritus Philippus, Augusti vitricus. Ceterum hic Philippus a Caesare impetravit, ut in bello civili neutrarum partium esset. Cfr. Cic. ad

Attic. 10, 4, 10.: Quam vellem petisse ab eo, quod audio Philippum impetrasse!" — Haec de Philippo. Sed Marcellus quis fuerit, non constat; Aldus Manutius censet, eum fuisse C. Marcellum, qui cum L. Aemilio Paullo consul fuit a. u. c. 704. et Octaviam minorem duxerat; eum ob affinitatem Caesaris Pompeianis suspectum fuisse. Et constat quidem, eum in bello civili in Italia manentem medium se gessisse (v. Wolf ad Marcell. p. 7.): D. Vossius legendum coniecit *Marcellinus*, ut intelligeretur Cn. Cornelius Lentulus Marcellinus, qui a. u. c. 698. cum L. Marcio Philippo consul fuit; eum ait in bello civili a Caesaris partibus stetisse, quod quam verum sit nescio; nam qui B. C. 3, 62. seqq. commemoratur Lentulus Marcellinus, quaestor Caesaris, eum potius cum Glandorpio (l. c. p. 268.) filium consularis fuisse censuerim quam ipsum consularem. Sed mirum est, interpretes non diligentius considerasse aliam scripturam, quae in plerisque Codd. et nonnullis Edd. vett. exstat: *Cotta*. Omnes deterruisse videtur, quod B. C. 1, 30. (cfr. Oros. 6, 18. Cic. Attic. 10, 16, 3.) commemoratur M. Cotta, Pompeianus, Sardiniae praefectus. Sic saltem D. Vossius: „In MSStis reperiebam pro *Marcellus*, *Cotta* mendose; nam Cotta, ut hoc libro dicitur, Sardiniam obtinebat." Sed alius eo tempore vivebat Cotta, qui hic fortasse intelligi potest, L. Aurelius Cotta, qui a. u. c. 689. cum L. Manlio Torquato consul fuit et a. u. c. 690. censor (Plutarch. Cic. 27.), hic quidem non videtur in provinciam isse et eo tempore vivus erat, quippe qui etiam Caesari superstes fuerit (Cic. Philipp. 2, 6, 13. ad Fam. 12, 2, 3.) Utram partem in bello civili secutus sit, nusquam commemoratum repperi; sed Pompeianis ob affinitatem Caesaris suspectus esse potuit (vide Sueton. Caes. 1.); veri enim simile est Aureliam, matrem Caesaris (Taciti Dial. de Oratt. 28. cfr. Cic. Brut. 72, 252.), huius Cottae sororem fuisse (Glandorp. p. 141.)" — (Cum etiam Codd. Leid. prim. et Havniensis A., qui inter duas familias codicum Commentariorum Caesaris melioribus merito adnumeratur, habeant *Cotta* pro *Marcellus*, talis autem diversitas nonnisi ex correctione consulto facta explicari possit, ex hoc aliisque vestigiis colligere licet, diversitatem illam codicum non fortuitam esse, sed meliorem Codicum familiam propagatam esse ex editione altera vel a Caesare ipso, vel ab amico aliquo, veluti Hirtio aut Oppio, consulto institutam, in qua errores aliquot sublati sint. Or.) — Philippus (a. u. c. 705. neutrarum partium in bello civili) Neapoli est. ad Att. 9, 15, 4. — L. Marcius Philippus per iocum vocatur Amyntae filius, quia Amyntas pater fuit Philippi Macedonis. ad Att. 12, 9. Ib. Ep. 16. Ib. Ep. 18, 1. — Ad Philippum secundis Saturnalibus Caesar devertit. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 52, 1. — Nec me Philippus aut Marcellus movet. Alia enim eorum ratio; et, si non est, videtur. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 14, 2. — Philippus Octavium privignum suum Caesarem non salutavit (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 12, 2. — L. Philippus, princeps civitatis (a. u. c. 711.) Philipp. 8, 10, 28. — Legatus ad Antonium. Philipp. 9, 1, 1. — Nihil foedius Philippo et Pisone, legatis, nihil flagitiosius, qui, cum essent missi (a. u. c. 710.), ut Antonio ex senatus sententia certas res denuntiarent, cum ille earum rerum nulli paruisset, ultro ab illo ad nos intolerabilia postulata rettulerunt. ad Fam. 12, 4, 1. Fragmm. p. 464. — L. Marcius Philippus, vir honestissime cognitus, qui etiam collega Cn. Lentulo Marcellino in consulatu fuit. Fratrem hic habebat uterinum L. Gellium, Ciceronis inimicum. Schol. Bob. pro Sestio p. 303.

L. Marcius L. F. L. N. Philippus. Refertur ad senatum, Faustus Sulla pro praetore in Mauretaniam mittatur: - - de Fausto impedit Philippus, tribunus plebi. (Caesarianus a. u. c. 705.) Caesar Civ. 1, 6. — Videtur L. Philippus, filius, idem, qui praetor fuit a. u. c. 710. Falso tribunum Q. F. Q. N. nominat Pighius ad a. u. c. 704., cum praetorem recte faciat L. F. L. N. ad a. u. c. 709. — L. Philippus, praetor a. u. c. 710., vir patre (Octaviani vitrico), avo (summo oratore, consulari et censorio) et maioribus suis dignissimus. Philipp. 3, 10, 25.

Q. Marcius Philippus consul cum Cn. Servilio (a. u. c. 585.) Brut. 20, 78. — Antea fuit consul cum Sp. Postumio Albino a. u. c. 568.

Q. (Marcius) Philippus damnatus, exul Nuceriae vixit eiusque civitatis factus est civis. pro Balbo 11, 28. —

An is, qui bis consul fuit a. u. c. 568. et 585.? Ern. Non credo, cum exemplum nimis remotum sit a temporibus, quibus habita est Balbiana.

Q. Marcius Philippus procos. Asiae (a. u. c. 700.) Ad eum scriptae sunt Epp. 73 et 74. Lib. 13. ad Fam. De eo, quod mireris, ex Cicerone saltem, nihil constat.

(Marcius) Rex. Ad eum est Ep. 52. ad Fam. Lib. 13.

Q. Marcius Rex a M. Antonio defensus. de Or. 2, 28, 125. „De eius causa non liquet, nec praeter Q. Marcium Regem cos. a. u. c. 636. cum M. Porcio Catone (Gell. 13, 19.) quisquam huius nominis Antonii temporibus aequalis commemoratur." Henrichsen.

Q. Marcius Rex consul cum L. Metello a. u. c. 686. in Pison. 4, 8. — Μονος υπατευεν. Dio Cass. 35, 4. — Q. Marcius Rex proconsul a. u. c. 688. Sal. Hist. 5. p. 235. — Q. Marcius Rex, consularis, in Catilinaria coniuratione senati decreto Faesulas missus. Sal. Catil. 30. — C. Mallii legatorum ad eum oratio. Ibid. 33. — Eius responsum. Ib. 34. — Q. Marcius Rex censor signum Concordiae fecerat idque in publico collocarat. Hoc signum C. Cassius censor cum in curiam transtulisset, collegium pontificum consuluit, numquid esse causae videretur, quin id signum curiamque Concordiae dedicaret. Pro domo 50, 130.

Q. Marcius Rex, cui nupta fuerat Tertia, P. Clodii soror, in testamento Clodii mentionem nullam fecit. ad Att. 1, 16, 10. Videtur is esse, cuius mentio fit apud Plutarchum in vita Ciceronis C. 29.

Q. Marcius Tremulus. Statuam videmus Q. Tremuli, qui Hernicos devicit, ante Castoris. Philipp. 6, 5, 13. Cfr. Liv. 9, 43. Plinii Hist. N. 34, 6. Fastos Capitol. Piranesii p. 41. *Q. Marcius Q. F. Q. N. Tremulus cos. an. CDXLVII.* (448. Varr.) *de Anagnineis Herniceisq. prid. K. Quint.*

Marcomannus rhetor erravit, cum dixit finem oratoris officii non esse persuadere. Victorinus I. p. 22. Iulius Victor p. 195.

Mare Rubrum. de Nat. D. 1, 35, 97.

Maria lex, quae pontes fecit angustos. de Legg. 3, 17, 38.

Mariana quercus Arpini. de Legg. 1, 1, 2. Est ea, quam Cicero celebrarat in Mario suo, poëmate, non, ut ait Ernestius, tragoedia.

Marianae aquae; quae fuerant C. Marii apud Arpinum in ioco subobscoeno. ad Att. 1, 16, 10.

Marianum scutum Cimbricum sub Novis, in quo Gallus erat pictus; insigne, ut videtur, alicuius tabernae. de Or. 2, 66, 266.

Mario, Ciceronis servus ab eo ad Tironem missus. ad Fam. 16, 1, 2. Ibid. Ep. 2. Ibid. 3, 2. Ibid. 5, 1.

C. Marius homo popularis. Acad. 2, 5, 13. — In iracundia perseverans. Philipp. 11, 1, 1. — Aliud est dolere, aliud laborare. Cum varices secabantur C. Mario, dolebat; cum aestu magno ducebat agmen, laborabat. Tusc. 2, 15, 35. — C. Marius, non litteris ad rei militaris scientiam, sed rebus gestis ac victoriis eruditus. pro Fonteio 15, 33. — C. Marius Iugurthinus a doctrinae studiis alienus, sola rei militaris scientia floruit. Schol. Bob. pro Archia p. 355. — Non fuisset tam dirus ille dies Sullanus callidissimo viro C. Mario, si nihil eum fefellisset. ad Att. 10, 8, 7. — Non mediocribus inimicitiis ac laboribus contendit, ut ad summos honores perveniret. Verr. Accusat. 5, 70, 181. — Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus, omnes Metelli. At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed et propter rationem Gallici belli provinciam extra ordinem decernebant. de prov. cons. 8, 19. — C. Marius inimicus Q. Metelli Numidici. Post red. ad Quir. 5, 11. — Eximie L. Plotium (al. *L. Clodium*) dilexit, cuius ingenio putabat ea quae gesserat posse celebrari. pro Archia 9, 20. — C. Marius, tribunus pl. a. u. c. 635. tulit legem, quae pontes fecit angustos. de Legg. 3, 17, 38. — C. Marius, cum in Cappadocia esset, lege Domitia factus est augur. Pseudocic. ad Brut. 1, 5. — C. Marius duabus aedilitatibus repulsus septies consul est factus. pro Plancio 21, 51. — Pudicitiam cum eriperet militi (C. Plotio, Val. Max. 6, 1, 12. Trebonio, Plutarch. in Mario 14.) tribunus militaris (C. Lusius) in exercitu C. Marii, propinquus eius imperatoris (sororis scil. filius), interfectus ab eo est, cui vim afferebat. Atque hunc ille

summus vir scelere solutum periculo liberavit. pro Milone 4, 9. Cfr. Quintil. Declamat. 3. et Plutarch. Apophth. T. 6. Reisk. p. 761. — C. Marius ne militem quidem habere voluit nisi pudicum. Pseudocic. ad Octavium p. 687. — Laudatur eius integritas in aestimatione frumenti. Verr. Accusat. 3, 90, 209. — Bis Italiam obsidione et metu servitutis liberavit. in Catil. 4, 10, 21. — C. Marium, quem vere patrem patriae, parentem, inquam, vestrae libertatis, atque huiusce rei publicae possumus dicere (propter Saturnini caedem), sceleris ac parricidii nefarii mortuum condemnabimus? pro C. Rabirio perd. 10, 27. — Nuper ita vobis patribusque vestris est visum, ut in uno C. Mario spes imperii poneretur, ut idem cum Iugurtha, idem cum Cimbris, idem cum Teutonis bellum administraret. pro lege Manilia 20, 60. — Marii res gestae. Schol. Gronov. ad Catil. p. 410. — Amplissimae eius laudes. pro Balbo 20, 46. seqq. — Imperatorius ardor oculorum eius. Ibid. 21, 49. — Eius vis atque virtus. Verr. Accusat. 5, 10, 25. — C. Marius, conservator patriae. pro Sestio 16, 37. — Terror hostium; spes subsidiumque patriae. Ibid. 17, 38. — C. Marius, cuius divina atque eximia virtus magnis populi Romani luctibus funeribusque subvenit, influentes in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad eorum urbes sedesque penetravit. de prov. cons. 13, 32. — C. Marius mihi secundis rebus unus ex fortunatis hominibus, adversis unus ex summis viris videbatur. Parad. 2, 16. — C. Marius, rusticanus vir, sed plane vir, cum secaretur, principio vetuit se alligari; nec quisquam ante Marium solutus dicitur esse sectus. Acrem fuisse morsum doloris, idem Marius ostendit; crus enim alterum non praebuit cet. Tuscul. 2, 22, 53. — C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset et iam septimum annum post praeturam iaceret neque petiturus unquam consulatum videretur, Q. Metellum, cuius legatus erat, summum virum et civem, cum ab eo, imperatore suo, Romam missus esset, apud populum criminatus est. Itaque factus est ille quidem consul, sed a fide iustitiaque discessit. de Off. 3, 20, 79. — C. Mario et Q. Catulo coss. a. u. c. 652. Romam venit Archias. Nactus est consules eos, quorum alter res ad scribendum maximas, alter cum res gestas, tum etiam studium atque aures adhibere posset. pro Archia 3, 5. — Ei supplicatio decreta est quindecim dierum. de prov. cons. 11, 26. — C. Marius omnium perfidiosissimus Q. Catulum, praestantissima dignitate virum, mori iussit. de Nat. D. 3, 32, 80. — Feliciter septimum consul domi suae senex est mortuus. Ibid. §. 81. — Utrum tandem beatior C. Marius tum, cum Cimbricae victoriae gloriam cum collega Catulo communicavit paene altero Laelio, an cum civili bello victor, iratus, necessariis Catuli deprecantibus non semel respondit, sed saepe, *Moriatur?* Talis viri interitu sex suos obruit consulatus et contaminavit extremum tempus aetatis. Tuscul. 5, 19, 56. — Sulla, Marius, Cinna recte, immo iure fortasse arma ceperunt. Sed quid eorum victoria crudelius? quid funestius? ad Att. 9, 10, 3. — Utrum tandem C. Marius splendidior, cum eum C. Glaucia laudabat, an cum eundem iratus postea vituperabat? de Harusp. resp. 24, 51. — Religio C. Mario non fuit, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, praetorem occideret. in Catil. 3, 6, 15. — C. Marius cos. VI. cum L. Valerio Flacco (a. u. c. 654.) interfecit Saturninum, Glauciam cet. pro C. Rabirio perd. 7, 20. in Catil. 1, 2, 4. — C. Marius consul Saturninum et Servilium Glauciam Capitolio deductos interfici iussit. Schol. Bob. pro Milone p. 277. — C. Mario, L. Valerio consulibus senatus rem publicam defendendam dedit: L. Saturninus, tribunus pl., C. Glaucia, praetor, est interfectus. Omnes illo die Scauri, Metelli, Claudii, Catuli, Scaevolae, Crassi arma sumpserunt. Philipp. 8, 5, 15. — Cum Mario et Carbone Sulla bellum civile gessit, ne dominarentur indigni et ut clarissimorum hominum crudelissimam puniretur necem. Philipp. 8, 2, 7. — Dissensit cum Mario, clarissimo cive, consul nobilissimus et fortissimus, L. Sulla. Horum uterque ita cecidit victus, ut victor idem regnaverit. de Harusp. resp. 24, 55. — Acerbissima Marii clades. de Rep. 1, 3, 6. — L. Sulla ex urbe eiecit C. Marium custodem huius urbis. in Catil. 3, 10, 24. — C. Marii acerbissima fuga; a. u. c. 666. post reditum eius caedes omnium crudelissima. a. u. c. 667. de Or. 3, 2, 8. — C. Marius expulsus, egens, in

palude demersus. de Finn. 2, 32, 105. — Mario sextum consuli Q. Metellus Creticus cedendum esse duxit. in Pison. 9, 20. — C. Marium Italia servata ab illo, demersum in Minturnensium paludibus, Africa devicta ab eodem expulsum et naufragum vidit. Ibid. 19, 43. — C. Marius, divinus vir, summa senectute, cum vim prope iustorum armorum profugisset, primo senile corpus paludibus occultavit demersum, deinde ad infimorum ac tenuissimorum hominum Minturnis misericordiam confugit, inde navigio perparvo, cum omnes portus terrasque fugeret, in oras Africae desertissimas pervenit. pro Sestio 22, 50. — C. Marius senatu decernente cum filio exulavit et in Africa delituit aliquamdiu; postea vero bello civili exorto, quod adversum se Cn. Octavius et L. Cinna gesserunt, in Italiam rediit, cet. Schol. Bob. post red. in Sen. p. 249. Id. pro Plancio p. 257. — C. Marius, qui hac hominum memoria tertius ante me consularis, tempestate civili expulsus est, non modo a senatu non est restitutus, sed reditu suo senatum cunctum paene delevit. Post red. in Sen. 15, 38. Post red. ad Quir. 3, 7. — Marium vidi, cum esset summa senectute, non modo non infracto animo propter magnitudinem calamitatis, sed confirmato atque renovato, cet. Post red. ad Quir. 8, 19. — C. Marius maerorem orationis, qua M. Antonius M'. Aquilium defendit, multum lacrimis suis adiuvit. de Or. 2, 47, 196. — C. Marius: affinis L. Crassi (vide L. Crassus). de Or. 1, 15, 66. — C. Marii monumentum est latericia Honoris Virtutis aedes de manubiis exstructa, in qua tropaea de Iugurtha, de Cimbris Teutonisque collocavit. pro Sestio 54, 116. — Item pro Plancio 32, 78. — C. Marius secundum quietem visus M. Tullio Ciceroni. de Divin. 1, 28, 59. (et Lib. 2, 66, 136.) — Eius monumentum. Ibid. 1, 28, 59. Ibid. 2, 68, 140. — In eius funere (a. u. c. 668.) C. Fimbria curavit, ut volneraretur Q. Scaevola, pontifex maximus. pro Sex. Roscio 12, 33. — Marii sitas reliquias apud Anienem dissipari iussit Sulla victor. de Legg. 2, 22, 56. — Marius memoratur etiam pro Sulla 7, 23. de Off. 1, 22, 76. — Marius. Ciceronis poëma de eo. Fragmenta p. 566. — Versus ex eo. de Divin. 1, 47, 106. — Vide Minturnenses. — Sequuntur loci Salustiani. — C. Marius legatus Q. Caecilii Metelli cos. a. u. c. 645. Sal. Iug. 46. — Uticae ei per hostias dis supplicanti magna atque mirabilia portendi haruspex cum dixisset, magis etiam accenditur cupidine consulatus. Eius mores atque ingenium. Stipendiis faciundis, non Graeca facundia neque urbanis munditiis sese exercuit cet. Ib. 63. — Metellum cum eum satis aspere a petitione consulatus dehortaretur, gravissimas adversus eum inimicitias suscipit. Ib. 64. — Gaudam, Masinissae nepotem, sollicitat. Ib. 65. — Romam a Metello dimittitur. Perculsa nobilitate post multas tempestates novo homini consulatus mandatur (anni u. c. 647.) et postea populus a tribuno pl. Manlio Mancino rogatus, quem vellet cum Iugurtha bellum gerere, frequens Marium iussit. Ib. 73. — Eius actiones post consulatum adeptum. Ib. 84. — Contio ad Quirites. Ib. 85. — („Neque litteras Graecas didici; parum placebat eas discere, quippe quae ad virtutem doctoribus nihil profuerunt." Ibid.) — Exercitus ei traditur a P. Rutilio legato: nam Metellus conspectum Marii fugerat. Ib. 86. — Omnia impigre agit. 87. 88. — Capsam capit. Ib. 91. — Castellum ad Mulucham fl. Ib. 94. — Marius Bocchum et Iugurtham fundit fugatque. Ib. 99. — Altero item proelio apud Cirtam. Ib. 101.; post quod legati a Boccho veniunt, qui regis verbis ab Mario petivere, duos quam fidissumos ad eum mitteret. L. Sullam et A. Manlium ire iubet. Ib. 102. — Post varias vicissitudines Iugurtha Sullae vinctus traditur et ab eo ad Marium deductus est. Ib. 113. — Per idem tempus cum adversum Gallos ab Q. Caepione et Cn. Manlio male pugnatum esset, Marius consul absens factus est et ei decreta provincia Gallia. Isque Kal. Ian. a. u. c. 650. magna gloria consul triumphavit. Ea tempestate spes atque opes civitatis in illo sitae. Ib. 114.

C. Marius C. Marii septies consulis filius ex adoptione, testibus Livio 86. Velleio 2, 26. Plutarcho Mar. C. 46. consul cum Cn. Papirio Carbone III. (a. u. c. 672.) in magistratu una cum collega occisus. de lege agr. 3, 2, 6. Vocatur *Marius alter*. Philipp. 13, 1, 1. — C. Marius fractus prius crura per artus exspiravit. Sal. Hist. I. Ed. minor Gerlachii p. 184.

C. Marius C. F. C. N. (Pseudomarius), a. u. c. 709. multis verbis egit mecum per cognationem, quae mihi secum esset, per eum Marium, quem scripsissem, per eloquentiam L. Crassi, avi sui, ut se defenderem causamque suam mihi perscripsit. Rescripsi patrono illi nihil opus esse, quoniam Caesaris, propinqui eius, omnis potestas esset, viri optimi et hominis liberalissimi: me tamen ei fauturum. ad Att. 12, 49, 1. — Exspecto quid de Mario: quem quidem sublatum rebar a Caesare. ad Att. 14, 6, 1. — Paullus mihi de Mario et de re publica alia quaedam pessima. Ib. Ep. 7, 1. — De Mario probe: etsi doleo L. Crassi nepotem (sublatum a Dolabella. a. u. c. 710.) Ib. Ep. 8, 1. — Uncus impactus est a M. Antonio et P. Dolabella fugitivo illi, qui in C. Marii nomen invaserat. Philipp. 1, 2, 5. — C. Marii filium falsarium illum se simulasse tradit Nicolaus Damascenus de vita Augusti, c. 14. p. 258. Ed. Coraes., ubi narrat, quam prudenter cum eo egerit Octavius etiamtunc adolescentulus, fere ut Cic. ad Att. 12, 49, 1. *Ἀποκρίνεται γοῦν ἠρέμα διωσάμενος τὸν ἄνθρωπον, ὅτι Καῖσαρ εἴη τοῦ γένους αὐτοῖς ἡγεμὼν καὶ τῆς πατρίδος προστάτης συμπάσης τε τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς· δεῖν οὖν ὡς ἐκεῖνον βαδίζειν καὶ διδάσκειν περὶ τῆς συγγενείας, καὶ εἰ μὲν πείσειεν, ὑπάρχειν εὐθὺς αὐτῷ καὶ σφᾶς τούς τε ἄλλους οἰκείους πεπεισμένους· εἰ δὲ μή, οὐδὲν αὐτοῖς εἶναι κοινώνημα πρὸς αὐτόν· ἐν δὲ τῷ μεταξύ, πρὶν ἢ Καίσαρα ταῦτα γνῶναι, μήτε προσιέναι πρὸς αὐτόν, μήτε ὡς παρὰ συγγενοῖς τι ἐπιζητεῖν τῶν δικαίων.* Appian. B. C. 3, 2.: *Ἀμάτιος ἦν ὁ Ψευδομάριος· Μαρίου γὰρ υπεκρίνετο υἱωνὸς εἶναι καὶ διὰ Μάριον ὑπερήρεσκε τῷ δήμῳ· Γιγνόμενος οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὑπόκρισιν συγγενὴς τῷ Καίσαρι, ὑπερήλγει μάλιστα αὐτοῦ τεθνεῶτος καὶ βωμὸν ἐπῳκοδόμει τῇ πυρᾷ καὶ χεῖρα θρασυτέρων ἀνδρῶν εἶχε καὶ φοβερὸς ἦν αἰεὶ τοῖς σφαγεῦσιν.* Liv. Epitome 116. C. Amatius, humillimae sortis homo, qui se C. Marii filium ferebat, cum apud credulam plebem seditiones moveret, necatus est. Val. Max. 9, 15, 2. Herophilus equarius medicus C. Marium septies consulem avum sibi vindicando ita se extulit, ut coloniae veteranorum complures, et municipia splendida collegiaque fere omnia patronum adoptarent. Quin etiam cum C. Caesar, Cn. Pompeio adolescente in Hispania oppresso, populum in hortis suis admisisset, proximo intercolumnio paene pari studio frequentiae salutatus est. Quod nisi divinae Caesaris vires huic erubescendae procellae obstitissent, simile volnus res publica excepisset, atque in Equitio (Pseudogracchο) acceperat. Ceterum decreto eius extra Italiam relegatus, postquam ille caelo receptus est, in Urbem rediit et consilium interficiendi senatus capere sustinuit. Quo nomine iussu patrum necatus in carcere seras prompti animi ad omne moliendum scelus poenas pependit. — Mira est inter scriptores de vero huius falsarii nomine discrepantia: qui C. Marii filium, non nepotem dicunt, Livius et Nicolaus Damascenus, intellexerunt C. Marium iuniorem, filium C. Marii septies consulis.

L. Marius L. F. quaestor, successor Cn. Salustii in Syria provincia. (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 17, 5. Cfr. Pigh. Ann. T. 3. p. 430. — L. Marius, L. F. subscripsit Triario in Scaurum a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 19.

M. Marius, homo disertus ac nobilis, pro Valentinis apud C. Verrem locutus est. Verr. Accusat. 5, 16, 40. (Homo alioquin ignotus.)

M. Marius, ad quem sunt ad Fam. L. 7. Epp. 1—4. (a. u. c. 699—708.) aliunde non est notus. Nam quod Corradus putavit eum esse eundem cum M. Mario Gratidio, Q. fratris in Asia legato, falsum id esse demonstravit Manutius, cum Marii et Gratidii diversarum sint familiarum et ille Quinti legatus Gratidius fuerit, non Marius. Neque, quem putat Manutius esse, M. Marius Gratidianus esse potest, quippe quem Catilina in Sullana victoria ad Catuli sepulcrum interfecerat. v. Q. Cic. Pet. cons. 3, 10. Wetzel. — Videtur mihi esse is, qui ad Fam. 2, 17, 5. putatur successor Bibuli, an Salustii? in Syria futurus. Ern. (Sed hic potius est L. Marius Asconio memoratus.) Ex eo autem, quod praedia sua in Campania habuit, colligo non esse ex Mariis Arpinatibus, sed ex Sidicinis aut Valentinis, apud quos nobiles Marios fuisse constat. Ern. — Facetae laudes ei tribuuntur ad Q. Fr. 2, 10, 2. — Et valetudine et natura imbecillior. Ibid. §. 3. — De Mario scripsi ad Dolabellam accuratissime.

Eius causa et cupio et debeo. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 3, 1.

Sex. Marius, legatus Dolabellae a. u. c. 711. ad Fam. 12, 15, 5.

T. Marius, homo ignotus. ad Fam. 5, 20, 4.

M. Marius Gratidianus. Brut. 45, 168. — Aptissimus turbulentis contionibus. Brut. 62, 223. — Excitabat fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius, quos post filius eius Marius in Aegaeo excitavit mari. de Legg. 3, 16, 36. — In praetura edictum de re nummaria cum ceteris praetoribus et tribunis plebi commune solus proponit callide et ea re gratiosissimus fuit. de Off. 3, 20, 80. De qua re adde Senecam de Ira 3, 18. et Plin. H. N. 33, 9. extr. — M. Marius Gratidianus, summe popularis homo, qui ob id bis praetor fuit. Eius caput abscissum per urbem manu Catilina tulerat temporibus Sullanis. Fuerat vero hic Gratidianus arta necessitudine Ciceroni coniunctus. Ascon. in tog. cand. p. 84. — M. Marius Gratidianus, homo carissimus populo Romano, a Catilina vitibus caesus et crudelissime occisus. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10. Huc respexit Lucanus 2, 175. et quidem Sullae iussu trucidatus est. Vide Senecam l. l. — Eius lis cum C. Sergio Orata. de Orat. 1, 39, 177. et de Off. 3, 16, 67. — Memoratur etiam de Or. 2, 65, 262. — Filius fuit M. Gratidii Arpinatis, qui, cum in littera G. collocandus esset, per errorem nescio quem a filio huc attractus est. Eius soror fuit M. Ciceronis oratoris avia. De eo duo sunt apud Ciceronem loci et quidem hi: M. Gratidius, accusator sane probabilis, doctus Graecis litteris, factus ad dicendum: propinquus Ciceronis, M. Antonii oratoris perfamiliaris, cuius praefectus cum esset in Cilicia, est interfectus: qui accusavit C. Fimbriam. Brut. 45, 168. — Ei ferenti legem tabellariam restitit M. Tullius Cicero, avus M. et Q. Ciceronum, laudatus ideo a M. Aemilio Scauro cos. a. u. c. 639. „Excitabat fluctus in simpulo, ut dicitur, Gratidius.“ de Legg. 3, 16, 36. — Est etiam alius M. Gratidius pro Flacco 21, 49. et ad Q. Fr. 1, 1, 3, 10. legatus Q. Ciceronis in Asia provincia a. u. c. 694. Eum Quintus dicitur ut fratrem amasse et ipse fraterno in Cicerones animo fuisse. Eum aut M. Gratidii filium, Marii Gratidiani fratrem, aut, quoniam ratio temporum non plane consentit, nepotem puto. Memoratur etiam Gratidius trib. pl. Lentulo Spinthere et Metello coss. a. u. c. 696. ad Q. Fr. 1, 4, 3. Sed quoniam nunquam inter eius anni tribunos a Cicerone *Gratidius* nominatur, Manutius *Fabricius* legi volebat, probante Lambino; Gruterus autem *Fadii* cognomen putat esse, qui eo loco proxime antecedit Gratidium. Ern. (Hoc quidem falso, cum Fadii cognomen sit *Gallus*, *Gratidius* vero gentis, non familiae nomen. Equidem recepi Manutii emendationem *Fabricius*.) — Adoptatus est M. Marius Gratidianus a M. Mario, eoque aut C. Marii septies consulis patruo, ut I. Fr. Gronovio placebat Obss. 2, 6. p. 197., aut eius potius fratre, ut multis docet Perizonius Animadvv. hist. C. 5. p. 98. seqq. Ern.

Marius Victorinus. Vide Victorinus.

Maro, „Bacchi commilito, in terra Threca Liberi fanum inclutum (Maroneae) locavit“: ex emendatione V. D. apud Schneiderum R. R. Ennius apud Varronem LL. 5, 2. p. 25. Speng.

Marpessus (al. *Marmessus*) vicus circa oppidum Gergitium in agro Troiano. Varro Fr. p. 217. Bip.

Marrucini, populi Italiae ad mare Hadriaticum prope Aternum fluvium, quorum caput fuit Teate Marrucinorum, hodie *Chieti*. Ii a. u. c. 711. ignominia notandos censuerunt eos, si qui militiam subterfugissent. Philipp. 7, 8, 23. pro Cluentio 69, 197.

Mars, Iovis et Iunonis filius. Mars et Venus tertia parentes Anterotis. de Natura Deorum 3, 23, 59. — Vide Marspiter. — Mars, pater Romuli. de Rep. 2, 2, 4. — Mars, apud Sabinos Mamers. Varro LL. 5, 10. p. 78. — Romae antiquitus statua Martis fuit hasta. Varro Fr. p. 375. Bip. — Martis templum ad Appiam viam. ad Q. Fr. 3, 7, 1. — Martis signum sibi pacis auctori emptum esse Cicero non probat. ad Fam. 7, 23, 2. — Mars a Gallis cultus. Huic, cum proelio dimicare constituerunt, ea, quae bello ceperint, plerumque devovent. Caesar Gall. 6, 18. — Mars pro bello. Her. 4, 32, 43. — Ξυνὸς Ἐνυάλιος. ad Att. 7, 8, 4. — Omnis belli Mars communis. ad Fam. 6, 4, 1. — Mars belli communis. de Or. 3, 42, 167. — Mars communis (non addito voc. *belli*). pro

Milone 21, 56. — Mars ipse ex acie fortissimum quemque pignerari solet. Philipp. 14, 12, 32. — Martis stella, πυρόεις. de Nat. D. 2, 20, 53. Ibid. 46, 119. — Martis stella rutila horribilisque terris. de Rep. 6, 17, 17. (Somn. Scip. C. 4.) — Stella Martis Saturnive ad ortus puerorum contraria. de Div. 1, 39, 85.

Marsi, populus Latii, a quibus Italicum sive sociale bellum Marsicum aliquoties a Cicerone dicitur, quod eius praecipui auctores fuere apudque eos bellum ortum est. — Marsi et Peligni, fortissimi viri; eorum tribus Sergia. in Vatinium 15, 36. — Ex Sabinis et Marsis et Pelignis constabat Sergia tribus. Schol. Bob. in Vatin. p. 323. — „Marsi augures" contemptim apud Ennium in Satiris, quod superstitionibus antiquitus perquam erant dediti. de Divin. 1, 58, 132. Sic apud Horatium Epod. 5, 76. *Marsae voces;* Epod. 17, 29. *Marsa naenia.*

Marsicum bellum, idem quod *sociale* sive *Italicum.* de Divin. 1, 44, 99. Ibid. 2, 27, 59. de lege agraria 2, 33, 90. et alibi.

Marspiter, idem quod Mars pater, sic Diespiter. Varro LL. 8, 26. p. 427.

Marsus Octavius. Vide Octavius Marsus.

Marsyas, eius templum. Varro Fr. p. 191. Bip.

Martia legio. Ei praeesse solebat (a. u. c. 711.) Ser. Sulpicius Galba. ad Fam. 10, 30, 1. — Suum consulem (Antonium) hostem iudicavit. Ibid. 11, 7, 2. — Nulla condicione potuit ad D. Brutum perduci. Ibid. 14, 2. Ibid. 19, 1. — Martia legio cum hostem populi Romani M. Antonium iudicasset, comes esse eius amentiae noluit: reliquit consulem (a. u. c. 710.), consedit Albae (ad lacum Fucinum). Philipp. 3, 3, 6. Ibid. 15, 39. Ibid. 4, 2, 5. Ibid. 5, 2, 4. — Martia legio, libertatis avida; eius impetus in proelio Mutinensi. Philipp. 14, 9, 26. — Placet mihi legionibus Martiae militibus et eis, qui una pugnantes occiderunt, monumentum fieri quam amplissimum. Haec se prima latrocinio abrupit Antonii; haec tenuit Albam; haec se ad Caesarem contulit cet. Ibid. 12, 31. Ibid. 14, 38. — Martia legio in proelio Mutinensi interisse nuntiabatur Pollioni. ad Fam. 10, 33, 4.

Martia lupa, *Romani nominis altrix fulminis ictu concidit.* de Divin. 1, 12, 20.

Martialis (sic Scalig. pro *Mucialis*) collis apud aedem Dei Fidii. Varro LL. 5, 8. p. 58.

Martialis flamen. Varro LL. 5, 15. p. 88.

Martiales quidam Larini appellabantur ministri publici Martis atque ei deo veteribus institutis religionibusque Larinatium consecrati; quorum cum satis magnus numerus esset, cumque item, ut in Sicilia permulti Venerii sunt, sic illi Larini in Martis familia numerarentur, repente Oppianicus eos omnes liberos esse civesque Romanos coepit defendere. pro Cluentio 15, 43.

Martiales, milites legionis Martiae. Philipp. 4, 2, 5.

Martius Campus, locus patens prope Tiberim, in quo comitia populi Romani centuriata et tributa habebantur. Marti consecratus est a Bruto, ne Tarquiniis, quorum agri fuerant, reddi posset. — C. Herennius, tribunus plebi, fert, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodii ferat. ad Att. 1, 18, 4. — Scribe, utrum Caesar in Foenicularium, an in Martium campum cogitet. ad Att. 12, 8. Vide Foenicularius Campus. — Gracchus augur, postquam in Sardiniam provinciam venit, recordatus est, quid sibi in campo Martio comitia consulum habenti contra auspicia accidisset. ad Q. Fr. 2, 2, 1. — P. Clodii de Cicerone ad populum in campo Martio contio. pro Sestio 50, 108. — In eum multi hora tertia obviam ierunt Murenae. pro Murena 33, 69. — In Campo Martio Saepta tributis comitiis marmorea sumus et tecta facturi eaque cingemus excelsa porticu. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 14. Hoc inceptum Caesaris impensis exsequendum fuisse videtur; an perfectum sit, non constat. — Martium campum coaedificare cogitabat Caesar a. u. c. 709. ad Att. 13, 33, 4. — Philipp. 6, 5, 14. acerba irrisione dicitur L. Antonius, ut alios agros diviserat, campum etiam Martium divisurus fuisse, nisi prius cum Marco fratre fugisset.

L. Martius, praefectus fabrum M. Varronis. Varro RR. 1, 1, 7.

Marullius. Varronis ad eum epistola. Varro Fr. p. 199. Bip.

C. Marullus Epidius, tribunus pl. a. u. c. 710. Eum Caesar dictator ob detractam Caesaris statuae fasciam tribunatu movit. Philipp. 13, 15, 31. Cfr. Vell. 2, 68. Suet. Caes. 79. — Proprie collocandus erat in littera E: C. Epidius Marullus.

Masinissa, rex Numidarum. Eius laudes. de Rep. 6, 9, 9. (Somn. Scip. C. 1.) — Masinissa nonaginta annos natus cum esset (a. u. c. 604.) integris etiamtunc viribus erat. Cato 10, 34. — De eius senectute vide Appian. Punic. C. 106. Wesseling. Obss. 1, 21. Crevier ad Epit. Liv. 48. Drakenb. ad Epit. 50. — Masinissa rex dentes eburneos e Melitensi Iunonis fano ablatos sibique muneri datos cum accepisset, statim certos homines misit, qui eos reponerent. Itaque in his scriptum litteris Punicis fuit, regem Masinissam imprudentem accepisse, re cognita reportandos curasse. Verr. Accusat. 4, 46, 103. — Amicitia Masinissae bona atque honesta nobis permansit. Sal. Iug. 5. — Iugurtham filium Mastanabalis filii sui, ex concubina ortum, privatum reliquerat. Ibid. — Eius filius Gulussa, nepos Massiva a Iugurtha Romae interfectus. Sal. Iug. 35. Cfr. Buherium ad Somn. Scip. 1. Sponium in Miscell. Antiq. p. 145. Ern. Inscriptt. meas Latinas N. 630.

Maso cognomen gentis Papiriae, ubi vide. Antiquior scriptura *Maso* est in Fastis Capitolinis ad a. u. c. 523., recentior *Masso* reperitur pro Balbo 23, 53.

Massicus mons Campaniae, vino nobilis. de lege agr. 2, 25, 66.

Massilia, urbs nobilis in Gallia Narbonensi, hodie *Marseille*; quamquam Vossius ad Melam p. 477. docet Massiliam veterem non sitam fuisse, ubi hodierna est, sed longe ab ea ad promontorium, ubi et nunc eius parietinae sint et saepe nummi effodiantur. Ern. Eius ego civitatis disciplinam atque gravitatem non solum Graeciae, sed haud scio an cunctis gentibus anteponendam dicam; quae tam procul a Graecorum omnium regionibus, disciplinis linguaque divisa, cum in ultimis terris cincta Gallorum gentibus, barbariae fluctibus alluatur, sic optimatum consilio gubernatur, ut omnes eius instituta laudare facilius possint quam aemulari. pro Flacco 26, 63. — Ad exemplum amissi imperii portari in triumpho Massiliam vidimus et ex ea urbe triumphari, sine qua nunquam nostri imperatores ex Transalpinis bellis triumpharunt. de Off. 2, 8, 28. — Per triumphum lata est urbs ea, sine qua nunquam ex Transalpinis gentibus maiores nostri triumphaverunt. Quo quidem tempore populus Romanus ingemuit. Quamquam proprios dolores suarum rerum omnes habebant, tamen huius civitatis fidelissimae miserias nemo erat civis, qui a se alienas arbitraretur. Philipp. 8, 6, 18. — Massilia, urbs fortissimorum fidelissimorumque sociorum. pro Fonteio 1, 3. Ibid. 16, 35. in Catil. 2, 6, 14. — Massilia condita a Phocaeis Olympiadis quadragesimae quintae anno tertio, a. ante Christum 598. Euseb. Chron. ad h. a. Cfr. Dederich *über die Gründung von Massilia* in Museo Rhenano Phil. 4, 1, p. 99. (et *Brücknerus* meus in Hist. Massil. p. 10. sq. Bait.)

Massilienses, Romanorum clientes, si per delectos et principes cives summa iustitia reguntur, inest tamen in ea condicione populi similitudo quaedam servitutis. de Rep. 1, 27, 43. Cfr. Ibid. 28, 44. — Massilienses trilingues (loquebantur scilicet Graece, Latine, Gallice.) Varro Fr. p. 350. Bip. — Eis inimicus C. Caesar. Philipp. 2, 37, 93. — Memorantur ad Att. 10, 10, 4. — Massiliensium (Caesari resistentium a. u. c. 705.) factum cum ipsum per se luculentum est, tum mihi argumento est recte esse in Hispaniis. Minus enim auderent, si aliter esset; et scirent: nam et vicini sunt et diligentes. Ib. Ep. 12, 6. — Massilienses (Pompeii mandatis obtemperantes) portas Caesari clauserunt a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 34. — Caesar evocat ad se Massiliensium quindecimprimos. Ib. 35. — Respondent: Pompeii et Caesaris paribus beneficiis parem se quoque voluntatem tribuere debere et neutrum eorum contra alterum iuvare. Ib. — Sed Domitius ab iis receptus, urbi praeficitur. Ib. 36. — A D. Bruto mari, a C. Trebonio terra oppugnatur Massilia. Ibid. — Massilienses naves expediunt. Ib. 56. — Situs urbis. Lib. 2, 1. — Proelium navale ab iis cum D.

Bruto commissum. Ib. 5. — Quo devicti, nihilo sequius ad defensionem urbis reliqua apparare coeperunt. Ib. 7. — Tandem post L. Domitii fugam Caesari sese dedunt. Eos Caesar magis pro nomine et vetustate quam pro meritis in se civitatis conservat. Ib. 23. — Tu, quasi iam recuperata re publica, vicinis tuis Massiliensibus sua reddis. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 14, 6. — Massiliensibus iure belli adempta redditurum se pollicitus est senatus post Caesaris interitum. Philipp. 13, 15, 32. — [Massilienses decreverant, ut, quicunque coniuratione (Catilinae) damnatus esset, expelleretur moenibus ipsorum, nullum susciperent ad exilium, aut, si vellet ire, occideretur. Schol. Gronov. ad Catil. p. 406. Videtur inane commentum Scholiastae.]

Massiva, Gulussae filius, Masinissae nepos Romae a Iugurtha per Bomilcarem occisus. Sal. Iug. 35.

Mastanabal, Masinissae filius, Iugurthae pater. Sal. Iug. 5.

Mastanesosus, Afer, regulus regionis ceteroquin ignotae. in Vatinium 5, 12. (Quantum ex hoc loco colligi potest, eius regnum fuit Numidiae finitimum, Mauretaniae, ut opinor, pars. Ern.)

Mater Deum Magna Idaea, sive Cybele, apud poëtas Cybebe, Rhea. Sibylla suadente, defessa Italia Punico bello atque ab Hannibale vexata, Matris Idaeae sacra maiores nostri adscita ex Phrygia Romae collocarunt (a. u. c. 549.), quae vir is accepit, qui est optimus populi Romani iudicatus, P. Scipio; femina autem, quae matronarum castissima putabatur, Q. Claudia. de Harusp. resp. 13, 27. — Sodalitates Catone quaestore (a. u. c. 550.) constitutae sunt sacris Idaeis Magnae Matris acceptis. Cato 13, 44. — Matris magnae fanum apud Enguinos est. Verr. Accusat. 4, 44, 97. „Immo fuisse θεῶν μητέρων discimus a Diodoro Siculo 4, 79. et ex narratione Posidonii apud Plutarchum in Marcello c. 20. Religio e Creta insula originem duxit et tradebantur illae fuisse Iovis nutrices." Zumpt. — Mater Deûm proprie *Domina* dicta. Varro Fr. p. 357. Bip. — Eius attributa. Varro Fr. p. 226. Bip. — Memoratur ibid. p. 277.

Q. Matho a Sigonio substitutus *Q. Mutoni*. Fundan. Fragmm. 1. p. 445. Cfr. Mato et Pomponii Mathones.

P. Matinius, M. Bruti familiaris. Eius lis cum Salaminiis Cypriis. ad Att. 5, 21, 10. Ib. Lib. 6, 1, 5. — Matinius, Scaptius, merae nugae. Ib. Ep. 3, 5.

C. Matius, suavissimus doctissimusque homo, familiaris C. Trebatii (a. u. c. 701.) ad Fam. 7, 15, 2. — Matius homo temperatus et prudens: existimatus quidem est semper auctor otii. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 11, 2. Ib. 12, 1. — Matii et Trebatii epistola ad Ciceronem. a. u. c. 705. ad Att. 9, 15. A. — C. Matius, Caesaris amicus (a. u. c. 708.) ad Fam. 6, 12, 2. — Ciceronis colloquium cum eo post Caesaris interitum. Perisse omnia aiebat; quod haud scio an ita sit: verum ille gaudens, cet. ad Att. 14, 1, 1. — Madarum eum vocat ib. Ep. 2, 2. — Calvenam, propter calvitiem, ib. Ep. 5. („Calvena moleste fert se suspectum esse Bruto.") — Omnia plena pacis, aliter ac mihi Calvena dixerat. Ibid. Ep. 9, 3. — Tument negotia. Nam cum Matius, quid ceteri? Ib. Ep. 4, 1. — Ciceronis ad eum Epistola et Matii responsum. (a. u. c. 710.) ad Fam. 11, 27 et 28. (Intimus Caesaris amicus: eius honorificum de Caesare iudicium: elegantissima cum Cicerone expostulatio cet.) — Matius ac Postumius procuratores ludorum Octavii (a. u. c. 710.) mihi non placent. Saserna collega dignus. ad Att. 15, 2, 3. — Caleni interventum et Calvenae cavebis. (a. u. c. 710.). ad Att. 16, 11, 1. — Falso ad Matium refertur locus ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11., cum ibi manifesto significet Pisonem, non Matium. — Varro LL. 7, 5. p. 372. — C. (non Cn. neque A.) Matius, eques Romanus splendidus, natus circa a. u. c. 670., cum e Graecia, in quam studiorum causa profectus erat, redisset, cum C. Iulio Caesare arta familiaritate iunctus est. Cum esset otii litterarumque amator, homo prudens ac temperatus, a negotiis civilibus ita abhorrebat, ut quamvis ad honores capessendos apertus campus per Caesarem ei pateret, magistratus nunquam peteret, consiliis tamen potentissimum amicum iuvaret eiusque secreta mandata exsequeretur. Post Caesaris interitum eius partibus fidus mansit, ut ipse libere fatetur in praeclara illa Ep. ad Fam. 28., similique amore Octavianum amplexus est. Haud improbabile est Matium, Iliadis interpre-

tem, cuius versiculos duos Varro l. l. servavit: *Corpora Graiorum maerebat mandier igni:* et: *Obscaeni interpres funestique ominis auctor*, eundem fuisse cum Caesaris amico, praesertim cum Gellius N. A. 6, 6. eum cum Virgilio coniungat: „Hyginus ineptus est, cum ratus est, quid praepetes essent, Virgilium et C. Matium doctum virum ignorasse, qui in septimo Iliadis Victoriam volucrem *praepetem* appellavit hoc versu: *Dum det vincenti praepes Victoria palmam.* Praeterea laudantur eius Mimiambi (Gell. N. A. 15, 25.) librique tres, quos inscripsit nominibus Coci, Cetarii et Salgamarii (Columella 12, 4 et 46.) Mortem obisse videtur post a. u. c. 730. Cfr. Plin. H. N. 12, 6.: primus C. Matius ex equestri ordine, Divi Augusti amicus, invenit nemora tonsilia intra hos LXXX. annos. — Mansonis coniecturam per *Catium* Horatii (Sat. 2, 4.) intelligendum esse *C. Matium* refutavit Mitscherlich Praelectt. Catal. 1832—33. p. IV. Nemo de C. Matio accuratius egit quam Ern. de Leutsch *in der Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* 1834. p. 164. seqq.

Mato, inimicus M. Fadii. ad Fam. 9, 25, 3.

Matones (sic pronuntiatum). Orat. 48, 160. Pomponiae gentis est cognomen; sed etiam in Naeviis sunt Matones sive Mathones.

Matralia. Varro LL. 5, 22. p. 110.

Matrinius, scriba aedilicius M. Caelii Rufi. ad Fam. 2, 15, 5.

C. Matrinius, eques Ro., summa virtute homo, summa industria, summa gratia: eum Q. Apronius Leontinis in publico biduum tenuit. Verr. Accusat. 3, 24, 60. — Vexatus a Verre. Verr. Accusat. 5, 7, 15.

D. Matrinius, homo tenuis, scriba aedilicius. Eum Cicero defendit apud M. Iunium, Q. Publicium, praetores, et M. Plaetorium, C. Flaminium, aediles curules. pro Cluentio 45, 126.

T. Matrinius Spoletinus, unus ex iis, quos C. Marius civitate donasset, propterea accusatus a L. Antistio. pro Balbo 21, 48.

Matuta. Ino Leucothea a Graecis, a nobis Matuta dicitur, cum sit Cadmi filia. de Natura Deorum 3, 19, 48. — Ino, Cadmi filia, Leucothea nominata a Graecis, Matuta habetur a nostris. Tuscul. 1, 12, 28.

Mauri equites in exercitu M. Antonii. ad Fam. 10, 30, 3.

Mausolus, Cariae rex, eiusque uxor Artemisia, quae magnificum ei sepulcrum aedificavit. Tuscul. 3, 31, 75.

Mavors dictus, qui *magna verteret.* de Nat. D. 2, 26, 67. — Mavors dictus, quia magna vertit. de Nat. D. 3, 24, 62. — *Mavortis semine nati* Romulus et Remus. de Divin. 1, 12, 20.

Maximi. Vide in Fabiis.

Maximi: significatur Q. Fabius Maximus Cunctator. de Or. 1, 48, 210.

Maximus Grammaticus, singularia quaedam notavit in Cicerone. Fragmm. p. 583.

M'. Maximus, eques Romanus. Varro Fr. p. 355. Bip.

Meculonius, nomen hominis plebeii fortasse corruptum. pro Flacco 20, 46. (*Maelonios* et *Mellonios* invenio in lapidibus Donianis a Gorio editis. Sed *Meclonium Proculum* apud Gruterum. Ern.)

Medea, duobus avis Sole et Oceano, Aeeta patre, matre Idyia procreata, soror Absyrti, num dea? de Nat. D. 3, 19, 48. — Ibid. 3, 26, 66. — Medea rheda anguinea vecta. Varro Fr. p. 288. Bip. — Medea (picta a Timomacho) apud Cyzicenos. Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Cum Medea comparatur Mithridates. pro lege Manilia 9, 22. — Schol. Gronov. ad Manil. p. 440. — Medea Ennii. Her. 2, 22, 34. de Inv. 1, 49, 91. pro Caelio 8, 18. Tuscul. 3, 26, 63. de Fato 15, 35. Varro LL. 6, 8. p. 258. Ib. 7, 2. p. 292. Victorinus 1. p. 54.

Media a Medo appellata. Varro Fr. p. 322. Bip.

Medi populi Asiae maioris, ultra Tigridem. Apud eos, ut ait Herodotus, iustitiae fruendae causa olim bene morati reges constituti. de Off. 2, 12, 41.

Mediolanensis ager. Varro RR. 1, 8, 2. — Mediolanensis praeco avus Pisonis. in Pison. 26, 62.

Meditrinalia. Varro LL. 6, 3. p. 203.

Medus Ennii tragoedia. Varro LL. 6, 7. p. 237. et 7, 3. p. 321.

Medus, Pacuvii tragoedia. de Off. 1, 31, 114. In ea Medus, Medeae filius, matrem quaerebat. Cfr. Hygin. Fab. 27.

Mefitis lucus prope Exquilias. Varro LL. 5, 8. p. 54.

C. Megaboccus. Damnatus est T. Albucius, C. Megaboccus ex Sardinia nonnullis etiam laudantibus Sardis. pro Scauro 2, 40. — C. Megaboccus et haec sanguinaria iuventus inimicissima est. ad Att. 7, 2, 3. Male olim de Pompeio interpretabantur, sed est idem qui memoratur pro Scauro 2, 40. (Cfr. Kreÿssig in Beieri Fragmm. p. 291.) Cfr. Plutarch. Crass. C. 25.

Megalesia unde dicta? Varro LL. 6, 3. p. 197. — Megalenses ludos in Palatio nostri maiores ante templum, in ipso Matris Magnae conspectu fieri celebrarique voluerunt: qui sunt more institutisque maxime casti, sollemnes, religiosi, quibus ludis primum ante populi consessum senatui locum P. Africanus iterum consul ille maior (a. u. c. 560.) dedit. Hi uni ludi ne verbo quidem appellantur Latino cet. de Harusp. resp. 12, 24. — Megalensia. ad Fam. 2, 11, 2.

Megara, urbs Megaridis, Atticae confinis. — Megara prostrata et diruta. ad Fam. 4, 5, 4. de Divin. 1, 27, 57. Ibid. 2, 65, 135. — Megara, ae. *Megaram advenit.* Her. 1, 9, 14. Cfr. de hac declinatione Oudendorpium ad Suet. Tib. 4.

Megarica signa, id est, Megaris e lapide, qui illic nascitur, elaborata. ad Att. 1, 8, 2. Ibid. 9, 2. Statuae Megaricae magni aestimabantur. Vide Interpretes ad priorem locum.

Megarici. Eorum fuit nobilis disciplina, cuius, ut scriptum video, princeps Xenophanes: dicti ab Euclide, Socratis discipulo, Megareo: id bonum solum esse dicebant, quod esset unum et simile et idem semper: hi quoque multa a Platone. Acad. 2, 42, 129. — Megarici philosophi iamdiu exstincti. de Or. 3, 17, 62. — Cfr. Deycks de Megaricorum doctrina. Bonnae 1827. 8. — Vide Xenophanes.

Megaristus Antandrius, levissimus homo: tamen ne noceat Quinto fratri, Marcus eum omni sua comitate complectitur (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4.

Megillus Lacedaemonius, qui inducitur loquens cum Socrate in Platonis dialogo de Legibus. de Legg. 1, 5, 15.

Megistus; nomen Siculi, Codd. auctoritate deletum a Zumptio in Verr. Accusat. 4, 26, 59.

Mela, collusor et sodalis Antonii. Philipp. 13, 2, 3.

Melampus, Alco, Tmolus, Atrei filii, tertii Dioscuri. de Nat. D. 3, 21, 53.

Melampus vates. de Legg. 2, 13, 33. Est Amythaonis filius, diversus a praecedente Atrei filio. Herodotus 2, 49. Melampodem vatem Bacchi sacra ex Aegypto attulisse tradit eiusque aetatem ad Cadmi tempora refert. Fuit idem divinatione et medendi scientia clarus. Cfr. Hom. Odyss. 15, 225. Apollodor. 1, 9, 11.

Melanippa. Duae eius nominis fabulae, Μελανίππη ἡ σοφή et Μελανίππη δεσμῶτις fuerunt inter Euripideas, quarum reliquias vide in Dindorfii Poët. scen. Fragmm. p. 99. seqq. Fabulam ipsam exponit Hyginus Fab. 186. — Idem argumentum tractavit Ennius (Bothe Poët. scen. p. 56.) et Accius (Ibid. p. 218.) Accianae fabulae mentionem facit Cicero Tuscul. 3, 9, 20. de Off. 1, 31, 114. Varro LL. 7, 3. p. 347. (Cfr. etiam RR. 2, 5, 5.: Taurus filios Neptuni e Melanippa servavit.) Sed omnibus fere locis, nominatim Tuscul. 3, 9, 20. et apud Nonium constanter Codices praebent: *Menalippus*, *in Menalippo*, quam pronuntiationem apud Romanos usitatam fuisse putat Klotz ad Tuscul. l. l., genus tamen masculinum non explicans; nam de Melanipporum quinque a Mythologis memoratorum aliquo nec Ennium neque Accium egisse ex tragoediarum reliquiis liquet. Mihi videtur librariorum error *Menalippus* pro *Melanippe*. Cfr. etiam Kordes *Zusätze zu Eberhardt*. S. 52.

Melanthius Homericus. Varro RR. 2, 3, 1.

Melanthius Rhodius, Academicus, Carneadis discipulus: eius suavitas. Acad. 2, 6, 16.

ΜΕΛΑΣ ΚΟΛΠΟΣ in Thracia. Varro RR. 2, 5, 10.

Melete, Thelxinoë, Aoede, Arche, Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda. de Nat. D. 3, 21, 54.

Melissus dixit hoc, quod esset infinitum et immutabile, et fuisse semper et fore. Acad. 2, 37, 118. — Samius fuit, non philosophia magis quam re-

bus gestis clarus. Vide Diog. Laërt. 9, 24. et ibi Menag. Ern. Samum contra Periclem defendit a. ante Chr. 440.

Melita, hodie *Malta*. Insula est Melita, satis lato a Sicilia mari periculosoque disiuncta, in qua est eodem nomine oppidum. Ab eo oppido non longe in promontorio fanum est Iunonis antiquum cet. Verr. Accusat. 4, 46, 103. — Melita „oppidulum" insulae cognominis, hodie *Malta*. ad Att. 10, 7, 1. Ib. 8, 10. Ib. 9, 1. Ib. 18, 2. — Melitae mihi exsuli esse non licebat. ad Att. 3, 4. — Hinc Melitenses. Verr. Accusat. 4, 18, 38.

Melitensis vestis. Verr. Accusat. 2, 72, 176. E gossypio facta. Vide Cluver. Sicil. antiq. p. 436. Ern. — Melitensis mitra. Varro Fr. p. 326. Bip.

C. et L. Memmii fuerunt oratores mediocres, accusatores acres atque acerbi. Itaque in iudicium capitis multos vocaverunt, pro reis non saepe dixerunt. Brut. 36, 136. (cfr. Ellendt Prol. p. LX.) — Memmii accusatores occisi ad lacum Servilium, tempore proscriptionis Sullanae vel iam ante a factione Mariana. pro Sex. Roscio 32, 90. ad hos C. et L. Memmios referri videntur; alii tamen legunt *Mamerci*, Codd. etiam *Memmei*, *Mammei*. Recentissimi editores Büchner et Klotz Ursini emendationem *Memmios* receperunt.

C. Memmius, tribunus pl. a. u. c. 643., vir acer et infestus potentiae nobilitatis, populum Ro. edocuit, id agi, ut per paucos factiosos Iugurthae scelus condonaretur. Sal. Iug. 27. — Ea tempestate Romae Memmii facundia clara pollensque fuit. Ib. 30. — Eius contio. Ib. 31. — C. Memmius trib. pl., homo nobilitati infestissimus, accusavit L. Calpurnium Bestiam, a Iugurtha pecuniis corruptum. de Or. 2, 70, 283. — M. Aemilii Scauri (principis senatus) testimonio in C. Memmium creditum non est. pro Fonteio 7, 14. — C. Memmius irrisus a L. Crasso. de Or. 2, 59, 240. — De hoc C. Memmio intelligendi sunt etiam loci de Or. 2, 59, 240. Ibid. C. 66, 267. — L. Saturninus C. Memmium occidit. in Catil. 4, 2, 4. Appian. B. C. 1, 32.

C. Memmius L. F. Gemellus, trib. pl. a. u. c. 688. praetor 696. (homo ingeniosus, sed probrosa vita, Caesarem graviter insectatus est; sed ipse ambitus accusatus Athenas cessit in exilium, quo Cicero epistolam ad eum dedit. (ad Famil. 1, 13.) a. u. c. 703. Huic, qui ipse poëticam factitabat, sed impudicam, (cfr. Gell. N. A. 19, 9.) Lucretius carmen suum inscripsit.) — Perfectus litteris, sed Graecis; fastidiosus sane Latinarum, argutus orator verbisque dulcis, sed fugiens non modo dicendi, verum etiam cogitandi laborem, tantum sibi de facultate detraxit, quantum imminuit industriae. Brut. 70, 247. Cfr. Sueton. Gramm. 14. — C. Memmius, quaestor Cn. Pompeii in Hispania bello Sertoriano. Ab eo L. Cornelius Balbus nunquam discessit. pro Balbo 2, 5. — C. Memmius (aedilis curulis a. u. c. 694.) M. Luculli uxorem suis sacris initiavit (id est, *stupravit*). Menelaus (*M. Lucullus*) aegre id passus divortium fecit. Quamquam ille pastor Idaeus Menelaum solum contempserat; hic noster Paris (*Memmius*) tam Menelaum quam Agamemnonem (*tam M. Lucullum*, *quam Lucium eius fratrem*) liberum non putavit. ad Att. 1, 18, 3. Recte enim Manutius monuit respici iniuriam L. Lucullo a Memmio factam, quod tribunus plebi eum e bello Mithridatico redeuntem triumphare aliquamdiu prohibuit, teste Plutarcho in Lucull. C. 37. Falso nonnulli Pompeium Magnum illo loco a Cicerone Agamemnonem nominatum esse putarunt. — Praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — C. Memmius praetor P. Vatinium adesse iubet, quaestionem in eum habiturus lege Licinia et Iunia. in Vatinium 14, 33. — C. Memmius praetor adversus Caesarem egit in senatu. Schol. Bob. pro Sestio p. 297. — Caesaris oratio in eum habita a. u. c. 696. Schol. Bob. pro Sestio p. 297. in Vatin. p. 317. et 323. — De C. Memmii in Caesarem contumeliis vide Suet. Caes. 23 et 49. — Eius odium in P. Clodium. ad Att. 2, 12, 2. — Memmium Caesaris omnes opes confirmant. Cum eo Domitium consules iunxerunt. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 15, 7. — Memmii coitio. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 15. b., 4. — Memmii enuntiatio valde Caesari displicuit. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 6. Enuntiavit scil. pactionem, quam ipse et competitor Domitius cum Appio Claudio et Domitio Ahenobarbo coss. de consulatu fece-

rant. Cfr. Ibid. Ep. 18, 2. — Accusat Domitium Calvinum. Ibid. §. 8. — In petitione consulatus Caesaris commendatur militibus. Ib. Ep. 17, 2. — De ambitu postulatus a Q. Curtio, a. u. c. 700. Caesaris adventu se sperat futurum consulem. Sed mirum in modum iacet. ad Q. Fr. 3, 2, 3. Item Ep. 8, 3. — C. Memmius Gemellus „cliens Ciceronis", cum in calamitate exilii sui Patrensis civis factus esset, adolescentem filium Lysonis Patrensium legibus adoptavit. ad Fam. 13, 19, 2. — Memmius pridie, quam ego Athenas veni (a. u. c. 703.), Mytilenas profectus erat. ad Att. 5, 11, 6. — Patroni erat iratus. Ibid. — De Memmio restituendo, ut Curio cogitet, te audisse puto. Ibid. Lib. 6, 1, 23. Fragmm. p. 468. — Ciceronis Epistolae ad eum missae. ad Fam. 13. Ep. 1—3. — De eo vide, quae collegit Manutius ad Fam. 13, 1. et Forbiger in Comment. de T. Lucretii carmine. Lipsiae 1824. p. 13.

C. Memmius, tribunus pl. cum L. Capitone de repetundis postulavit A. Gabinium a. u. c. 700. ad Q. Fr. 3, 1, 5, 15. — Cfr. ibid. §. 16. Ibid. Ep. 2, 1. — De ambitu postulavit Domitium. Ibid. §. 3. — Gabinium de ambitu reum fecit P. Sulla, subscribente privigno Memmio, fratre Caecilio, Sulla filio. Ibid. Ep. 3, 2. — C. Memmius Gabinio condemnato lege Iulia de repetundis accusavit de residuis C. Rabirium Postumum. (a. u. c. 700.) pro Rab. Postumo 3, 7. — Fausti Sullae ad C. Memmium litterae. pro Sulla 19, 55. — Idem videtur C. Memmius, natus Fausta, Sullae filia et post divortium cum Memmio patre factum Milonis uxore, qui rogavit iudices pro M. Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29. — Ex eo, quod hi C. Memmii tribuni plebi fuerunt, intelligitur Memmiam gentem plebeiam fuisse. Ceterum hic C. Memmius trib. pl. a. u. c. 700. filius C. Memmii, fratris L. Memmii, esse videtur. Ern. At per temporum rationes fieri non poterat, ut filius C. Memmii a Saturnino iam a. u. c. 654. occisi demum a. u. c. 700. tribunatum gereret. Nam, ut concedamus eum illo ipso anno 654. genitum, XLVI. annos natus aetatem vel consularem tribus annis supergressus esset.

L. Memmius, pater C. Memmii Gemelli, amici Lucretii. Brut. 70, 247. Ibid. 89, 304.

P. Memmius, testis in causa A. Caecinae. pro Caecina 10, 26.

Memnon. Achillis Memnonisque congressus. Bell. Hispan. 25.

Menaechmi Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 338. p. 340.

Menaeni (Μέναινοι) incolae Menarum (Μέναι) Siciliae oppidi. Verr. Accusat. 3, 22, 55. Ibid. 43, 102.

Menalippa et Menalippus falsa lectio pro Melanippa. de Off. 1, 31, 114. Tuscul. 3, 9, 20.

Menalius falsa lectio (pro *Menano Palico*, ut videtur Creuzero.) de Nat. D. 3, 22, 55.

Menander. Vide Terentius. — Menander Homeri noluit esse similis; genus enim erat aliud. Opt. gen. or. 2, 6. Ibid. 6, 18. Fragmm. p. 566. — Eius Synephebi et Andria. de Finn. 1, 2, 4. — De forma *Menandrus* vide Ruhnk. ad Vellei. 1, 16, 3. p. 65.

Menander, servus Ciceronis. ad Fam. 16, 13. (Alii legunt Andricus, ut est Ep. 14, 1.)

Menandri duo, unus Prienaeus, alter Heracleotes, de agricultura scripserunt. Varro RR. 1, 1, 8.

Menandria Thais. Varro Fr. p. 290. Bip.

Menanus Palicus, pater Volcani quarti. de Nat. D. 3, 22, 55.

Menas, Varronis amicus. Varro RR. 2, 1, 1.

Menecles Alabandeus et Hierocles, frater eius; quorum utriusque orationes sunt in primis, ut Asiatico in genere, laudabiles. Brut. 95, 325. — Hortensius habebat Meneclium illud studium crebrarum venustarumque sententiarum cet. Ibid. §. 326. — Menecles et Hierocles eius frater, Alabandenses (non Rhodii), rhetores. (circa a. u. c. 660.) Eum audivit M. Antonius orator, tota Asia imitabatur. de Or. 2, 23, 95. — Menecles, Hieroclis frater, rhetor Asiaticus. Orat. 69, 231.

Menecrates Ephesius versibus de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 9. — Quid de regulis apium scripserit. Varro RR. 3, 16, 18.

Menedemus: ab eo, quod is Eretria fuit, Eretriaci appellati, quorum omne bonum in mente positum et mentis acie, qua verum cerneretur. Acad. 2,

42, 129. Phaedonis fuit discipulus; de eo vide Diog. Laërt. 2, 125. seqq.

Menedemus Atheniensis, rhetor (circa a. u. c. 660.), disertus homo et in re publica causisque versatus, tempore L. Crassi oratoris. de Or. 1, 19, 85.

Menedemus, princeps Macedoniae liberae, Caesari favet. (a. u. c. 706.) Caesar Civ. 3, 34. Idem fortasse cum sequente.

Menedemus, Graeculus nequissimus, civitate donatus, hospes Caesaris, securi percussus. Philipp. 13, 16, 33. De Menedemo, probe (scil. factum, quod securi percussus est). ad Att. 15, 2, 2. — De Menedemo, vellem verum fuisset. (Falsus igitur fuerat rumor.) Ibid. Ep. 4, 4.

Menelaus, Agamemnonis frater. Eum dulcem quidem tradit Homerus, sed pauca dicentem. Brut. 13, 50. — Menelao Laconi quaedam fuit suaviloquens iucunditas. de Rep. 5, 9, 11. Her. 3, 21, 34. Orat. 22, 74.

Menelaus per iocum vocatur M. Lucullus, quia eius uxor a Memmio stuprata erat. ad Att. 1, 18, 3.

Menelaus Marathenus (a Maratho, antiqua Phoenicum urbe). Brut. 26, 100., rhetor Graecus, cuius opera C. Gracchus in orationibus suis uti putabatur.

Menenia tribus. ad Fam. 13, 9, 2.

Menestratus, de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Menexenus Platonis (v. Plato). Orat. 44, 151.

Menippus. Eum imitatus, non interpretatus est Varro. Acad. 1, 2, 8. — Eius haeresis. Varro Fragm. p. 313. Est Cynicus, Diogenis, ut videtur, discipulus, quem aemulatus Varro Satiras suas Menippeas vocavit. Cfr. Gell. 2, 18. Macrob. Sat. 1, 11.

Menippus Stratonicensis, tota Asia (circa a. u. c. 675.) disertissimus, et si nihil habere molestiarum nec ineptiarum Atticorum est, hic orator in illis numerari recte potest. Cum eo et Dionysio Magnete, Aeschylo Cnidio, Xenocle Adramyteno, Cicero totam Asiam peragravit. Brut. 91, 315.

Meniscus Entellinus, ad iudicium Verrinum legatus publice missus cum Sositheo et Artemone. Verr. Accusat. 3, 87, 200.

Meno, dialogus Platonis. Tusc. 1, 24, 57.

Meno (confer Parmeno). Fundan. Fragmm. 2. p. 445.

Menocritus, P. Lentuli Spintheris libertus. ad Fam. 1, 9, 23. (Manutius et Martyni-Laguna: *Menecrates.*)

Menoeceus, Creontis filius, oraculo edito largitus est patriae suum sanguinem (apud Euripidem in Phoenissis). Tuscul. 1, 48, 116. — Cfr. Apollod. 3, 5, 7.

Menophilus, glutinator, Attici servus, quo Cicero usus est in instruenda bibliotheca. ad Att. 4, 8. a., 2.

Mens dea. Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. Ibid. 11, 28. — Fides, Mens, quas in Capitolio dedicavit M. Aemilius Scaurus. de Nat. D. 2, 23, 61. Ibid. 3, 18, 47.

Mensium nomina, quomodo explicarit Varro. Varro Fr. p. 370. Bip.

Mentor. Homeri illa Minerva simulata Mentori. ad Att. 9, 8, 2.

Mentor caelator argenti primarius, incertae patriae, floruit a. ante Chr. 356. Pocula quaedam, quae Thericlia nominantur, Mentoris manu summo artificio facta, a Diodoro Melitense abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 18, 38. — Scyphus, qui artem ostentat Mentoris. Varro Fr. p. 261. Bip. — Varro Fr. p. 353. Bip.

Menula Anagninus. P. Clodius legem de iniuriis publicis tulit Anagnino nescio cui Menulae per gratiam, qui illi ob eam legem statuam in Ciceronis aedibus posuit. Pro domo 30, 81.

Mercator Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 342.

Mercuriales: collegium Romae, Mercurio dicatum, in quo erant etiam equites Romani. ad Q. Fr. 2, 5, 2.

Mercurius. Vide Hermes. — Mercurius unus Caelo patre, Dia matre natus, cuius obscoenius excitata natura traditur, quod adspectu Proserpinae commotus sit; alter Valentis et Coronidis filius, is, qui sub terris idem habetur Trophonius; tertius Iove tertio natus et Maia, ex quo et Penelopa Pana natum ferunt; quartus Nilo patre, quem Aegyptii nefas habent nominare, quintus, quem colunt Pheneatae, qui Argum dicitur interemisse ob eamque causam Aegyptum profugisse atque Aegyptiis leges et litteras tra-

didisse. Hunc Aegyptii Thoth appellant, eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. de Nat. D. 3, 22, 56. — Mercurius et Diana prima parentes Cupidinis primi; Mercurius et Venus secunda parentes Cupidinis secundi. de Nat. D. 3, 23, 59 et 60. — Mercurius secundus: eius frater Aesculapius secundus. de Nat. D. 3, 22, 57. — Te precor, Mercuri, quem Verres in domo et in privata aliqua palaestra posuit, P. Africanus in urbe sociorum et in gymnasio Tyndaritano iuventutis illorum custodem ac praesidem voluit esse. Verr. Accusat. 5, 72, 185. — Deûm maxime Mercurium colunt Galli. Caesar Gall. 6, 17. — Mercurius, Arcadum colonus. Varro Fr. p. 271. Bip. — Mercurius, lyrae inventor. Arat. v. 277. — Mercurii virga, caduceus. Varro Fr. p. 247. Bip. — Mercurii stella, στίλβων. de Nat. D. 2, 26, 53. — Sancta Mercurii stella et Lucifer cursum habent Solis celeritati parem. Tim. Cap. 9. p. 505. de Rep. 6, 17, 17. (Somn. Scip. C. 4.)

L. Mergilius, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum, praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 52.

Merobaudes, rhetor. Boëth. IV. p. 335.

Merope, Pleias. Arat. v. 269.

Merula. Vide in Corneliis.

Mescinius. Vide Messius.

L. Mescinius Rufus, quaestor Ciceronis in Cilicia (a. u. c. 704.) commendatur Ser. Sulpicio. ad Fam. 13, 26, 1. Ibid. 28, 1. ad Fam. 16, 4, 3. Ibid. 9, 4. — Mescinius, homo levis, libidinosus, tagax. ad Att. 6, 3, 1. — Nihil minus probari poterat, quam quaestor Mescinius. Ib. Ep. 4, 1. Ib. Ep. 7, 2. — Laudat Rufum, suum nuper in Cilicia quaestorem, secum ad Pompeii castra et rei publicae partes transire parantem, eundemque hortatur, ut in proposito persistat. (a. u. c. 705.) ad Fam. 5, 19. — Idem Rufus cum scribam Ciceronis suspectum haberet et fraudem sibi iniuriamque fieri contenderet, his de rebus expostulanti copiose atque accurate respondet ad Fam. 5, 20. (a. u. c. 705.) sed haec epistola scripta est ante praecedentem 19. — Eundem consolatur. Ibid. Ep. 21. (a. u. c. 708.)

Mesopotameni homines effrenatae libidinis. Sal. Hist. 4. p. 229. Ed. Gerl. min.

Mesopotamia regio Asiae inter Euphratem et Tigridem. Eam fertilem efficit Euphrates. de Nat. D. 2, 52, 130. — Graece scribitur Μεσοποταμία ad Att. 9, 11, 4. — Sal. Hist. 4. p. 229. Ed. Gerl. min.

Messala. Vide M. Valerius Messala.

Messana urbs Siciliae ad fretum posita, quae et Mamertina civitas dicitur (Verr. 2, 5, 13. cet.) situ, moenibus portuque ornata. — Messana, civitas seditione divisa auxilium contra Hieronem per legatos a populo Romano petiit. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 204. — Messana omnium Verris furtorum ac praedarum receptrix. Verr. Accusat. 4, 67, 150. — Messana adiutrix scelerum C. Verris, libidinum testis, praedarum ac furtorum receptrix. Verr. Accusat. 4, 8, 17. — Varro Fr. p. 254. Bip.

Messidius, al. Mescidius. ad Q. Fr. 3, 1, 1, 1.

P. Messienus, eques Romanus, commendatur P. Caesio. ad Fam. 13, 51.

C. Messius, tribunus pl. a. u. c. 697. Legem separatim initio de salute mea promulgavit. Post red. in sen. 8, 21. — Messius a. u. c. 697. lege sua Pompeio omnis pecuniae dedit potestatem et adiunxit classem et exercitum et maius imperium in provinciis, quam esset eorum, qui eas obtinerent. ad Att. 4, 1, 7. (al. *Mescinius.*) — Messius (a. u. c. 700.) defendebatur a nobis, e legatione revocatus: nam eum Caesari legarat Appius. ad Att. 4, 15, 9. — C. Messius, familiaris Pompeii. ad Att. 8, 11. D., 2. — C. Messius, aedilicius. Eum Caesar Achillam Africae civitatem liberam iubet proficisci. a. u. c. 707. Bell. Afric. 33.

Metapontini saltus. Varro RR. 2, 9, 6.

Metapontum (Μεταπόντιον), Magnae Graeciae oppidum primum a Tarento ad mare situm. Ibi Pythagoras vitam edidit. de Finn. 5, 2, 4.

Metella, filia L. Caecilii Metelli Delmatici, mater M. Aemilii Scauri, a Cicerone defensi. pro Sestio 47, 101.

Metella. ad Att. 11, 23, 3. ad Att. 13, 7, 1. est uxor P. Lentuli Spinthe-

ris, quacum hic fecit divortium a. u. c. 709. Moecha fuit P. Dolabellae et Aesopi, histrionis filii. Cfr. Horat. Sat. 2, 3, 239. Bayle Diction. in v. *Metella.*

Metelli. Vide Caecilii Metelli.

Methymnaeus Arion. Tusc. 2, 27, 67. a Methymna, urbe insulae Lesbi, cuius vites uvaeque celebrantur a Virgilio Georg. 2, 90.

Metia, falsa lectio pro Maecia. pro Plancio 16, 38.

Metius Curtius, Sabinus: ab eo fortasse Lacus Curtius invenit nomen. Varro LL. 5, 32. p. 150.

Metius Fuffetius equis distractus a Tullo rege. Varro Fr. p. 240. Bip. cfr. Liv. 1, 28.

Meto. ad Att. 12, 51, 3. (a. u. c. 709.) Fuit debitor Ciceronis, id quod ex altero loco ad Att. 12, 3, 2.: „Quando iste Metonis annus veniet?" satis clare apparet, sed, quia istud tardum nomen erat, ludit in nomine et diem solutionis *annum Metonis* appellat. Dicebatur enim *annus Metonis* per proverbium pro longo tempore; proprie autem *annus Metonis* est cyclus undeviginti annorum, qui Metonem astronomum auctorem habebat. Vide Diod. Sic. 12. C. 36. Adde Manutii Quaesita per Epist. 1, 6. Ern. Cfr. Clinton Fasti Hell. ad a. ante Chr. 432.

Metras. Metram et Athenaeum, importunitate Athenaidis exsilio multatos, maxima apud (Ariobarzanem, Cappadociae) regem auctoritate gratiaque constitui (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 4, 6.

Metrilius Philemo. ad Fam. 7, 18, 3. Cum Manutio et Lambino videtur legendum *M. Aemilius Philemo*, M. Lepidi libertus, cuius mentio est apud Asconium in argumento Milonianae p. 38. Rutgers. Var. Lectt. 3, 2. mavolt *Metilius.*

Metrodorus Chius, qui Democritum maxime est admiratus, initio libri de Natura quid dixerit? Acad. 2, 23, 73. Floruit circa a. ante Chr. 330. fuitque magister Anaxarchi et Hippocratis, medici, quem quartum dicit Suidas, aequalis Alexandri Magni. Cfr. Diog. Laërt. 9, 58. Euseb. Praep. evang. 14, 10.

Metrodorus, Epicureus, Atheniensis septem annis ante Epicurum mortuus a. ante Chr. 277. — Metrodorus, paene alter Epicurus, beatum esse describit his fere verbis: cum corpus bene constitutum sit et sit exploratum ita futurum. de Finn. 2, 28, 92. Ibid. 30, 99. Ibid. 31, 101. — Metrodorus perfecte eum putat beatum, cui corpus bene constitutum et exploratum ita semper fore. Quis autem est iste, cui id exploratum possit esse? Tuscul. 2, 6, 17. — Epicurus se unus sapientem profiteri est ausus: nam Metrodorum non puto ipsum professum, sed, cum appellaretur ab Epicuro, repudiare tantum beneficium noluisse. de Finn. 2, 3, 7. — Metrodorus, qui est Epicuri collega sapientiae, impudentior etiam illo. — Accusat Timocratem, fratrem suum, quod dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri. de Nat. D. 1, 40, 113. — Metrodorus melioribus etiam verbis quam Epicurus, *Occupavi te*, inquit, *fortuna atque cepi omnesque aditus tuos interclusi, ut ad me aspirare non posses.* Tuscul. 5, 9, 27. Plutarch. περὶ ἀθυμίας p. 476. — Metrodorum et Epicurum non fere praeter suos quisquam in manus sumit. Tuscul. 2, 3, 8. Cfr. de N. D. 1, 31, 86. — Contra Pythagoram, Platonem Empedoclemque dixit. Ibid. 33, 93. — Memoratur etiam Tuscul. 5, 37, 108. (Quare Lampsacenus dictus sit, cum Atheniensis esset, vide Ionsium 1, 2, 6. Menag. ad Diog. Laërt. 10, 22.)

Metrodorus Scepsius (Scepsi, Mysiae oppido oriundus) rhetor et philosophus Academicus, natus circa a. ante Chr. 160. — Summus homo et divina prope memoria. de Or. 2, 88, 360. Ibid. 90, 365. — Metrodorus, aequalis fere L. Crassi, ex Academia rhetor, a Crasso in Asia gustatus. de Or. 3, 20, 75. — Eximia eius memoria. Tusc. 1, 24, 59. — Metrodorus Scepsius, quae cogitaverat, ad verbum in agendo rettulit. Fragmm. p. 577. (N. 3.) — De divina Metrodori memoria cfr. etiam Plin. H. N. 28, 7. Idem 34, 7. Metrodorus Scepsius, cui cognomen a Romani nominis odio (scil. μισορώμαιος) inditum est. Alius contra ab hoc fuit Metrodorus pictor et philosophus, quem Athenienses devicto Perse (a. u. c. 587.) miserunt L. Paullo. Plin. H. N. 35, 11. Utrumque confundit Ernestius.

Metrodorus Stratoniceus (Stratonice, Cariae oppido, oriundus), Carneadis auditor, hominum omnium in

dicendo acerrimus et copiosissimus. circa a. u. c. 645. de Or. 1, 11, 45. — Metrodorus Stratoniceus, Academicus, bene nosse Carneadem putabatur. Acad. 2, 6, 16. — „Clitomacho plus de Carneade, quam Philoni aut Metrodoro credo.“ Acad. 2, 24, 78. — Hic Metrodorus apud Diog. Laërt. 10, 9. ab Epicuro se ad Carneadem contulisse dicitur, id est, eius scholam successoribus florentem reliquisse et ad Carneadem transisse. Nam Epicurus mortuus est, antequam natus esset Carneades. Cfr. etiam Bayle *Dictionn.* in v. *Métrodore.*

Metrodorus, libertus a. u. c. 710. ad Att. 15, 1. B., 2. — Libros compone, Tiro, indicem, cum Metrodoro iubebit, quoniam eius arbitratu vivendum est. ad Fam. 16, 20. Medicus fuisse videtur, Ciceronis libertus.

Metrophanes. Sal. Hist. 3. p. 217. Ed. Gerl. min. Praetor regius Mithridatis. Appian. Mithrid. 29. Oros. 6, 2.

Metropolis, Thessaliae oppidum. Eius incolae Metropolitae portas Caesari aperuerunt a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 81.

Mettius (a. u. c. 710.) Cum eo et Herode Athenis tum versantibus Attico erat aliquid negotii, quod Cicero ut curaret ille eum rogaverat. ad Att. 15, 27, 3.

M. Mettius, Ariovisti hospes, ad hunc a Caesare missus; ab Ariovisto retentus, post eius cladem a Caesare liberatus. Caesar Gall. 1, 47. et 53.

Metus, deus. de Nat. D. 3, 17, 44.

Metuscilius, nomen Pompeiani cuiusdam corruptum (fortasse ex *M. Tuscilius*). ad Att. 8, 12. C. 2.

Mezentius, Etruriae rex, auxilium Rutulis contra Latinos tulit, vini mercede. Varro Fr. p. 380. Bip.

Micio, persona Terentiana. de Inv. 1, 19, 27.

Micipsa, Masinissae filius, patris regnum solus obtinuit, Mastanabale et Gulussa fratribus morbo absumptis. Sal. Iug. 5. — Timens Iugurtham, eum praefecit Numidis, quos Romanis in auxilium misit in Hispaniam. Ib. 7. — Micipsae morientis ad Iugurtham oratio. Ib. 10. — Moritur a. u. c. 636. — Micipsa, Numidiae rex. Schol. Bob. in or. de rege Alex. p. 351.

Mico pictor et statuarius, Polygnoti aequalis, circa Ol. LXXX. Varro LL. 9, 6. p. 464.

Midaeenses, incolae oppidi Midaei in Phrygia Epicteto ad fl. Sangarium. ad Fam. 3, 8, 3.

Midas, rex Phrygiae, cum puer esset, dormienti formicae in os tritici grana congesserunt. de Divin. 1, 36, 78. Ibid. 2, 31, 66. — Fabula de Sileno a Mida capto. Tuscul. 1, 48, 114. — Midas rex vaticinium accipit a Sileno. Fragmm. p. 489.

Milesia mulier, quod ab heredibus secundis accepta pecunia partum sibi ipsa medicamentis abegisset, rei capitalis est damnata. pro Cluentio 11, 32.

Milesiae apes. Varro Fr. p. 327. Bip.

Milesii. Quid Milesiis lanae publicae abstulerit C. Verres, dicere praetermittam. Verr. Accusat. 1, 34, 86. — Decem naves iussu L. Murenae populus Milesius ex pecunia vectigali populo Ro. fecit, sicut pro sua quaeque parte Asiae ceterae civitates. Ibid. 35, 90. — Habent Milesii praesidiariam classem ex foedere praebendam populo Romano maritimis necessitatibus. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 183. — Milesius Thales in agro Milesio aliquando omnem oleam, antequam florere coepisset, coëmit. de Divin. 1, 49, 111.

Miletus, urbs Ioniae. ad Att. 9, 9, 2. de lege agr. 2, 15, 39.

T. Milo. Vide T. Annius Milo.

Milon Crotoniates, athleta. de Fato 13, 30. — Quae vox potest esse contemptior quam Milonis Crotoniatae? qui, cum iam senex esset athletasque se in curriculo exercentes videret, adspexisse lacertos suos dicitur illacrimansque dixisse: „At hi quidem iam mortui sunt!“ Cato 9, 27. — Olympiae per stadium ingressus esse dicitur, cum humeris sustineret bovem vivum. Ibid. 10, 33.

Miltiades, victor domitorque Persarum, nondum sanatis volneribus iis, quae corpore adverso in clarissima victoria acceperat, vitam ex hostium telis servatam in civium vinculis profudit. de Rep. 1, 3, 5. — Miltiadis calamitas, qui Athenas servarat. pro Sestio 67, 141. — Miltiadis tropaea e somno suscitabant Themistoclem. Tusc.

4, 19, 44. — Miltiadis res gestae exponuntur a Schol. Bob. p. 312. (scil. ex Aemilio Probo, quem volgo Cornelium Nepotem vocant.) Cfr. etiam Schol. Bob. p. 236.

Milyadum (i. e. *Milyadarum*) commune (τὸ κοινόν), regio inter Lyciam et Phrygiam et Pamphyliam sita vocatur ἡ Μιλυάς, incolae graece sunt οἱ Μιλύαι sive Μίλυες. Zumpt. — Milyadum commune a Cn. Dolabella et C. Verre vexatum et spoliatum. Verr. Accusat. 1, 38, 95.

Mimas mons superpositus Erythraeo oppido. Fragmm. p. 580. ad Att. 16, 13. a., 2.

Mimnermus Colophonius, elegias scripsit. Schol. Bob. pro Archia p. 358.

L. Minatius Caesaris clementiam implorat a. u. c. 709. Bell. Hispan. 19.

L. Minidius, qui Eli negotiabatur, frater (uterinus) L. Mescinii, quaestoris. ad Fam. 13, 26, 2. — Eius uxor Oppia. Ibid. 28, 2.

M. Mindius, frater L. Mescinii Rufi, negotiator. ad Fam. 5, 20, 2. Ibid. 13, 26.

Mindius Marcellus: sector infamis, similis P. Sullae. (a. u. c. 709.) ad Fam. 15, 17, 2.

Minerva dicta, quae vel *minueret* vel *minaretur*. de Nat. D. 2, 26, 67. — Minerva dicta, quia *minuit*, aut quia *minatur*. de Nat. D. 2, 24, 62. — Minerva, Sabinum nomen. Varro LL. 5, 10. p. 78. — Minerva prima, Apollinis mater; secunda orta Nilo, quam Aegyptii Saitae colunt; tertia Iove generata; quarta Iove nata et Coryphe, Oceani filia, quam Arcades Coriam nominant et quadrigarum inventricem ferunt; quinta Pallantis, quae patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem, cui pinnarum talaria affigunt. de Nat. D. 3, 23, 59. — E Volcano primo et Minerva natus Apollo is, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt. de Nat. D. 3, 22, 55. Ibid. 23, 59. — Minervam principem et inventricem belli Iuppiter secundus genuisse dicitur. de Nat. D. 3, 21, 53. — Minerva caesios habet oculos. de Nat. D. 1, 30, 83. — Galeata. Ibid. 36, 100. — Minervae et Neptuni de Athenis certamen. Varro Fr. p. 360. Bip. — Minerva sine medico medicinam dat (ex volgi opinione). de Divin. 2, 59, 123. (Hinc Minerva Medica. Inscript. m. Latin. N. 1426.) — Minervae est procuratio oliveti. Varro RR. 1, 1, 6. — Ei caprini generis nihil immolatur, propter oleam cet. Varro RR. 1, 2, 19. — Cur numerus septenarius Minervae tribuatur, exponit Eulogius p. 404. — Minerva Homeri, simulata Mentori. ad Att. 9, 8, 2. — Minervae ortus a Diogene Babylonio ad physiologiam traductus diiunctusque a fabula. de Nat. D. 1, 15, 41. — Quinquatribus (XIV. Kal. April. a. u. c. 711.) senatus decrevit, ut Minerva nostra, custos urbis, quam turbo deiecerat, restitueretur. ad Fam. 12, 25, 1. — Minervam custodem urbis violari ab impiis (P. Clodio) passi non sumus, eamque ex nostra domo in ipsius patris (Iovis) domum (Capitolium) detulimus. de Legg. 2, 17, 42. — Minerva, custos Urbis. pro domo 57, 144. — Eius signum ex ebore pulcherrimum Phidias fecit Athenis. Brut. 73, 257. — Minerva a Phidia facta. Orat. 2, 9. — Minerva Phidiae. Paradox. Prooem. 5. — Ἑρμῆς commune omnium et Minerva singulare est insigne mei gymnasii. ad Att. 1, 4, 3. — Minervae aedes. Varro LL. 6, 3. p. 200. — Minerva „artes Ciceronem docuit“: in Fragmm. poëmatis de suis temporibus. Fragmm. p. 570. — Etsi non sus Minervam, ut aiunt, tamen inepte, quisquis Minervam doceat. Acad. 1, 5, 18. — Ridiculus forem, si Minervam docere vellem, ut aiunt, litteras. Boëth. I. p. 270. — [Tritonia armipotens Gorgophora Pallas Minerva. Pseudocic. antequam iret in ex. 10, 24.] Varro Fr. p. 223. Bip. — Minerva culta a Gallis. Caesar Gall. 6, 18.

Minervium, id est, sacellum Minervae Capitae. Varro LL. 5, 8. p. 52.

Minos. Cretum quidem leges, quas sive Iuppiter sive Minos sanxit, de Iovis quidem sententia, ut poëtae ferunt, itemque Lycurgi laboribus erudiunt iuventutem, venando, currendo, esuriendo, sitiendo, algendo, aestuando. Tuscul. 2, 14, 34. — Minos Cretum νομοθέτης. de Rep. 2, 1, 2. — Minos et Rhadamanthus, inexorabiles iudices apud inferos. Tuscul. 1, 5, 10. Ibid. 41, 98. — De Off. 1, 28, 97.

Minotaurus. Minotaurum iocose appellat Calvisium, Q. Cornificii aemulum et inimicum: „cum summa offensione Minotauri“, id est, Calvisii et Tauri. ad Fam. 12, 25, 1.

Minturnae, oppidum in Auruncis in confinio Campaniae et Latii ad Liris ostia. — Salicta ad Minturnas vendere volebat P. Rullus. de lege agr. 2, 14, 36. — C. Marius demersus in Minturnensium paludibus. in Pison. 19, 43. — Minturnenses coloni, quod C. Marium e civili ferro atque ex impiis manibus eripuerunt, quod tecto receperunt, quod fessum inedia fluctibusque recrearunt, quod viaticum congesserunt, quod navigium dederunt, quod eum linquentem terram eam, quam servarat, votis ominibusque prosecuti sunt, aeterna in laude versantur. pro Plancio 10, 26. — Marius in paludibus demersus concursu ac misericordia Minturnensium corpus ac vitam conservavit. Post redit. ad Quir. 8, 20. pro Sestio 22, 50. ad Att. 5, 1, 5. Ibid. Ep. 3, 2. Ibid. 7, 13, 5. Ibid. 16, 10, 1.

Minucia porticus. Philipp. 2, 34, 84. Structa a M. Minucio Rufo, qui de Scordiscis triumphavit a. u. c. 645. Vellei. 2, 8, 3. Scribitur in Inscriptt. etiam Minicia. Ruhnk. ad Vell. l. l.

Minucia via. ad Att. 9, 6, 1. Roma a porta Minucia Brundisium ferebat, ut Appia, sed alio tractu, scilicet per Sabinos, strata a L. Minucio eo, de quo est apud Liv. 4, 16. Vide Interpretes ad Horat. Ep. 1, 18, 20. Ern.

Minuciana forma: falsa lectio pro *Numisiana*. ad Q. Fr. 2, 2, 1.

Minucius quidam mortuus est ante C. Verrem, praetorem urbanum; eius testamentum erat nullum: lege hereditas ad gentem Minuciam veniebat, cet. Verr. Accusat. 1, 45, 115. — De diversitate gentium a multis confusarum, Minuciae, antiquae atque Romanae, et Miniciae, Brixianae potissimum ac sub Flaviis demum illustratae, cfr. Labus *Epigrafe nuovamente uscita dalle escavasioni Bresciane*. Milano 1830. 8. p. 23.

Minucius. Ad Minucium Tarentum scribam. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 14, 3. Ib. Ep. 15, 2. ad Q. Fr. 3, 1, 6, 21. Videtur Minucius Rufus, de quo est apud Caesarem Civ. 3, 7.

Cn. Minucius. Cfr. Cn. Municius. De Cn. Minucio, quem tu (Cornifici) quibusdam litteris ad caelum laudibus extulisti, rumores duriores erant. (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 25. a., 7. — (In Africa aut apud Q. Cornificium aliquid muneris habuit aut proprium imperium habuit. Ern.)

Minucius Basilus (diversus ab interfectore Caesaris). Basili bustum. ad Att. 7, 9, 1. — Via Appia est prope urbem monumentum Basili, qui locus latrociniis erat perinfamis. Ascon. in Milon. p. 50.

L. Minucius Basilus locuples homo: eius testamentum quidam e Graecia attulerunt. de Off. 3, 18, 73. — Avunculus M. Satrii, cui testamento adoptato ipsi quoque postea nomen fuit L. Minucii Basili, de quo statim. Ibid. §. 74.

L. Minucius Basilus, proprie M. Satrius, Caesaris legatus (de bello Gall. 6, 29.): postea inter Caesaris percussores fuit alteroque post Caesaris interitum anno a servis suis occisus est, teste Appiano B. Civ. 2. p. 409. et 3. in fine. Vide M. Satrius. ad Att. 11, 5, 3. — Ei de Caesaris caede congratulatur Cicero ad Fam. 6, 15.

(Minucius) Basilus, similis M. Antonii, quos clientes nemo habere velit, non modo illorum cliens esse. Philipp. 2, 41, 107. — Volunt Ern. et Schuetzius significari gladiatorem M. Antonii; sed cum dicat Cicero: „te, Basilum et alios vestri similes, quos *clientes* nemo habere velit, non modo esse illorum *cliens*“: videtur potius intelligendum de Minucio aliquo Basilo, homine nequam, utique diverso a Caesaris percussore. Sin autem idem est, in gratiam cum M. Antonio redierit et Ciceronis inimicus factus sit ὁ τυραννοκτόνος necesse est.

M. Minucius Basilus in iudiciis publicis, florente re publica, floruit. pro Cluentio 38, 107. Male alii *Basilius*. Certa auctoritas Lucani 4, 416. *Et Basilum videre ducem.*

Minucius Pica. Varro RR. 3, 2, 2.

M. Minucius Rufus cos. a. u. c. 644. apud Salustium Iug. 35. praenomen habet *Quinti*. Ei Macedonia evenit. Ibid. — Triumphavit de Scordiscis. Vellei. 2, 8.

Q. Minucius Rufus consul cum C. Cornelio Cethego (a. u. c. 557.) Brut. 18, 73.

Q. Minucius Rufus, eques Romanus in primis splendidus atque honestus, causam Sopatri Halicyensis defendit apud C. Verrem. Verr. Accusat. 2, 28, 69. — Negotiabatur Syracusis. Ibid.

30, 73. Ibid. 33, 80. — Homo in primis honestus. Verr. Accusat. 3, 64, 148. — Q. Minucius, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 4, 27, 63. Ibid. 31, 70. (Hoc postremo denique loco Rufi cognomen habet.)

Minucius Rufus, Pompeianus, Orici erat cum Asiaticis navibus XVIII. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 7.

Minucius Silo, cliens L. Racilii, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum, propraetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 52.

A. Minucius Thermus. Innocens et bonus vir et omnibus rebus ornatus bis hoc anno (695.) me defendente absolutus est A. Thermus. Quanta, rei publicae causa, laetitia populi Romani, quanta gratulatio consecuta est! pro Flacco 39, 98.

Q. Minucius Thermus consul a. u. c. 561. Oratio Catonis contra eum. Schol. Bob. pro Milone p. 289.

Q. Minucius Thermus, inops ab amicis et existimatione in petitione consulatus a. u. c. 689. ad Att. 1, 1, 2. — Curator viae Flaminiae. Ibid. — XIII. annis post, si tamen idem est, pro praetore Asiam obtinebat a. u. c. 702—704. — Ad eum sunt Epp. 53—57. ad Fam. Lib. 13. ad Att. 5, 13, 2. Ib. Ep. 20, 10. Ib. Ep. 21, 14. — Valde se honeste gerit. Ib. Lib. 6, 1, 13. ad Fam. 2, 17, 6. — Ad eum scripta est Epist. 18. eiusdem libri. (Vide M. C. L. Antonii Fratres.) — Thermus, Pompeianus, Iguvii agebat mense Ianuario a. u. c. 705. ad Att. 7, 13 b., 7. Ib. Ep. 23, 1. — Cohortes ex Iguvio educit et profugit. Caesar Civ. 1, 12. — Q. Thermus, praetorius, a M. Lepido (a. u. c. 711.) legatus missus ad Sex. Pompeium. Philipp. 13, 6, 13.

Misenum promontorium, portus et oppidum Campaniae; ubi M. Antonii oratoris villa erat. de Or. 2, 14, 60. — Item M. Antonii postea triumviri. Philipp. 2, 19, 48. ad Att. 10, 8, 10. 14, 20, 2. 15, 1, 2. — Misenum a praedonibus Ciliciensibus vexatum. pro lege Manilia 12, 33. — Τοποθεσία Miseni et Puteolorum, a Cicerone elaborata. ad Att. 1, 13, 5.

Miseria dea. de Nat. D. 3, 17, 44.

Mithridates VI. Eupater sive *Magnus*, natus circa a. u. c. 619. (ante Chr. 135.) Ponti rex, a. u. c. 691. (a. Chr. 63.) se ipse interfecit. — Mithridates rex post Alexandrum maximus, L. Lucullum a se maiorem ducem cognitum quam quemquam eorum quos legisset, fatebatur. Acad. 2, 1, 3. — Si diligenter, quid Mithridates potuerit et quid effecerit et qui vir fuerit, consideraris, omnibus regibus, quibuscum populus Romanum bellum gessit, hunc regem nimirum antepones. pro Murena 15, 32. seqq. — Mithridatis epistola Tralles et Pergamum missa, qua caedem civium Romanorum iubebat. pro Flacco 24, 57. — In ornandis studiosior quam in spoliandis Trallianis fuit. Ibid. 25, 59. — Mithridatem Asiatici deum, illum patrem, illum conservatorem Asiae, illum Evium, Nysium, Bacchum, Liberum nominabant. Ibid. §. 60. — Cappadox contemptim nominatur Ibid. §. 61. — Rhodii prope soli bellum illud superius cum Mithridate rege gesserunt. Verr. Accusat. 2, 65, 159. — Res a L. Lucullo adversus eum gestae. pro lege Manilia 8, 20. — Comparatur Medeae. Ibid. 9, 22. — Exceptus a Tigrane. Ibid. §. 23. — Mithridates in Asia, cum eam provinciam totam occupasset, Mucia non sustulit. Hostis, et hostis in ceteris rebus nimis ferus et immanis, tamen honorem hominis (Q. Mucii Scaevolae) deorum religione consecratum violare noluit. Verr. Accus. 2, 21, 51. — Misit legatos ad Sertorium L. Magium et L. Fannium, transfugas de L. Valerii Flacci (vel Fimbriae: Oros. 6, 2.) exercitu. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 183. Appian. Mithrid. 68. — Mithridates, amisso exercitu, regno expulsus, tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc (a. u. c. 691.) molitur atque ab invicta Cn. Pompeii manu Maeotide et illis paludibus et itinerum angustiis atque altitudine montium defenditur. de lege agr. 2, 19, 52 — Mithridates ad Cn. Pompeium legatum usque in Hispaniam misit. pro lege Manilia 16, 46. — Rullus, tribunus pl., iussit eos agros venire, quos rex Mithridates in Paphlagonia, Ponto Cappadociaque possederit. de lege agr. 1, 2, 6. Ibid. 2, 19, 51. — Mithridatis dactyliotheca a Pompeio in Capitolio dicata. Varro Fr. p. 377. Bip. — Mithridates memoratur pro lege Manilia 2, 4. et passim. — Mithridatis epistola ad regem Arsacem apud Sal. Hist. 4. p. 230. Ed. Gerl. min. — Eius ferocia. Sal. Hist. 1, 12. — Mithridates corpore ingenti, perinde

armatus. Sal. Hist. 3. p. 217. (Ed. Gerl. min.) — Extrema pueritia regnum ingressus matre veneno interfecta. Ibid. — Mithridates auctore Salustio et fratrem et sororem occidit. Schol. Gronov. ad Manil. p. 438 et 439.

Mithridates Pergamenus, unus e Graecis comitibus Caesaris, in Deiotari tetrarchia a Caesare collocatus. Philipp. 2, 37, 94. — Mithridates Pergamenus, Caesaris assecla, cui Trogmorum tetrarchiam, ereptam Deiotaro, dedit. de Divin. 2, 37, 79. — Mithridates Pergamenus, magnae nobilitatis domi scientiaeque in bello et virtutis, fidei dignitatisque in amicitia Caesaris, huic auxilia Pelusium adducit. a. u. c. 706. Bell. Alex. 26. — In proelio vincit Ptolemaeum regem. Ib. 27. — Eum regio genere ortum, disciplinis etiam regiis educatum (nam Mithridates, rex Asiae totius, propter nobilitatem Pergamo parvulum secum absportaverat in castra multosque tenuerat annos) regem Bospori constituit, quod sub imperio Pharnacis fuerat, provinciasque populi Romani a barbaris atque inimicis regibus interposito amicissimo rege munivit. Eidem tetrarchiam Gallograecorum iure gentis et cognationis adiudicavit occupatam et possessam paucis ante annis a Deiotaro. (a. u. c. 706.) Bell. Alex. 78.

Mithridates Phryx Pergamenorum multitudinem non auctoritate, sed sagina tenebat. (circa a. u. c. 690.) pro Flacco 7, 17. — Columen actionis D. Laelii in L. Flaccum. Ibid. 17, 41. Schol. Bob. pro Flacco p. 237. 240.

Mithridaticum bellum magnum atque difficile et in multa varietate terra marique versatum totum ab Archia expressum est. pro Archia 9, 21. — Mithridaticum bellum omne cum mulierculis gestum esse dicebat M. Cato. pro Murena 14, 31. Acad. 2, 1, 1.

Mitylenaeus ad Att. 7, 7, 6. est Theophanes, libertus et amicus Pompeii.

Mitylenaei. Eorum dicrota. ad Att. 5, 11, 4.

Mitylenae (urbs Lesbi) nostrae belli lege ac victoriae iure factae sunt, urbs et natura et situ et descriptione aedificiorum et pulchritudine in primis nobilis; agri iucundi et fertiles. de lege agr. 2, 16, 40. — Mitylenae. Tim. Cap. 1. p. 496. In nummis est *ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ*. v. Eckhel D. N. 2. p. 503. interdum etiam in Codd. Cfr. Interpretes ad Suet. Caes. 2. Vossium ad Melam p. 502. cet.

Mnaseas de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Mnasistratus Leontinus, homo honestissimus atque optimus vir, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 3, 46, 109.

Mnesarchus Stoicus, Panaetii auditor circa a. u. c. 645. de Or. 1, 11, 45. Cfr. Ibid. C. 18, 83. de Finn. 1, 2, 6. — Mnesarchus, Antiochi aequalis, Athenis princeps Stoicorum cum Dardano. Acad. 2, 22, 69. Fragmm. p. 469.

Mnemosyne. E Iove tertio et Mnemosyne procreatae Musae secundae novem. de Nat. D. 3, 21, 54.

Mnestheus tria genera esse vini scribit. Varro Fragm. p. 316. Bip.

M. Modius, eques Romanus, pro testimonio dixit se Verri pecuniam ob ius dicendum dedisse. Verr. Accusat. 2, 48, 119.

Q. Modius Equiculus (al. *Aequiculus*), vir fortissimus. Varro RR. 2, 7, 1.

Moeragenes, latronum dux in Tauro monte. ad Att. 5, 15, 3. — Certe periit. Feci iter per eius possessionem, in qua animal nullum reliquum est. Ib. Lib. 6, 1, 13.

Molo. Vide Apollonius Molonis. — Molo Rhodius ad Att. 2, 1, 9. est Apollonius Molonis.

Molossi, populus Epiri. de Divin. 1, 34, 76., ubi est narratio de regis Molossorum simia legatorum Lacedaemoniorum oraculum a Iove Dodonaeo petentium sortes disturbante.

Moneta dea, *Μνημοσύνη*; diversa a Iunone Moneta. de Nat. D. 3, 18, 47. (Vide etiam Iuno Moneta. de Divin. 1, 45, 101. ad Att. 8, 7, 3. Philipp. 7, 1, 1.)

Mons sacer. Plebeii montem illum trans Anienem, qui hodie Mons Sacer nominatur, in quo armati consederant, aeternae memoriae causa consecrarunt. Cornel. I. Fragmm. 23. p. 451. — A. u. c. 261. plebs Montem Sacrum prius, deinde Aventinum occupavit. de Rep. 2, 33, 58. — Mons Sacer a plebe occupatus. Brut. 14, 54. — Fenoris onere oppressa plebes armata montem Sacrum atque Aventinum insedit. Tum-

que tribunos plebis et alia sibi iura paravit. Sal. Hist. 1, 8.

MONTANUS. Vide L. TULLIUS MONTANUS. (ad Att. 12, 52, 1. Ibid. 14, 16, 4. Ib. 17, 6.)

MOPSUHESTIA, Μόψου (regis Argivorum) ἑστία, oppidum Ciliciae ad fl. Pyramum, hodie *Messis*. ad Fam. 3, 8, 10.

MOPSUS et Amphilochus Argivorum reges fuerunt, sed iidem augures; iique urbes in ora maritima Ciliciae Graecas condiderunt. de Divin. 1, 40, 88. — Mopsus augur. de Nat. D. 2, 3, 7. — Mopsus-vates. de Legg. 2, 13, 33.

MORS dea. de Nat. D. 3, 17, 44.

MOTHO. ad Fam. 16, 18, 2. Manutius malebat *Matho* vel *M. Otho*.

MUCIA, dies festus, quem Asiani in Q. Mucii Scaevolae ICti, qui abstinenter provinciam rexerat, honorem instituerant. — Mithridates in Asia, cum eam provinciam totam occupasset, Muciam non sustulit. Verr. Accusat. 2, 21, 51.

MUCIA, QQ. Metellorum Celeris et Nepotis soror, Cn. Pompeii uxor, qui cum ea divortium fecit. ad Fam. 5, 2, 6. — Divortium Muciae vehementer probatur. ad Att. 1, 12, 3. (Pompeius, devicto Mithridate revertens, cum in Italiam pervenisset, nuntium remisit coniugi suae Muciae, Q. Mucii Scaevolae filiae, quod adulterium cum C. Caesare commisisset, ut Suetonius tradidit Caes. c. 50. MANUT.) — Mucia Tertia, Scaevolae filia. Eam dimissam a Pompeio in matrimonium duxerat M. Aemilius Scaurus. Ascon. in Scaur. p. 19.

MUCIAE ambae, Q. Mucii Scaevolae auguris filiae ex Laelia C. F. — Earum sermo elegans. Brut. 58, 211.

MUCIUS: nomen exempli causa propositum. de Inv. 2, 9, 28.

C. MUCIUS Reginus, eques Ro., Scipionis Metelli familiarissimus, qui praeerat Zetae oppido, captus a Caesare a. u. c. 707. Bell. Afric. 68.

Q. MUCIUS MANCIA in sermonibus efficiebat, ut unus de multis esse videretur. de Off. 1, 30, 109. (Homo alioquin ignotus.)

Q. MUCIUS ORESTINUS, tribunus plebis a. u. c. 690. Ascon. in tog. cand. p. 83. — Intercessit, ne lex ambitus ferretur. Ibid. p. 85.

C. (alii perperam: *Q.*) MUCIUS CORDUS (SCAEVOLA) solus in castra Porsennae venit eumque interficere, proposita sibi morte, conatus est. pro Sestio 21, 48. — C. Mucius Cordus, cum Porsennam vellet occidere, deceptus similitudine habitus purpuratum eius occidit. Schol. Bob. pro Sestio p. 299. — Quae res eum ad necem Porsennae impulit? Parad. 1, 2, 12.

STEMMA MUCIORUM.

1. P. Mucius Scaevola.

2. Q. Mucius P. F. Scaevola, praetor a. u. c. 539.

3. P. Mucius Q. F. P. N. Scaevola cos. a. 579. Triumphat de Liguribus et Gallis.

4. Q. Mucius Q. F. P. N. Scaevola cos. a. 580.

5. P. Licinius Crassus Dives Mucianus, a P. Crassi, qui cum Africano maiore cos. fuit a. 549., filio adoptatus, Pont. max., cos. a. 623., victus in Asia ab Aristonico et captus a custode occiditur a. 624.

6. P. Mucius P. F. Q. N. Scaevola, Pont. max. in locum occisi fratris Muciani cos. 621., quo anno Ti. Gracchus occisus est. Primus ius civile fundavit et hanc scientiam in gentem Muciam intulit.

7. Q. Mucius Q. F. Q. N. Scaevola augur, Crassi oratoris socer, pro praetore Asiae 633. hanc provinciam iustissime administravit. In eius honorem Asiani Mucia celebrant. Cos. 637. Sullae victori (Val. Max. 3, 8, 5.) se opponit 666. Ad eum senem audiendum Cicero adolescentulus a patre deducitur, quo mortuo se ad Q. Pontificem contulit.

8. Q. Mucius P. F. P. N. Scaevola Pont. max. propr. in Asia novem mensibus 655., quam sanctissime administravit; cos. cum L. Crasso oratore 659. Volneratur Fimbria iubente in funere Marii senis 668. Occiditur 671. iussu Marii filii consulis a Damasippo praetore.

9. Q. Mucius Q. F. Q. N. Scaevola trib. pl. 700. augur 705.

P. Mucius P. F. Scaevola, P. Crassi Muciani frater. Brut. 26, 98. — Eius nepos M'. Glabrio. Brut. 68, 239. — Avus M'. Glabrionis. Verr. 1, 17, 52. (ubi cfr. Zumptium). — Eius prudentia ad prospiciendas insidias. Ibid. — P. Mucius Scaevola fuit (quaestor a. u. c. 613.), tribunus plebi a. u. c. 615., quo in tribunatu rogationem tulit ad plebem, vellentne quaeri de L. Tubulo superioris anni praetore, quod quaestionem inter sicarios exercens pecunias ob rem iudicandam accepisset. de Finn. 2, 16, 54. Ibid. 4, 28, 77. — Nunc velim, P. Scaevola, pontifex maximus, quibus consulibus tribunus pl. Equidem puto Caepione et Pompeio (a. u. c. 613.) Praetor enim P. Furio, Sex. Atilio (a. u. c. 618.) ad Att. 12, 5, 3. — P. Mucius mimum, qui L. Accium poëtam in scena nominaverat, iniuriarum condemnavit. ad Herenn. 2, 13, 19. — Fuit consul a. u. c. 621. cum L. Calpurnio Pisone. Verr. Accusat. 4, 49, 108. — Ad Att. 1, 19, 4. — P. Mucius Scaevola „consul languens." Tusc. 4, 23, 51. — P. Mucius Scaevola, frater P. Crassi, inimicus Scipionis Africani minoris. de Rep. 1, 19, 31. — Duos sapientissimos et clarissimos fratres P. Crassum et P. Scaevolam aiunt Ti. Graccho auctores legum fuisse, alterum, ut videmus, palam, alterum (*Scaevolam*), ut suspicantur, obscurius. Acad. 2, 5, 13. — Favebat Ti. Graccho eiusque factioni: iniquus igitur erat in P. Cornelium Scipionem Nasicam Serapionem. Facetum huius Scipionis in eum dictum. De Or. 2, 70, 285. — Arma, quae privatus P. Scipio sumpserat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit. pro Plancio 36, 88. — Scipionis Nasicae factum (interfectionem Ti. Gracchi) statim P. Mucius consul, qui in gerenda re publica putabatur fuisse segnior, gesta, multis senatus consultis non modo defendit, sed etiam ornavit. Pro domo 34, 91. — P. Scaevola pontifex max. circa a. u. c. 631. — Usque ad eum res omnes singulorum annorum mandabat litteris pontifex maximus referebatque in album et proponebat tabulam domi, potestas ut esset populo cognoscendi; ii, qui etiam nunc annales maximi nominantur. de Or. 2, 12, 52. — Et ridens et stomachans multas horas ineptos oratores exspectavit. de Or. 1, 36, 166. Ibid. 37, 170. — Iurisconsultus vere nominandus. Ibid. C. 48, 212. — Pila et duodecim scriptis optime ludebat. Ibid. C. 50, 217. — Eius libri. Ibid. C. 56, 240. — Valde prudenter et acute loqui putabatur. Brut. 28, 108. — P. Rutilii adolescentiam ad opinionem et innocentiae et iuris scientiae P. Mucii commendavit domus. de Off. 2, 13, 47. — Quid de sociorum iure tradiderit. de Legg. 2, 21, 52 et 53. — Eius decretum de eo, qui in navi necatus, deinde in mare proiectus esset. de Legg. 2, 22, 57. — Quomodo definierit *ambitum aedium*. Topic. 4, 24. — Quomodo *gentiles*. Ibid. 6, 29. — Quomodo *postliminium*. Ibid. 8, 37. — Quomodo *aquam pluviam*. Ibid. 9, 38. ad Fam. 7, 22. de Finn. 1, 4, 12. de Nat. D. 3, 2, 5. Cfr. Val. Max. 3, 2, 17. Aurel. Vict. de VV. Ill. C. 64. Hic est is, qui ut Pomponius de Or. Iur. (Dig. 1, 2.) ait primus ius civile constituit, qui primus hanc scientiam in gentem Muciam intulit.

Q. Mucius Scaevola augur uxorem habuit Laeliam C. F., ex qua suscepit filias duas Mucias. Brut. 58, 211. — Q. Scaevola, aetate quaestorius iam a. u. c. 625, gener Laelii, loquens inducitur in libris de re publica. de Rep. 1, 12, 18. — Scaevola, persona librorum de re publica: quomodo in iis et in libris de Oratore inductus sit. ad Att. 4, 16, 3. — Socer fuit L. Crassi oratoris. pro Caecina 24, 69. — Apud Lucilium Athenis irridet T. Albucium propter Graeci sermonis affectationem. de Finn. 1, 3, 9. — Apud Lucilium exagitat Albucii ineptias. Orat. 44, 149. — A T. Albucio repetundarum postulatus, est absolutus. de Or. 2, 70, 281. — A. u. c. 633. praetor Asiam obtinuit. — Salsum ab eo responsum datum L. Septumuleio. de Or. 2, 67, 269. — Praetor Rhodum venit, ibique Apollonium Alabandensem vidit. de Or. 1, 17, 75. — Eo die, quo interfectus est Saturninus (a. u. c. 654.) confectus senectute, praepeditus morbo, mancus et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus, et animi vim et infirmitatem corporis ostendit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. Ibid. 9, 26. — Q. Scaevola augur, bello Marsico, cum esset summa senectute et perdita valetudine, quotidie, simul atque luceret, faciebat omnibus conveniendi sui potestatem; nec enm quisquam illo bello vidit in lecto; senexque et debilis pri-

mus veniebat in curiam. Philipp. 8, 10, 31. — Q. Mucius Scaevola augur, C. Laelii gener, quod pro se opus erat, ipse dicebat, ut de pecuniis repetundis contra T. Albucium. Is oratorum in numero non fuit; iuris civilis intelligentia atque omni prudentiae genere praestitit. Brut. 26, 102. — In iudicio de repetundis enucleate ille quidem et polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud iudicii postulabat. Ibid. 30, 115. — Consul a. u. c. 637. cum Q. Caecilio Metello, disertus et iuris peritissimus. de Or. 1, 7, 24. — Stoicus. Ibid. 1, 11, 45. — Peritissimus iuris idemque percomis est habitus. Brut. 58, 212. — Eius vestibulum quotidie frequentia civium ac summorum hominum splendore frequentabatur. de Or. 1, 45, 200. Philipp. 8, 10, 31. — Q. Scaevola augur, cum de iure praediatorio consuleretur, homo iuris peritissimus consultores suos nonnunquam ad Furium et Cascellium, praediatores, reiiciebat. pro Balbo 20, 45. — In Scaevolarum familia iura civilia diu sine ulla eloquentiae laude versata sunt. de Or. 1, 10, 39. — Ad eum ventitarunt Cicero et Atticus. de Legg. 1, 4, 13. — Ad eum a patre erat deductus Cicero sumpta virili toga fierique studebat eius prudentia doctior. Lael. 1, 1. — Nosti (Lentule) consuetudinem hominum: scis, quam graviter inimici ipsi illi Q. Scaevolae fuerint. ad Fam. 1, 9, 26. de Legg. 1, 1, 2.

Q. Mucius P. F. P. N. Scaevola (Pont. max.) tribunus pl. anno post L. Crassum, a. u. c. 648. Brut. 43, 161. — Censuram nemo unquam Scaevolarum petivit. Ibid. — Eius aedilitas ornatissima. Verr. Accusat. 4, 59, 133. Q. Mucius Scaevola, omnium hominum moderatissimus, cum L. Crasso magnificentissima aedilitate functus est. a. u. c. 651. de Off. 2, 16, 57. — Scaevola solos novem menses Asiae praefuit. ad Att. 5, 17, 5. — Asiam singulariter rexerat, adeo ut dies festus a Graecis in honorem eius constitueretur, qui diceretur Mucia. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 210. — Q. Scaevola de cohorte sua dare iudices non solebat. Verr. Accusat. 2, 13, 34. — Laudatur eius integritas in aestimatione frumenti. Verr. Accusat. 3, 90, 209. — Eius edictum Asiaticum: ex quo multa secutus est Cicero in suo Ciliciensi. ad Att. 6, 1, 15. — Dixit causam P. Rutilii Rufi more suo, nullo apparatu, pure et dilucide. de Or. 1, 53, 229. — Huius quaestor Rutilius Rufus damnatus est, quod cum praetore consenserit suo, ne publicani aliquid agerent in provincia sua. Quo cognito equites Romani (nam tum, ante Sullana tempora, iudicabant:) damnarunt eum. Hic est Mucius, in honorem cuius Asiani diem festum Mucia nominabant. Pseudoascon. in Divin. p. 122. — Scaevolam autem Pont. max., non Augurem fuisse defensorem P. Rutilii Rufi repetundarum rei demonstravit F. R. C. Krebsius in Diario scholastico 1828. II. N. 43., fretus maxime auctoritate Val. Max. 8, 15, 6. — In eum, virum omnibus ingenio, iustitia, integritate praestantem, publicanorum aspere et ferociter et libere dicta. pro Plancio 14, 33. — Q. Mucius, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C Rabirio perd. 7, 21. — Ibid. 9, 26. — Q. Mucius Scaevola consul cum P. Licinio Crasso. a. u. c. 659. Brut. 64, 229. et 96, 328. — Q. Mucius Scaevola Pont. max. et L. Licinius Crassus sapientissimi consules a. u. c. 659. Eorum lex de regendis in sua civitate sociis tangitur de Off. 3, 11; 47. — Q. Mucius Scaevola Pontif. max. et orator et iurisconsultus cum collega L. Crasso in suo consulatu a. u. c. 659. tulit legem (Liciniam Muciam) de rediguudis civibus. Ascon. in Cornel. p. 67. — Legem de civibus redigendis tulit L. Licinius Crassus et Q. Mucius Scaevola, ut redire socii et Latini in civitates suas iuberentur. Schol. Bob. pro Sestio p. 296. — Intercessit senatus consulto de triumpho L. Crassi, collegae. Sed idem provinciam deposuerat, ne sumptui esset aerario. Ascon. in Pison. p. 15. — Q. Scaevola Pont. max. acutissimus et in iure paratissimus. — Iuris peritorum eloquentissimus. Adversus eum dixit L. Crassus in causa M'. Curii. Brut. 39, 145. Ibid. 52, 194. — Irrisus a L. Crasso in causa Curiana. de Or. 1, 57, 243. — Victus a L. Crasso in causa Curiana. pro Caecina 18, 53. Ibid. 24, 67. — Magnanimum eius factum. de Off. 2, 15, 62. — C. Fimbria cum curasset in funere C. Marii (a. u. c. 668.), ut Q. Scaevola volneraretur, vir sanctissimus atque ornatissimus nostrae civitatis, - - diem Scaevolae dixit, posteaquam comperit eum posse vivere. pro Sex. Roscio

12, 33. — Idem fecero (a. u. c. 705. in Pompeii fuga), quod in Cinnae dominatione L. Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius: quoquo modo ea res huic quidem cecidit; qui tamen ita dicere solebat, se id fore videre, quod factum est: sed malle quam armatum ad patriae moenia accedere. Aliter Thrasybulus et fortasse melius. ad Att. 8, 3, 6. — Mucianus exitus. Ib. Lib. 9, 12, 1. — Q. Mucius Scaevola a Mario iuniore occisus. ad Att. 9, 15, 2. — Q. Scaevola Pontif. max. temperantiae prudentiaeque specimen, ante simulacrum Vestae trucidatus. de Nat. D. 3, 32, 80. — Ad hunc mortuo Scaevola augure se contulit Cicero, „unum nostrae civitatis et ingenio et iustitia praestantissimum." Lael. 1, 1. (ubi vide Beierum). — „Cicero iuris civilis studio multum operae dabat a. u. c. 665. Q. Scaevolae P. F., qui quamquam nemini se ad docendum dabat, tamen consulentibus respondendo studiosos audiendi docebat. Brut. 89, 306. (ubi Wetzel leg. proposuit *Q. F.* vide tamen Ellendt ad l. l.) — Crudelis interitus trium oratorum Scaevolae, Carbonis, Antistii a. u. c. 672. Ibid. 90, 311. — Hic: „ex patre (P. Mucio Scaevola cos. a. u. c. 621.) audivi pontificem bonum neminem esse nisi qui ius civile cognosset." de Legg. 2, 19, 47. Ibid. 20, 49. — In iure civili excelluit. de Off. 1, 32, 116. de Or. 1, 37, 170. — Iuris peritorum eloquentissimus, eloquentium iuris peritissimus. de Or. 1, 39, 180. — Summam esse vim dicebat in omnibus iis arbitriis, in quibus adderetur EX FIDE BONA. de Off. 3, 17, 70. — Q. Scaevola, Pontifex maximus, pontificum vocabulum a *posse* et *facere* ducebat. Varro LL. 5, 15. p. 87. — Quid tradiderit de praetore, qui fatus est in die nefasto. Varro LL. 6, 4. p. 211. — Q. Mucius Scaevola *nexum* scribit, quae per aes et libram fiant, ut obligentur, praeter quae mancipio dentur. Varro LL. 7, 5. p. 382. — Quomodo *gentiles* definierit: Boëth. III. p. 330. IV. p. 337. — Scaevolae Pontifices ambo et iidem iuris peritissimi. de Legg. 2, 19, 47. — Significatur Divinat. 17, 57. ubi confer Zumptium. de Nat. D. 1, 41, 115. — De Scaevolis vide Rupertum ad Pompon. de Or. Iur. 3, 7. Ed. Franeq. 1696. p. 389. Ge. d'Arnaud Vitae Scaevolarum cum adnotatt. Heur. Io. Arntzenii. Traiecti ad Rh. 1767. 8.

F. R. C. Kaebsii disquisitio, Q. Mucius Scaevola, P. Rutilii repetundarum rei defensor a. u. c. 662., utrum Augur an Pontifex maximus fuerit. — Cum nuper Ciceronis scripta evolverem, incidi in illud turpissimum iudicium, quo sanctitatis atque integritatis specimen, vir consularis, P. Rutilius damnatus est, rem Orosio quoque (5, 17.) dignam visam, quam in sua descriptione miseriarum orbis terrae referret. Mirandum hercle erat, illis temporibus in hac causa non esse amplius pronuntiatum, sed multo magis mirandum videtur nostris temporibus in controversia de altero Rutilii defensore post Corradi orationem rem non esse ampliatam. Is enim apud Ciceronem (de Or. 1, 53, 229. Brut. 30, 115.) *Q. Mucius* vocatur, quem eundem esse, quocum P. Rutilius in Asia fuit, dubitare non possumus, quia ob res cum Q. Mucio in Asia contra publicanos gestas ab inimicis equitibus accusatus et damnatus est. (Cfr. Dio Cass. Fragmm. Peiresc. 106 et 107. Liv. Epit. 70.) Ab Epitomatore Livii Rutilius vocatur *Q. Mucii proconsulis legatus*, a Diodoro Siculo Fragmm. L. 36. Σκαιουόλα στρατηγοῦ ὁ ἄριστος τῶν φίλων, a Pseudoasconio (Schol. ad Cic. Divin. 17.) *Q. Mucii praetoris quaestor.* Hunc Q. Mucium Rutilii defensorem Corradus in Commentario ad Brutum Ciceronis et Wetzelius in annotatione perpetua ad eundem librum *Augurem* esse putant, quamquam ille non dissimulat secundum Valerium Maximum intelligendum esse *Pontificem maximum.* Ego hanc Valerii sententiam pluribus firmare conabor. Q. Mucium tum, cum in Asia esset, *praetorem* fuisse testes sunt loci supra laudati; nam quod Epitomator Livii eum *proconsulem* vocat neminem offendet, cum saepe praetores cum imperio consulari vel pro consule missi sint, quod non puto mihi exemplis esse demonstrandum. Huius praetoris *legatum* P. Rutilium Rufum arbitror, quia Livii Epitomatoris auctoritas maior est quam eius, qui *quaestorem* eum fuisse scribit. Neque enim persuadere mihi possum, attente ac nulla intermissione eum legisse veri Asconii interpretationem quarundam Ciceronis Orationum, qui hunc Scholiastam Verrinarum, quem volgo Asconium dicunt, ipsum illum praestantissimum interpretem esse Ciceronis existimet. Tanta orationis, ingenii, do-

ctrinae est diversitas. Asconii fides probata, huic interpreti caute tantum credendum est, nisi cum viro ab aliis laudato interdum errare velis. Hanc meam sententiam acutissimi Niebuhrii auctoritas firmat, quem idem sensisse video (Praef. ad Front. p. XXXIV.) — Fuit igitur P. Rutilius *legatus* Q. Mucii *praetoris pro consule.* Sed quis est hic *Q. Mucius?* Duo illo tempore fuerunt hoc nomine, unus *Augur*, qui est *Quinti* filius (cfr. Fasti Capit. ibiq. Sigon. in Opp. omn. Ed. Mediol. p. 26 et 410), alter *Pontifex maximus*, qui est *Publii* filius. (Cfr. Fasti Cap. Ib. p. 27.) Uterque Asiae praefuit, nam apud Cic. de Or. 1, 17. ipse Q. Mucius Augur se praetorem Rhodi fuisse dicit. Q. vero Mucium Pontif. max. Asiae praefuisse legimus apud Cic. ad Att. 6, 1. Ille praetor fuisse videtur a. u. c. 634 aut 635., paullo post C. Gracchi interfectionem, quo tempore recens fuit indigni illius facinoris Septimuleii invidia, eumque significat C. Iulius Caesar Strabo apud Cic. de Or. 2, 67. Post eius consulatum illam, de qua ipse et C. Iulius loquuntur, Asiae praeturam poni non posse demonstrant Lucilii verba apud Cic. de Finn. 1, 3., ubi causam inimicitiarum inter Augurem et T. Albucium refert. Albucius enim adolescens fuit Athenis (cfr. Cic. Brut. 35.), quo cum praetor Q. Mucius venisset, illeque more Romano ad eum salutandi causa accessisset, Mucius, qui hominem linguam Latinam fastidientem ridere vellet, non solum ipse eum Graece salutavit, sed etiam totam cohortem iussit eum Graece salutare. Quo facto tantum sibi odium Albucii excitavit, ut ab eo postea repetundarum accusaretur (cfr. Cic. Brut. 26., ubi iure *pro se* receptum esse praecipue ostendit Cic. de Orat. 2, 70.) Adolescens autem fuit Albucius illo tempore, quo praetorem fuisse Mucium Augurem dixi; nam praetorius repetundarum ex Sardinia damnatus est circa a. u. c. 650. Post exactam igitur eius adolescentiam illa Auguris praetura poni non potest, nedum post eius damnationem, quo tempore ne inimicitias quidem gerere poterant. — Corradus censet Rutilium Pontificis max. legatum vel quaestorem (hunc iam reiecimus) non potuisse fieri *per utriusque aetatem.* Aliter sentio; nam saepe maiores natu minorum legatos fuisse notum est. Unum tantum idque proximum exemplum afferam, M. Aemilium Scaurum, principem senatus, qui cum anno u. c. 639. consul fuisset, anno 643. cum L. Calpurnio Bestia legatus in Africam profectus est. Neque idonea causa defuit Q. Mucio Rutilium sibi legatum a senatu expetendi; amicum et, quo opus erat ad id, quod sibi proposuerat, perficiendum, optimum, sanctissimum, iustissimum sibi expetivit. (Cfr. Diod. Sic. l. l.) — Hic fortasse mihi dicet aliquis: at si Diodorus eos amicos fuisse narrat, veri similius videtur *Augurem* intelligi; nam eum Rutilii amicum fuisse Ciceronis libri de re publica docent, et, cum eius aequalis esset, is potius Rutilii amicus esse potuit quam, qui circiter viginti annis minor fuit, Pontifex max. — Hoc qui dicet, ei ita respondebo: Iure quidem dicis amicos et aequales fuisse Rutilium et Augurem, quamquam omnes, quos equidem novi, viri docti negant aequalitatem, Auguremque fere octo annis minorem Rutilio faciunt, sed errant illi. Neque tamen Pontifici max. minus quam Auguri amicum fuisse Rutilium puto; nam cum minoribus natu amicitias gerere didicit, cum ipse C. Laelio Sapienti circiter viginti quinque annos maiori carus esset, cum eum Scipio Aemilianus, P. Furius Philus, M'. Manilius amarent (cfr. Cic. Lael. 27. De re publ.), cum eius adolescentiam ad opinionem et innocentiae et iurisperitiae commendaret domus P. Mucii (Cic. de Off. 2, 13.), cuius filio Q. Mucio Pontif. max., viro moderatissimo et prudentissimo et sanctissimo (Cic. de Nat. D. 3, 32. de Off. 2, 6. pro Rosc. Am. 12.) nisi amicissimus fuisset is, qui eius patri tantum debebat, non innocentissimus, integerrimus, sanctissimus, fuisset ingratissimus. — Nullam igitur adhuc vidimus esse causam, cur Augurem potius quam Pontificem max. intelligamus. Uterque Asiae praefuit, uterque Rutilio amicus erat. Si, quod illi aetate propior erat Rutilius, illum potius intelligere volumus, hinc artior paternae amicitiae coniunctio satisque iusta causa talis legati expetendi facit, ut in alteram sententiam magis inclinemus. Veri similius autem Pontificem max. significari unum ex iis argumentis, quae pro sua sententia Corradus attulit, nos docere potest. Nam quod dicit defensionis descriptionem magis Auguri convenire quam Pontifici max., id secus se habet: Ra-

tio defensionis ita describitur: *Dixit item causam illam quadam ex parte Q. Mucius more suo nullo apparatu pure et dilucide;* et: *Sed Q. Mucius enucleate ille quidem et polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud iudicii et magnitudo causae postulabat.* De Augure ita Cicero (Brut. 36.): *Mucius Augur quod pro se opus erat, ipse dicebat — is oratorum in numero non fuit.* Causas igitur non recipiebat. Si Rutilii causam defendisset, non puto id Ciceronem eo loco, quo contrarium dicit, praeteriturum fuisse. At Pontifex max. causas studiose recipiebat (cfr. Cic. Brut. 42.); solebat igitur causas agere, quod cum Ciceronis verbis aptissime congruit; nam et ibi est illum Q. Mucium *more suo* fecisse, eum *solitum esse. Dicere* autem, sicut alibi, praesertim in his libris rhetoricis non est loqui, sed orare, verba facere, orationem habere. Itaque quomodo Augurem, qui hoc more suo facere non poterat, cum dicere non soleret, hic potius intelligam quam eum, qui id solebat, non video. — At ipse modus dicendi non cadit in Pontificem max.; is enim fuit eloquentissimus. — Vellem Corradus protulisset, unde hoc probaret; grave id quidem esset argumentum. Sed si forte haec laus ei a quodam scriptore vetere tribuitur, tamen non possum assentiri. Nam qualem ei Cicero tribuit orationem, ea nondum est eloquentia nominanda. Quid enim hoc est, nisi caute loqui, si quem *iuris peritorum eloquentissimum* dicis. Crassus, vir humanissimus, eum etiam *eloquentium iuris peritissimum* dicit (de Or. 1, 39.), quam laudem ipsi Crasso tribuit Cicero (Brut. 39.); sed ille est Crassus, qui facile alteri concedebat, quae soli ipsi propria essent; et quid aliud ei concessit haec dicendo quam, quod praecedit, *orationem limatam atque subtilem?* haec ne ab illo quidem abest, quem quaerimus. — Quod Corradum maxime movisse videtur, est illud *nullo apparatu*, minime conveniens, ut putat, Pontificis max. orationi. Hoc videamus. — De Pontifice max. Cicero in Bruto loquitur, praecipue Cap. 39. et Cap. 52., quamquam ibi tantum causam attingit, quae ad ius civile pertinet, in quo Pontifex max. erat paratissimus. In hac causa eum *cum perite et scienter, tum ita breviter et presse et satis ornate et pereleganter de iure civili dixisse narrat, ut neminem in populo fuisse credat, qui quidquam politius aut elegantius aut omnino melius aut exspectaret aut posse fieri putaret. At vero intelligens et doctus, audiens Scaevolam, sentiebat esse quoddam uberius dicendi genus et ornatius.* Hoc deerat Pontifici max., *qui quidem cum peracutus esset, tum verbis erat ad rem cum summa brevitate mirabiliter aptus. At in augendo, in ornando, in refellendo magis existimator est metuendus quam admirandus orator quamvis mirabilis in hoc interpretandi explanandique et disserendi genere.* Quodsi in illa causa, ad quam paratissimus venit Pontif. max., intelligens et doctus uberius quoddam atque ornatius dicendi genus desideravit, quid censebimus doctissimum oratorem M. Antonium in ea causa desiderasse, in qua nullus iuri civili locus erat, quae non disserentem et interpretantem et explanantem oratorem, *sed eam vim orationis postulabat, quae, quamvis illi fuissent Gracchani iudices publicanique accusatores, tamen omnem eorum importunitatem ex intimis sensibus evellisset?* Nonne putamus ei visum esse Scaevolam nullo apparatu dicere? Nam qui orationis ornatus causae privatae sufficit, is nullus est in causa capitis neque apparatus dici potest; qui qualis esse debeat in tali causa optime demonstrat ipse Antonius apud Ciceronem 2, 43, 55. Descriptio igitur orationis non impedit, quo minus Pontificem max. intelligamus, immo eius modo dicendi maxime convenit. — Sed quaeret fortasse aliquis: Cur vero eum potius quam Augurem significatum esse vis? nam quod dixisti Augurem non esse solitum dicere, id quidem concedo, si de orationibus in foro, apud tribunalia habendis loqueris, sed in senatu certe saepe dixit. Quid igitur, si huc illud more suo referatur? — Ne id quidem fieri potest. Orationis enim descriptio non cadit in Augurem. Unum illud deprehenditur, quod nullum apparatum attulit orator, cetera laudantur. In Auguris oratione nihil erat laudabile, nisi forte suavitas vocis et purus, id est, Latinus sermo. Ut omittam, quod Antonius (Cic. de Or. 1, 55.) eius *artem indotatam atque incomptam* vocat (nam id fortasse plerisque rem non satis videbitur demonstrare); idem (Ibid. 49.) plane loquitur: *per mihi mirum visum est, Scaevola* (Augurem dicit), *te hoc illi conce-*

dere, cum saepissime tibi senatus breviter, impolitеque dicenti maximis sit de rebus assensus. Impolite igitur dicebat Augur, verum is, qui Rutilium defendit, *polite.* Numquid amplius quaerendum est, ut Pontifici max. illam defensionem vindicemus, nisi hoc negligere volumus? — Sed restant, quae nos cogunt, ut eum intelligamus. Valerii Maximi auctoritatem, de qua Corradus dubitavit, quia saepe nomina et homines confundit, primam non induco: verum si aliunde firmata erit nostra sententia, ea quoque veritatem augere poterit, cum quod verum esse viderimus, idem in aliquo scriptore antiquiore invenisse eum necesse sit, unde in suum librum transferret. Eum Q. Mucium, qui Rutilium defendit, multa pro Asiaticis hominibus contra publicanos fecisse ideoque in eius honorem Mucia instituta esse constat (cfr. Diod. Sic. Fragm. Lib. 36. Pseudoascon. Verr. 2, 10. Divin. 17.), is autem fuit *Q. Mucius Q. F. Scaevola Pontifex max.;* nam ex huius edicto Asiatico se multa sumpsisse Cicero praetor Ciliciae scribit Attico (Lib. 6, 1.), quibus publicanorum libido, tectius quidem quam Bibuli edicto, verum coërceatur tamen; cumque dicat in iis etiam illud esse, *in quo sibi censeant Graeci libertatem datam, ut Graeci inter se disceptent suis legibus*, neminem credo negaturum veri simillimum esse id ipsum etiam illis hominibus Asiaticis antea maxime in causa fuisse, ut in Scaevolae honorem Mucia celebrarent. Huc accedit *tempus* illius praeturae; nam in Diodori Fragmentis narratio huius rei sequitur narrationem de Q. Metelli Numidici revocatione, qui ordo rerum demonstrat ante a. u. c. 655. hanc legationem Rutilii poni non posse. — Quomodo autem fieri potest, ut hoc anno, ne dicam postèriore aliquo, praetor fuerit Augur? Unde hanc alteram praeturam Asiaticam ei collatam esse putemus? nam illa superior negari non potest. Cum Ciceronis praetura Ciliciae ea comparari nequit; illa enim fuit ex senatus consulto, quo cautum est, ne quis consularis, praetoriusve intra quinquennium in provinciam iret, qua de causa iis consularibus et praetoriis, qui, sicuti Cicero, nondum in provincias iverant, tum iam non licebat provinciam recusare. Quis tale senatus consultum ex illo tempore proferre potest? aut si quis potest, quid id ad Augurem, qui iam antea praetor Asiae fuerat? Verum, si illam alteram Asiae praeturam urgere nolumus, quae tandem fuit causa, cur senatus eum, qui octodecim annis ante consul fuerat, qui iam superiore anno *confectus senectute, praepeditus morbo, mancus et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus et animi vim et infirmitatem corporis* in persequendo Saturnino *ostendit* (pro Rabir. perd. 7.) pro consule in Asiam mitteret, dicam, an ablegaret, ne Romae moreretur? bellumne? at quod? aut quis unquam Q. Mucium Augurem bellica laude praestitisse narravit? cur non C. Marium miserunt, qui id quam maxime cupiebat? (Cfr. Plut. Mar. 31.) Si bellum neque gessisse neque sedasse Augurem, aut eum, qui praefuit Asiae, usquam traditum est, neque credibile est, id Auguri mandaturum fuisse senatum, quid tandem eum movit, ut hunc virum mitteret? — Socii, opinor, querebantur de iniquitate publicanorum. — Ut omittam, afferendum esse aliquod argumentum, unde haec misericordia senatus erga socios, equitibus iudicantibus, neque C. Graccho eorum licentiam coërcente, nobis probetur; illud quaero, cur hunc debilem senem potius quam unum ex praetoribus anni superioris, quorum haec provincia erat, miserint? Si in his neminem esse viderunt, qui non dignus repetundarum accusatione rediturus esset, quod probari posse non credo, cur non alium virum consularem vel praetorium miserunt, minus aetate confectum? Nulline erant pares integritate atque iustitia? Id quidem nego. Plures tum erant omni virtutis laude non inferiores Augure. M. Antonium non numero, si eodem tempore consul fuit; sin antea, numerandus est; C. Flavius Fimbria tum erat virtute animi et vita laudabilis; ne eum quidem numeremus, quia nescimus, qua valetudine tum fuerit senex, fere aequalis Auguri; erant ipse Rutilius, cuius firmitatem novimus, cum legatus proficisci potuerit multosque annos postea vixerit; Q. Lutatius Catulus, specimen integritatis et omnium virtutum, quo nemo praestantior fuit; L. Valerius Flaccus, superiore anno consul, post censor et princeps senatus, Q. Caecilius Metellus Nepos, T. Didius, nisi eodem anno consules fuerunt, P. Licinius Crassus.

Neminem ex his senatum eligere maluisse credamus quam Q. Mucium Augurem vita privare, cuius prudentia in sententia dicenda ut senatui quam diutissime servaretur, maxime eis erat optandum. Quid si veri simillimum est fuisse tum praetores anni superioris quacunque provincia dignissimos? quid si in his Q. Mucium Pontificem max.? Nam apud Ciceronem (pro Rabir. 7.) legimus ad persequendum Saturninum *accurrisse omnes praetores, cunctam nobilitatem ac iuventutem, Cn. et L. Domitios, L. Crassum, Q. Mucium, C. Claudium, M. Drusum, omnes Octavios, Metellos* cet. Nonne maxime esset mirandum, si eorum, quos singulos nominat Cicero, nemo tum praetor fuisset? Equidem, quantum doctissimi Pighii Annalium usu destitutus definire possum, ita de eis, quorum nomina hic invenimus, statuendum esse censeo: Cn. Domitium, qui a. u. c. 651. tribunus plebis fuit, qui, si Epitomatori Livii credimus, a. u. c. 652. Pontifex max. factus est, omissa aedilitate praeturam petisse factumque esse praetorem in a. u. c. 654. arbitror, L. vero Crassum et Q. Mucium, quos una praetores fuisse scimus, et L. Domitium aut eodem anno praeturam gessisse, aut, quo tempore accurrerunt, designatos fuisse praetores, quos saepe nude praetores vocant. Quod secundum hanc digestionem ne unus quidem ex his nobilissimis viris suo anno consul factus est, id neminem offendere debet, cum sex sint quotannis praetores, duo tantum consules. Neque in L. Crasso et Q. Mucio, quovis modo computemus, efficere possumus, ut praeturam et consulatum suis annis adepti esse videantur, cum inter tribunatum et consulatum illius duodecim, huius undecim anni intercedant, neque statuere possimus aedilitatem, quam simul gesserunt, ditissimos nobilissimosque homines non esse nactos in annum tertium post Mucii tribunatum. — Nihil igitur obstare videtur, quo minus Ciceronis verba ita, ut feci, interpretemur, quo facto, praetura Asiatica Pontificis max. aptissime congruit cum rerum ordine in Diodori Fragmentis, sive eam in a. u. c. 655. reiiciamus sive anno 656. eam adscribendam esse putemus, sub quo diligentissimus antiquae historiae perscrutator Freinshemius Diodori narrationem rettulit, incertum relinquens ad quem annum pertineat. — Nunc Valerii Maximi testimonium, quoniam sententia nostra satis firmata est, accedat, qui (8, 15, 6.) eum Q. Mucium, qui tam sancte Asiae praefuerit, plane *collegam L. Crassi in consulatu esse*, dicit. Quod testimonium, cum id affirmet, quod omnibus argumentis perpensis verum esse apparet, non solum ipsum verum esse, sed etiam, si qua dubitatio relicta est, eam omnem adimere necesse est. Vide Rutilius.

Q. Mucius Q. F. Q. N. Scaevola (N. 9.) unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in Asia provincia (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 4, 13. — Q. Mucius Scaevola, tribunus pl. a. u. c. 700. Obnuntiationes ab eo interpositae M. Scauro consulatum petenti. ad Att. 4, 16, 7. — Obviam it Pomptino triumphare volenti. Ibid. §. 12. — Ἄρη πνέων (in prohibendo triumpho C. Pomptini). ad Q. Fr. 3, 4, 6. — Scaevola pro (pupillo) Glabrione fenus et impendium recusavit. ad Att. 6, 1, 4. — Scaevola, legatus, ut videtur, Appii Claudii Pulchri (a. u. c. 703.) ad Fam. 3, 5, 5. — Augur a. u. c. 705. ad Att. 9, 9, 3. ad Fam. 4, 9, 1.

Mucionis Porta. Varro Fr. p. 241. Bip.

Mulciber. Tuscul. 2, 10, 23. Vide Volcanus.

Mulucha flumen Iugurthae Bocchique regnum disiungebat. Sal. Iug. 92.

Mulviana controversia. ad Att. 2, 15, 4.

Mulvius pons, qui Tiberim iungit prope Romam, Etruriam versus, hodie *ponte Molle*. ad Att. 13, 33, 4. in Catil. 3, 2, 5. — *Mulvius* recta est scriptura, non *Milvius*. Cortius ad Sal. Catil. 45. p. 268.

L. et Sp. Mummii fratres, quorum exstant amborum orationes, fuerunt oratorum numero mediocrium: simplex quidem L. et antiquus; Sp. autem nihilo ille quidem ornatior, sed tamen adstrictior; fuit enim doctus ex disciplina Stoicorum. Brut. 25, 94.

Mummius, Atellanarum scriptor, memoratur a Charisio p. 118. P. et Prisciano 10, 9. p. 514. Krehl. — Mummius, qui post Novium et Pomponium diu iacentem Atellanam suscitavit. Macrob. Sat. 1, 10. (ubi de Meursii coni. ex Gellio 19, 9. hausta, edunt

Memmius, ut sit C. Memmius Gemellus.) Sed haec correctio vix probabilis, cum propter consensum Charisii et Prisciani, tum quia Memmio non Atellanae, sed lyrica carmina a Gellio, a Servio poëma de triumpho Luculli tribuuntur et Nonius p. 194. Merc. exhibet duos dimidios hexametros. Nec vero de Sp. Mummio, qui floruit circa a. u. c. 608., cogitari potest, cum Atellanarum scriptor a Macrobio post Pomponium, qui vixit a. u. c. 664., ponatur.

L. Mummius, falsa lectio pro; L. Ninnius. Pro domo 48, 125.

L. Mummius Achaicus. Mi, sicunde potes, erues, qui decem legati Mummio fuerint; Polybius non nominat. Ego memini Albinum consularem et Sp. Mummium. Videor audisse ex Hortensio, Tuditanum. Sed in Libonis annali XIV. annis post praetor est factus Tuditanus quam consul Mummius: non sane quadrat. ad Att. 13, 30, 3. Ib. 32, 3. Ib. 33, 3. Ib. Ep. 4, 1. Ep. 5, 1. Ib. Ep. 6, 4. — L. Mummius Corinthum sustulit urbesque Achaiae Boeotiaeque multas sub imperium populi Romani dicionemque subiunxit. Verr. Accusat. 1, 21, 55. — Ager optimus et fructuosissimus Corinthius L. Mummii imperio ac felicitate ad vectigalia populi Ro. adiunctus est. de lege agr. 1, 2, 5. — Eius triumphus de Corinthiis. pro Murena 14, 31. — Censor a. u. c. 612. cum Africano minore (Brut. 22, 85. ad Att. 16, 13. c. 2.) Ti. Claudium Asellum, quem hic aerarium fecerat, ignominia levavit. de Or. 2, 66, 268. — L. Mummius, Corintho funditus sublata, Italiam ornare quam domum suam maluit. de Off. 2, 22, 76. — Verrem esse, qui cum L. Mummio certet? ut plures hic sociorum urbes quam ille hostium spoliasse videatur, plures hic villas ornamentis fanorum quam ille fana spoliis hostium ornasse. Verr. Accusat. 3, 4, 9. — L. Mummius ornamentis (statuarum cet.) Urbem Italiamque omnem refersit. Orat. 70, 232. — L. Mummius ornamentis statuarum Urbem Italiamque omnem refersit. Cornel. II. Fragmm. 8. p. 453. — L. Mummius, cum Thespiadas (Musas), quae ad aedem Felicitatis sunt, ceteraque profana signa, ex Thespiis tolleret, Praxitelis marmoreum Cupidinem, quod erat consecratus, non attigit. Verr. Accusat. 4, 2, 4. — Eius continentia. Parad. 5, 2, 38. — Cfr. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 173. — Homo fuit popularis et mitis. Cfr. Dion. Cass. Exc. Peiresc. T. I. p. 17. Sturz.

M. Mummius praetor a. u. c. 684. Verr. Accusat. 3, 53, 123.

P. Mummius, „cuiusvis temporis homo." de Or. 2, 67, 71.; ubi Lambinus legit *Sp. Mummium*, ut sit L. Mummii Achaici frater.

Sp. Mummius, frater L. Mummii Achaici. Mos eius aversus a ratione populari. de Rep. 3, 35, 47. — Odio rhetorum imbutus. Ibid. 5, 9, 11. — Sp. Mummius, amicus P. Scipionis Africani minoris. Lael. 19, 69. Ibid. 27, 101. — Legatus fratris. ad Att. 13, 30, 3. — Sp. Mummius loquens inducitur in libris de re publica. Eum in primis diligebat Africanus minor. de Rep. 1, 12, 18. — Sp. Mummium putaram in decem legatis (L. Mummii in bellum Achaicum proficiscentis) fuisse. Εὔλογον fratri fuisse. Fuit enim ad Corinthum. ad Att. 13, 5, 1. — Eius epistolae versiculis facetis ad familiares missae a Corintho. Ib. Ep. 6, 4. (Memorabilis locus de epistolis poëticis, qualescunque fuerunt, a Latinis diu ante Horatium compositis.) — Mummius, Atellanarum scriptor, memoratur a Charisio p. 118. P. et Prisciano 10, 9. p. 514. Krehl. Apud Macrob. 1, 10. quidem pro *Mummio* est *Memmius* nomen scriptoris Atellanarum. Ib. Ep. 30, 3. Vide Mummius.

Sp. Mummius, nepos, ut videtur, Sp. Mummii, fratris L. Mummii (Achaici). Saepe hic Spurius, qui nuper est mortuus (ante a. 709.), epistolas mihi pronuntiabat versiculis facetis (a Spurio illo avo suo) ad familiares missas a Corintho. ad Att. 13, 6, 4.

Munatius, homo perditus, sodalis Catilinae. in Catil. 2, 2, 4.

Munatius Philipp. 13, 2, 2. est T. Munatius Plancus Bursa.

C. Munatius, homo ignotus, nisi error est in praenomine, ut sit vel *Cn.* vel *L.* Ad eum est Ep. 60. Lib. 13. ad Fam. commendaticia.

Munatius Flaccus, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum, praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 52.

Cn. (Munatius) Plancus (idem qui pro Cluentio 51, 140. in volgata lect.

dicebatur *L. Plancius*). Pro eo contra M. Brutum dixit L. Crassus. de Or. 2, 54, 220. — Cn. Plancus accusante M. Bruto defensus a L. Crasso. pro Cluentio 51, 140. — Apud Quintil. 6, 3, 44. item editur *Cn. Planci*, etsi Cod. Turic. atque Edd. vett. habent *C. Planci*. In Cluentiana Klotz nunc ascivit praenomen *Cn*. Utrum vero gentis *Munatiae* hic quoque fuerit, ignoro; attamen veri simile est. — (*Plancus* et *Plancius* permutari docebunt Var. Lectt. Graev. ad Philipp. 6, 4. Ern.)

Cn. Munatius Plancus, Lucii frater, praetor designatus a. u. c. 710. — Ciceronis ad eum epistolae, de Attici causa Buthrotia. ad Att. 16, 16 A. B. E. — Eius amicus Capito. Ib. Ep. 16 C., 12. — (Ad hunc scriptas putat Pighius ad a. u. c. 710. (711.), quo Cn. Plancus praetor fuit, duas epistolas, quae sunt ad Att. 16, 16., quod inscribantur *Praetori designato*. Recte. Nam L. Plancus iam vivo Caesare designatus consul erat. Hae autem epistolae scriptae sunt post mortem Caesaris, ut ex ipsis intelligitur. Sed in volgatis inscribuntur *L. Planco*. Ern.) — Cn. Munatius Plancus, praetor a. u. c. 711. — Vir optimus: ad Fam. 10, 6, 1. — Eo adiutore et interprete cum Lepido utebatur L. Plancus. Ibid. 11, 3. — Eius sollertia et industria post gravem aegrotationem a fratre laudatur. Ibid. 17, 2. Ibid. 21, 7.

L. Munatius Plancus, Caesaris legatus in Gallia a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 24. — Plancus quidem tuus Ravennae est (a. u. c. 703.) et magno congiario donatus a Caesare nec beatus nec bene instructus est. Caelius ad Fam. 8, 1, 4. — Eius res gestae ad Ilerdam a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 40. — Eius litterae ad C. Considium Pompeianum, qui Adrumeto praeerat, Caesaris nomine scriptae ab illo non recipiuntur a. u. c. 707. Bell. Afric. 4. — Epistola prima ad eum missa a. u. c. 708. ad Fam. 13, 29. Mentione in ea facta paternae necessitudinis ei C. Ateium Capitonem commendat. — Referuntur huc Planci et Ciceronis Epistolae mutuae ad Fam. 10, 1—24. — Plancus una cum Lepido senatus consulto in Italiam arcessitus. ad Fam. 10, 33, 1. — Plancum spero pulso Antonio rei publicae non defuturum. D. Brutus ad Fam. 11, 9, 2. Cfr. Ibid. 11, 1. Ibid. 13, 4. Ibid. 14, 3. — Eius coniunctio concordiaque (simulata) cum collega D. Bruto S. P. Q. R. gratissima accidit. Ibid. 15, 1. — Spem omnem in D. Bruto et Planco habemus. ad Fam. 12, 8, 1. — L. Munatius Plancus imperator. Philipp. 3, 15, 38. — Eius memorabilis ac divina virtus lucem affert rei publicae. Philipp. 13, 19, 45. — L. Plancus praedes M. Antonii venditurus erat. Philipp. 2, 31, 78. Fragmm. p. 463. — Sunt exercitus boni, sed rudes, D. Bruti et Planci. Pseudocic. ad Brut. 1, 10. — Brutum praeclare cum Planco coniunctum habemus. Ibid. Ep. 4. Cfr. Pseudocic. ad Brut. 2, 2. — De L. Munatio Planco cfr. Schöpflini Alsat. illustr. V. 2, 1, 54. Ruhnk. ad Vellei. 2, 63. Visconti *Iconographie Romaine* T. 1. p. 153. Eius nummum cum inscriptt. M. Anton. imp. aug.(ur) iii.vir. R. P. C. L. Plancus. imp. iter. non ut ratus est Eckhel D. N. 6. p. 45. pertinere ad a. u. c. 714., sed ad victoriam de Armenis a. u. c. 720. docuit Borghesius *Giorn. Arcad.* Vol. 25. p. 359. seqq.

T. Munatius Plancus, diversus utique a T. Munatio Planco Bursa, cognatus L. Munatii Planci. ad Fam. 10, 12, 2. — T. Munatii prudentiam et fidem magis etiam perspexi in eius incredibili erga te (L. Plance) benevolentia et diligentia. Ibid. §. 5.

T. Munatius Plancus Bursa, Cn. et L. Plancorum frater. ad Fam. 9, 10, 2. ubi eius ignorantia litterarum ridetur. — Eius contiones querulae et invidiosae. Schol. Bob. pro Milone p. 280. — T. Munatius Plancus, tribunus pl. a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 32. 33. 38. 40. It. p. 43. Fragmentum ex eius oratione. Ib. p. 45. — De Bursa (damnato de vi lege Pompeia, quia post caedem P. Clodii, cum tribunus ipse esset, curiam incendit, et in exilium acto a. u. c. 702.) te (M. Mari) gaudere certo scio: sed nimis verecunde mihi gratularis. Putas enim, ut scribis, propter hominis sordes minus me magnam illam laetitiam putare. Credas mihi velim magis me iudicio hoc quam morte inimici (Clodii) laetatum — in primisque me delectavit tantum studium bonorum in me exstitisse contra incredibilem contentionem clarissimi et potentissimi viri (Pompeii). Postremo oderam multo peius hunc quam illum ipsum Clodium. Illum enim oppugnaram, hunc defenderam cet. ad

Fam. 7, 2, 2. — „Equidem sic iam obdurui (a. u. c. 709.), ut ludis Caesaris nostri animo aequissimo viderem T. Plancum, audirem Laberii et Publii (Syri) poëmata." ad Fam. 12, 18, 2. (Rediit Romam restitutus a Caesare.) ad Att. 6, 1, 10. ad Att. 12, 62, 1. — Plancus Bursa, agripeta, concisus a Buthrotiis. ad Att. 15, 29, 3. Ib. Lib. 16, 1, 2. Ib. Ep. 4, 3. — Bursa, omnibus sententiis, maximo populi Ro. plausu condemnatus, assecla M. Antonii. Philipp. 6, 4, 10. Philipp. 10, 10, 22. — Eum Aquila Pollentia expulit, et quidem crure fracto. Philipp. 11, 6, 14. Philipp. 12, 8, 20. — Si senatum dilexisset, nunquam curiam incendisset. Quo scelere damnatus, in eam urbem rediit armis, e qua excesserat legibus cet. Philipp. 13, 12, 27. — Errores, quibus in prioribus Cic. Edd. eius praenomen obnoxium erat, in mea iam correcti sunt.

Munda, oppidum Hispaniae Tarraconensis. Proelium ad Mundam inter Caesarem et Cn. Pompeium filium commissum a. u. c. 709. Bell. Hispan. 27. seqq.

Mundus (Romae) patet cet. Varro Fr. p. 372.

Mundus, homo ignotus. ad Att. 15, 26, 5. Ib. 29, 1.

Cn. Municius accusator C. Manilii, tribunicii. Schol. Bob. pro Milone p. 284.

Murcia; ad Murcim, al. Murciam. Varro LL. 5, 32. p. 154.

L. Murcus. Vide L. Statius Murcus.

Murgentini in Sicilia, incolae Murgentii vel Morgentii, supra ostium Simaethi, prope mare. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Murgentinus ager. Verr. Accusat. 3, 18, 47.

Murrius, Varronis amicus. Varro RR. 2, 1, 1. Ibid. 2, 3, 11.

Musae. His diis (*sic*) Helicona atque Olympon attribuerunt homines. Varro RR. 3, 16, 7. — Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda, Thelxinoë, Aoede, Arche, Melete: secundae Iove tertio et Mnemosyne procreatae novem: tertiae Piero natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poëtae appellare, iisdem nominibus, eodem numero, quo proxime superiores. de Nat. D. 3, 21, 54. — Musae tres auctore Varrone. Varro Fr. p. 359. Bip. Cfr. Nymphae. — Musae Olympiades, Libethrides, Pimpleides, Thespiades, Heliconides. Varro LL. 7, 2. p. 306. — *Musarum scopuli* apud Ennium. Brut. 18, 71. — Martis manubias Musis consecravit M. Fulvius Nobilior. pro Archia 11, 27. — Musarum primordia ab Iove. Arat. v. 1. — Agrestioribus Musis forenses causas reliquerunt philosophi. Orat. 3, 13. de Divin. 2, 59, 123. Vide etiam Gratiae.

Musaeus. Eius fabellas allegorice interpretatus est Chrysippus in secundo libro de natura deorum. de Nat. 1, 15, 41. Tuscul. 1, 41, 98.

Musca (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 40, 1.; fortasse Attici libertus vel procurator. Ern.

Musea in villis. Varro RR. 3, 5, 9. ibique Schneider p. 508.

Mustela, coheres Crispi. ad Att. 12, 5, 2. — Mustela, homo valde idoneus meique sane studiosus. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 44, 2. Ib. 47, 1. ad Att. 13, 3, 1.

Mustela Tamisius Anagninus, sicarius. Philipp. 2, 4, 8. — Gladiorum princeps. Ibid. 41, 106. Ibid. 5, 6, 18. — Anagnini sunt Mustela ταξιάρχης et Luco, qui plurimum bibit. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 11, 3. Philipp. 8, 9, 26. Ib. 12, 6, 14. Ib. 13, 2, 3.

C. Mustius, eques Ro., publicanus, homo cum primis honestus, vitricus pupilli Iunii. (a. u. c. 680.) Verr. Accusat. 1, 51, 135. Ibid. 52, 137. — Causam Mustius pecuniariam habuit Tullio defendente, cuius oratio non est edita. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 195.

Muthul, Numidiae flumen. Sal. Iug. 48.

Mute, Siciliae oppidum. — Mutini, quod in Sicilia cum equitatu suo transierat ad Romanos, civitas Romae data aedesque et pecunia ex aerario. Ascon. in Pison. p. 13. Livius 26, 40. et 27, 5. — Mutinis in Sicilia civitas Romana data. Varro Fr. p. 247. Bip.

Mutina oppidum Galliae Cispadanae, hodie *Modena*. — Firmissima et splendidissima populi Romani colonia, circumsessa ab Antonio. Philipp. 5, 9, 24. Philipp. 6, 2, 4. seqq. Philipp. 7, 5, 15. Philipp. 8, 2, 5. — Proelium

ibi factum. ad Fam. 10, 33, 1. et 4. — Mutinense proelium (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 14, 1. — Narratur a Ser. Sulpicio Galba. Ibid. Ep. 30. — Mutina obsidione liberata (a. u. c. 711.) Plancus ad Fam. 10, 11, 2. Ibid. 33, 4.

Q. Muto, homo vilis. Fundan. Fragment. 1. p. 445. — Sigonius volebat: *Q. Mathone*, sed videtur idem cum sequente:

Q. Mutto (s. *Muto*) homo sordidissimus, accusatus a L. Laelio. pro Scauro 2, 23. Si fides glossae cod. Taurinensis, fuit *Q. Titius Mutto.*

Mutycensis ager: Μοτύκα, Mutyce inter Camarinam et Syracusas, oppidum distinguendum a Μοτύη (Mutyensi agro) prope Lilybaeum. Verr. Accusat. 3, 43, 101. Ibid. 51, 120.

Mycenenses a Mycenis in Argolide. de Finn. 2, 6, 18.

Mylasa, orum, Cariae urbs. Philipp. 5, 7, 20. Philipp. 6, 5, 13.

Mylasis (Μυλασεῖς) s. Mylasenses s. Mylasii, incolae Mylasorum, urbis Cariae. ad Fam. 13, 56, 1.

Mynda cum Magnesia et Lampsaco ab Artaxerxe Themistocli addicta. Schol. Bob. pro Sestio p. 312. (Myuntem dicit Aemilius Probus.)

Myndenses falsa lectio pro Midaenses ad Fam. 3, 8, 3.

Myndus, Cariae urbs. Verr. Accus. 1, 34, 86.

Myrmecides, sculptor Milesius vel Atheniensis, minutorum opusculorum fabricator. Acad. 2, 38, 120. — Eius obscura opera ex ebore. Varro LL. 7, 1. p. 282. — Eius opera minuta. Varro LL. 9, 61. p. 536. Cfr. Aelian. V. H. 1, 17.

Myro, statuarius, sculptor et argenti caelator celeberrimus, floruit Olymp. 87. — Myro, Polycletus, Lysippus — omnes inter se dissimiles fuerunt; sed ita tamen, ut neminem sui velis esse dissimilem. de Or. 3, 7, 26. — Myro in capitibus effingendis excellebat. Her. 4, 6, 9. — Eius signa nondum satis ad veritatem adducta; iam tamen quae non dubites pulchra dicere. Brut. 18, 70. cfr. Ibid. 19, 75. — Agrigenti in Aesculapii fano erat signum Apollinis, cuius in femore litteris minutis argenteis nomen Myronis inscriptum. Verr. Accusat. 4, 43, 93. — Eius Hercules egregie factus ex aere. Verr. Accusat. 4, 3, 5. — Bucula. Ib. 60, 135.

Myrtilus, Mercurii filius, Oenomai auriga, quem Pelops in mare iecit. de Nat. D. 3, 38, 90.

Myrtilus, servus vel libertus corruptus (ut videtur, a M. Antonio in D. Brutum) poenas pependit. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 13, 6. — De Myrtilo dilucide. Itane in D. Brutum? Dii istis! Ib. Lib. 16, 11, 5.

Mysi populi Asiae minoris ad mare Aegaeum et Hellespontum. — Quid in Graeco sermone tam tritum atque celebratum est, quam, si quis despicatui ducitur, ut Mysorum ultimus esse dicatur? pro Flacco 27, 65. — Mysi contemptim appellantur etiam pro Flacco 2, 3. Ibid. 40, 100. — Mysus aut Phryx quonam modo audiretur Athenis? Orat. 8, 27.

Mysia et Phrygia legi agrariae parebunt. de lege agr. 1. initio. — Orat. 8, 24. Vide Caria.

Mysteria sive Initia. de Legg. 2, 14, 36. Vide Athenae. — Mysteria sua Graeci taciturnitate parietibusque clauserunt. Varro Fragmm. p. 229. Bip.

Nabdalsa, Numida nobilis, magnis opibus clarus a Bomilcare in consilium prodendi Iugurthae adscitus, necessitate coactus regi totam rem aperit; interficitur Bomilcar. Sal. Iug. 70—72.

Naenia dea, quae in funeribus senum cantatur. Varro Fr. p. 233. Bip.

Naevia Porta. Varro LL. 5, 34. p. 163.

Naeviani et Liviani modi solebant quondam compleri severitate iucunda. de Legg. 2, 15, 39.

Cn. Naevius poëta tragicus, comicus et epicus (Bellum Punicum primum), qui floruit circa a. u. c. 519., quo anno fabulas apud populum dedit. Gell. 17, 21. Eo maior natu Livius Andronicus. Tuscul. 1, 1, 3. — Naevius stipendia fecit bello Punico primo. Varro Fr. p. 259. Bip. — Mortuus est M. Cethego et P. Tuditano cos. Ibid. — Naevius M. Cornelio Cethego et P. Sempronio Tuditano coss. a. u. c. 550., ut in veteribus commentariis scriptum est, mortuus est: quamquam Varro putat in hoc erratum vitamque Naevii producit longius. Brut. 15, 60. — Naevius et Plautus multas fabulas docuerant ante a. u. c. 557. Brut. 18, 73. — Dictum facete et con-

tumeliose in Metellos antiquum Naevii est: *Fato Metelli Romae fiunt consules:* cui tunc Metellus consul iratus versu responderat senario hypercatalecto, qui et Saturnius dicitur: *Dabunt malum Metelli Naevio poëtae.* Pseudoascon. in Act. I. Verr. 10, 29. p. 140. Cfr. Zumpt. ad Verr. p. 72. — In loco de Rep. 4, 10, 11. ab Augustino servato Cicero comparat inter se Atticorum comoediam priscam et Romanam, nominato etiam Naevio. — Laeliam sic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire. de Or. 3, 12, 44. — Naevii frequentes hiatus. Orat. 45, 152. — Naevii, quem in vatibus et Faunis annumerat Ennius, bellum Punicum (primum) quasi Myronis opus, delectat. Brut. 19, 75. — Quam gaudebat bello suo Punico Naevius! Cato 14, 50. — Placet Hector ille mihi Naevianus, qui non tantum „laudari" se laetatur, sed addit etiam „a laudato viro." ad Fam. 5, 12, 7. — Eius Hector. ad Fam. 15, 6, 1. — Versus ex eius Ludo. Cato 6, 20. — Naevii versus. Tuscul. 4, 31, 67. — Eius versiculus facetus. de Or. 2, 63, 255. — Naevius ab avibus dicit appellatum Aventinum, quod eo se ab Tiberi ferrent aves. Varro LL. 5, 7. p. 48. — Naevius Balatium Palatium appellat. Varro LL. 5, 8. p. 59. — Quid apud eum significent *consponsi.* Varro LL. 6, 7. p. 247. — Naevii fragmenta: Varro LL. 5, 32, 153. 7, 2. p. 288. ib. p. 308. 7, 3, p. 311. (v. Scaliger.) — p. 336. p. 338. p. 339. 7, 5. p. 369. 7, 6. p. 385. p. 386. 9, 46. p. 514. Varro Fragmm. p. 216. Bip. — p. 253. Bip. — Crebro confunduntur *Naevius* et *Novius* (de Or. 2, 62. 69, 70.) item *Naevius* et *Laevius*, *Livius.*

M. Naevius. Dictum P. Scipionis Africani maioris in eum: „Quid hoc Naevio ignavius?" ubi ridiculum oritur ex annominatione. de Or. 2, 61, 249. — (Memoratur a Livio 38, 56. Gell. 4, 18. P. Africani oratio in M. Naevium trib. pl. a. u. c. 569. habita.)

Naevius Pollio, homo longissimus. Fragm. p. 494.

Naevius Turpio, quadruplator ex conventu Mamertino, Verris excursor et emissarius, C. Sacerdote praetore condemnatus iniuriarum. Verr. Accus. 2, 8, 22. — P. Naevius Turpio, homo improbissimus. Verr. Accusat. 3, 39, 90. Ibid. 40, 91. — Eum Verres in decumis, in rebus capitalibus, in omni calumnia praecursorem habere solebat et emissarium. Verr. Accus. 5, 41, 108.

Ser. (al. *Sex.*) Naevius contra Ciceronem defensus a Q. Curione. Brut. 60, 217.

Sex. Naevius pro Quint. 1, 1. praeco, cui cum P. Quintio (a. u. c. 673.) controversia, gratiosus apud Sullanos, ad quos a Marianis defecerat.

Naiades undicolae. Varro Fr. p. 275.

Nanneiani, sectores bonorum Nanneii a Sulla proscripti. ad Att. 1, 16, 5.

Nannii. Titiniorum ac Nanniorum ac Tanusiorum capita Galli demetebant, quibus Sulla Catilinam praefecerat. Q. Cic. de Pet. C. 2, 9. — Manutius e praecedente loco legendum censuit *Nanneiorum.*

Nar, fluvius in finibus Sabinorum, oritur in Monte Fiscello et in Umbria iuxta Hortam in Tiberim defluit, hodie *la Nera.* — Naris lacus. ad Att. 3, 2. Alii aliter legunt. Cfr. Tunstalli Ep. ad Middlet. p. 89. — In Narem defluit lacus Velinus. ad Att. 4, 15, 5.

Narbo Marcius, alii Martius, caput Galliae Narbonensis. pro Quint. 4, 15. — Narbo Marcius, colonia civium Romanorum, specula populi Romani ac propugnaculum Gallis oppositum. (a. u. c. 685.) pro Fonteio 1, 3. Ibid. 16, 36. ad Fam. 10, 33, 2. — Colonia deducta a. u. c. 636. M. Porcio Catone, Q. Marcio Rege coss. (Vell. Pat. 1, 15.) de Or. 2, 55, 223. Brut. 43, 160. — Narbonensis colonia rursus deducta a L. Crasso oratore ante annum 619. Brut. 43, 160. — L. Crassi dissuasio rogationis eius, quae contra coloniam Narbonensem ferebatur. pro Cluentio 51, 140. — De scriptura *Narbona* cfr. Oudendorpium ad Suet. Tib. 4.

Nares Lucanae sive Lucaniae (Tab. Peuting.), oppidum in introitu Lucaniae, hodie *Monte Nero.* Sal. Hist. 3. p. 222. Ed. Gerl. min.

Narniensis ager prope Narniam, Umbriae oppidum ad Narem fluvium. Fragmm. p. 493.

• Narona, oppidum Dalmatiae. ad Fam. 5, 9, 2. Ibid. 10, 4. (In Graevii Cod. erat *Narbona.* Et hoc Scaliger ad Eusebium Plinio et Itinerariis restituere volebat, quod etiam volgatas Ptolemaei Edd. obsidet. Sed rectum est *Narona*, quod etiam H. Surita Ptolemaeo restituit ad Itin. Anton. p. 338. Wess., ad quem locum vide etiam

Wesselingium. In Mss. confundi haec nomina docet Burm. ad Suet. Tib. 4. Ern.) — Memoratur etiam ad Fam. 13, 77, 3.

Nascio (al. Natio) dea, cui, cum fana circuimus in agro Ardeati, rem divinam facere solemus; quae quia partus matronarum tueatur, a nascentibus Nascio nominata est. de Nat. D. 3, 18, 47.

C. Nasennius, Suessanus, Cretensi bello, Metello imperatore octavum principem duxit. Pseudocic. ad Brut. 1, 8.

Nasica. Vide in Corneliis Scipionibus Nasicis.

L. Nasidius, Pompeianus a. u. c. 705. ab Cn. Pompeio L. Domitio Massiliensibusque subsidio missus. Caesar Civ. 2, 3. seqq. — Proelio a D. Bruto victus aufugit. Ib. 7. — L. Terentius dicitur per Nasidium ex Africa emissus esse. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 17, 3. — Sulcitanis, quod Nasidium eiusque classem receperant, multam imponit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 98. — L. Nasidius (al. *Visidius*) eques Romanus, civis semper egregius, cuius ego excubias et custodias mei capitis cognovi in consulatu meo, a. u. c. 711. vicinos suos non cohortatus est solum, ut milites fierent, sed etiam facultatibus suis sublevavit. Philipp. 7, 8, 24.

Naso. Vide in Otaciliis, Octaviis, Voconiis.

P. Naso, praetor a. u. c. 710. omni carens cupiditate, nullam se habere provinciam, nullam Antonii sortitionem fuisse iudicavit. Philipp. 3, 10, 25. — Idem videtur cum Nasone augure (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 17. Pighius 3. p. 465. eius gentem non indicat.

Natio dea. (de Nat. D. 3, 18, 47.) Vide Nascio.

L. Natta. Vide L. Pinarius Natta.

Naucrates Erythraeus, Isocratis discipulus. de Or. 2, 23, 94. Orat. 51, 172. — Quid de Isocratis numeris tradiderit? de Or. 3, 44, 173. — Naucrates de numeris scripsit. Rufinus p. 191. — Hic est, qui, teste Suida in Ἰσοκράτης Ἀμύκλα, cum Theopompo et Theodecte interfuit agoni de laudibus Mausoli, Cariae regis, dicendis ab Artemisia instituto anno ante Chr. 352.

Naupactus, urbs ad sinum Corinthiacum, hodie *Lépanto*, cum proprie Locridis esset oppidum, ad Aetoliam Ciceronis tempore referebatur. in Pis. 37, 91.

Nausiphanes Teius, Democriteus. — In Nausiphane tenetur Epicurus, quem, cum a se non neget auditum, vexat tamen omnibus contumeliis. de Nat. D. 1, 26, 73. Ibid. 33, 93. — Pyrrhonis auditorem vocat Sextus Empiricus adv. Mathematicos 1, 1. p. 215. Fabr. *Ἐν πολλοῖς γὰρ ἀμαθὴς Ἐπίκουρος ἐλέγχεται· οὐδὲ ἐν ταῖς κοιναῖς ὁμιλίαις καθαρεύων· τάχα δὲ καὶ διὰ τὴν πρὸς τοὺς περὶ Πλάτωνα καὶ Ἀριστοτέλη καὶ τοὺς ὁμοίους δυσμένειαν πολυμαθεῖς γεγονότας. Οὐκ ἀπέοικε δὲ καὶ διὰ τὴν πρὸς Ναυσιφάνη, τὸν Πύῤῥωνος ἀκουστὴν, ἔχθραν· πολλοὺς γὰρ τῶν νέων συνεῖχε καὶ τῶν μαθημάτων σπουδαίως ἐπεμελεῖτο, μάλιστα δὲ ῥητορικῆς.* Nec tantum auditorem fuisse Nausiphanis Epicurum, sed etiam ex eius Tripode Canonem suum sive volumen de regula et iudicio descripsisse traditum est. Vide Diog. Laërt. 10, 14. collato Menagio.

Nautes Romam Palladium detulit; unde Nautiorum familia Minervae sacra retinebat. Varro Fr. p. 252. Bip.

Sp. Nautius, in legatione a Veientium rege, Larte Tolumnio, a. u. c. 316. occisus. Philipp. 9, 2, 5. Volgo legitur *Sp. Antius*, sed alterius lectionis veritatem confirmat Plin. H. N. 34, 6. Ern. Verum apud Liv. 4, 17. item vocatur *Sp. Antius*, ita ut Codd. lectio l. l. mutanda non sit.

Attus Navius: augur de Legg. 2, 13, 33. — Eius lituus; eius augurio rex Hostilius (?) maxima bella gessit. de Nat. D. 2, 3, 9. Ibid. 3, 6, 14. — Per σφάλμα μνημονικὸν Hostilium cum Tarquinio Prisco h. l. videtur confudisse. — Attus Navius augur summa gloria auctor L. Tarquinio Prisco non erat Titiensium et Ramnensium et Lucerum nomina mutandi. de Rep. 2, 20, 36. — Attus Navius augur tentatur a Tarquinio Prisco. Novacula cotem praecidit. de Divin. 1, 17, 31. seq. Ibid. 2, 38, 80. — Auguria collegii nostri ab Attio (*Atto*). ad Att. 10, 8, 6. — Vera scriptura videtur *Attus Navius*, ut *Attus* sit praenomen antiquum, etsi in plerisque locis Ciceronis Codd. praebent *Attius*.

Neapolis, quarta urbs Syracusis; eius τοποθεσία. Verr. Accusat. 4, 53, 119.

Neapolis, Campaniae urbs, Novapolis ab antiquis nostris vocitata. Varro LL. 6, 7. p. 235. — Fratria est Graecum vocabulum partis hominum, ut Neapoli etiam nunc. Varro LL. 5, 15. p. 89. — Neapolis, celeberrimum oppidum. pro Rab. Postumo 10, 26. — Neapolitana foederata civitas; ex ea plerumque assumptae Cereris sacerdotes. pro Balbo 24, 55.

Neapolitanae piscinae. Varro Fr. p. 275. Bip.

Neapolitani decepti a Q. Fabio Labeone, qui iis arbiter de finibus a senatu datus erat circa a. u. c. 570. de Off. 1, 10, 33. — „L. Manlius est Sosis. Is fuit Catinensis, sed est una cum reliquis Neapolitanis civis Romanus factus decurioque Neapoli: erat enim adscriptus in id municipium ante civitatem sociis et Latinis datam.“ ad Fam. 13, 30, 1. — Eorum decemprimi et quattuorviri arroganter tractati a M. Antonio (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 13, 1. — Eis iratus erat Caesar. Ibid. — Tusc. 1, 35, 86. Vide Heraclienses.

Neapolitanum: L. Luculli villa. Acad. 2, 3, 9. item Pompeii. ad Att. 7, 2, 5. et Pontii. ad Att. 14, 21, 3.

Nearchus Tarentinus, Catonis Censorii hospes, in amicitia populi Ro. remanserat. Narrat ei Archytae de voluptate orationem. Cato 12, 41.

Neda. E Iove altero et Neda natae Musae primae quattuor. de Nat. D. 3, 21, 54.

Nefasti dies, per quos dies nefas fari praetorem: Do. Dico. Addico. Varro LL. 6, 4. p. 210.

Nemea in Argolide. de Fato 4, 7.

Nemeaeus leo, quem Hercules occidit. Tuscul. 2, 9, 22. Ibid. 4, 22, 50.

Nemorensis. ad Att. 6, 1, 25. intellige *ager*. Nemus erat in agro Aricino sive lucus Dianae sacer; ei adiacentem agrum Nemorensem dicebant. Ibi Caesar villam sumptuosissimam aedificabat. Villa ibidem sita intelligi videtur ad Att. 15, 4, 5.: „L. Caesar, ut veniam ad se, rogat, in Nemus.“

Neocles, Atheniensis, Epicuri pater, in insulam Samum agripeta venit, sed cum eum agellus non satis aleret, ibi ludi magister fuisse dicitur. de Nat. D. 1, 26, 72.

Neoptolemus, Achillis filius, ad Troiam nomen invenit, cum antea Pyrrhus diceretur. de Or. 2, 63, 257. — Neoptolemus Troiam capere non potuisset, si Lycomedem (regem Scyri), apud quem erat educatus, multis cum lacrimis iter suum impedientem audire voluisset. Lael. 20, 75. — Neoptolemus Ennii se ait philosophari velle, sed paucis; nam omnino haud placere. de Rep. 1, 18, 30. — Neoptolemus apud Ennium *philosophari sibi ait necesse esse, sed paucis: nam omnino, haud placere.* Tuscul. 2, 1, 1. — Neoptolemus apud Ennium paucis philosophandum dicit. de Or. 2, 37, 156.

Nepa i. e. Scorpius, sidus. Arat. v. 90. 460. de Nat. D. 2, 42, 109. Ibid. 44, 114. Ibid. 3, 16, 40.

Nepos. Vide Cornelius Nepos.

Neptunalia. Varro LL. 6, 3. p. 201.

Neptuniae lacunae, id est, mare. Her. 4, 10, 15.

Neptunia prata, id est, mare. Arat. v. 373.

Neptunus dictus quod mare terras obnubit. Varro LL. 5, 10, p. 77. — Datum est ei maritimum omne regnum nomenque productum ut Portunus a portu, sic Neptunus a nando. de Nat. D. 2, 26, 66. Ibid. 28, 71. — Neptunus dictus a nando. de Nat. D. 3, 24, 62. — Neptunus caeruleos habet oculos. de Nat. D. 1, 30, 83. — Neptunus „omnipotens“ dictus a Turpilio comico. Tuscul. 4, 31, 73. — Consus, consiliorum secretorum deus, id est, Neptunus laticum rex et rerum conditarum. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 142. — Neptunum esse dicunt Stoici animum cum intelligentia per mare pertinentem. de Nat. D. 3, 25, 64. — Neptunus maritimis piscinis ut aquam sic et pisces ministrat. Varro RR. 3, 17, 2. — Taurus filios Neptuni e Melanippa servavit. Varro RR. 2, 5, 5. — Neptunus, Thesei pater. de Nat. D. 3, 31, 76. — Eius promissum Theseo datum. de Off. 1, 10, 32. — Neptunii equi Pelopis per undas currus suspensos rapuisse dicuntur. Tuscul. 2, 27, 67. — Neptunus pro mari. de Or. 3, 42, 167. — Neptuni filii nominari solebant saevi et immanes homines (ut Polyphemus). de Nat. D. 1, 23, 63. Gell. N. A. 15, 21. — Neptuni et Minervae de Athenis certamen. Varro Fr. p. 360. Bip. — Neptuni porticus Puteolis. Acad. 2, 25, 80. — Memoratur etiam de Divin. 2, 59, 123. de

Nat. D. 3, 20, 52. de Off. 3, 25, 94. Prognost. 3. Fragmm. p. 555. Varro Fr. p. 222. Bip.

Neratiana auctio. Eius tabula ridicula. de lege agr. 2, 25, 67.

Nereides puniverunt Cassiepeam ausam cum iis contendere. Arat. v. 691.

Nerio, Nerienes Varro Fr. p. 304. Bip. (Cfr. A. Gell. 13, 21.)

Cn. Nerius, Pupinia, de ambitu postulavit P. Sestium. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 3, 5. — Idem Nerius index edidit ad allegatos Cn. Lentulum Vatiam et C. Cornelium. Ibid.

Nerones. Vide in Claudiis Neronibus.

Neronianum dictum in servum furacem (ut videtur C. Claudii Neronis cos. a. u. c. 547.) de Or. 2, 61, 248. Vide Spaldingium ad Quintil. T. 2. p. 561.

Nerva, L. Plancii amicus. ad Fam. 10, 18, 1. Nervae sunt ex Liciniis, ubi vide.

Nervii, Galliae Belgicae populus, e Caesare notus. — Ubi isti sint Nervii et quam longe absint, nescio. ad Q. Fr. 3, 8, 2.

Nervolaria Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 350.

Nesis, insula Campaniae obiecta, in sinu Neapolitano, hodie *Nisita*, ubi Lucullus filius villam habebat. ad Att. 16, 1, 1. Ib. Ep. 3, 6. Ib. Ep. 4, 1.

Nessus Centaurus e Sophoclis Trachiniis notus. Tuscul. 2, 8, 20. de Nat. D. 3, 28, 70.

Nestor. Heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. Tuscul. 5, 3, 7. — Nestor, Agamemnonis consiliarius. ad Fam. 9, 14, 2. ad Attic. 14, 17, 2. — Multum laudis in dicendo Ulixi tribuit Homerus et Nestori, quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem. Brut. 10, 40. — Nestor apud Homerum saepissime de virtutibus (Canterus: *viribus*) suis praedicat cet. Cato 10, 31.

Nestorius, falsa lectio pro Vestorius. ad Fam. 6, 11, 2.

Netini, populus Siciliae mediterraneae. Verr. Accusat. 5, 22, 56. — Netinorum foederata civitas. Verr. Accusat. 5, 51, 133. — Eorum oppidum Netum. Ibid. 4, 26, 59.

Nicaeenses, incolae Nicaeae, urbis Bithyniae. ad Fam. 13, 61.

Nicaea Bithyniae urbs. — Nescio, Laterensis, cur severiorem Nicaeam putes quam Rhodum. pro Plancio 34, 84. Item ad Att. 14, 1, 2., quem locum Ernestius in Ind. falso refert ad Nicaeam, Liguriae urbem, hodie *Nizza*.

Nicander Colophonius (circa 150. ante Chr.), homo ab agro remotissimus de rebus rusticis poëtica quadam facultate, non rustica, scripsit praeclare. de Or. 1, 16, 69.

Nicanor res gestas Alexandri Macedonis scripsit. Varro Fr. p. 216. Bip.

Nicanor tuus (servus) operam mihi dat egregiam. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 3, 3. — In officio est et a me liberaliter tractatur. Ib. Ep. 20, 9.

Nicasio, Hennensium legatus, testis in Verrem. Verr. Accusat. 4, 51, 113.

Nicasiones. Nicasionum ἀρχέτυπα. (Locus, ut videtur, corruptus.) ad Att. 12, 5, 4.

Nice, uxor Cleomenis Syracusani, amica Verris. Verr. Accusat. 5, 31, 82.

Nicephorus, villicus Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 4.

Nicesius Maronites, de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Nicias Curtius, Cous (ad Att. 7, 3, 10.) grammaticus, quem Cicero in Cilicia secum habuit. Dolabellae familiaris. ad Att. 14, 9, 3. — Dolabellae mandata sint quaelibet, mihi aliquid, vel quod Niciae nuntiem. Ib. Lib. 15, 20, 1. — Nicias a Dolabella magno opere arcessitus. ad Att. 13, 28, 3. — Philologus. Ib. Ep. 29, 1. — (A. u. c. 709.) ad Att. 12, 51, 1. Ib. 53. 1. — Te, ut debet, amat. Ib. Lib. 13, 1, 3. — Nosti Niciae nostri imbecillitatem, mollitiam, consuetudinem victus. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 26, 1. — Nicias Curtius, grammaticus. ad Fam. 9, 10, 1.

Nicias ad Fam. 7, 23, 4. videtur potius M. Fadii Galli libertus, quam Curtius Nicias, Grammaticus. cfr. Broukh. ad Suet. Gramm. c. 14.

Nicias Smyrnaeus, homo levissimus: tamen ne noceat Quinto fratri, Marcus eum omni sua comitate complectitur. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4.

Nico, medicus. — Ego a Sex. Fadio, Niconis discipulo, librum abstuli Νίκωνος περὶ πολυφαγίας (*de multivorantia*

vertit Tertullianus). O medicum suavem meque docilem ad hanc disciplinam! ad Fam. 7, 20, 3.

Nico nobilissimus pirata. — Eum P. Servilius Vatia Isauricus, qua felicitate ceperat, eadem recuperavit. Verr. Accusat. 5, 30, 79.

Nicocles, Sicyoniorum tyrannus, oppressus ab Arato. de Off. 2, 23, 81. Cfr. Plutarch. in Arato C. 9. et 12. seqq.

Nicocreon. — Anaxarchus Democritius, cum Cypri in manus Nicocreontis regis incidisset, nullum genus supplicii deprecatus est neque recusavit. Tusc. 2, 22, 52. — Nicocreon, Cypriorum tyrannus, Anaxarchum Democritium excarnificavit. de Nat. D. 3, 33, 82.

Nicomachus Thebanus, ut videtur Sillgio Catal. Artif. p. 300., pictor egregius, qui floruit circa Olymp. CV. — In eo iam perfecta omnia. Brut. 18, 70. Cfr. Plin. H. N. 35, 10, 36.

Nicomachus, Aristotelis filius, cuius accurate scripti de moribus libri dicuntur illi quidem esse Aristotelis; sed non video, cur non potuerit patri similis esse filius. de Finn. 5, 5, 12. — Suidas in v. *Νικόμαχος. Νικόμαχος, Σταγειρίτης, φιλόσοφος, υἱὸς μὲν Ἀριστοτέλους τοῦ φιλοσόφου, μαθητὴς δὲ Θεοφράστου, ὡς δέ τινες καὶ παιδικά· ἔγραψεν Ἠθικῶν βιβλία ἓξ καὶ Περὶ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως τοῦ πατρὸς αὐτοῦ.* Hinc factum, ut per errorem *τὰ Ἠθικὰ Νικομάχεια Ἀριστοτέλους* cum Nicomachi libris sex confusa ipsa quoque filio tribuerentur, ut factum est etiam a Diogene Laërtio 8, 88. Eam opinionem l. l. sequitur etiam Cicero, quamquam ipse ad Q. Fr. 3, 5, 1.: „Aristotelem, quae de re publica et praestante viro (*Ἠθικά*) scribat, ipsum loqui" tradat. Cfr. Stahr *Aristotelia.* Halle 1832. 2. p. 110. seqq.

Nicomachus Tyrius. Fragmm. p. 482.

Nicomedes Temnites, et furti et pro socio damnatus, testis in L. Flaccum. pro Flacco 18, 43.

Nicomedes, Bithyniae rex, defensus a Q. Hortensio a. u. c. 663. de Or. 3, 61, 229. — C. Verres a Cn. Dolabella efflagitavit, ut se ad regem Nicomedem regemque Sadalam mitteret. Verr. Accusat. 2, 24, 63. — Nicomedes Bithyniae rex est, Sadala Thraciae, ambo socii populi Romani. Pseudoascon. in Act II. Verr. p. 177. — Bithynia antea a Nicomede rege tenebatur. Iste mortuus est intestatus. Pervenit ergo regnum eius ad populum Romanum. Misit ergo populus Romanus ad regnum illud tenendum Ariobarzanen. Schol. Gronov. ad Manilianam p. 437. — Bithyniam Nicomede mortuo diripuere Romani, cum filius Nysa, quam reginam appellaverat, genitus haud dubie esset. Me per Nicomedem bello lacessiverunt: — Nicomedem Bithynia expuli. Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min. — Plerique scriptores, etiam Schlosserus, septem dumtaxat agnoscunt Bithyniae reges, Zipoeten (inde ab anno u. c. 466.) Nicomedem I., Zelam, Prusiam I. Claudum, Prusiam II. Venatorem, Nicomedem II. Epiphanem, Nicomedem III. Philopatorem, mortuum a. u. c. 679, postquam testamento Bithyniae heredem scripserat populum Romanum. In hac, inquam, rerum expositione conspirant omnes antiqui, nisi quod duo Syncelli, tertius Appiani locus ei prorsus adversari videntur. Ille scilicet p. 276. C. (525. Dindorf.) *Οἱ Βιθυνῶν βασιλεῖς η' κατὰ Διονύσιον ἔνθεν ἤρξαντο, διαρκέσαντες ἔτη σιγ'.* et p. 314. D. (593.) similiter octo Bithyniae reges, quorum tamen nomina non refert, memorat. Rectus est apud eum numerus 213. annorum a Zipoete (a. u. c. 466.) ad Nicomedis III. obitum (a. u. c. 679. cfr. Eckhel *D. N.* 2. p. 397.) Altero autem loco p. 314. magno errore commisso sub Augusto demum desisse Bithyniae regnum tradit. Appianus autem Mithrid. 7. *οὕτω Νικομήδης* (II.) *ἀντὶ Προυσίου* (II.) *Βιθυνῶν ἐβασίλευε. Καὶ αὐτὸν χρόνῳ τελευτήσαντα, Νικομήδης, ὁ υἱὸς, ᾧ Φιλοπάτωρ ἐπίκλησις ἦν, διεδέξατο, Ῥωμαίων αὐτῷ τὴν ἀρχὴν ὡς πατρῴαν ψηφισαμένων. Τὰ μὲν οὖν Βιθυνῶν ὧδε εἶχε. καὶ εἴ τῳ σπουδὴ πάντα προμαθεῖν, υἱωνὸς τοῦδε ἕτερος Νικομήδης Ῥωμαίοις τὴν ἀρχὴν ἐν διαθήκαις ἀπέλιπε·* ubi Schweighaeuserus, quo errorem tolleret, sed parum feliciter, ut Viscontio et mihi quoque videtur, proposuit *υἱωνὸς τοῦ Προυσίου ὅδε, ὁ δεύτερος Νικομήδης.* Quod autem Viscontius dicit alios pro *υἱωνὸς* legere *υἱὸς*, ex parte tantummodo verum est; si quidem Petrus Candidus Decembrius, Appiani interpres, homo seculi XV. ante inventam typographiam, per merum, ni fallor, errorem ita convertit: *alterius autem Nicomedis filius*, Graeci autem Codd. constanter exhibent *υἱω-*

νός. — Iam vero coniunctis inter se Syncelli et Appiani locis Viscontius (*Iconogr. Greca* Vol. 2. p. 253.) demonstratum ivit, (quod placuerat iam Reineccio, Spanhemio et Eckhelio *D. N.* 2. p. 445.) Nicomedem non tertium, sed quartum quendam, tertii aut filium aut nepotem, Bithyniae regum legitimorum ultimum fuisse et celebratum illud testamentum scripsisse; propterea octo reges a Syncello numerari, quod auctor eius, Dionysius Halicarnassensis, Nicomedem IV. septem aliunde notis adiunxerit. Hoc si verum esset, utique in hoc quoque Salustii loco significaretur Nicomedes quartus. — Permulta tamen sunt, quae huic opinioni obstent. Etenim, cum Nicomedis III. nummi inter superstites postremi, ab Eckhelio male tributi Nicomedi IV., a Viscontio recte ad tertium relati, pertineant usque ad a. u. c. 677., ipse Viscontius fateri debuit, brevissimum, vix atque vix bienne fuisse istius Nicomedis IV. regnum, inter annos 677 —679. Attamen idem, unquam si vixit, teste Salustio, reliquisset filium nothum. Iam haec omnia cum ad infirmandam Visconti oppinionem concurrant, videamus, an alio modo discrepantes isti scriptorum loci inter se conciliari queant. E Salustii testimonio, ut nos interpretamur, Nicomedes Philopator sive III. filium reliquit, qui sane regnum aliquantisper, sed improspero successu, a Romanis rex haud appellatus, videtur affectasse; id quod prodit ex fragmento Salustii Lib. 2, 18. *quos advorsum multi ex Bithynia volentes occurrere* falsum filium *arguituri;* quae iam a Douza ad hunc Nicomedis III. filium relata sunt. Is igitur a scriptore Asiatico, Dionysio, sine errore Bithyniae regibus annumerari poterat, unde octo reges Syncelli, nisi potius Socratem Frugi (τον Χρηστον) fratrem Nicomedis III, quem Mithridates huic frustra aliquando opposuerat (Memnon *Hist. Exc.* C. 30. ed. Orellii p. 45. Appian. *Mithr.* c. 10.) hoc numero complexus est Dionysius. Illum autem filium nothum tertii Nicomedis ipsum quoque ex Appiani testimonio Nicomedis nomen gessisse consentaneum est; fuitque re vera υἱωνὸς Nicomedis II. sive Epiphanis, ad quem v. τοῦδε recte, puto, refertur, cum per totam Appiani narrationem sermo proprie sit de Nicomede II. obiterque dumtaxat mentio fiat tertii. Sic omnia optime cohaerent, nisi quod Appianus erroris crimine liberari nequit propter confusum Nicomedis III. filium nothum (cito, ut videtur, a Romanis oppressum) cum patre, qui populum Romanum fecit heredem. Mirus sane error iste; cum praesertim ipse rectius *Mithr.* c. 71. Νικομήδους (III.) ἄρτι τεθνεῶτος ἄπαιδος καὶ τὴν ἀρχὴν Ῥωμαίοις ἀπολιπόντος; quo in loco ἄπαιδος non tam cum Salustio pugnat, quam significat sine filio legitimo. Filiam ei fuisse constat e Suetonio. Oʀ. — *Nysa*] Minime ex nummis ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΜΟΥΣΗΣ ΟΡΣΟΒΑΡΙΟΣ, reginae Bithynicae, h. l. cum Maffeio et Havercampio legendum esse *Musa* demonstrarunt et Gerlachius et Visconti *Iconografia greca* Vol. 2. p. 259. Ex falsis autem lectionibus huius loci tum apud Italum scriptorem tum apud Salustii interpretes (v. c. Douzam apud Gerlach Comm. p. 79.) aliquot errores nati sunt, qui facile iam corrigi possunt. Nimirum quattuor praeterea Nysae innotuere, duae videlicet Bithynicae, duae Ponticae. Prima nobis est Nysa saltatrix, coniux Nicomedis II., mater Nicomedis III. Memnon *Hist. Exc.* C. 30. p. 41. Orellii. Τῆς γὰρ ἐν τῇ Ρώμῃ συγκλήτου Νικομήδην (III.), τὸν ἐκ Νικομήδους καὶ Νύσης, βασιλέα Βιθυνίας καθιστάσης, Μιθριδάτης Σωκράτην τὸν Χρηστὸν ἐπικληθέντα Νικομήδει ἀντικαθίστη. Ἐπεκράτει δὲ ὅμως ἡ Ῥωμαίων κρίσις καὶ ἄκοντος Μιθριδάτου. Iustinus 38, 5, 10. *Nicomedi* (III.) *saltatricis filio.* Altera Nysa est Nicomedis III. filia. Suetonius Caes. 49. *Caesari in Senatu defendenti Nysae causam, filiae Nicomedis* cet. Tertia filia Mithridatis, virgo magnanima, Cypri regi desponsa, quae ante patrem potionem venenatam sumpsit. Appian. *Mithrid.* C. 111.; quarta eiusdem Mithridatis soror, capta, sed a Lucullo vita donata: Cabiris scil. ἑάλω δὲ καὶ ἀδελφὴ τοῦ Μιθριδάτου Νύσσα σωτήριον ἁλοῦσα. Plutarch. in *Lucullo* C. 18. Sed ab his quattuor aliam fuisse Nysam Salustii manifestum est, scilicet uxorem Nicomedis III., et ipsam, ut mariti mater eiusdem nominis fuerat, tenui loco ortam (id quod inest in Salustii verbis nunc integritati restitutis: *quam reginam appellaverat:* prorsus ut Mithridates Monimen Milesiam — διάδημα πέμψας αὐτῇ βασίλισσαν ἀνηγόρευσεν. Plut. Lucull. 18.), matrem Nysae Suetonii. Incredibiles errores

circa has Nysas cumulavit De Brosses *Hist. Rom.* T. 2. p. 537.

Nicopolis, oppidum Armeniae minoris. Bell. Alex. 36.

Nicostratus, fidelis Oppianici servulus. pro Cluentio 62, 175. Ibid. 64, 181.

Nicidianum sacrilegium. Pseudocic. in Sal. 5, 14. Cuiusmodi hoc sacrilegium fuerit, nemo adhuc exputavit.

P. Nigidius Figulus: multa cum eo disputavit Cicero, Carneadeo more et modo: eius ingenium. Tim. Cap. 1. p. 495. — Nigidius a. u. c. 691. fuit inter senatores a Cicerone delectos, qui in senatu omnia indicum coniurationis Catilinariae dicta, interrogata, responsa perscriberent. pro Sulla 14, 42. Falso Ernestius in Ind. verba, quae eo loco leguntur: „*qui tum praeturam petebat*“: ad M. Messalam pertinentia ad Nigidium transtulit. Cur autem Nigidio una cum C. Cosconio, M. Messala, App. Claudio hoc negotium mandarit, colligitur ex Plutarchi opusculo „An seni sit gerenda res publica.“ C. 27. *Κικέρων αὐτὸς ὡμολόγει τὰ κάλλιστα καὶ μέγιστα τῶν συμβουλευμάτων, οἷς ὀρθῶς ἐνυπατεύων τὴν πατρίδα διέσωζε, μετὰ Ποπλίου Νιγιδίου τοῦ φιλοσόφου συνθεῖναι.* — Praetores habemus amicissimos et acerrimos cives, Domitium, Nigidium, Memmium, Lentulum. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — Nigidius minabatur in contione se iudicem, qui non affuerit, compellaturum. ad Att. 2, 2, 3. — Nigidius a Domitio Capuam venit. (a. u. c. 705.) ad Att. 7, 24. — Ad Fam. 4, 13. P. Nigidium Figulum, cum doctrina singulari, tum auctoritate et dignitate inter Romanos maxima (*unus omnium doctissimus et sanctissimus* §. 3.) oppressis Pompeianis et rei publicae partibus, non sua quidem sponte, sed ita volente Caesare, a patria exsulantem consolatur. (a. u. c. 709.) — Non rediit Nigidius, sed in exsilio, antequam Caesar occideretur, decessit. Eusebius in Chronico ad Olymp. CLXXXIV. (a. u. c. 710.) p. 152. Ed. Amst. 1658.: „Nigidius Figulus, Pythagoricus et Magus in exsilio moritur.“ Martyni-Laguna Epp. Cic. p. 195. — Nigidius erraticas stellas errones appellat. Varro Fr. p. 256. Bip. — Nigidius Figulus (Pythagoreus), vir doctrina et eruditione studiorum praestantissimus, ad quem plurimi conveniebant. Schol. Bob. in Vatin. p. 317. Cfr. Suet. Octav. 94. Rutgersii Var. Lectt. 3, 16.

Nilus, pater Dionysi secundi. de Nat. D. 3, 23, 58. — Nilus pater Minervae secundae. de Nat. D. 3, 23, 59. — Nilus, pater Volcani secundi. de Nat. D. 3, 21, 54. Ibid. 22, 55. — Item pater Mercurii quarti. Ibid. §. 56. — Nilus Aegyptum irrigat. de Nat. D. 2, 52, 130. — Nilus, ubi ad illa, quae Catadupa nominantur, praecipitat ex altissimis montibus, ea gens, quae illum locum accolit, propter magnitudinem sonitus sensu audiendi caret. de Rep. 6, 18, 19. (Somn. Scip. C. 5.)

Nilus, lectiones corruptae ad Att. 11, 11, 1. et Ibid. 23, 1.

L. Ninnius Quadratus, tribunus pl. a. u. c. 697. ad Att. 3, 23, 4. — L. Ninnius Quadratus, vir omnium fortissimus atque optimus, tribunus pl. bona P. Clodii consecravit Cereri. Pro domo 48, 125. — Decrevit senatus frequens de meo reditu Kal. Iuniis, dissentiente nullo, referente L. Ninnio, cuius in mea causa nunquam fides virtusque contremuit. pro Sestio 31, 68. — L. Ninnius, trib. pl. ludos Compitalitios fieri prohibere tentavit. Ascon. in Pison. p. 8. — Me revocavistis, referente L. Ninnio maxime fideli et minime timido defensore salutis meae. Post red. in sen. 2, 3. — Ninnius Ciceronis amicus. ad Att. 10, 16, 4. — In Codd. et Edd. vett., item in Pighii Annal. ad a. 695. falso vocatur *Mummius.* (Ap. Ascon. *ninnius* habet cod. Ambr. Bait.)

Niobe fingitur lapidea propter aeternum in luctu silentium. Tuscul. 3, 26, 63. de Nat. D. 3, 26, 66.

Niptra, tragoedia Pacuvii ex cognomine Sophoclis ducta. Tuscul. 2, 21, 48. Νίπτρα ἢ Ὀδυσσεὺς ἀκανθοπλήξ. Argumentum fuit mors Ulixis pastinaciae (piscis) radio icti a Telegono filio.

Nisus et Thyone parentes Dionysi quinti. de Nat. D. 3, 23, 58.

Nixus, Engonasin, sidus. Arat. v. 279. et 618.

Nobiliores. Vide Fulvii.

Noctiluca Luna dicta in Palatio: nam ibi noctu lucet templum. Varro LL. 5, 10. p. 73.

Nocturnus, deus. Varro Fr. p. 318. Bip.

Nodinus. In augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum (fluvium prope Romam hodie ignotum) videmus. de Nat. D. 3, 20, 52.

Nodus caelestis. Arat. v. 251.

Nola Campaniae oppidum. Secundum Marcelli proelium ad Nolam. Brut. 3, 12. — Ante oppidum Nolam Sulla fortissima Samnitium castra cepit. de Divin. 1, 33, 72.

Nolani decepti a Q. Fabio Labeone (cos. a. u. c. 570.) de Off. 1, 10, 33.

Nolanum praedium. ad Att. 13, 8.

Nonalia sacra. Varro LL. 6, 4. p. 209.

Nomius (Νόμιος) Apollo quartus ab Arcadibus dictus, quod ab eo se leges ferunt accepisse. de Nat. D. 3, 23, 57.

Nonius Asprenas proconsul. In pugna ad Thapsum Caesar eum in castris cum legionibus duabus reliquit. Bell. Afric. 80. Bell. Hisp. 10. Eius filius fuisse videtur C. Nonius Asprenas ille, quem Cassius Severus orator veneficii reum fecit. Suet. Aug. 56. Plin. H. N. 35, 12, 46. Dio Cass. 55, 4. Cfr. Weichert comment. 1. de Cassio Parmensi p. 13.

M. Nonius (Sufenas) (in provincia administranda) valde se honeste gerit. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 1, 13.

Norenses, incolae Norae, oppidi Sardiniae. pro Scauro 1, 4. c. Cum agerent parentalia, omnes suo more ex oppido exibant. Ibid. 2, 9.

L. Nostius Zoilus, libertus L. Nostii, commendatur Appuleio. ad Fam. 13, 46.

Notius axis, i. e., australis. Fragmm. p. 580.

Nova via. Varro LL. 6, 7. p. 237.

Novae. „Erant tabernae argentariorum in foro Romano, quae proprie *Novae*, et aliae, quae *Veteres* appellabantur; quaeque in earum locis essent, ea *sub Novis*, *sub Veteribus* esse dicebantur.“ Goerenz ad Acad. 2, 22, 70. — Sub Novis, scil. tabernis. de Or. 2, 66, 266. — Novae exornatae erant scutis Cimbrorum, ut Veteres Samnitium. Liv. 9, 40. Ern.

Novendiales Feriae. Varro LL. 6, 3. p. 207.

Novensiles (al. Novensides) Sabinum nomen. Varro LL. 5, 10. p. 78.

Novensiles Dii novem. Varro Fr. p. 232. Bip.

Novia, Appianici uxor. pro Cluentio 9, 27.

L. Novius, tribunus pl., collega et inimicus P. Clodii a. u. c. 696. Fragmentum ex eius oratione. Ascon. in Milon. p. 47.

Q. Novius, Atellanarum scriptor. Ei Schneiderus in Ep. ad Langerum Ed. Brut. Wetzel. p. XVIII., quem secuti sunt Schuetzius et Muellerus, tribuunt versiculos de Orat. 2, 63, 255. (Ibid. 67, 274.) Ibid. 69, 279. Ibid. 70, 285. Verum tutius est cum Heinrichsenio Codd. sequi, qui eosdem Naevio adscribunt.

Novocomenses, incolae oppidi Novi Comi in Insubria ad lacum Larium. ad Fam. 13, 35, 1.

Nox Erebo nata. Varro Fr. p. 357. Bip. — Nox et Erebus: eorum filii et filiae. de Nat. D. 3, 17, 44.

Nuceria (Alfaterna), Campaniae oppidum, quod Itinerarium Antonini XVI. milia passuum a Nola abesse dicit, hodie *Nocera*. pro Balbo 11, 28. de lege agr. 2, 31, 86. Differt a Nuceria Camellaria, Umbriae, oppido, et a Nuceria sive rectius Luceria Appulorum.

Nucula, unus de septemviris agris dandis assignandis ab Antonio constitutis. Philipp. 6, 5, 14. Philipp. 8, 9, 26. — Nucula, collega M. Antonii in septemviratu, Italiae divisor. Philipp. 11, 6, 13.

Numa Pompilius, rex Romanorum. Eius res gestae copiose exponuntur de Rep. 2, 13, 25. seqq. — Non Pythagorae ipsius discipulus nec Pythagoreus fuit. Ibid. 15, 28. — Rex peregrinus. pro Sulla 7, 22. — Numa Pompilius, Curibus Sabinis ortus. Schol. Bob. pro Sulla p. 363. — Cum Egeria collocutus. de Legg. 1, 1, 4. — Eius coniux Egeria. Varro Fr. p. 233. Bip. — Ὑδρομαντία et νεκρομαντία usus est. Ibid. — Eo regnante, nullus privatus erat disceptator aut arbiter litis, sed omnia conficiebantur iudiciis regiis. Et mihi quidem videtur Numa maxime tenuisse hunc morem veterem Graeciae regum. Diuturna pax Numae mater huic urbi iuris et religionis fuit. de Rep. 5, 2, 3. — Propter Pythagoreorum admirationem arbitror Numam quoque regem Pythagoreum a posterioribus existimatum. Nam cum Pythagorae disciplinam et instituta cognosce-

rent, regisque eius aequitatem et sapientiam a maioribus suis accepissent, aetates autem et tempora ignorarent propter vetustatem, eum, qui sapientia excelleret. Pythagorae auditorem fuisse crediderunt. Tuscul. 4, 1, 3. — Numam Pompilium fuisse Pythagoreum ferunt, qui annis permultis (duobus prope seculis) ante fuit quam ipse Pythagoras. de Or. 2, 37, 154. — Romulus auspiciis, Numa sacris constitutis fundamenta iecit nostrae civitatis. de Nat. D. 3, 2, 5. — A Numa instituti pontifices veteres. de Or. 3, 19, 73. — Diligenter habenda ratio intercalandi est; quod institutum perite a Numa posteriorum pontificum negligentia dissolutum est. de Legg. 2, 12, 29. — Numa Pompilius fecit flamines. Varro LL. 7, 3. p. 331. — Numa Pompilius ius instituit, ut porta Ianualis esset aperta semper, nisi cum bellum esset nusquam. Varro LL. 5, 34. p. 165. — A Numa rege doctissimo maioribusque nostris carmina et cantus non neglecti, ut epularum sollemnium fides ac tibiae Saliorumque versus indicant. de Or. 3, 51, 197. — Numae Pompilii regnum fons verborum in carminibus Saliis. Varro LL. 7, 1. p. 284. — Numa Pompilius potius sapiens, quam eloquens. de Or. 1, 9, 37. — Minusne gratas diis immortalibus Numae capedines ac fictiles hirnulas fuisse, quam filicatas aliorum pateras? Parad. 1, 2, 11. — Numa capedunculas nobis reliquit. de Nat. D. 3, 17, 43. — Constitutio religionum a Cicerone facta non multum discrepat a Numae legibus. de Legg. 2, 10, 23. — Numa (haud) procul a Fonti, Iani filii, ara in Ianiculo conditus. de Legg. 2, 22, 56. — In Doliolis ad Cloacam maximam religiosa quaedam post mortem Numae infossa. Varro LL. 5, 32. p. 157. — Numae regis libri XII. inventi a Cn. Terentio, scriba. Varro Fr. p. 206. et 233. Bip. — Cfr. Varro Fragm. p. 312. Bip. pro C. Rabirio perd. 4, 13. Pro domo 49, 127.

Numantia urbs Hispaniae Tarraconensis, nobilis. — Karthaginem et Numantiam maiores nostri funditus sustulerunt; nollem Corinthum. de Off. 1, 11, 35. — Numantia sublata a Scipione Africano minore a. u. c. 621. Her. 4, 13, 19. — Nihil Numantinis vires corporis auxiliatae. Ibid. 4, 27, 37. — Viribus probata. Ibid. 4, 53, 66. de Off. 1, 22, 76. — Ad Numantiam P. Scipioni a Micipsa auxilio missus Iugurtha. Sal. Iug. 7. — Turpia cum Numantinis foedera icta a Q. Pompeio Rufo a. u. c. 613. et C. Hostilio Mancino a. u. c. 617. de Off. 3, 30, 109. — Ti. Graccho quaestore (ut narrat Velleius 2, 2.) et auctore ictum erat a C. Mancino Hostilio a. u. c. 617. Brut. 27, 103. — De Numantino foedere quaesivit P. Furius Philus, consul a. u. c. 618. de Rep. 3, 18, 28. — Numantini Mancinum non acceperunt. pro Caecina 33, 98. — Numantinum foedus a C. Mancino ictum, a senatu improbatum. de Harusp. resp. 20, 43. Memoratur etiam de Finn. 2, 17, 54.

Numenius (al. male *Numinius*), Hennensium legatus, testis in Verrem. Verr. Accusat. 4, 51, 113.

Numenius, Sostratus, Nymphodorus, fratres, Centuripini ab Apronio miserum in modum vexati. Verr. Accusat. 3, 23, 57.

Numeria, dea. Varro Fr. p. 319. Bip.

Numerius, praenomen scriptoribus librariis mediae aetatis minus cognitum, cum per compendium *N.* scriberetur, saepe mutatum in *M.* — Numerii unde dicti. Varro Fr. p. 319. Bip.

Numerius. De negotio aliquo pecuniario: Numerianum raudusculum. ad Att. 7, 2, 7.

Q. Numerius Rufus, tribunus pl. a. u. c. 697., Ciceronis inimicus, quem homines in luctu ridentes Gracchum appellabant; ex vepreculis extracta nitedula rem publ. conabatur arrodere. pro Sestio 33, 72. Cfr. in primis ibid. 38, 82. — Numerius, Serranus, Aelius (Ligur) quisquiliae seditionis Clodianae. Ibid. 43, 94. — Q. Numerius Rufus, tribunus pl. „de lapide emptus“ Ciceroni dicitur. Ascon. in Pison. p. 11. — Q. Numerius Rufus fuit unus e collegio tribunorum restitutioni Ciceronis obnixe adversatus. Schol. Bob. pro Sestio p. 303. — *Numerius* igitur non solum erat praenomen, verum etiam gens *Numeria*.

Num. Numestius. Numestium ex litteris tuis studiose scriptis libenter in amicitiam recepi. ad Att. 2, 20, 1. Ibid. 22, 7. Ibid. 24, 1.

Ti. Numicius, Q. Maelius tribuni pl. a. u. c. 433., quod eorum auctoritate pax erat facta post ignominiam ad Furculas Caudinas acceptam dediti sunt,

ut pax Samnitium repudiaretur. de Off. 3, 30, 109.

Numidae genus infidum, ingenio mobili, novarum rerum avidum. Sal. Iug. 46. — Seditiosum atque discordiosum. Ib. 66. — Numidae plerumque lacte et ferina carne vescebantur et neque salem neque alia irritamenta gulae quaerebant. Sal. Iug. 89.

Numisiana forma: i. e., forma (*Plan*) domus alicuius vel villae a Numisio architecto, ut videtur, descripta. ad Q. Fr. 2, 2, 1.

Numisius Tiro, sicarius. Philipp. 2, 4, 8. Ibid. 5, 6, 18. Ibid. 12, 6, 14.

Numitor falsa lectio ad Her. 4, 34, 46.

Numitoria Fregellana, proditoris filia, uxor M. Antonii Cretici. Philipp. 3, 6, 17.

C. Numitorius, eques Romanus, primus homo, testis in Verrem. Verr. Accusat. 5, 63, 163.

Q. Numitorius Pullus cum Fregellanorum princeps esset, coniurationem ab his contra Romanos initam, L. Opimio praetore a. u. c. 629. hac de re inquirente, prodidit. Quo facto Fregellae, oppidum Volscorum in Latio ad ripam Liris, oppugnatae dirutaeque sunt. — De Q. Numitorio Pullo apud L. Opimium et eius consilium diu deliberatum est. Et magis in hoc quidem ignoscendi quam cognoscendi postulatio valuit. Nam semper animo bono se in populum Romanum fuisse non tam facile probabat, cum coniecturali constitutione uteretur, quam ut propter posterius beneficium sibi ignosceretur, cum deprecationis partes adiungeret. de Inv. 2, 34, 105. — Quis Pullum Numitorium Fregellanum, proditorem, quamquam rei publicae nostrae profuit, non odit? de Finn. 4, 22, 62. — Vide Numitoria.

Nummius divisor. de Or. 2, 63, 257.

Nummius, falsa lectio pro Fonteio 5, 9.

Nus fluvius Ciliciae. Varro Fr. p. 366. Bip.

Nymphae deae: earum (enim) templa sunt publice vota et dedicata. de Nat. D. 3, 17, 43. — Nymphae sine piaculo non possunt moveri festis diebus. Varro Fr. p. 372. Bip. — Nymphae a poëtis invocatae, eaedem quae Musae. Varro Fr. p. 358. Bip. — Nympharum aedes Clodii manu deflagravit. Parad. 4, 2, 31. — Nympharum aedes, ubi tabularium publicum, incensa a P. Clodio. pro Milone 27, 73.

Nympho Centuripinus, homo navus et industrius, experientissimus ac diligentissimus arator, vexatus a C. Verre. Verr. Accusat. 3, 21, 53.

Nymphodorus Agrigentinus: ab eo turibulum abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 22, 48.

Nymphodorus, Sostratus, Numenius, fratres, Centuripini ab Apronio miserum in modum vexati. Nymphodorum ille corripi ac suspendi iussit in oleastro quodam, quae est arbor Aetnae in foro. Verr. Accusat. 3, 23, 57.

Nymphon Colophonius, homo levissimus: tamen, ne noceat Quinto fratri, Marcus eum omni sua comitate complectitur. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4.

Nysa. Dionysus secundus Nysam dicitur interemisse (al. *condidisse*). de Nat. D. 3, 23, 58.

Nysa, uxor Nicomedis regis Bithyniae. Sal. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min. Vide Nicomedes.

Nysaei, incolae Nysae, urbis Cariae. ad Fam. 13, 64, 1.

Nysius. pro Flacco 25, 60. Cognomen Bacchi, quod ei tributum est vel ab urbe Nysa, apud quam Bacchus a Nymphis educatus esse ferebatur (Diod. Sic. 3, 64.), vel a Nysa, urbe Indiae ab eo condita, vel denique a Nyso, a quo Bacchum educatum esse fabulis nonnullis proditum est. Graevius tamen l. l. e libro Faërni pro *Nysium* dedit *Dionysum*.

Oceanus. Eius fervor illis in locis, *Europam Libyamque rapax ubi dividit unda*, id est, in freto Herculeo. de Nat. D. 3, 10, 24. — Oceanus sive Atlanticum mare. de Rep. 6, 20, 21. (Som. Scip. C. 6.) — Oceanum cum Ponto, Sertorii copias cum suis coniungere voluit Mithridates. pro Murena 15, 32. — Quid Oceano longius inveniri potest? de prov. cons. 12, 29. — Oceani freta. Tuscul. 1, 20, 45. — Ex Cleanthis sententia Sol Oceani alitur humore. de Nat. D. 2, 15, 40. — Oceanus Salaciaque Caeli satu Terraeque conceptu generati. Tim. Cap. 11. p. 508. — Oceani filiae Perseis et Idyia. de Nat. D. 3, 19, 48. — Eius neptis Medea. Ibid. — Eius filia Coryphe,

mater Minervae quartae. de Nat. D. 3, 23, 59.

Ser. Ocella. ad Fam. 2, 15, 5. — Ser. Ocella nemini persuasisset se moechum esse, nisi triduo bis deprehensus foret. Caelius ad Fam. 8, 7, 2. — Cfr. ad Att. 10, 10, 4. Ib. Ep. 13, 3. Ib. Ep. 17, 3. ad Att. 16, 12, 11.

Ocriculana villa Milonis, prope Ocriculum (hodie *Otricoli*), Umbriae oppidum. pro Milone 24, 64.

Octaviana formula: quod per vim aut metum abstulisset: eam L. Octavius, praetor cum esset, instituerat. Verr. Accusat. 3, 65, 152.

Octavianum bellum a. u. c. 667. a Cinna et Mario reduce contra Cn. Octavium Cons. gestum. de Divin. 1, 2, 4. — Eo bello cometae magnarum fuerunt calamitatum praenuntiae. de Nat. D. 2, 5, 14. — Octavianum bellum grave. Philipp. 14, 8, 23.

Octavianus dies; quo L. Cinna et Cn. Octavius consules a. u. c. 667. inter se mutuo dissidentes magnam civium stragem ediderunt. pro Sestio 36, 77.

Octavii, quos devinctos consuetudine tenebat Archias, sunt Cn. Octavius cos. a. u. c. 667. Cn. Octavius cos. a. u. c. 678. et L. Octavius cos. a. u. c. 679. pro Archia 3, 6.

Octavii, Cn. filii, pueri. Phameae causam contra eos recepit Cicero. ad Att. 13, 49, 1.

Octavius, eques Romanus. Varro Fr. p. 353. Bip.

Octavius ad Fam. 16, 24, 2. et alibi est Iulius Caesar Octavianus, ubi vide. — Sic Octavius appellatur C. Caesar Octavianus in ep. Pseudobruti ad Cic. 1, 16., ubi declamator multus est de Octaviano.

C. Octavius (Octaviani sive Augusti pater) Macedoniam obtinebat a. u. c. 695. ad Att. 2, 1, 12. — C. Octavius propraetor Macedoniae. Amplissimae eius laudes: Quinto fratri ad imitandum proponitur, quomodo lictores et accensos coërcuerit. ad Q. Fr. 1, 1, 7, 21. Ibid. 2, 2, 7. — Ei si vita suppeditasset, consul factus esset. Philipp. 3, 6, 15. — Eius praenomen fuit non *Cn.*, sed *C.*, ut constat ex inscriptione apud Gruter. p. 225. et Pighium ad a. u. c. 694. (695. Varr.) C. Octavivs. C. F. C. N. C. P. (Rufus) pater. Avgvsti. tr. mil. bis. q. aed. pl. cvm. C. Toranio. ivdex. qvaestionvm. pr. procos. imperator. appellatvs. ex. provincia. Macedonia. Item ex Velleio 2, 59.: Fuit C. Octavius ut non patricia, ita admodum speciosa equestri genitus familia, gravis, sanctus, innocens, dives. Hic praetor inter nobilissimos viros creatus primo loco, cum ei dignatio Iulia genitam Atiam conciliasset uxorem, ex eo honore sortitus Macedoniam appellatusque in ea imperator, decedens ad petitionem consulatus obiit praetextato relicto filio. Cfr. Suet. Oct. 3. Ut scilicet posteri eius Octavii, qui primus consul fuit, Cnaei dicti, sic qui a fratre Caio orti Caii appellati videntur, ut discernere familias in promptu esset. Cfr. Drakenborch. ad Liv. 33, 23. Fuit igitur ex familia Octavia equestri, quae a Caio Cnaei, consulis in hac gente primi, fratre originem repetebat.

Cn. Octavius Cn. F. primus ex illa familia consul factus, praeclaram aedificavit in Palatio domum, quam M. Aemilius Scaurus, Sullae privignus, demolitus accessionem adiunxit aedibus. de Off. 1, 39, 138. — Cn. Octavius consul cum T. Manlio Torquato a. u. c. 589. de Finn. 1, 7, 24. — Miro errore Ernestius et Schuetzius in Indd., quae h. l. Cicero affert de T. Torquato, ad Cn. Octavium transtulerunt. — Cn. Octavii, clari viri et magni, qui primus in eam familiam, quae postea viris fortissimis floruit, attulit consulatum (a. u. c. 589.), statuam videmus in Rostris. Is, cum esset missus a senatu ad animos regum perspiciendos liberorumque populorum, maximeque, ut nepotem regis Antiochi, eius, qui cum maioribus nostris bellum gesserat, classes habere, elephantos alere prohiberet, Laodiceae in gymnasio a quodam Leptine est interfectus. Philipp. 9, 2, 4. — Cfr. Plin. H. N. 34, 6., qui tamen factum Popillii Antiochum Magnum virga circumscribentis cum huius legatione confundit, frustra defendente Harduino ex h. l. Ciceronis.

Cn. Octavius Cn. F. Cn. N. consul a. u. c. 626. imperitus iuris civilis. de Or. 1, 36, 166. Pater est sequentis.

Cn. Octavius Cn. F. Cn. (cos. a. 589.) N., consul cum L. Cornelio Cinna (a. u. c. 667.), armis ex urbe collegam suum expulit; omnis hic locus acervis corporum et civium sanguine redun-

davit. in Catil. 3, 10, 24. — Cn. Octavius aedilitate praeteritus consul est factus. pro Plancio 21, 51. — Eius eloquentia, quae fuerat ante consulatum (a. u. c. 667. cum L. Cornelio Cinna gestum) ignorata, in consulatu multis contionibus est vehementer probata. Brut. 47, 176. — Cum Octavio collega Cinna dissedit: utrique horum secunda fortuna regnum est largita, adversa mortem. de Harusp. resp. 24, 55. — Cinna si concordiam cum Octavio confirmare voluisset, hominum in re publica sanitas remanere potuisset. Philipp. 13, 1, 2. — Eius caput praecidi iussit Cinna. Tuscul. 5, 19, 55. — Vide Octavianum Bellum et Octavianus Dies.

Cn. Octavius Rufus, quaestor a. u. c. 647. Sal. Iug. 104. Cfr. Pighium ad a. u. c. 646. Fast. Capit.

Cn. Octavius M. F. cos. a. u. c. 678. cum C. Curione. Brut. 60, 217. Schol. Bob. pro Archia p. 356. — Cn. Octavius M. F. M. Octavii pater. Brut. 62, 222. — Cn. Octavius M. F. doloribus arthriticis confectus. de Finn. 2, 28, 93. — Cn. Octavius homo mitis et captus pedibus. Sal. Hist. 2. p. 205. Ed. Gerl. min.

Cn. Octavius est, an Cn. Cornelius quidam, tuus (Trebati) familiaris, summo genere natus, terrae filius: is me, quia scit tuum familiarem esse, crebro ad coenam invitat. Adhuc non potuit perducere; sed mihi tamen gratum est. (a. u. c. 700.) ad Fam. 7, 9, 3. — Similis in eundem iocus. Ibid. 16, 2.

L. Octavius consul cum C. Aurelio Cotta a. u. c. 679. Verr. Accusat. 1, 50, 130 et Lib. 3, 7, 18.

L. Octavius Reatinus, Hortensii aequalis, qui cum multas iam causas diceret, adolescens est mortuus. Is tamen ad dicendum veniebat magis audacter quam parate. Brut. 68, 241.

M. Octavius Cn. F., aequalis L. et M. Lucullorum. M. Octavii frumentaria largitio et rei publicae tolerabilis et plebi necessaria: ergo et civibus et rei publicae salutaris. de Off. 2, 21, 72. — (Non confundendus hic cum M. Octavio Caecina, Ti. Gracchi collega a. u. c. 621.) — M. Octavius Cn. F. tantum auctoritate dicendoque valuit, ut legem Semproniam frumentariam populi frequentis suffragiis abrogaverit; non tamen orator proprie dicendus. Brut. 62, 222.

M. Octavius Cn. F. M. N. aedilitatem mecum petit; minime gratiosus fuit. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 2, 2. Ibid. 3, 1. — M. Octavius, Appii Claudii Pulchri in Cilicia legatus aut praefectus. (a. u. c. 703.) ad Fam. 3, 4, 1. — M. Octavius, aedilis curulis a. u. c. 704. ad Att. 5, 21, 5. ad Att. 6, 1, 20. — M. Octavius Achaicae Pompeii classi praeerat a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 5. — Salonas oppugnat; sed fugatur. Ib. 9. — M. Octavius ex fuga Pharsalici proelii magna classe se in sinum Illyricum contulit, fudit fugatque A. Gabinium a. u. c. 706. Bell. Alex. 42. seqq. — Vincitur a P. Vatinio et volneratus profugit. Ib. 46.

Octavius Balbus, subscriptor L. Atratini in M. Caelium. pro Caelio 11, 27.

L. Octavius Balbus, homo et iuris et officii peritissimus. Verr. Accusat. 2, 12, 31. (Tribunus pl. a. u. c. 673.) Idem fortasse, qui pro Cluentio 38, 107. Publii habet praenomen. Mihi autem in Cluentiana certius videtur praenomen *P.*, quam h. l. *L.*, quod a plerisque Codd. cum abesset, a Grutero tacite insertum est.

P. Octavius Balbus. Quis ingenio prudentior, iure peritior, fide, religione, officio diligentior aut sanctior? pro Cluentio 38, 107.

M. Octavius (Caecina), tribunus plebi a. u. c. 621. De eo Ti. Gracchus detulit sitellam. de Nat. D. 38, 106. — Huic, collegae suo, Ti. Gracchus potestatem intercedendi abrogavit. de Legg. 3, 10, 24. — Ti. Gracchus M. Octavio collegae suo magistratum abrogavit. Ascon. in Cornel. p. 71. — M. Octavius iniuria accepta fregit Ti. Gracchum patientia, civis in rebus optimis constantissimus. Brut. 25, 95.

M. Octavius Laenas Curtianus rogavit iudices pro M. Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29.

Octavius Ligur ad Att. 5, 4, 2.

(Octavius) Ligur sive Ligus. De Gamala dubium mihi non erat. Unde enim tam felix Ligus pater? ad Att. 12, 23, 3.

L. (Octavius) Ligur. Eius rationes pecuniariae. (a. u. c. 705.) ad Att. 7,

18, 4. An idem sit cum sequente, nescio.

L. Octavius Ligur, Marci frater, huius absentis causam egit a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 48, 125.

M. Octavius Ligur, senator, heres C. Sulpicii Olympi circa a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 48, 125. Accusat. 2, 7, 21. — Eum pecuniam ob ius dicendum poposcit Verres. Ibid. 48, 119. — L. et M. Octavii Ligures fratres, tribuni pl. eodem anno 672. (673. Varr.) apud Pighium 3. p. 266.

Octavius Mamilius ad Att. 9, 10, 3. vide Manilius.

Octavius Marsus, per inversionem: Marsus Octavius legatus P. Dolabellae, praemissus ab eo in Syriam (a. u. c. 711.); sceleratus latro atque egens. Philipp. 11, 2, 4. *Marsum* appellat etiam Appianus B. C. 4, 62. contra *Marcum Octavium* (nisi leg. Μάρσος) Dio Cass. 47, 30. Is postea manus sibi ipse intulit. Appian. l. l.

L. Octavius Naso. Eius heres L. Flavius, praetor designatus (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 3, 10.

Odyssea Homeri. Varro Fragm. p. 265. Bip.

Odyssea Latina Livii Andronici. Brut. 18, 71.

Odysseae portus. Verr. Accusat. 5, 34, 87. Ὀδυσσεία ἄκρα apud Ptolemaeum, extrema in meridionali latere Siciliae proximaque Pachyno.

Oedipus Laii filius. de Fato 13, 30. Ibid. 14, 33. — Cfr. Alexandrum Aphrodisiensem de Fato 31. p. 98. Ed. Orellii. — Oedipus Athenas exsul venit. Varro Fr. p. 295. Bip.

Oeneus, Deianirae pater. Tuscul. 2, 8, 20.

Oenomaus (Hippodamiae pater), Accii fabula. Tuscul. 3, 12, 26. ad Fam. 9, 16, 4.

Oenopion, Chii rex. Arat. v. 673.

Oenotria ab Oenotro rege Sabinorum. Varro Fr. p. 364. Bip.

Oeta sive Oetaeus mons inter Thessaliam et Macedoniam. de Nat. D. 3, 16, 41. Tusc. 2, 7, 19.

Ofella. Vide Q. Lucretius Ofella.

A. Ofilius (potius quam Offilius). ad Fam. 7, 21. ad Attic. 8, 37. 13, 37, 4. ICtus de quo Pomponius l. 2. §. 44. D. de orig. iuris: „Ofilius in equestri ordine perseveravit. Is fuit Caesari familiarissimus et libros de iure civili plurimos et qui omnem partem operis fundarent reliquit: nam et de legibus vicesimae et de iurisdictione primus conscripsit. Idem edictum Praetoris primus diligenter composuit, nam ante eum Servius duos libros ad Brutum perquam brevissimos ad edictum subscriptos reliquit.“ — De eo v. Dodwellus in Append. Prael. Camden. p. 780. Ern. Item Guil. Grotium de vita ICtorum vet. 1, 11. §. 1. — Plurimum a Ser. Sulpicio Rufo profecerat, unde et in causa Siliana illius sententiae subscripsisse mirum non est. Huschke *Studien* I. p. 16. Idem fortasse est Ofillius vel Ofilius, creditor Ciceronis ad Fam. 16, 24, 1.

Ogyges rex 2100. annos ante Varronis tempora Thebas condidit: eius cataclysmos. Varro RR. 3, 1, 2 et 3. Varro Fragmm. p. 235. Bip.

Oileus Aiacis Locri pater in Sophoclis Aiace Locro. Tusc. 3, 29, 71.

Olbia, Sardiniae oppidum. ad Q. Fr. 2, 3, 7. Ibid. 6, 7. *Olbiensis*, scilicet epistola, id est, Olbiae scripta.

Olympeni, ab Olympo, oppido Pamphyliae. — Olympenorum agros populo Romano P. Servilii victoria adiunxit. de lege agr. 1, 2, 5. Ib. 2, 19, 50.

Olympia. Gloria ducti adolescentes Olympiae excipiunt gravissimas plagas et ferunt silentio. Tuscul. 2, 20, 46. de Or. 3, 32, 127. de Nat. D. 2, 2, 6.

Olympia, orum. Olympiorum victoria athletis consulatus ille antiquus videtur. Tuscul. 2, 17, 41. — Ab Olympiis coronam petere. Opt. gen. or. 3, 8.

Olympiacus cursus. Her. 4, 3, 4. Cfr. Matthiae Cic. Epp. sel. Ed. 2. p. 92.

Olympiades. Vide Musae.

Olympias prima CVIII. annis, postquam Lycurgus leges scribere instituit; quam quidam nominis errore ab eodem Lycurgo institutam putant. de Rep. 2, 10, 18.

Olympias, Philippi Macedonis coniux, peperit Alexandrum ea nocte, qua Dianae Ephesiae templum ab Herostrato incensum conflagravit. Magorum ea de re responsum. de Divin. 1, 23, 47. de Nat. D. 2, 27, 69. — Olympias draconem alebat. de Divin. 2, 66, 135. —

Festivum eius dictum. Varro Fr. p. 324. Bip.

Olympus mons in Macedonia. Varro LL. 7, 2. p. 306. — Olympus in immensum editus. Fragmm. p. 581. — Musis Helicona atque Olympon attribuerunt homines. Varro RR. 3, 16, 7.

Olympus stellans. de Divin. 1, 12, 19. Ibid. 2, 20, 45.

Olympus, urbs Pamphyliae, antiqua et omnibus rebus aucta et ornata, capta a P. Servilio Vatia Isaurico. Verr. Accusat. 1, 21, 56.

Olynthia. Eius fertilitas. Varro RR. 1, 44, 3.

Olysippo in Lusitania ad Oceanum; ibi mons Tagrus, ubi quaedam e vento certo tempore concipiunt equae. Varro RR. 2, 1, 19.

Onasus Segestanus, testis in Verrem. Verr. Accusat. 5, 45, 120.

Onchesmites ventus, ab Onchesmo, Epiri portu flans. ad Att. 7, 2, 1.

Onocyrus Argivus. Varro RR. 2, 5, 4.

Opalia. Varro LL. 6, 3. p. 204.

Opas, falsa lectio pro Phthas. de Nat. D. 3, 22, 55.

Opeconsiva dea: eius in Regia sacrarium. Varro LL. 6, 3. p. 202.

Ophiuchus, Latinis *Anguitenens.* Arat. v. 77. de Nat. D. 2. 42, 109.

Opilius. Varro LL. 7, 3. p. 350 .(al. Turpilius) Varro LL. 7, 3. p. 336. 7, 4. p. 358.

Opimia basilica. Varro LL. 5, 32. p. 155.

L. Opimius Q. F. in praetura (a. u. c. 630.) Fregellas cepit, quo pacto visus est ceteros quoque nominis Latini socios male animatos repressisse, idemque in consulatu (a. u. c. 633.) Fulvium Flaccum consularem et C. Gracchum tribunicium oppressit, ob quam invidiam postea iudicio circumventus est et in exilium actus. Ascon. in Pison. p. 17. — L. Opimius cos. cum Q. Fabio Maximo a. u. c. 633. Brut. 83, 287. — L. Opimius, C. Marius, L. Flaccus, fortes consules, quibus ducibus improbos cives res publica vicit armatis. pro Plancio 36, 88. — „Quod L. Opimius consul verba fecit de re publica, de ea re ita censuerunt, uti L. Opimius consul rem publicam defenderet.“ Senatus haec verbis, Opimius armis. Q. Metellus, cuius quattuor filii consulares, P. Lentulus, princeps senatus, complures alii summi viri cum L. Opimio consule armati Gracchum in Aventinum persecuti sunt, quo in proelio Lentulus grave volnus accepit, interfectus est Gracchus et M. Fulvius consularis eiusque duo adolescentuli filii. Philipp. 8, 4, 14. — Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit: interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, occisus est cum liberis M. Fulvius, consularis. in Catil. 1, 2, 4. — L. Opimius — interfecit C. Gracchum. de Or. 2, 30, 132. — Quaestio: iurene occiderit Opimius Gracchum? Respondit: Iure feci salutis omnium et conservandae reip. causa: relatumque est ab Decio, Ne sceleratissimum quidem civem sine iudicio, iure ullo necare potuisti. Partitt. 30, 104 et 106. — L. Opimius maiestatis accusatus a Q. Decio trib. pl. (a. u. c. 634.) defensus a C. Carbone consule. de Or. 2, 25, 106. Ibid. Cap. 30, 132. — L. Opimius Mamilia lege damnatus, quod videretur in ea legatione, qua cum ceteris functus est apud Iugurtham, pecunia esse corruptus (auctore Salustio in bello Iugurthino.) Schol. Bob. pro Sestio p. 311. — Opimius damnatus, servator ipse rei publicae. pro Plancio 28, 69. — Opimii calamitas utinam ex hominum memoria posset evelli! Volnus illud rei publicae, dedecus huius imperii, turpitudo populi Romani, non iudicium putandum est. Praetor finitimo, consul domestico bello rem publicam liberavit. Ibid. 29, 70. — Eius damnatio. de Rep. 1, 3, 6. — L. Opimius, civis praestantissimus, C. Gracchi interfector: eum a populo absolutum, cum contra populi studium stetisset, Gracchani iudices sustulerunt. Brut. 34, 128. — L. Opimius eiectus est e patria, is, qui praetor et consul maximis rem publicam periculis liberarat. Non in eo, cui facta est iniuria, sed in iis, qui fecerunt, sceleris et conscientiae poena permansit. in Pison. 39, 95. — L. Opimius, homo clarus et in senatu potens, quia consul C. Graccho et M. Fulvio Flacco interfectis acerrume victoriam nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha tametsi Romae in amicis habuerat, tamen accuratissime recepit, dando et pollicitando multa perfecit, uti famae,

fide, postremo omnibus suis rebus commodum regis anteferret. Sal. Iug. 16. — Unus in hac civitate praeclare vir de re publica meritus, L. Opimius, indignissime concidit; cuius monumentum celeberrimum in foro (aedes Concordiae), sepulchrum desertissimum in litore Dyrrhachino relictum est cet. pro Sestio 67, 140. Cfr. de Inv. 2, 34, 105. — Ab eo vinum Opimianum dicitur Brut. 83, 287., quod eo tempore, quo Cicero librum de claris oratoribus scripsit, aetatem habuit LXXXV. annorum.

M. Opimius, praefectus equitum, Pompeianus, captus a Cn. Domitio Calvino a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 38.

Q. Opimius Q. F. Q. N. cos. a. u. c. 600. cum L. Postumio Albino. Adolescentulus male audierat. Cfr. Lucilii versus apud Nonium in v. *Fama.* — Egilii facetum in eum dictum. de Or. 2, 68, 277.

Q. Opimius L. F. Q. N. Petita multa est apud C. Verrem praetorem urbanum (a. u. c. 680.) a Q. Opimio, qui adductus est in iudicium, verbo, quod, cum esset tribunus plebis, intercessisset contra legem Corneliam, re vera, quod in tribunatu dixisset contra alicuius hominis nobilis voluntatem. — Is, senator populi Romani, bona, fortunas, ornamenta omnia amisit. Verr. Accusat. 1, 60, 155. — Opimius intercessit contra legem Corneliam (Sullae scil.), quae prohibebat, ne tribuni plebis aliorum quoque magistratuum capessendorum potestatem haberent. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 200. Hic Opimius is est, qui tribunus plebi fuit L. Octavio et C. Cotta coss. a. u. c. 679.

Opimius, praetor Achaiae. Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 388. (p. 389. idem rectius audit Oppius, ubi vide.)

Opimius, iudex a. u. c. 700. ad Att. 4, 16, 6. De quo loco corrupto vide Editionem meam, ubi quae ex Bosio et Graevio attulit Ernestius in Clavi, refutavi. Fuitne hic *Opimius* unus idemque cum M. Opimio, Pompeiano?

Oppia, uxor L. Mindii. ad Fam. 13, 28, 2.

Oppianicus pater. Vide Stat. Albius Oppianicus.

C. Oppianicus, Statii Albii Oppianici frater, ab hoc veneno interfectus. pro Cluentio 11, 31.

Oppianicus filius. Abs te peto, Oppianice, ut me invitum de patris tui causa dicere existimes, adductum fide atque officio defensionis (Cluentii). pro Cluentio 4, 10. Cfr. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 141. et in Act. II. Verr. p. 201. Schol. Gronov. in Act. I. Verr. p. 386.

Oppianus. Epistolas ad eum scripsit Varro. Varro Fragm. p. 196. Bip.

Oppii. Tu Oppios Terentiae dabis. ad Att. 10, 4, 12. — Oppii Velienses, Ib. Ep. 6, 3. — Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius. Iam intellexi. Oppios enim de Velia succones dicis. ad Att. 7, 13. b., 5. Atticus scilicet cum scripsisset *succones de Velia*, intelligi volebat *Oppios* ab ὀπός, *succus*, feneratores in ea parte Urbis habitantes, quae Velia dicebatur. — Oppii, Attici contubernales. Ib. Lib. 8, 7, 3.

Oppius Mons in Exquiliis. Varro LL. 5, 8. p. 55.

Oppius ad Att. 4, 3, 3. falsa lectio pro: *Appius* (Claudius).

Oppius, ex praetore Achaiae. Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 389. (p. 388. idem audit Opimius. Verum, cum Pseudoasconius item memoret Oppium, hoc nomen verius videtur.) — Oppius, a Verre suppositus. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 128. et in Act. II. Verr. p. 171. Vide Rupilius.

C. Oppius, Caesaris familiarissimus, coniungitur fere cum Balbo et Hirtio. Cfr. Sueton. Caes. 52. Alexandrini, Africi et Hispaniensis (belli) incertus auctor est. Alii Oppium putant, alii Hirtium. Ibid. 56, 72. — Scripsit vitas Scipionis Africani, Marii, Crassi, Pompeii, Caesaris. Cfr. Heeren de font. Plut. p. 163. et 187. — Oppius, Caesaris amicus. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 14. Ib. Lib. 5, 1, 2. Ep. 4, 3. ad Q. Fr. 3, 1, 3, 8. Ibid. Cap. 5, 17. (a. u. c. 700.) — Oppii et Balbi epistola ad Ciceronem. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 7. A. — Caesaris ad eum epistola. Ib. C. Altera. Ib. Ep. 13. A. — Togam praetextam texi Oppio puto te audisse. ad Fam. 2, 16, 7., id est, magistratus paratur Oppio, Caesaris amico, qui re publica salva contemptus iaceret. (a. u.

c. 705.) — Non abhorret a mea suspicione Oppii oratio. Sed non dubito, quin istis persuaderi nullo modo possit ea, quae faciant, mihi probari posse, quoquo modo loquar. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 17, 2. Ib. 18, 2. Ib. Lib. 12, 19, 2. — Quae Balbus et Oppius, absente Caesare egerunt, ea solebant illi rata esse. (a. u. c. 708.) ad Fam. 6, 8, 1. Ibid. 12, 2. Ibid. 19, 2. — Oppius amans Varronis. ad Fam. 9, 6, 1. (a. u. c. 708.) — O pudentem Oppium, qui nihilo minus quam Matius Caesarem interfectum desiderat, sed loquitur nihil, quod quemquam bonum offendat. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 1, 1. — Oppius amicissimus Attico. ad Att. 16, 2, 5. — Ciceronis ad eum epistola (a. u. c. 710.) ad Fam. 11, 29. — Oppii epistolae, quia perhumana erat, tibi misi exemplum. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 12, 1. — Oppius me hortatus est, ut Octavianum totamque causam manumque veteranorum amplecterer. ad Att. 16, 15, 3.

Cn. Oppius Cornicinus ad suam veterem fabulam rediit: abiecta toga se ad generi (Sex. Atilii Serrani trib. pl. a. u. c. 697.) pedes abiecit, (eum deprecatus, ne intercederet SCto de aedibus Ciceroni restituendis). ad Att. 4, 2, 4.

L. Oppius M. F. eques Romanus, testis in causa Flacci. pro Flacco 13, 31. — L. Oppius, qui Philomelii negotiabatur, commendatur Quintio Gallio. ad Fam. 13, 43, 1. et 44. — Commendatur Q. Philippo, procos. Asiae. (a. u. c. 700.) ad Fam. 13, 73, 1. et Ep. 74.

M. Oppius ad Fam. 8, 8, 5 et 6. corrupte legebatur pro M. Eppius.

P. Oppius. M. Aurelius Cotta, proconsul Bithyniae, quaestorem suum P. Oppium dimiserat et peculatus et insidiarum sibi structarum suspectum, quo crimine mox ex Cottae epistola est accusatus. a Cicerone autem defensus a. u. c. 687. Fragmm. p. 444. Dio Cass. 36, 23. — Oppius, postquam orans nihil proficiebat. timide veste tectum pugionem expedire conatus a Cotta Vulcioque impeditur. Sal. Hist. 3. p. 218. Ed. Gerl. — Huc referuntur verba Quintiliani 5, 10, 69. Fit etiam ex duobus, quorum necesse est alterum verum, eligendi adversario potestas efficiturque, ut, utrum elegerit, noceat. Facit hoc Cicero pro Oppio: „Utrum, cum Cottam appetisset, aut cum ipse sese conaretur occidere, telum ei e manibus ereptum est?" — Obiicitur Oppio, quod de militum cibariis detraxerit; asperum crimen, sed id contrarium ostendit Cicero, quia iidem accusatores obiecerint Oppio, quod is voluerit exercitum largiendo corrumpere. Quintil. 5, 13, 17. — [Ubi eum Cotta in contentione ab exercitu cogit discedere], dicit se eius opera non usurum eumque ab armis dimittit. Sal. Hist. 3. p. 218. Diversus videtur sequens.

P. (al. Sp.) Oppius, praetor a. u. c. 710. Philipp. 3, 10, 25. — Horum temporum est etiam M. Oppius Capito, pro praetore, praefectus classis M. Antonii, cuius extant nummi circa a. u. c. 714. cusi. Cfr. Borghesium in *Giornale Arcadico* 25. p. 367.

Ops eadem quae Terra. Varro LL. 5, 10. p. 63. et 69. — Mater. Versus Ennii de ea. Ibid. p. 70. — Ops (*Ῥέα*) Tim. Cap. 11. p. 508. — Ops dea. de Legg. 2, 11, 28. de Nat. D. 2, 23, 61. — Spei, Salutis, Opis, Victoriae facultas a diis expetenda est. de Nat. D. 3, 36, 88. — Statua Africani minoris ad Opis. ad Att. 6, 1, 17. — In Opis aede Caesar septies millies sestertium deposuerat: ibi rapinae ab Antonio fieri dicuntur ad Att. 14, 14, 5. — Dolabella adhuc non solvit, praesertim cum se maximo aere alieno Faberii manu liberavit et opem ab eo petierit. Ibid. Ep. 18, 1. Quia Cicero his verbis addit: „Licet enim iocari", recte interpretes hic lusum ex amphibolia agnoscunt. Scilicet cum Dolabella partem pecuniae, quae erat in Opis aede reposita, ab Antonio accepisset, quasi id esset in commentariis Caesaris scriptum, quos Antonius pro lubitu Faberii scribae olim Caesaris manu vitiare et interpolare solebat, id sic expressit Cicero: „et opem ab eo petierit", id quod dupliciter intelligi poterat: 1) „et auxilium ab eo petierit"; 2) „et Opem, id est Opis pecunias ab eo petierit." Fortasse tamen Cicero scripsit: *et Opis opem ab eo petierit.* Ad eandem huius pecuniae causam pertinet locus ad Att. 16, 14, 4.: „Avi tui pronepos" (id est, Q. Cicero filius, cuius Atticus erat avunculus:) „scribit ad patris mei nepotem" (id est, ad Marcum M. Ciceronis filium:) „se ex Nonis iis, quibus nos magna (olim) gessimus" (id est, Nonis Decembribus), „aedem Opis explicaturum", id est, cum aedilitatem

plebis inierit, de ista pecunia ad populum relaturum. De eadem pecunia: Pecunia a Caesare collecta utinam ad Opis maneret! cruenta illa quidem, sed his temporibus, quoniam iis, quorum est, non redditur, necessaria. Philipp. 1, 7, 17. Philipp. 2, 14, 35. et C. 37, 93. Philipp. 5, 6, 15. Philipp. 8, 9, 26. Schuetz.

Opus, Ὀποῦς (Ὀπούντιοι), urbs Locridis, caput Opuntiorum. ad Att. 6, 2, 3.

P. Orbius, Ciceronis fere aequalis, in dicendo non nimis exercitatus, in iure autem civili non inferior quam magister, T. Iuventius, fuit. Brut. 48, 179. — P. Orbius, Asiae praetor a. u. c. 691. Globulo succedens, homo et prudens et innocens. pro Flacco 31, 76.

Orbona dea orbitatem avertere credita. Fanum Orbonae ad Larum aedem. de Nat. D. 3, 25, 63.

C. Orcininus falsa lectio pro C. Orcivius. Q. Cic. de Pet. C. 5, 19.

Orcivii (sic scriptum et pronuntiatum. Al. Orcinii). Orat. 48, 160.

C. Orcivius, Ciceronis collega in praetura (a. u. c. 688.) pro Cluentio 54, 94. — Peculatus quaestionem exercebat. Ibid. 53, 147. — C. Orcivius, civis ad ambitionem gratiosissimus (a. u. c. 690.) Q. Cic. de Pet. C. 5, 19. *Orcivius* (non *Orchivius*, minus etiam *Orcininus*) veram huius nominis scripturam esse ex auctoritate Inscriptt. apud Gruterum 454, 6. 949, 1. Murat. 1010, 8. 1221, 2. et Cod. Palimps. Taurin. Orat. pro Cluentio docui ad Oratoris C. 48, 160. Ed. min. p. 123.

Orcus frater Iovis et Neptuni; an deus? de Nat. D. 3, 17, 43. — Tuscul. 1, 21, 48. — Orcus unde dictus? Varro LL. 5, 10. p. 73. — Orcus sive Dis pater, rapuit Liberam. Verr. Accusat. 4, 50, 111., ubi acerbo convicio C. Verres dicitur alter Orcus. — Orcus abstulit Proserpinam. Varro Fr. p. 227. Bip.

Orestes, filius Agamemnonis et Clytaemnestrae, qui patris caedem ulturus matrem occidit. — Orestes furiosus. Tuscul. 3, 5, 11. — Tres primi versus Orestis Euripidei in Latinum conversi. Tuscul. 4, 29, 63. — Piso tragico illo Oreste dementior. in Pison. 20, 47. — Non sine causa etiam fictis fabulis doctissimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris ulciscendi causa matrem necavisset, variatis hominum sententiis, non solum divina, sed etiam sapientissimae deae sententia liberatum. pro Milone 3, 8. — Orestes et Pylades egregium amicitiae exemplum. de Finn. 1, 20, 65. de Finn. 2, 24, 79. de Finn. 5, 22, 63. — Orestes et Pylades apud Pacuvium. Lael. 7, 24. — Orestes a matris nece purgatus in septem fluviis iuxta Rhegium. Varro Fr. p. 207. Bip. — Her. 1, 10, 17. Ibid. 15, 25. Ibid. 16, 26. — Orestes modo rex, modo mendicus. Ibid. 2, 23, 36. de Inv. 1, 13, 18. Ibid. 49, 92. — Orestis thema (frequenter a rhetoribus tractatum). Victorinus I. p. 50 et 64.

Orestes. Vide Aufidius Orestes.

Orestilla. Vide Aurelia Orestilla.

Orestis, pars Macedoniae libera. de Harusp. resp. 16, 35.

M. Orfius, homo ceteroqui ignotus, Caesari commendatus. ad Fam. 7, 5, 2. Incerta est lectio, cum Medic. habeat *m. itfiuium*. Lambinus: *M. Furium*, Schuetz.: *M. Rufum*.

M. Orfius, eques Ro., noster pernecessarius ex municipio Atellano, tribunus mil. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 14, 3.

Orindicus ager. de lege agr. 2, 19, 50. falsa lectio pro Oroandicus ager.

Orion manibus violasse Dianam dicitur in insula Chio. Arat. v. 668. Ibid. v. 237. 322. 543. 537. Varro LL. 7, 3. p. 335. de Nat. D. 2, 44, 115. Ibid. 3, 10, 26.

Orithyia, Erechthei, regis Atheniensis filia, a Borea s. Aquilone sublata Athenis. de Legg. 1, 1, 3.

Oroandicus ager, ab Oroanda, oppido inter Pisidiam et Isauriam. de lege agr. 2, 19, 50. Plin. H. N. 5, 32.

Orodes, rex Parthorum (a. u. c. 703.) cuius filius Pacorus. ad Att. 5, 18, 1. Ib. Ep. 21, 2. Lib. 6, 1, 14. ad Fam. 15, 1, 2.

Oroetes, praetor Darei, in crucem egit Polycratem Samium. de Finn. 5, 30, 92.

Oropus, oppidum Boeotiae in finibus Atticae. ad Att. 12, 23, 2.

Orpheus: Orpheum poëtam docet Aristoteles nunquam fuisse et hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cercopis. de Nat. D. 1, 38, 107. — „Hic nulli interpretum in mentem venit Philoponi adnotatio ad

verba Aristotelis de An. 1, 5. *τοῦτο πέπονθεν ο ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς καλρυμένοις ἔπεσι λόγος*, quibus haec adscripsit: *καλουμένοις εἶπεν, ἐπειδὴ μὴ δοκεῖ Ὀρφέως εἶναι τὰ ἔπη, ὡς καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίας λέγει· αὐτοῦ μὲν γάρ εἰσι τὰ δόγματα· ταῦτα δέ φησιν Ὀνομάκριτον ἐν ἔπεσι κατατεῖναι.* Comm. p. F. III. a. Est utique inter utrumque haud levis dissensus; si Ciceronem audimus, Aristoteles negat ullum fuisse Orpheum; si Philoponum, non solum fuisse concedit, sed etiam quaedam eius dogmata nosci ab Onomacrito numeris inclusa; in quo rursus discrepat Cicero, Cercopem ab Aristotele fraudis appellatum dicens. Iam illud, in quo summa quaestionis versatur, ullus an fuerit Orpheus, nulla causa est, cur Aristotelem ipsum alio loco aliter decrevisse putemus; ergo illorum alterutrum errasse conveniet. Ciceronis vero fides multo potior videri debet, non solum propter aetatem, sed etiam quia exemplo illo contra adversarios ad probandum utitur tamquam noto et indubitabili, cui si minus confisus fuisset, in promptu erant alia centena. Sed Philoponus in transitu iudicii, quod Aristoteles tulerat, memoriam replicat, tantummodo ut doceret, qua de causa *τὰ καλούμενα* dixisset. Quod ad alteram controversiae partem attinet, facile componi potest, si sumamus, quod nemo concedere gravabitur, Aristotelem non semel, sed bis aut saepius de Orpheo locutum esse atque eo quidem loco, quem Philoponus ante oculos habuit, Orphei Physica, unde illa sumpta videntur, Onomacrito adscripsisse, altero autem, quo Cicero usus, nescio quod aliud carmen ad Cercopem rettulisse auctorem. Etenim Orphei ferebantur carmina complura; plures ferebat rumor auctores, Persinum, Brontinum, Zopyrum, Prodicum, Cercopem, ipsumque Pythagoram; cuius suspicionis ignarum fuisse Stagiritam omniaque uni Cercopi tribuisse virum in Orphicis Pythagoricisque scriptis praeclare versatum, nequaquam credibile. Quapropter subductis rationibus ita censeo, Aristotelem non uno, sed pluribus commentariorum suorum locis, cum forte ex Orphicis aliquid proferret poëmatis, universa illi commenticio vati abiudicasse et per occasionem unius aut alterius carminis, de quo cum maxime ei sermo erat, verum edidisse auctorem. Cicero igitur in talem aliquem incidit locum, ubi Aristoteles proposita quadam Orphei sententia, carmen, unde ea deprompta erat, Cercopis esse diceret, id quod Ciceronis verba indicant: *et hoc Orphicum carmen ferunt fuisse Cercopis:* „ex quo intelligitur illum de uno quodam poëmate, non de universis pronuntiasse." Lobeck Aglaoph. T. 1. p. 348. Vide etiam Cercops. — Orpheus, Musa (Calliopa) matre natus, nusquam tamen colitur. de Nat. D. 3, 18, 45. — Eum allegorice interpretatus est Chrysippus. de Nat. D. 1, 15, 41. Tuscul. 1, 41, 98.

Orpheus, servus s. libertus Ciceronis fidus. (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 4, 4.

Orpheus, servus Q. Hortensii oratoris. Varro RR. 3, 13, 2.

Orphica sacra Dionyso quarto putantur confici. de Nat. D. 3, 23, 58.

Osaces, magna auctoritate dux Parthorum, in fuga volnus accepit a Cassio, eoque interiit paucis post diebus. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 20, 3. — Erat dux Parthorum, Pacori nomine, nondum ephebi. Dio Cass. 40, 28.

Osca lingua. — Sabina (lingua) usque radices in Oscam linguam egit. Varro LL. 7, 3. p. 315. — Oscum vocabulum *asta*. Varro LL. 7, 3. p. 339. — Oscum vocabulum *supparus*. Varro LL. 5, 30. p. 134. — Oscorum vocabulum *casnar* (senilis). Varro LL. 7, 3. p. 318.

Oscensis ager in Hispania. Varro, RR. 1, 57, 2.

Osci ludi dati a Cn. Pompeio a. u. c. 699. ad Fam. 7, 1, 3.

Ostia. Ad ostium Tiberis colonia deducta ab Anco rege. de Rep. 2, 3, 5. Ibid. 18, 33. Memoratur etiam ad Fam. 9, 6, 1. ad Q. Fr. 3, 2, 1. (ad Q. Fr. 2, 6, 7. pro *Ostia* restitui *Olbia*.) — Ostiense incommodum, cum classis ea, cui consul populi Ro. praepositus esset, a praedonibus Ciliciensibus capta atque oppressa est. pro lege Manilia 12, 33. — Rem narrat Dio Cass. 36, 5. *προχωρούντων δὲ αὐτοῖς τουτων καὶ ἐς τὴν ἤπειρον ἀνέβαινον καὶ πολλὰ καὶ ἐκείνους τοὺς μηδὲ χρωμένους τῇ θαλάσσῃ ἐλύπουν, καὶ ταῦτα οὐ τὴν ἔξω συμμαχίδα αὐτῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἰταλίαν αὐτὴν ἐποίουν. Τά τε γὰρ κερδη τὰ αὐτόθεν μείζω σχήσειν καὶ πάντας τοὺς λοιποὺς ἐπὶ πλεον ἐκφοβήσειν, ἂν μηδὲ ἐκείνης ἀπέχωνται, νο-*

μίζοντες ἔς τε τὰς ἄλλας τὰς ταύτῃ πόλεις καὶ ἐς αὐτὰ τὰ Ὤστια ἐσέπλεον καὶ τάς τε ναῦς ἔκαιον καὶ πάνθ' ἥρπαζον· καὶ τέλος, ὡς οὐδεμία σφῶν ἐπιστροφὴ ἐγίνετο, τάς τε διατριβὰς ἐν τῇ γῇ ἐποιοῦντο, καὶ τοὺς ἀνθρώπους, ὅσους μὴ διώλλυσαν, τά τε σκῦλα, ὅσα ἐλάμβανον, ἀδεῶς ὥς γε καὶ ἐν οἰκείᾳ διετίθεντο. — Ostiensis provincia, cui, cum quaestores sortiuntur, etiam acclamari solet, non tam gratiosa et illustris, quam negotiosa et molesta. pro Murena 8, 18. — Negotiosa erat propter annonae reliquique commeatus in Urbem transportandi curam.

Otacilius Crassus, Pompeianus, qui Lissi praeerat; Caesarianos dediticios crudelissime interficit. Caesar Civ. 3, 28. — Mox Lisso fugit et ad Pompeium pervenit. Ib. 29.

Cn. Otacilius Naso commendatur Acilio. ad Fam. 13, 33.

Otho. Vide Roscius Otho.

Ovia, C. Lollii uxor. ad Att. 12, 21, 4. Ib. Ep. 24, 1. Ib. Ep. 30, 2. Ib. 13, 22, 4. Cum ea de praedio aliquo habebat negotia pecuniaria eique debebat HS. C. Quod Schuetzius in Indice scribit: „Ovia, quam sibi suam condicionem ferre Q. Cicero filius dicebat, quia constitutum esset discidium": huius rei ne vestigium quidem inest in his quattuor locis, quibus Oviae mentio fit.

Ovii Mamertini, civitate donati a Cn. Pompeio. pro Balbo 22, 51.

Ovinius; nomen ab *ovi.* Varro RR. 2, 1, 10.

Ovius. ad Att. 16, 1, 5.

M. Pacavius pro Milone 27, 74. falsa lectio pro: M. Paconius.

M. Pacius, hospes Attici. ad Att. 4, 16, 1. — Pacciana epistola. Ibid. §. 13.

Pacenus. Eius pastoribus Cluentii villicus vim et manus attulisse dicebatur. pro Cluentio 59, 161.

Pachynum, promontorium Siciliae, hodie *Capo di Passaro.* Verr. Accusat. 5, 33, 87.

Paciaecus. Vide L. Iunius Paciaecus.

L. (Iunius) Paciaecus. Eius litterae de exercitu Hispaniensi Cn. Pompeii, Magni filii. a. u. c. 709. ad Fam. 6, 18, 2. (Cfr. Script. de Bell. Hispan. C. 3.) — Cfr. ad Att. 12, 2, 1.

Pacideianus gladiator Lucilio memoratus. Opt. gen. or. 6, 17. Tuscul. 4, 21, 48. — Cum Aeseroino Samnite Pacideianus comparatus viderer. ad Q. Fr. 3, 4, 2.

Pacidii duo, Pompeiani, parti exercitus Scipionis Metelli praeerant in Africa a. u. c. 707. Bell. Afric. 13. — Alter interfectus in proelio ad Tegeam. Ib. 78.

Paciliana domus. Eam emere volebat Q. Cicero. ad Att. 1, 14, 7.

M. Pacilius, homo egens et levis, accusator Sthenii Thermitani apud C. Verrem. Verr. Accusat. 2, 38, 94. — Citatus non affuit. Ibid. 40, 98.

Paconius nescio quis, homo ne Graecus quidem ac Mysius aut Phryx potius, qui querebatur de Q. Cicerone. (a. u. c. 694.) ad Q. Fr. 1, 1, 6, 19. Vide, ne emendandum sit *Paconius.*

M. Paconius, eques Romanus splendidus et fortis, vexatus a P. Clodio. pro Milone 27, 74.

Pacorus, Orodi, regis Parthorum, filius, a. u. c. 703. Euphratem transiit cunctis fere copiis. ad Att. 5, 18, 1. — Pacorus (a. u. c. 703.) cum permagno equitatu Parthico transisse Euphratem nuntiatus est Ciceroni a Tarcandimoto. ad Fam. 15, 1, 2. — Cum eo nupta erat Artuasdae, regis Armeniorum, soror. Ibid. 3, 1. — Pacorus Parthus Veteri Antistio eripuit Caecilium Bassum ab eo circumsessum a. u. c. 710. ad Att. 14, 9, 3. — Hic est, qui post a P. Ventidio Basso victus a. u. c. 716. periit. Dio Cass. 49. p. 464. Ern. Vide etiam Orodes.

Pactolus aureas undas agens. Varro Fr. p. 284. Bip. (cfr. ibid. p. 282.)

M. et Q. Pacuvii Claudii (Claudi?), fratres, subscripserunt Triario in Scaurum a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 19.

M. Pacuvius Brundisinus Ennii sorore genitus (Plin. H. N. 35, 4.), poëta tragicus. — Accius (natus a. u. c. 584.) iisdem aedilibus (a. u. c. 613. vel 614.) ait se et Pacuvium (natum a. u. c. 534. mortuum a. 624.) docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset. Brut. 64, 229. — C. Laelii et P. Scipionis (qui optime loquebantur) aequales Caecilium et Pacuvium male locutos videmus. Brut. 74, 258. — M. Pacuvius, hospes et amicus C. Laelii; eius Iphigenia in Tauris.

Lael. 7, 24. — Pacuvius, summus tragicus. Opt. gen. or. 1, 2. —. (Multi Romani) Ennium et Pacuvium et Accium potius quam Euripidem et Sophoclem legunt. Opt. gen. or. 6, 18. Videntur verba ab interpolatore intrusa. Vide Edit. meam minorem p. 456. — Pacuvio delector, ait quispiam; omnes apud hunc ornati elaboratique sunt versus, multa apud Ennium negligentius. Orat. 11, 36. — Pacuvius in Latina lingua ubertatis exemplum, iudice Varrone. Varro Fr. p. 345. Bip. — Pacuvius, Ennius inter se dissimiles. de Or. 3, 7, 27. — Pacuvius, Ennius, Accius non verba, sed vim Graecorum expresserunt poëtarum. Acad. 1, 3, 10. — Pacuvianae tragoediae Her. 4, 1, 7. — Eius Amphion. de Inv. 1, 50, 94. — Eius versiculi. Her. 2, 23, 35. — De Zetho et Amphione. Ibid. 2, 37 43. — Zethus in eius Antiopa. de Or. 2, 37, 155. In hac tragoedia ex Euripide ducta inducebatur Amphion musicam et artes humanitatis laudans, Zethus has artes et philosophiam vituperans. Cfr. Platonis Gorgiam p. 484. E. seqq. — Versus ex Antiopa. de Divin. 2, 64, 133. — Pacuvii Antiopa. de Finn. 1, 2, 4. — Versus ex Armorum iudicio. de Off. 3, 26, 98. — Pacuvii versus item ex Armorum iudicio. (?) Her. 2, 26, 42. de Inv. 1, 45, 83. — Pacuvii Chryses et Armorum iudicium. Orat. 46, 155. — Versus e Chryse. de Divin. 1, 57, 131. — Versiculus ex Chryse. de Nat. D. 2, 36, 91. — Versiculi ex Duloreste. de Or. 3, 39, 157. — Eius versiculi e tragoedia incerta; ut Naeckius in Comm. de Pacuvii Duloreste Bonnae 1822. p. 7. et Stieglitz de Pac. Dul. Lipsiae 1826. p. 54. arbitrantur, e Duloreste. (cfr. tamen Giese.) de Divin. 14, 24. (Hofman Peerlkamp in Bibl. crit. nova Vol. 4. p. 147., ut solet coniecturis indulgere, suspicatus est nomen huius fabulae fuisse *Pyladorestes.*) — Versiculus ex Hermiona. de Or. 2, 44, 187. — Versus ex eius Iliona. pro Sestio 59, 126. Item Tusc. 1, 44, 106. Acad. 2, 27, 88. — Eius fabula Ilione. Schol. Bob. pro Sestio p. 307. (Cfr. Heindorf ad Horatii Sat. 2, 3, 60.) — Pacuvii Medus et Antiopa. de Off. 1, 31, 114. — Versus ex Medo. Tuscul. 3, 12, 26. — Aliquis illo Pacuviano *invehens alitum anguium curru* (Medeae in Medo). de Rep. 3, 9, 14. — Versus ex Niptris. Tuscul. 2, 21, 48. et 5, 16, 46. Item de Orat. 3, 40, 162. Acad. 2, 27, 88. — Pacuvius lamentationem Ulixi melius expressit quam Sophocles: apud illum enim perquam flebiliter Ulixes lamentatur in volnere. Tuscul. 2, 21, 49. — Versus ex Periboea. Varro LL. 7, 2. p. 88. — Pacuvii Teucer. de Or. 1, 58, 246. de Or. 2, 46, 193. — Versus de Teucro. Tuscul. 5, 37, 108. — Pacuvii versiculi ex Teucro, ut videtur. pro Scauro 2, 3 — Versiculi ex Teucro. de Divin. 1, 36, 80. Pacuvii versiculi ex tragoediis incertis de Divin. 1, 16, 29. de Finn. 5, 11, 31. ad Fam. 8, 2, 1. Varro LL. 5, 1. p. 19. Ibid. 5, 3. p. 27. LL. 5, 5. p. 41. LL. 5, 10. p. 66. LL. 6, 2. p. 189. LL. 6, 9. p. 273. LL. 7, 2. p. 304. p. 307. Ibid. 7, 4. p. 356. Ib. 7, 5. p. 364. p. 368. p. 378. 7, 6. p. 387. De re rustica 1, 2, 5.

Paean sive Paeon, ἐπίθετον Apollinis. -- Paeanis signum ex aede Aesculapii sublatum a Verre. Verr. Accusat. 4, 57, 127. — Paean sacrificiis anniversariis simul cum Aesculapio apud Syracusanos colebatur. Ibid. §. 128. — Hymni genus in Apollinem. de Or. 1, 59, 251.

Paeonius. Cicero tuus nosterque summo studio est Paeonii sui rhetoris, hominis, opinor, valde exercitati et boni. Is tamen declamatorio genere utebatur. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 3, 4.

Paestum, urbs Lucaniae, graece Posidonia, hodie *Pesto.* ad Att. 11, 17, 3. Paestana praefectura memoratur apud Frontinum de Colon. p. 109. Ern.

Paestanus sinus. ad Att. 16, 6, 1.

Paetus (al. *Petrus*) Graeculus nequissimus, civitate donatus, hospes Caesaris, securi percussus. Philipp. 13, 16, 33.

Paetus. Vide Aelius Paetus et Papirius Paetus.

Paetus (al. *Peta*) Varronis amicus. Varro RR. 2, 1, 1.

Paganalia. Varro LL. 6, 3. p. 206.

Paganicae Feriae. Varro LL. 6, 3. p. 207.

Pagon sive potius Phagon Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 343.

Palaemon, Inus s. Leucotheae filius, deus marinus. de Nat. D. 3, 15, 39.

Palaepharsalus vocatur Pharsalus apud scriptorem Belli Alex. 48.

Palamedes, Nauplii et Clymenes filius, tabulam lusoriam invenit. Varro Fr. p. 351. Bip. — In eum coniecta est suspicionum proditionis multitudo. Topic. 20, 76. — Eius perspicax prudentia percepit malitiosam Ulixis audaciam. de Off. 3, 26, 98. — Palamedes iudicio iniquo circumventus. Tusc. 1, 41, 98. — Eius mors indigna. Her. 2, 19, 28. — Quale est, quod de Palamede narratur: Phryx exstinctus, qui quasi a Priamo missus videretur, repertae Priami litterae, Phrygia manus imitata. Boëth. VI. p. 388.

Palantes, qui et *Palatini*, cum Evandro venerunt. Varro LL. 5, 8. p. 59.

Palanto (al. *Palantho*, *Palatia*) uxor Latini. Varro LL. 5, 8. p. 59. *Palanto* praefert C. O. Mueller.

Palatina palaestra Ciceronis. ad Att. 2, 4, 7.

Palatina regio. Varro LL. 5, 8. p. 51.

Palatina tribus urbana. Verr. Accusat. 2, 43, 107. — Palatina, per quam omnes illae pestes Clodianae rem publicam vexare dicebantur. pro Sestio 53, 114.

Palatinae balneae: ad eas occisus Sex. Roscius. pro Sex. Roscio 7, 18.

Palatinus mons. Varro Fr. p. 364. Bip.

Palatium, quartae regionis, a Palatinis Evandri cet. Varro LL. 5, 8. p. 59. — Palatinum antiquum oppidum a Lupercis lustratur. Varro LL. 6, 4. p. 215. — Ibi Porta Mucionis. Varro LL. 5, 34. p. 164. — In Palatio ara vetustissima Febris. de Legg. 2, 11, 28. — Febris fanum in Palatio. de Nat. D. 3, 25, 63. — In eo erat Saliorum curia. de Divin. 1, 17, 30. — Lucus Vestae a Palatii radice in Novam viam devexus est. de Divin. 1, 45, 101. — De Or. 2, 65, 263. Varro Fragm. p. 241. Bip.

Palatium locus in agro Reatino. Varro LL. 5, 8. p. 59.

Palatua diva. Varro LL. 7, 3. p. 332.

Palatuales flamines. Varro LL. 7, 3. p. 331.

Pales. Varro Fr. p. 301.

Palicanus. Vide Lollius Palicanus.

Palilia. Varro LL. 6, 3. p. 198. — Palilibus asses solvebantur. Varro RR. 2, 5, 1.

Palla, homo ignotus, cui M. Caelius bona eripuisse dicebatur. pro Caelio 10, 23.

Pallacinae vicus. pro Sex. Roscio 45, 132.

Pallacinae balnea. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 424 et 436. (Phalacrina, vicus modicus in Sabinis ultra Reate memoratur a Suetonio Vespas. 2.)

Palladium: id signum, quod de caelo delapsum Vestae custodiis continetur. Philipp. 11, 10, 24. — Palladium, quod quasi pignus nostrae salutis atque imperii custodiis Vestae continetur, eripuit flamma L. Metellus, pontifex maximus. pro Scauro 2, 48. — Palladium Romam a Naute delatum. Varro Fr. p. 252. Bip.

Pallantia, Evandri filia ab Hercule vitiata. Varro Fr. p. 364. Bip.

Pallas, Antis pater Minervae quintae, quae patrem dicitur interemisse virginitatem suam violare conantem. de Nat. D. 3, 23, 59.

Pallas, Evandri filius. Varro Fr. p. 364. Bip.

Pallas, eadem, quae Minerva. — Pallas doctissima. Arat. v. 548. — Palladis frons, platanus. Varro Fr. p. 299. Bip.

Palmaria insula, in Antiano ultra Tiberina ostia, hodie *Palmaruola*. Varro RR. 3, 5, 7.

Paltus, Πάλτος: oppidum Syriae prope Aradum, hodie *Baldo*. ad Fam. 12, 13, 4.

Pammenes, rhetor Atheniensis, aequalis Ciceronis; studiosissimus Demosthenis. Orat. 30, 105. — Pammenes vir longe eloquentissimus Graeciae, exercuit M. Brutum. Brut. 97, 332. — Mentio Pammenis nescio, an eiusdem, fit etiam in sequentibus locis: Pammeni domum tutandam commendat Attico. ad Att. 5, 20, 10. — Pammenia illa mihi non placent. Lib. 6, 2, 10.

Pamphilus, Platonis auditor: eum Epicurus a se ait Sami auditum; eundem tamen mirifice contemnit. de Nat. D. 1, 26, 70.

Pamphilus. Pamphilum nescio quem, inquit L. Crassus, sinamus in infulis tantam rem (artem oratoriam) tamquam

pueriles delicias aliquas depingere. de Or. 3, 21, 81. — Pamphili cuiusdam τέχνην commemorat Aristoteles Rhet. 2, 23, 21. Huius Pamphili mentionem facere Quintil. 3, 6, 34. putat Spaldingius ad eum locum. Spengel. in Συναγωγῇ τεχνῶν p. 149.: „quem apud Quintilianum legimus Aristotelio multo inferiorem esse inde intelligis, quod duos fecisse status, infitialem et iudicialem, cum aliis, qualitate in plura divisa, dicitur. At tota de statibus quaestio inde ab Hermagora demum accuratius excussa est: ante Naucratem vel στάσεως nomen in hac re inauditum fertur. Erat itaque ille Pamphilus non ante Hermagorae tempora," (qui aequalis fere fuit Ciceronis). Verum nimium videtur colligere V. D. ex verbis Quintiliani 3, 6, 3.: „Statum Graeci στάσιν vocant, quod nomen non primum ab Hermagora traditum putant, sed alii a Naucrate, Isocratis discipulo, alii a Zopyro Clazomenio": neque tanto opere abhorrent ea, quae Aristoteles refert de Pamphilo ab iis, quae habet Quintilianus, ut necessario statuendum sit duos fuisse Pamphilos τεχνογράφους. — Pictorem eundem et rhetorem a Cicerone fuisse existimatum ex h. l. patet. Pictorem autem Pamphilum Macedonem, Amphipoli natum, Apellis praeceptorem, qui „primus in pictura omnibus litteris eruditus" fuerit, commemorat Plin. H. N. 35, 36, 8. cfr. Quintil. 12, 10, 6. Aristoph. Plut. 385. ibique Schol. Suidas v. Ἀπελλῆς. Sillig Catal. Artif. p. 312. Sed utrum hic pictor significetur, an alius, an Cicero pictorem et rhetorem confuderit, incertum est. „Neque magis ad liquidum perduci posse credo, utrum ad eundem pertineant loci Ciceronis de Nat. D. 1, 26, 70. et de Or. 3, 21, 81. Spalding ad Quint. 3, 6, 34. — Quid denique per *infulas* h. l. intelligendum sit, non satis constat.

Pamphilus Lilybaetanus, Ciceronis amicus et hospes; ab eo C. Verres abstulit hydriam Boëthi manu factam. Verr. Accusat. 4, 14, 32.

Pamphilus servus Attici. ad Att. 7, 2, 2.

Pamphylia, regio Asiae minoris ad mare mediterraneum (unde mare Pamphylium eius pars, quae Pamphyliam alluit, dicitur) inter Lyciam et Ciliciam. ad Fam. 8, 9, 3. ad Fam. 12, 15, 7. — Pamphylia volatibus avium cantibusque declarari res futuras putat. de Divin. 1, 1, 2. — Pamphyliae vetus oppidum et nobile Aspendus. Verr. Accusat. 1, 20, 53. pro lege Manilia 12, 35.

Pamphylii. A Pamphyliis, Cilicibus, Pisidis, Lyciis auspicia tenentur. de Divin. 1, 15, 25.

Pamphylium forum agam. ad Att. 5, 21, 9.

Pan, natus ex Mercurio tertio et Penelopa. de Nat. D. 3, 22, 56. — Pan, praefectus Bacchi. Varro Fr. p. 350. Bip. — Pan Lycaeus. Varro Fr. p. 362. Bip.

Panaetius Rhodius, natus Olymp. CLII. circa a. u. c. 582. floruit circa a. u. c. 610.; quo anno mortuus sit, non constat. — Panaetius, homo in primis ingenuus et gravis, dignus illa familiaritate Scipionis et Laelii, cum ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scriberet, quod esse caput debebat, si probari posset, nunquam posuit, non esse malum dolorem; sed quid esset et quale quantumque in eo inesset alieni, deinde quae ratio esset perferendi: cuius quidem, quoniam Stoicus fuit, sententia condemnata mihi videtur esse immanitas ista verborum. de Finn. 4, 9, 23. — Dionysius apud me honoratior fuit quam apud Scipionem Panaetius. ad Att. 9, 12, 2. — Persaepe Scipio Africanus minor cum Panaetio disserere solitus erat coram Polybio, duobus Graecis vel peritissimis rerum civilium, multaque colligere ac docere, optimum longe statum civitatis esse eum, quem maiores nostri nobis reliquissent. de Rep. 1, 21, 34. — Habuit Panaetium eruditissimum hominem et paene divinum domi P. Scipio Africanus (minor). pro Murena 31, 66. — Vixit cum Africano. Tuscul. 1, 33, 81. — Panaetius, unus omnino comes P. Scipionis Africani in legatione illa nobili, quam ante censuram obiit. a. u. c. 611. Acad. 2, 2, 5. — Panaetius laudat Africanum minorem, quod fuerit abstinens. de Off. 2, 22, 76. — Eius auditor C. Fannius historicus, Laelii gener. Brut. 26, 101. — Eius discipulus Hecato Rhodius. de Off. 3, 15, 63. — Eius auditor Mnesarchus. de Or. 1, 11, 45. — Oratorem, nisi qui sapiens esset, dicebat esse neminem. Ibid. Cap. 18, 83. — Eius auditor P. Rutilius Rufus. Brut.

30, 115. — Cum eo vixit M Vigellius. de Or. 3, 21, 78. — Panaetius, cum cetera, tum caelestia vel studiosissime solebat quaerere. de Rep. 1, 10, 15. — Popularibus verbis est agendum et usitatis, cum loquimur de opinione populari, idque eodem modo fecit Panaetius. de Off. 2, 10, 35. — Panaetius Stoicorum tristitiam atque asperitatem fugiens nec acerbitatem sententiarum nec disserendi spinas probavit; fuitque in altero genere mitior, in altero illustrior; semperque habuit in ore Platonem, Aristotelem, Xenocratem, Theophrastum, Dicaearchum, ut ipsius scripta declarant. de Finn. 4, 28, 79. — Panaetius gravissimus Stoicorum: ei placuit patroni esse nonnunquam veri simile, etiam si minus sit verum, defendere. de Off. 2, 14, 51. — Panaetius dissentit in nonnullis a Platone suo: quem enim omnibus locis divinum, quem sapientissimum, quem sanctissimum, quem Homerum philosophorum appellat, huius hanc unam sententiam de immortalitate animorum non probat. Vult enim, quod nemo negat, quidquid natum sit, interire: nasci autem animos cet. Tuscul. 1, 32, 79. — Ex eius sententia animus ex inflammata anima constat. Tuscul. 1, 18, 42. — Ab eo commemoratur neminem neque ducem belli nec principem domi magnas res et salutares sine hominum studiis gerere potuisse de Off. 2, 5, 16. — Panaetius vel princeps disciplinae Stoicae, Posidonii doctor, discipulus Antipatri, a Stoicis in doctrina de divinatione degeneravit, nec tamen ausus est negare vim esse divinandi, sed dubitare se dixit. de Divin. 1, 3, 6. Cfr. ibid. 7, 12. — Panaetius unus e Stoicis astrologorum praedicta reiecit: quid de Archelao et Cassandro et Scylace tradiderit? de Divin. 2, 42, 88. — Cum eo, quod ad Chaldaeorum praedicta attinet, non cum Carneade facit Cicero. Ibid. 47, 97. — Panaetius princeps prope Stoicorum, ea de re dubitare se dicit, quam omnes praeter eum Stoici certissimam putant, vera esse haruspicinam, auspicia, oracula, somnia, vaticinationes seque ab assensu sustinet. Acad. 2, 33, 107. — Velim mihi mittas *Παναιτίου περὶ προνοίας.* ad Att. 13, 8. — *Τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος*, quatenus Panaetius, absolvi duobus: Panaetii tres sunt. Sed cum initio divisisset ita, tria genera exquirendi officii esse: unum, cum deliberemus, honestum, an turpe sit; alterum, utile, an inutile, tertium, cum haec inter se pugnare videantur, quomodo iudicandum sit: qualis causa Reguli, redire honestum, manere utile: de duobus primis praeclare disseruit, de tertio pollicetur se deinceps; sed nihil scripsit. Eum locum Posidonius persecutus est. ad Att. 16, 11, 4. — Panaetius, qui sine controversia de officiis (tribus libris) accuratissime disputavit, non exsolvit quod promiserat. de Off. 3, 2, 7. — Teste tamen Posidonio triginta annis vixit, postquam illos libros edidisset. Ibid §. 8. seqq. Ibid. 3, 12. Ibid. 4, 18. Ibid. 7, 33. seqq. — A Panaetio definitionem officii praetermissam esse miror. de Off. 1, 2, 7. — Locus hic, de duobus honestis utrum honestius, a Panaetio est praetermissus. de Off. 1, 43, 152. Ibid. 45, 161. — Panaetius in libris de Officiis duo praetermisit, valetudinis curationem et pecuniae. de Off. 2, 24, 86. — Panaetius, quem multum in his libris (de Officiis) secutus sum, non interpretatus, reprehendit theatra, porticus, nova templa ab hominibus ambitiosis exstructa. de Off. 2, 17, 60. — Panaetii se comitem profitetur in libris de Officiis Cicero. Fragmm. p. 579. — De his Panaetii libris cfr. etiam Gellium N. A. 13, 27. — Panaetius dictum Africani auditoris et familiaris sui rettulit. de Off. 1, 26, 90. — Panaetius Epistola quadam ad Q. Tuberonem valde laudat Appii Caeci carmen. Tuscul. 4, 2, 4. — Panaetius Tuberoni praecepit, ut ad verbum edisceret Crantoris libellum de Luctu. Acad. 2, 44, 135. — Cfr. de Finn. 1, 2, 6. Tuscul. 5, 37, 107.

Panathenaea, ludi. Varro Fragmm. p. 253. Bip.

Panda, pacis dea. Varro Fr. p. 304. Bip.

Pandana porta, olim Saturnia. Varro LL. 5, 7. p. 48.

Pandataria, insula in Puteolano sinu, hodie *S. Maria.* Varro RR. 1, 8, 5. et 3, 5, 7.

Pandion, Atheniensium rex quintus post Cecropem, Cranaum, Amphictyonem, Erichthonium. Schol. Bob. pro Sestio p. 299.

Panhormitana civitas sine foedere immunis ac libera. Verr. Accusat. 3, 6, 13.

Panhormus (sic rectius scribitur quam *Panormus*), hodie *Palermo*. Verr. Accusat. 2, 26, 63. ibique Zumpt.

Panisci: an dii? de Nat. D. 3, 17. 43. — Fingebat Carneades in Chiorum lapicidinis saxo diffisso caput exstitisse Panisci. de Divin. 1, 13, 23. Ibid. 2, 21, 48.

Pansa. Vide Vibius Pansa.

Panthera et Sabidius, homines obscuri, amici C. Antonii competitoris Ciceronis in praetura et in consulatu, „quod ad tabulam quos poneret non habebat." Q. Cic. de Pet. C. 2, 8.

Panticapaeum. Aliqui Bosporum sic vocant; extremum in Europae ora. Varro Fr. p. 363. Bip.

Pantuleius-Parra, amicus Varronis. Varro RR. 3, 5, 18.

Panurgus. Tradidit Q. Fannius Chaerea Q. Roscio communemque cum eo fecit servum suum Panurgum, ea condicione, ut illum arte histrionica erudiret, deinde quaestus communis esset: aliquanto post Q. Flavius quidam Tarquiniensis Panurgum occidit. Hinc originem traxit lis inter C. Fannium Chaeream et Q. Roscium comoedum. (a. u. c. 677.) pro Rosc. Com. 10, 27.

Paphii, incolae Paphi in insula Cypro, C. Sextilio Rufo commendantur ad Fam. 13, 48.

Paphlagonia, regio Asiae minoris ad Pontum Euxinum inter Bithyniam et Pontum. — Paphlagoniae tenebrae. de lege agr. 1, 2, 6. Ibid. 2, 21, 55.

Paphus, urbs Cypri notissima propter cultum Veneris, quae inde Paphia. Philipp. 2, 15, 39.

Papia lex. ad Att. 4, 16, 12. — Papia lex lata ad eos coërcendos, qui temere et inlicite civitatem Romanam usurpassent. Schol. Bob. pro Archia p. 354.

Papia, Oppianici uxor. pro Cluentio 9, 27.

Papia, femina e gente Papia plebeia, quae Ciceroni pecuniam debebat. ad Fam. 16, 24, 2.

Papinius. Eius ἐπιγραμμάτιον in Cascam. Varro LL. 7, 3. p. 316.

L. Papinius, locuples honestusque eques Romanus; ei turibulum abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 21, 46. (Olim legebatur *L. Papirius.*)

Papiria Iulia lex. de Rep. 2, 35, 60.

Papiria tribus. In ea, teste Lucilio, Tusculani suffragia ferebant. Schol. Bob. pro Plancio p. 254.

Papiriana domus C. Trebatii Veliae in Lucania. ad Fam. 7, 20, 1.

Papirii, prius Papisii, partim patricii minorum gentium, ut Cursores, et Masones, partim plebeii, ut Carbones et Turdi. ad Fam. 9, 21, 2. et 3. Cfr. de Papiriis totam epistolam, in qua illud notabile, ipsum Papirium Paetum ignorasse fuisse etiam patriciae stirpis Papirios. Papirios ordinavimus iuxta cognomina.

Papirii Carbones, plebeii. ad Fam. 9, 21, 3. De hac familia egregia congessit Vaillantius de Numm. Fam. R., sed vide in primis Perizon. Animadvv. hist. C. 3. Ern.

C. Cn. M. Papirii Carbones tres fratres. ad Fam. 9, 21, 3. Vide singulos.

Papirii Turdi, plebeii. ad Fam. 9, 21, 3.

L. Papirius Verr. Accus. 4, 21, 46. falsa lectio pro L. Papinius.

L. Papirius Fregellanus, apud maiores nostros disertissimus habitus, Ti. Gracchi P. F. fere aetate (a. u. c. 570—590.); eius oratio est pro Fregellanis coloniisque Latinis, habita in senatu. Brut. 46, 170.

M. Papirius, pontifex maximus (a. u. c. 261.) — Per eum X. tribuni plebis, quod magistratus nullus erat, creati sunt. Ascon. in Cornel. p. 77. — Liv. 3, 54. eos a Q. Furio creatos tradit.

Q. Papirius tribunus pl. legem rogavit, quae vetat iniussu plebis aedes, terram, aram consecrare. Pro domo 49, 127. „Nos neque hunc Q. Papirium nec legem eius aliunde novimus." Wolf.

Papirius Carbo. De hoc Carbone, amico meo, Rubriae filio, nihil dico. (κατ' εἰρωνείαν. Eius praenomen non affert.) ad Fam. 9, 21, 3.

C. Papirius C. F. Carbo, adolescens ingeniosissimus, M. Aemilium Lepidum Porcinam audire solitus est. Brut. 25, 96. — C. Papirius Carbo, C. Cato sequebantur Ti. Gracchum. Lael. 11, 39. — Carbonem, quoquo modo potuimus, propter recentem poenam Ti. Gracchi sustinuimus. (Laelius est, qui loquitur.) Ibid. 12, 41. — C. Carbo trib. pl. a. u. c. 623. pravam legem tulit de tribunis plebi reficiendis. de

Or. 2, 40, 170. — „Quibus blanditiis C. Papirius influebat in aures contionis, cum ferret legem de tribunis plebi reficiendis! (id est, ut eundem tribunum plebi totiens continuo creare liceret, quotiens populus vellet.) Dissuasimus nos. (Laelius.) Sed nihil de me: de Scipione dicam libentius" cet. Lael. 25, 96. — C. Papirius Carbo, seditiosus atque improbus civis, cui ne reditus quidem ad bonos salutem a bonis potuit afferre, tulit tertiam legem tabellariam de iubendis legibus ac vetandis. de Legg. 3, 16, 35. — C. Carbo, tribunus pl. seditiosus. pro Milone 3, 8. — Notatus a Lucilio. de Nat. D. 1, 23, 63. (Hic enim videtur intelligendus.) — C. Carbo C. F. tribunus pl. in contione dixit: *o Marce Druse* cet. Orat. 63, 213. — C. Carbo, (cos. a. u. c. 634.) accusante L. Crasso, cantharidas sumpsisse dicitur: is et tribunus pl. seditiosus et P. Africano vim attulisse existimatus est. ad Fam. 9, 21, 3. — Ti. Gracchi mortem saepe in contionibus deploravit; P. Africani necis socius fuit; semper a bonis dissedit. de Or. 2, 40, 170. (Sunt haec deprompta ex L. Crassi in eum Accusatione.) — Pompeius (a. u. c. 698.) dixit aperte, se munitiorem ad custodiendam vitam suam fore, quam Africanus fuisset, quem C. Carbo interemisset. ad Q. Fr. 2, 3, 3. — C. Papirius Carbo consul defendit L. Opimium maiestatis postulatum a Q. Decio trib. pl. Alia mente prius capessiverat rem publicam. de Or. 2, 25, 106. — Ex illa Opimii defensione de Or. 2, 39, 165. haec verba afferuntur: *Si consul est, qui consulit patriae, quid aliud fecit Opimius?* — C. Carbo, eloquentissimus homo, accusatus a L. Crasso admodum adolescente a. u. c. 635. Brut. 43, 159. — A L. Crasso in iudicium vocatus. Verr. Accusat. 3, 1, 3. de Off. 2, 13, 47. — C. Papirius Carbo, ignarus legum, rudis in iure civili — a L. Crasso adolescentulo perculsus. de Or. 1, 10, 39. — Eius exercitationes oratoriae. Ib. C. 34, 154. — C. Papirius Carbo propter perpetuam in populari ratione levitatem morte voluntaria se a severitate iudicum vindicavit; (vide supra:) fuit summus orator. Brut. 27, 103. — Laudes eloquentiae eius tributae a L. Gellio. Ibid. §. 105. — Quaestiones perpetuae eo adolescente constitutae. Ibid. §. 106. cfr. Ibid. 86, 295. Ibid. 97, 333. — C. Papirius Carbo, Arvinae pater, eloquentissimus vir. Brut. 62, 221. — Profluens quiddam habuit et canorum. de Or. 3, 7, 28. Cfr. de Or. 2, 2, 9. Tuscul. 1, 3, 5. — C. Carbo etiam in tabernaculo studiis vacabat. Fragmm. p. 577.

C. Papirius Carbo Arvina, praecedentis C. Papirii Carbonis filius, a Damasippo praetore factionis Marianae a. u. c. 672. occisus: non satis acutus orator, sed tamen orator numeratus est. Erat in verbis gravitas et facile dicebat et auctoritatem naturalem quandam habuit oratio. Brut. 62, 221. Ibid. 89, 305. Ibid. 90, 308. — Crudelis interitus oratorum trium Scaevolae, Carbonis, Antistii. a. u. c. 672. Ibid. 90, 311. — Foederatis civitatibus data est civitas Silvani lege et Carbonis (lege Plautia Papiria). a. u. c. 665. pro Archia 4, 7. — Praeter hunc C. Carbonem, quem Damasippus occidit, civis e re publica (inter Carbones) nemo fuit. ad Fam. 9, 21, 3. — C. Carbo Arvina, praetorius, eodem quo Scaevola die a Damasippo in curia Hostilia interfectus est: inimicissimus L. Crasso, propterea quod eius pater C. Carbo a Crasso accusatus fuerat. de Or. 3, 3, 10.

Cn. Papirius Carbo. Cognovimus Cn. Carbonem et eius fratrem scurram: quid his improbius?' ad Fam. 9, 21, 3. Diversus hic a Cn. Papiriis Carbonibus (patre et filio ter consule).

Cn. Papirius Carbo, pater Cn. Carbonis ter consulis accusatus a M. Antonio sutorio atramento absolutus putatur. ad Fam. 9, 21, 3. (i. e. sumpto atramento sutorio (*Kupfervitriol*) voluntaria morte a iudicio liberatus est. Manut.)

Cn. Papirius Carbo ter cos. a. u. c. 669. 670. 672. Malus civis, improbus consul, seditiosus homo. Verr. Accusat. 1, 14, 37. — Aptissimus turbulentis contionibus. Brut. 62, 223. — Eius seditio a. u. c. 662., de qua rettulit C. Claudius Pulcher cos. sententiamque sapientissimam dixit P. Licinius Crassus. de Legg. 3, 19, 42. — Eo consule iterum quaestor fuit C. Verres. Verr. Accusat. 1, 12, 34. — Cn. Papirius Carbo proconsul Galliae a. u. c. 671. spoliatus a C. Verre, quaestore suo, pecunia publica et proditus. Verr. Act. 1, 4, 11. Ibid. Accusat. 1, 4, 11. In primis ibid. 13, 34. — Cn. Papirius Carbo, Marianae partis dux itemque consul desertus Arimini est a quaestore suo Verre, et spoliatus pe-

cunia publica. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 129. — Cn. Papirius Carbo, cos. III. cum C. Mario filio. de lege agr. 3, 2, 6. — Carbo turpi formidine Italiam atque exercitum deseruit. Sal. Hist. 1. Ed. min. Gerl. p. 184. — Cn. Papirius Carbo supplex per summum scelus interfectus. Pseudosal. ad Caes. 1. p. 265. Gerl. — Hoc Carbone, qui Lilybaei a Pompeio nostro est interfectus, improbior nemo meo iudicio fuit. ad Fam. 9, 21, 3. — In eum Sulla crudelis fuerat, socio Cn. Pompeio. ad Att. 9, 14, 2.

M. Papirius Carbo, P. Flacco accusante condemnatus, fur magnus, ex Sicilia. ad Fam. 9, 21, 3.

L. Papirius Crassus primum Papisius est vocari desitus. Is dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum factus est annis post Romam conditam 415. et quadriennio post (a. 419. Varr.) consul cum K. Duilio. ad Fam. 9, 21, 2.

P. Papirius Crassus consul cum C. Iulio Iulo a. u. c. 324. — Ex eo, quod L. Papirius, P. Pinarius censores multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterant, levis aestimatio pecudum in multa lege C. Iulii, P. Papirii consulum constituta est. de Rep. 2, 35, 60. (Almeloveenio et Piranesio est *L. Papirius*, Pighio et Laurentio *C. Papirius*.)

L. Papirius Cursor, magister equitum a. u. c. 416. homo valde honoratus (quippe quinquies consul a. u. c. 421. 434. 435. 439. 441. Idem dictator creatus a. u. c. 430.) ad Fam. 9, 21, 2.

C. Papirius Maso, consul a. u. c. 523. ex Corsica redux triumphans consecravit Fontis delubrum. de Nat. D. 3, 20, 52.

L. Papirius Maso, aedilis a. u. c. 441. Fast. Cap. 442. Varr., non a. 430., ut est apud Ern. ex errore typogr. Pighii V. 3. p. 363. ad Fam. 9, 21, 2. Aedilicium eum vocans Cicero significat eum non ultra aedilitatem progressum esse.

M. Papirius Maso Aelium Ligurem fratrem exheredavit. Pro domo 19, 49. — De Masone et Ligure, scribe, cum venerint. ad Att. 5, 4, 2.

M. Papirius, eques Romanus ornatissimus, in Appia via occisus a P. Clodio. pro Milone 7, 18. — M. Papirius, eques Romanus, publicanus, familiaris Pompeio, occisus in via Appia a P. Clodio a. u. c. 696. Ascon. in Milon. p. 48. — Hic M. Papirius, videtur e numero Pompeianorum fuisse. Schol. Bob. pro Milone p. 284.

P. Papirius Maso, triumvir coloniae deducendae Placentiam. (a. u. c. 556.) Ascon. in Pison. p. 3.

L. Papirius Mugillanus, Papiriorum princeps, fuit censor cum L. Sempronio Atratino, cum antea (a. u. c. 310.) consul cum eodem fuisset, annis post Romam conditam 312., sed tum Papisii dicebantur. Post hunc XIII. fuerunt sella curuli ante L. Papirium Crassum, qui primum Papisius est vocari desitus. Is dictator cum L. Papirio Cursore magistro equitum factus est, annis post Romam conditam 415. et quadriennio post consul cum K. Duilio. Hunc secutus est Cursor homo valde honoratus: deinde L. Maso, aedilicius, inde multi Masones omnes patricii. Deinde Carbones et Turdi insequuntur: hi plebeii fuerunt. ad Fam. 9, 21, 2. — L. Papirius, P. Pinarius censores a. u. c. 321. multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterunt. de Rep. 2, 35, 60. (Collegium censorum antea incognitum; itaque L. Papirius factus est censor iterum.)

L. Papirius Paetus, ad quem sunt Epp. 15—26. Lib. 9. ad Fam., aliunde non est notus. — L. Papirius Paetus, vir bonus amatorque noster mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donavit. (a. u. c. 694) ad Att. 1, 20, 7. Ibid. 2, 1, 12. — Ex Ciceronis epistolis ad eum missis intelligimus eum Epicureum atque hominem doctum ac facetum fuisse.

L. Papirius Potamo, homo improbus e C. Verris cohorte, κατ' εἰρωνείαν vocatur „homo severus, ex vetere illa equestri disciplina." Verr. Accusat. 3, 60, 137. — Scriba Verris. Ibid. 66, 154.

C. Papius trib. pl. a. u. c. 689. — Male, qui peregrinos urbibus uti prohibent eosque exterminant, ut Pennus apud patres nostros, Papius nuper. de Off. 3, 11, 47.

Paralus pictus a Protogene. Verr. Accusat. 4, 60, 135. „Est heros Atheniensis, qui traditur a nonnullis longas naves invenisse, unde ab eo dicta

ἡ πάραλος Atheniensium. Vide Plinium H. N. 7, 57." Zumpt.

Parasitus piger Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 314. Ib. 7, 4. p. 356.

Parcae deae. de Nat. D. 3, 17, 44. — Parca a partu nominata. Varro Fr. p. 220. Bip. Varro LL. 6, 7. p. 228.

Parhedrus. „Parhedrum excita, ut hortum ipse conducat." ad Fam. 16, 18, 2. Cicero videtur hortum Tusculani locare voluisse alicui, ut certum inde reditum haberet; olitori primum, qui mercede colebat hortum, ille noluisse; hinc vicinum quendam, Parhedrum, volt excitari a Tirone, ut conduceret hortum; ita sperabat olitorem conducturum tanti, quanti ipse vellet. — Parhedri nomen est etiam in Inscriptione apud Gruterum pag. CMLXIX. 7. Ern.

Pariana civitas, Mysiae minoris ad Hellespontum; prius Parium, postea Colonia Iulia Pariana. ad Fam. 13, 53, 2.

Parilia, dies festus in honorem Palis, unde et Palilia dicuntur. Celebrabantur a. d. XI. Kal. Mai. (d. 21. April.) qui dies natalis urbis Romae. Cfr. Ovid. Fast. 4, 721. seqq. Drakenborch ad Liv. 40, 1. Ern. — Parilibus Romam conditam accepimus. de Divin. 2, 47, 98. — Ad Att. 2, 8, 2. Ibid. Lib. 14, 14, 1. — Parilibus pastores condidere urbem. Varro RR. 2, 1, 9.

Paris, regis Priami filius. — Dearum certamen decidit. Varro Fr. p. 361. Bip. — Eius libido. de Nat. D. 3, 38, 91. Orat. 49, 164. — „Parim pastores nunc Alexandrum vocant." Ennius apud Varronem LL. 7, 5. p. 360. — Paris per iocum vocatur C. Memmius, quia Luculli et Pompeii uxores stupraverat. ad Att. 1, 18, 3.

Parius lapis. Varro Fr. p. 377. Bip.

Parma, urbs Galliae Cispadanae, studiosissima rei publicae. a. u. c. 710. ad Fam. 12, 5, 2. — Parma direpta ab Antonianis a. u. c. 711. ad Fam. 10, 33, 4. — Parmenses miserrimi. D. Brutus ad Fam. 11, 13. a. — Parmenses optimos viros, maxime cum auctoritate senatus populique Romani coniunctos, crudelissimis exemplis interemit propudium illud et portentum L. Antonius (a. u. c. 711.) cet. Philipp. 14, 3, 8. — Parmenses et Parmani. Varro LL. 8, 31. p. 432.

Parmenides et Zeno. Ab his Eleatici philosophi nominabantur. Acad. 2, 42, 129. — Parmenides, Xenophanes minus bonos versus fecerunt quam Empedocles, sed tamen illis versibus increpant eorum arrogantiam quasi irati, qui, cum sciri nihil possit, audeant se scire dicere. Acad. 2, 23, 74. — Parmenides ignem dixit esse, a quo omnia gignerentur; qui moveat terram, quae ab eo formetur. Acad. 2, 37, 118. — Parmenides (ex opinione Velleii Epicurei) commenticium quiddam coronae similitudine efficit (στεφάνην appellat); continente ardore lucis orbem, qui cingat caelum, quem appellat deum: — bellum, discordiam, cupiditatem ceteraque generis eiusdem ad deum revocat cet. de Nat. D. 1, 11, 28. — Cfr. Acad. 2, 5, 14.

Parmeniscus grammaticus. Varro LL. 10, 2. p. 550.

Parmeno. Fundan. Fragmm. 8. p. 445. — Fortasse pro: *Meno* ibid. Fragmm. 2. itidem leg. *Parmeno.*

Parrhasius, Ephesius, pictor nobilissimus fere ab Olympiade XCVI. artem exercuit. Tuscul. ● 2, 4.

Parrhasius Trallianus. pro Flacco 22, 53.

Parthenon Attici aliquis, ad similitudinem eius, qui Athenis erat (templum Minervae in ἀκροπόλει), factus; in quo habebat statuas Ahalae et L. Iunii Bruti. ad Att. 13, 40, 1. Est igitur pars quaedam aedium aut villae Pomponii Attici sic appellata. Ern.

Parthi. Si Parthus movet aliquid (a. u. c. 703.), scio non mediocrem fore contentionem. Caelius ad Fam. 8, 5, 1. Cfr. in primis Ibid. 10, 1 et 2. — Si Parthi vos nihil calfaciunt, nos hic frigore frigescimus. (a. u. c. 704.) Ibid. 6, 4. — Parthi a. u. c. 703. Euphratem transierunt, duce Pacoro, Orodi, regis Parthorum, filio. ad Att. 5, 18, 1. — Cfr. Ep. 21, 2. et Lib. 6, 1, 14. — Parthicum bellum (a. u. c. 703.) timebatur. ad Fam. 15, 1, 1. Ibid. 2, 1. Ibid. 3, 1. Ibid. 4, 3. — Parthicum bellum (a. u. c. 703.) ad Fam. 2, 10, 2. Ibid. 17, 3. Ibid. 3, 8, 10. — Parthici belli suspicio a. u. c. 710. paullo ante Caesaris interitum. ad Fam. 12, 19, 2. — Parthi fusi a C. Cassio. Philipp. 11, 14, 35. — Contra equitem Parthum negant ullam armaturam meliorem inveniri posse, quam navicularum habere

aliquid in ora maritima. ad Fam. 9, 25, 1.

Parthini sive Partheni, Epiri populus prope Dyrrhachium, illusi a L. Pisone. in Pison. 40, 96. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Octav. 19. Ern.

Pasiphaë, e Perseide, Oceani filia, nata, patre Sole; num dea? de Nat. D. 3, 19, 48. — Eius fanum in agro propter urbem Spartam, ubi Ephori somniandi causa incubabant. de Divin. 1, 43, 96. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Ner. 12.

Pasiteles egregius caelator, Ciceronis aequalis. de Divin. 1, 36, 79. Cfr Plin. H. N. 36, 5, 12. — Pasiteles, sculptor Pompeii M. aetate. Varro Fr. p. 353. Bip. — Floruit a. ante Christum 95—33. v. Sillig in *Boettiger's Amalthea* 3. p. 291. Catal. Artif. p. 323.

Patarani, urbis Patarae in Lycia incolae. pro Flacco 32, 78.

Patavini, incolae urbis Patavii (hodie *Padova*) in Gallia Transpadana, alios excluserunt, alios eiecerunt missos ab Antonio (a. u. c. 711.) Philipp. 12, 4, 10.

Pater Patratus. de Or. 1, 40, 181.

Pater Pomorum divus. Varro LL. 7, 3. p. 332.

Patietus falsa lectio pro Paciaecus. Vide L. Iunius Paciaecus.

T. Patina Lanuvinus, familiarissimus P. Clodii. pro Milone 17, 46.

Patiscus. Eius opera utitur Cicero proconsul. ad Fam. 2, 11, 2. quo quidem loco pro nomine hominis Cilicis habuit Schuetzius, id quod aliis locis repugnat. Alii eundem putant, qui a Scriptore Belli Alex. C. 34. *Q. Patisius* nominatur. Verumtamen aliquoties sine lectionis varietate apud Ciceronem reperitur et firmat Appianus B. C. 2, 119. — Patiscus Curioni decem pantheras misit. Caelius ad Fam. 8, 9, 3. — Patiscus proquaestor a. u. c. 711. in partibus C. Cassii erat. ad Fam. 12, 13, 4. — Classi praeerat, coniunctissimus P. Lentulo Spintheris filio propraetori. Ibid. 15, 2. — Scilicet auctore Appiano l. l. adiunxerunt se τυραννοκτόνοις nonnulli etiam, qui quamvis non essent facinoris socii, tamen gloriae participes esse volebant, in quibus erant Lentulus Spinther, Murcus. Favonius, Patiscus, quos senatus, quo tutiores essent, statim in provincias misit. Cfr. Pighium V. 3. p. 470.

Q. Patisius, Caesarianus. A Cn. Domitio Calvino a. u. c. 706. in Ciliciam missus ad auxilia arcessenda. Bell. Alex. 34

Patrae, urbs Achaiae, hodie *Patras.* ad Fam. 7, 28, 1. ad Fam. 16, 1, 2. Ibid. 5, 2. Ibid. 6, 2. ad Att. 5, 9, 1. Lib. 7, 2, 3.

Patricius, „rhetorum peritissimus," Boëthii amicus. Boëth. I. p. 270.

Patron, philosophus Epicureus, Phaedri successor. a. u. c. 703. ad Att. 5, 11, 6. Ib. Ep. 19, 3. — Pudentius Carneades quam Patro. Ib. Lib. 7, 2, 4 et 5. — Commendatur C. Memmio. a. u. c. 703. „Cum eo mihi omnia sunt, nisi quod in philosophia vehementer ab eo dissentio." ad Fam. 13, 1, 2. ad Q. Fr. 1, 2, 4, 14.

Patrocles, Achillis amicus. Tuscul. 2, 16, 38. Hanc formam praebent Codices pro solita *Patroclus;* antiquiorem etiam, nisi merus est error, *a Patricole* habet Fronto p. 14. Ed. Rom.

Q. Patulcius a. u. c. 702. accusavit Milonem de vi. Ascon. in Milon. p. 54. Quaestorem facit Pighius V. 3. p. 144. anno 704. (705. Varr.) — Patulcianum nomen. ad Att. 14, 18, 2. Intelligenda est pecunia a Patulcio Cicerone debita, in qua exigenda Atticus Ciceronem adiuverat.

Paulus, ICtus. Locus ex Institutorum libri secundi titulo de dotibus. Boëth. II. p. 303.

Paullus. Vide in Aemilius Paullus. In Pison. 17, 39. κατ' ἀντίφρασιν per ludibrium Paullus appellatur L. Piso, Macedoniae proconsul ab Aemilio illo Paullo Macedonico.

Pausanias Alabandensis. (a. u. c. 703.) ad Fam. 13, 64, 1.

Pausanias Lacedaemonius, quomodo proditionis convictus. Topic. 20, 75. — Pausanias Lysanderque ne minima quidem ex parte Lycurgi legibus et disciplinae conferendi. de Off. 1, 22, 76.

Pausanias, libertus ignotus, postulavit M. Servilium, patrono M. Caelio (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 8, 2.

Pausanias, P. Lentuli Spintheris libertus, Ciceronis accensus. ad Fam. 3, 7, 4.

Pausias (Sicyonius, pictor, Apelli aequalis, primus nobilis in encaustis.) Varro RR. 3, 17, 4.

Pedanum, Caesaris villa, in agro Pedano, id est, prope Pedum, oppidum inter Praeneste, Tibur et Tusculum situm. ad Att. 9, 18, 3.

Q. Pedius, Caesaris legatus in Gallia a. u. c. 696. Caesar Gall. 2, 1. — Aedilis factus cum Cn. Plancio a. u. c. 700. pro Plancio 7, 17. Ibid. 22, 54. — Capuae degebat a. u. c. 705. Caesaris ad eum litterae missae. ad Att. 9, 14, 1. — Praetor factus est a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 22. — Caesaris legatus in Hispania a. u. c. 709. Bell. Hispan. 2. — Hic est sine dubio Caesaris ex sorore nepos, qui a Caesare coheres Octaviano scriptus legem Pediam contra illius interfectores scripsit, de qua Suetonius Caes. 83. Ner. 13. Ern.

Pedius Paetus, praetor urbanus. Varro Fr. p. 247. Bip.

Peducaea quaestio de incestu. de Nat. D. 3, 30, 74. Vide Sex. Peducaeus, avus.

C. Peducaeus interiit in proelio Mutinensi. ad Fam. 10, 33, 4. Legatus fuit C. Vibii Pansae. Ceterum hanc per *ae* veram scripturam esse, non *Peduceus*, nec *Paeduceus*, ex Inscriptt. docet Cavedoni *Marmi Modenesi* p. 107.

L. Peducaeus, eques Romanus, iudex in causa L. Flacci. pro Flacco 28, 68.

Sex. Peducaeus, avus, tribunus plebi a. u. c. 641. Huius est rogatio de incestu: de Nat. D. 3, 30, 74. non confundenda cum alia eiusdem Peducaei rogatione, ut quoniam Metellus, pontifex maximus, male iudicasset de virginibus Vestae, extra ordinem iudex Cassius constitueretur. Vide Asconium in Milonianae C. 12. p. 76. — Volgo hunc et sequentem confundunt, sed qui a. u. c. 641. iam tribunus fuerit, non demum a. u. c. 679. pro praetore Siciliam provinciam obtinere poterat.

Sex. Peducaeus Sex. F. pater. — Sexto nostro (filio tuo), quod scribis probari firmitudinem animi nostri, ita laetor, ut me quasi patris eius, cui semper uni plurimum tribui, iudicio comprobari putem; qui mihi dixit olim Nonis illis, illis Decembribus, cum ego, „Sexte, quidnam ergo? *Μὴ μὰν*, inquit ille, *ἀσπουδί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην· Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.*" Eius igitur mihi vivit auctoritas: et simillimus eius filius eodem est apud me pondere, quo fuit ille. ad Att. 10, 1, 1. — Sex. Peducaeus biennium Siciliam provinciam obtinuit: de eo nemo unquam arator questus est. Verr. Accusat. 3, 93, 216. — Sex. Peducaeus optime de provincia Sicilia meritus. Verr. Accusat. 4, 61, 142. — Sex. Peducaeus, vir fortissimus atque innocentissimus. Eo propraetore Siciliae (a. u. c. 679 et 680.) Sicilia censa est. Verr. Accusat. 2, 56, 138. — Sex. Peducaeus Sex. F. „is qui hunc nostrum (Sex. Peducaeum) reliquit effigiem et humanitatis et probitatis suae filium." Eius probitas in reddenda mulieri C. Plotii hereditate. de Finn. 2, 18, 58. — Obtinuit hic praetor eodem biennio Siciliam, quo Cicero ibidem quaesturam gessit. Filius huius, communis Ciceronis et Torquati familiaris saepe simpliciter *Sextus* appellatur. ad Att. 10, 1, 1. qui locus simul documento est, quantum Cicero et patri et filio tribuerit. Goerenz. — Sex. Peducaeus, iudex in Verris causa reiectus a Cicerone, quia familiarissimus erat illius. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 1, 7, 18. — Sex. Peducaeus. ad Att. 1, 4, 1. Ibid. 5, 4. Hi duo loci propter tempus, quo scripti sunt, circa a. u. c. 686—688. ad patrem referendi videntur.

Sex. Peducaeus, filius praecedentis, Sex. nepos. Eius absolutio (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 14, 1. — Etiam tibi, Attice, et Peducaeo, quid faciatis, videndum est. Is enim splendor est vestrum, ut eadem postulentur a vobis, quae ab amplissimis civibus. (a. u. c. 705.) ad Att. 7, 13. a., 3. Ib. 14, 3. — Tu ipse cum Sexto etiam nunc mihi videris Romae recte esse posse. Etenim minime amici Pompeio nostro esse debetis. Nemo enim unquam tantum de urbanis praediis detraxit. ad Att. 7, 17, 1. — Consilium factumque nostrum a Sexto probatur. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 7, 2. — Eius auctoritas multum apud me valet. Ib. Ep. 10, 10. Lib. 10, 1, 1 et 4. — Ego vero Peducaeum nostrum vehementer diligo. Nam et quanti patrem feci, totum in hunc: et ipsum per se aeque amo atque illum amavi. a. u. c. 709. ad Att. 13, 1, 3. — Eius auctoritas magna apud me et in primis gravis.

ad Att. 15, 13, 3. — Tu leges (orationem Philippicam secundam) Sexto eiusque iudicium mihi perscribes. ad Att. 16, 11, 1. — Nihil iucundius litteris Sexti, nihil amabilius. ad Att. 16, 15, 4.

T. Peducaeus rogavit iudices pro M. Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29.

Pegasus, alatus ille equus, Neptuni et Medusae filius. — O hominem fortunatum, qui eiusmodi nuntios seu potius Pegasos habeat! pro Quinctio 25, 80.

Pelasgi e Graecia venerunt in Sabinos. Varro RR. 3, 1, 6. Varro Fr. p. 350. Bip. De Finn. 2, 4, 12. olim edebatur *de Pelasgis omnibus*, cui nunc substitutum est *de pagis omnibus*.

Peleus, Achillis pater. de Orat. 3, 15, 57.

Pelias, Neptuni filius, Iolci rex in Thessalia. Her. 2, 22, 34. Varro Fragmm. p. 288. Bip. — Eius imperio sive dolo commotus Iason Argonautas Colchos duxit. Eum senem filiae Asteropea et Antinoa a Medea inductae, quasi recoquendo ad iuventutem reducere voluerunt cumque lebeti ferventi immersum occiderunt. Sed cum in Catone 23, 83. Cicero dicit: „quo quidem me proficiscentem haud sane quis facile retraxerit neque tamquam Peliam recoxerit": vel hoc dicit: „neque, ut filiae Peliam recoquere volebant, me recoxerit": vel memoriae lapsu (id quod credibilius est quam altera interpretatio satis contorta:) Aesonem cum Pelia confudit. Aesonem enim, Iasonis patrem, Medea medicamentis suis in aheno recoctum iuventuti pristinae restituisse ferebatur. Schuetz. — Peliae filiae. de Or. 3, 58, 217.

Peligni, populus Italiae, Marsis, Marrucinis et Ferentanis confinis. — Peligni et Marsi, fortissimi viri; eorum tribus Sergia. in Vatinium 15, 36. — Ex Sabinis et Marsis et Pelignis constabat Sergia tribus. Schol. Bob. in Vatin. p. 323.

Pelium nemus (in Pelio, monte Thessaliae), in initio Medeae Ennianae. Her. 2, 22, 34. de Invent. 1, 49, 91. Top. 16, 61. pro Caelio 8, 18. de Fato 15, 35.

Pella (ad Att. 3, 8, 2.), caput Macedoniae, unde reges Macedoniae, Philippus et Alexander Pellaei dicti. Philippum Demosthenes de corona contemptus causa appellat ἐν Πέλλῃ τραφέντα, et cum contemptu de ea urbe loquitur. De qua re vide Wesselingium ad Antonini Itinerarium p. 319. Ern.

Pellenaei. Eorum πολιτεία a Dicaearcho descripta. ad Att. 2, 2, 2. (Pellene, urbs Achaiae.)

Pelopidae. ad Fam. 7, 28, 1. Ibid. 30, 1. ad Att. 15, 11, 3. Proprie tota Pelopis stirps; tecto nomine significat Caesarianos.

Peloponnesiacum bellum. de Rep. 3, 32, 44. — In eo dux Lacedaemoniorum Callicratidas. de Offic. 1, 24, 84.

Peloponnesiae, ut rebatur Dicaearchus, civitates num omnes maritimae? ad Att. 6, 2, 3.

Peloponnesus, magna peninsula, reliquae Graeciae Isthmo Corinthio adhaerens. — Peloponnesus fere tota in mari est. de Rep. 2, 4, 8. ad Fam. 7, 28, 1. — „Nos iuveni, ut rogas, suppeditabimus et Peloponnesum ipsam sustinebimus." ad Att. 10, 12, 7.; quo ioco significat nimias Quinti filii expensas a se sustinendas et totam eius regendi difficultatem, respiciens ad proverbium Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, quo usus erat in eadem re ad Att. 10, 5, 2.; quasi dicat: „Non Arcadiam solam, sed quod difficilius est, totam Peloponnesum sustinebimus."

Pelops, Tantali filius, Atrei et Thyestae pater, rex Elidis. de Nat. D. 3, 21, 53. — Equi Pelopis illi Neptunii per undas currus suspensos rapuisse dicuntur. Tuscul. 2, 27, 67. Tuscul. 1, 44, 107. — *Pelope natus* Tusc. 3, 12, 26. est Thyestes. de Off. 3, 21, 84.

Pelops, servus s. libertus. ad Att. 14, 8. 1.

Peloris (usitatior est altera forma *Pelorus*), hodie *Capo di Faro*, promontorium Siciliae Italiam versus. Verr. Accusat. 5, 3, 6. — Pelorium, promontorium Siciliae, dictum a gubernatore Hannibalis ibi sepulto. Sal. Hist. 4. p. 227. Ed. Gerl. min.

Penates Dii, sive a *penu* ducto nomine, sive ab eo, quod *penitus* insident; ex quo etiam *Penetrales* a poëtis vocantur. de Nat. D. 2, 27, 68. — Penates dei Laresque familiares. de Rep. 5, 5, 7. — Penatium Deûm aedes.

Varro LL. 5, 8. p. 60. — Eorum aedes in Veliis. Varro Fr. p. 241. Bip. Penates caeli dii sunt nec eorum numerus nec nomina sciuntur. Varro Fr. p 232. Bip. — Varro unum dicit esse Penates et magnos Deos. Varro Fr. p. 356. Bip. — Sacra publica populi Romani Penatium Lavinii fiebant. Asc in Scaur. p. 21. Cfr. Inscriptt. meas Latinas N. 2 75. — Varro Fr. p. 205. Bip. Vide Dardanus.

Penelope. Ex Mercurio tertio et Penelopa Pana natum feruut. de Nat. D. 3, 22, 56. — *Πανὶ τῷ Πηνελόπης (ἐκ ταύτης γὰρ καὶ Ἑρμέω λέγεται γενέσθαι ὑπ' Ἑλλήνων ὁ Πάν) ἐλάσσονα ἔτεα ἐστι τῶν Τρωϊκῶν, κατὰ τὰ ὀκτακόσια μάλιστα ἐς ἐμέ.* Herodot. 2, 146. — Penelope telam retexens Acad. 2, 29, 95. dicitur ars dialectica tollens ad supremum superiora.

Penetrales dii a poëtis Penates vocantur. de Nat. D. 2, 27, 68.

Pennus. Vide Iunius Pennus.

Pentelici Hermae cum capitibus aeneis. ad Att. 1, 8, 2. Ib. 9, 2. Hermae facti e marmore, quod praestantissimum e monte Attico Pentelico auctore Pausania Lib. 1, 19, 32. Lib. 7, 25. 25. 26. excidebatur, inventore Byze Naxio. Pentelici marmoris est mentio etiam apud Strabonem L. 9. p. 619. Ed. Almelov. et apud Plutarchum in Valerio Publicola p. 105. Ed. Wechel. Ern. Prima Pentelici marmoris mentio, ut opinor, fit in Pseudoplatonis Eryxia p. 394. Steph. Vol. 8. p. 548. Ed. Bekker., ubi inter opes coniungantur cum cupressis.

Perdiccas, rex Macedoniae, Archelai pater. Tusc. 5, 12, 34.

Pergameni. Mithridates Phryx multitudinem non auctoritate, sed sagina tenebat circa a. u. c. 690. pro Flacco 7, 17. — Pergameni exagitantur pro Flacco 30, 74. seqq., ut largitione saturati, testes fide indigni.

Pergamis, Epiri locus. Varro RR. 2, 2, 1.

Pergamum, Troiae arx. Her. 2, 26, 42.

Pergamum sive Pergamus, hodie *Pergamo*, urbs Mysiae superioris nobilissima a praetoribus spoliata. Verr. Accus. 5, 48, 127. — De lege agr. 2, 15, 39. — Pergamus et Tralles una epistola Mithridatis moveri impellique potuerunt, ut amicitiam populi Romani, fidem suam, iura omnia officii humanitatisque violarent. pro Flacco 21, 57. — Pergami et multi cives Romani sunt et ius a nostro magistratu dicitur. pro Flacco 29, 71. — Pergami membranae repertae. Varro Fr. p. 378. Bip.

Perge, urbs Pamphyliae. Ibi fanum antiquissimum et sanctissimum Dianae nudavit C. Verrès. Verr. Accusat. 1, 20, 54. ad Fam. 12, 15, 8. Ibid. Ep. 15, 7. — Nominativus casus *Perge* est; ergo adverbium loci *Perg e.* Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 173.

Periboea, Pacuvii tragoedia. Varro LL. 7, 1. p. 288.

Pericles, Xanthippi filius, ab Anaxagora physico eruditus doctrinam cum eloquentia forensi primus coniunxit; eximiae eius laudes. Brut. 11, 44. — Pericles et auctoritate et consilio princeps civitatis suae, bello Peloponnesiaco, cum obscurato sole tenebrae factae essent repente Atheniensiumque animos summus timor occupavisset, docuisse cives suos dicitur id, quod ipse ab Anaxagora, cuius auditor fuerat, acceperat eosque metu liberavit. de Rep. 1, 16, 25. — In Phaedro Platonis hoc Periclem praestitisse ceteris dicit oratoribus Socrates, quod is Anaxagorae physici fuerit auditor. Orat. 4, 15. Cfr. Ibid. 34, 119. — Ei primae sine controversia deferebantur: ab Aristophane (Acharn. 550.) fulgere, tonare, permiscere Graeciam dictus. Orat. 9, 29. — In eius labris veteres Comici leporem habitasse dixerunt cet. de Or. 3, 34, 138. — *πειθώ* deam in Pericli labiis scripsit Eupolis sessitavisse. Brut. 15, 59. — Eupolidis dictum de eo. Brut. 9, 38. — Propter ancipitem faciendi dicendique sapientiam in re publica floruit. de Or. 3, 16, 59. — Themistocles Athenas reliquit. Fluctum enim totius barbariae ferre urbs una non poterat. At idem Pericles non fecit, annum fere post quinquagesimum, cum praeter moenia nihil teneret. ad Att. 7, 11, 3. — Periclem, cum iam suae civitati maxima auctoritate plurimos annos domi et belli praefuisset, violari versibus et eos agi in scena non plus decuit, quam si Plautus voluisset aut Naevius P. et Cn. Scipioni aut Caecilius M. Catoni male dicere. de Rep. 4, 10, 11. — Pericles, cum floreret omni genere virtutis, eloquentiae tamen fuit laude clarissimus. Brut. 7, 28. — Pericles

eloquentissimus Athenis idemque in ea civitate plurimos annos princeps consilii publici. de Or. 1, 50, 216. — Pericles summam auctoritatem consecutus est sine ulla hilaritate. de Off. 1, 30, 108. — Ante Periclem, cuius scripta quaedam feruntur, et Thucydidem, qui non nascentibus Athenis, sed iam adultis fuerunt, littera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat et oratoris esse videatur. Brut. 7, 27. — Pericles, Alcibiades (an leg. *Andocides?*) et Thucydides antiquissimi fere sunt. quorum quidem scripta constent, subtiles. acuti, breves cet. de Or. 2, 22, 93. Quod ad Periclis scripta attinet, vide ne Cicero deceptus sit a declamatoris alicuius ἐπιδείξεσι Periclis nomen falso prae se ferentibus. — Attica eius dictio. Brut 84, 290. — Pericles minus clarus quam Demosthenes. de Or. 3, 19, 71. — Eius colloquium cum Sophocle collega in praetura. de Off. 1, 40, 144. — Pericles, princeps Graeciae, vituperatus a Demetrio Phalereo, quod tantam pecuniam in praeclara illa propylaea coniecerit. de Off. 2, 17, 60. — Eius se pulchrum Athenis. de Finn. 5, 2. 4. — Sine adiumentis hominum tantas res efficere non potuit. de Off. 2, 5, 16.

Pericles Ephesius, homo nobilissimus, postulante M. Aurelio Scauro, quod is Ephesi se quaestorem vi prohibitum esse dicebat, quo minus e fano Dianae servum suum, qui in illud asylum confugisset, abduceret, Romam evocatus est, quod auctor illius iniuriae fuisse arguebatur. Verr. Accusat. 1, 33, 85.

Peripateticus sermo mire dicitur Socratis disputatio in Platonis Politia. de Rep. 2, 29, 51.; ubi Lennepius ingeniose coniecit: *Piraico* vel *Piraeate illo sermone.*

Peripatetici. Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt, quia disputabant inambulantes in Lycio. Acad. 1, 4, 17. — Certam quandam disciplinae formulam composuerunt, illam autem Socraticam dubitationem de omnibus rebus reliquerunt. Ibid. — Vera elegansque philosophia ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit. Tusc. 4, 3, 6. — Peripateticorum διαδοχαί. Aristoteles, Theophrastus, Strato, Lyco, Hieronymus, Critolaus, Diodorus, Antiochus. de Finn. 5, 5, 13 et 14. — Peripatetici et Academici veteres quondam iidem erant. de Off. 3, 4, 20. — Peripatetici et Academici rebus congruentes, nominibus differebant. Acad. 1, 4, 17. Ibid. §. 18. Ibid. 6, 22. Acad. 2, 5, 15. — Peripatetici contendente Antiocho, cum Stoicis re concinebant, verbis discrepabant. Hoc refutatur. de Nat. D. 1, 7, 16. — Peripateticorum Academiaeque consuetudo de omnibus rebus in contrarias partes disserendi. Tuscul. 2, 3, 9. — Peripatetici et Academici veteres id, quod semper esset simplex et uniusmodi et tale, quale esset, ἰδέαν (speciem) appellabant, iam a Platone ita nominatam. Acad. 1, 8, 30. — Peripatetici id percipi posse dicebant, quod impressum esset e vero, quo modo imprimi non posset a falso. Acad. 2, 35, 112. — Peripatetici genus argumentandi per ratiocinationem summe frequentarunt. de Inv. 1, 35, 61 — A Peripateticis accepimus privationes tum simplicibus nominibus, tum etiam privatoriis syllabis efferri: simplicibus nominibus, ut *caecitas;* cum privantibus vero syllabis, ut *indignitas, inhumanitas.* Boëth. IV. p. 344. — Peripateticorum exercitatio elegans (in eloquentia) iam inde ab Aristotele est constituta. Orat. 36, 127. — Peripatetici sibi cum oratoribus cognationem esse, claros viros a se instructos dicunt rem publicam saepe rexisse. Acad. 2, 36, 115. — Peripatetici adiumenta atque ornamenta dicendi ab se peti vincunt oportere. de Or. 1, 10, 43. — A Peripateticis genera divinandi artificiosa improbantur, a Stoicis defenduntur. de Divin. 1, 33, 72. — Eorum sententia de divinatione. de Divin. 1, 3, 5. — Mediocritas illa, quae est inter nimium et parum, placet Peripateticis, et recte placet, modo ne laudarent iracundiam et dicerent utiliter a natura datam. de Off. 1, 25, 89. — Chrysippus et Stoici, cum de animi perturbationibus disputant, magnam partem in iis partiendis et definiendis occupati sunt; illa eorum perexigua oratio est, qua medeantur animis nec eos turbulentos esse patiantur: Peripatetici autem ad placandos animos multa afferunt; spinas partiendi et definiendi praetermittunt. Tuscul. 4, 5, 9. — Peripatetici perturbationes istas, quas nos exstirpandas putamus, non modo naturales esse dicunt, sed etiam utiliter a natura datas. Tuscul. 4, 19, 43. Ib. 21, 47. — Peripateticis easdem res, quae obscure traduntur a Stoi-

cis, dicentibus, verbum nullum est, quod non intelligatur. de Finn. 4, 1, 2. — Peripatetici, quibus nihil est uberius, nihil eruditius, nihil gravius, mediocritates vel perturbationum vel morborum animi mihi non sane probant. Tuscul. 3, 10, 22. — Mollis et enervata putanda est Peripateticorum ratio et oratio, qui perturbari animos necesse esse dicunt, sed adhibent modum quendam, quem ultra progredi non oporteat. Tuscul. 4, 17, 38. — Peripatetici tria genera bonorum statuunt (mentis, corporis, externa). de Finn. 5, 13, 43. — Peripateticorum et Stoicorum controversiam de finibus bonorum solebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Tuscul. 5, 41, 119. — Me quidem auctore etiam Peripatetici veteresque Academici balbutire aliquando desinant aperteque et clara voce audeant dicere, beatam vitam in Phalaridis taurum descensuram. Tuscul. 5, 26, 75. Ibid. 29, 82. — Sunt, qui unum officium consolantis putent, non magnum malum esse, ostendere, ut Peripatetici. Tuscul. 3, 31, 76. — A Peripateticis veteribus Academicisque, qui re consentientes, vocabulis differebant, ille locus, quem civilem recte appellaturi videmur (Graeci πολιτικόν) graviter et copiose est tractatus. de Finn. 4, 2, 5. — Peripatetici omnium rerum publicarum rectiones, genera, status, mutationes, leges etiam et instituta ac mores civitatum perscripserunt. Aliae eorum laudes. de Finn. 4, 22, 61. — Tota Peripateticorum familia locum de re publica tractavit uberrime. de Divin. 2, 1, 3.

Peripatetici philosophi et Academici, olim propter eximiam rerum maximarum scientiam a Graecis politici philosophi appellati. de Or. 3, 28, 109.

M. Perperna, nomen gentis, ut videtur, ab origine Etruscae, ut *Caecina*, *Spurinna*. Ut constat ex Fastis Capitolinis haec rectior est scriptura quam *Perpenna*. Cfr. de hac re Graevium et Garatonium ad Rosc. Com. 1, 4. Drakenborch. ad Liv. 44, 27. Dukerum ad Flor. 2, 20, 6. Nummi quos appellat Ernestius, Goltziani erant, merito quidem reiecti a Morellio, Eckhelio Akermanno cet.; veruntamen Frontonis certe temporibus tales superfuerunt. Ep. 3. de Oratt. p. 249. Ed. Rom.: „Monetam illam veterem sectator! Plumbei nummi et cuiuscemodi adulterini in istis recentibus nummis saepius inveniuntur quam in vetustis, quibus signatus est Perperna vel Tr. (*Trebonius* supplevit Maius: eadem probabilitate poterat etiam *Trebanius* suppleri.) *Perpenna* quidem e Codd. scripsit Spengel in Varronis LL. 8, 41. p. 452., sed rectius Mueller *Perperna*. — M. Perperna, consul a. u. c. 662., censor a. u. c. 668., iudex in causa C. Aculeonis. de Or. 2, 65, 262. — M. Perperna, L. Marcius censores a. u. c. 669. Verr. Accus. 1, 55, 143. — M. Perperna pro Rosc. Com. 1, 4. in consilio aderat C. Pisoni iudici in causa Q. Roscii. Ibid. 8, 22. Verr. Accusat. 5, 58, 153. — M. Perperna, consularis a. u. c. 700. laudavit M. Scaurum. Ascon. in Scaur. p. 28. — Salust. Hist. 2. p. 201. et Hist. 3. p. 206. Ed. min. Gerl. Schol. Bob. pro Sestio p. 307.

Perrhaebia, pars Thessaliae; alii tamen ad Macedoniam, item ad Aetoliam referunt. — Perrhaebia vendita a L. Pisone. in Pison. 40, 96.

Persa. Vide Perses.

Persa Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 340.

Persa, catellus L. Aemilii Pauli Macedonici, ex cuius morte omen accepit. de Divin. 1, 46, 103.

Persae. Vide Magi. — Persae humana deorum simulacra nefaria putaverunt. de Rep. 3, 9, 14. — Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat ad panem adhibere quidquam praeter nasturtium. Tuscul. 5, 34, 99. — Persae nasturtio vesci eos esse solitos scribit Xenophon (Cyrop. 1, 2, 8.) de Finn. 2, 28, 92. — In Persis augurantur et divinant Magi: — nec quisquam rex Persarum potest esse, qui non ante Magorum disciplinam scientiamque perceperit. de Divin. 1, 41, 91. — Non sequor magos Persarum, quibus auctoribus Xerxes inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos. de Legg. 2, 10, 26. — Persarum magos adiit Pythagoras. de Finn. 5, 29, 87. — Persarum rex magnus. Tusc. 5, 12, 35. — Persarum ac Syrorum barbari reges solent plures uxores habere; his autem uxoribus civitates attribuere cet. Verr. Accusat. 3, 33, 76. — Persae mortuos cera circumlitos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora. Tuscul. 1, 45, 108. — Persarum bel-

lum eodem fere tempore, quo Volscorum bellum fuit. Brut. 10, 41. — Cfr. de Off. 3, 11, 48. — Persae, cum bellum toti Graeciae, diis hominibusque indixissent et mille numero navium classem ad Delum appulissent, haud conati sunt quidquam aut violare aut attingere. Verr. Accusat. 1, 18, 49. — Si tu apud Persas aut in extrema India deprehensus, Verres, ad supplicium ducerere, quid aliud clamitares nisi te civem esse Romanum? Verr. Accus. 5, 64, 166. — Memorantur Persae etiam de Harusp. resp. 13, 28. — Gabinio Syriam, Babyloniam, Persas, integerrimas pacatissimasque gentes ad diripiendam tradidit P. Clodius. Pro domo 23, 60.; quibus in verbis sese prodit falsarius: nam a proconsule Syriae diripi non poterant Persae seu potius, qui tunc erant, Parthi, sine iusto bello a senatu populoque Romano indicto. Idem denuo narrat declamator pro domo C. 47, 124.: „Gabinio regna omnia Syrorum, Arabum, Persarumque donaras." — Persarum montes (aurei: proverbium). Varro Fr. p. 261. Bip.

Persaeus, Citieus, Zenonis auditor, eos dicit habitos esse deos, a quibus magna utilitas ad vitae cultum esset inventa, ipsasque res utiles et salutares deorum esse vocabulis nuncupatas; ut ne hoc quidem diceret, illa inventa esse deorum, sed ipsa divina. de Nat. D. 1, 15, 38. — De Persaeo dignus est, qui legatur Plutarchus in Arato C. 18 et 23. Locum ex eius *συμποτικοῖς ὑπομνήμασιν* affert Athenaeus 13, 86.

Perseis, Oceani filia, ex Sole mater Circes et Pasiphaës. de Nat. D. 3, 19, 48.

Perses, rex Macedoniae, filius Philippi V., a L. Paullo vi ac virtute superatus a. u. c. 587. Verr. Accusat. 1, 21, 55. — Perses etiam classe superatus a Romanis. pro lege Manilia 18, 55. — Persen victum nuntiarunt Tyndaridae, teste P. Vatinio. de Nat. D. 2, 2, 6. — Perses rex a L. Paullo captus. de Finn. 5, 24, 70. — Paullus Persae deprecanti, ne in triumpho duceretur: „In tua id quidem potestate est." Tuscul. 5, 40, 118. — Macedones multi Romae servierunt, rege Perse capto. Tuscul. 5, 22, 53. — Perses rex. in Catil. 4, 10, 21. — Agri in Macedonia, qui regis Philippi sive Persae fuerunt, a censoribus locati sunt. de lege agr. 2, 19, 50. — Persen Philippi filium post multa et varia certamina apud Samothracas deos acceptum in fidem Romani callidi et repertores perfidiae, quia pacto vitam dederant, insomniis occidere. Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 231. Ed. Gerl. min. — Vide Persicum bellum.

Perseus, Iove natus. Arat. v. 254. de Nat. D. 2, 44, 112. — Eius filius Erythrus. Varro Fr. p. 365. Bip.

Persice Porticus. ad Att. 15, 9, 1. „Lacones Pausania duce Plataeeo proelio pauca manu infinitum numerum exercitus Persarum cum superavissent, acto cum gloria triumpho spoliorum et praedae, porticum Persicam ex manubiis laudis et virtutis civium, indicem victoriae posteris pro tropaeo constituerunt, ibique captivorum simulacra barbarico vestis ornatu, superbia meritis contumeliis punita, sustinentia tectum collocaverunt: uti et hostes horrescerent timore eorum fortitudinis affecti et cives id exemplum virtutis adspicientes, gloria erecti ad defendendam libertatem essent parati. Itaque ex eo multi statuas Persicas sustinentes epistylia et ornamenta eorum collocaverunt." Vitruvius 1, 1. p. 13. Bipont. Eiusmodi porticum *Περσικὴν* (Graece scilicet scribendum videtur apud Ciceronem) habebat etiam M. Brutus in villa sua Lanuvina. Vide etiam Eurotas.

Persicum bellum, in Macedonia cum Perse gestum. de Off. 1, 11, 37.

Persis. Regnum Persidis inclutis divitiis Arsacis erat. Sal. Hist. 4. p. 234. Ed. Gerl. min.

Persis de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

C. Persius, „omnium fere nostrorum hominum doctissimus, Gracchorum temporibus vixit." „*Persium non curo legere.*" Lucilius. de Or. 2, 6, 25. — Ab eo sua scripta legi nolebat Lucilius. de Finn. 1, 3, 7. — C. Persius, litteratus homo ille, quem significat valde doctum esse Lucilius. Ei nonnulli tribuebant C. Fannii C. F. orationem de sociis et nomine Latino contra Gracchum. Brut. 26, 99.

Pertinacia dea. de Nat. D. 3, 17, 44.

Pescennius est perbenevolus nobis (in exilio nostro a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 4, 6.

Pessinuntius sacerdos Matris Deum Magnae Idaeae lege P. Clodii tribunicia expulsus et spoliatus sacerdotio est fanumque sanctissimarum atque antiquissimarum religionum venditum pecunia grandi Brogitaro. (a. u. c. 696.) pro Sestio 26, 56. Quis fuerit sacerdos ille, ignoratur.

Pessinus, Gallograeciae sive Galatiae urbs, sedes domiciliumque Matris Deorum. — Imperatores nostri maximis et periculosissimis bellis ei deae vota faciebant eaque in ipso Pessinunte ad illam ipsam principem aram persolvebant. — Ille locus fanumque a P. Clodio vendita Brogitaro. de Harusp. resp. 13, 28. ad Fam. 2, 12, 2.

Peta (l. Paetus) Varronis amicus. Varro RR. 2, 1, 1.

M. Petilius, eques Romanus (qui Syracusis negotiabatur), erat in consilio Verri in Sopatri iudicio. Verr. Accusat. 2, 29, 71.

Q. Petilius, optimus et fortissimus civis, iudex in causa Milonis. pro Milone 16, 44.

Petissius (al. *Petusius*) Urbinas. — Mea bona donare Antonius se dixit Petissio Urbinati, qui ex naufragio luculenti patrimonii ad haec Antoniana saxa proiectus est. Philipp. 12, 8, 19. Philipp. 13, 2, 3.

M. Petreius. Eius excellens animus et amor rei publicae, praestans in re publica virtus, summa auctoritas apud milites, mirificus usus in re militari Catilinam oppressit. pro Sestio 5, 12. — C. Antonius pedibus aeger, quod proelio adesse nequibat, M. Petreio legato exercitum permisit, isque acri proelio commisso Catilinam eiusque manum devicit. Sal. Catil. 59 et 60. — Petreius, legatus C. Antonii, cum Catilina conflixit. Schol. Bob. pro Flacco p. 229. — Afranium exspectabimus aut Petreium. Nam in Labieno parum est dignitatis. (a. u. c. 705.) ad Att. 8, 2, 3. Cfr. ad Att. 10, 9, 1. — M. Petreius et L. Afranius, Pompeii legati in Hispania, constituunt communi consilio bellum ad Ilerdam gerere a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 38. — Castra movent ab Ilerda. Ibid. 63. — Eos Caesar persequitur. Ibid. 65. — Seditio Pompeianorum, qui iam in eo erant, ad Caesarem ut transirent, a Petreio forti animo repressa. Ib. 74. seqq. — A Caesare in angustias redacti, certis condicionibus milites suos dimittere iubentur. Ibid. 86. — M. Petreius subsidio venit T. Labieno ad Ruspinam a. u. c. 707. Bell. Afric. 18. — Graviter ictus ex acie recessit. Ib. 19. — M. Petreius post proelium ad Thapsum cum Iuba Zamam profugit. Bell. Afric. 91. — Iuba rex desperata salute, cum iam coenatus esset cum Petreio, ut per virtutem interfecti esse viderentur, ferro inter se depugnant atque firmior imbecilliorem Iuba Petreium facile ferro consumpsit. Ibid. 94.

M. Petreius, centurio, ad Gergoviam fortissime pugnavit. Caesar Gall. 7, 49. Diversus hic videtur a praecedente, fortasse eius filius.

Petrini, populus Siciliae, cuius caput Petra, a Verre vexatus. Verr. Accusat. 3, 39, 90.

Petrinum ad Fam. 6, 19, 1. praedium Leptae a vico Petrino, qui fuit in agro Sinuessano.

M. Petronius (Ursinus: Castronius) Passer. Varro RR. 3, 2, 2.

L. Petrosidius, aquilifer, in proelio interficitur a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 37.

Petrullus. Varro Fr. p. 291. Bip.

Phaeaces, populi Scheriae sive Corcyrae mollissimi, quorum vitam voluptariam iam Homerus in Odyssea celebravit. — In eorum epulis apud Homerum carmina canuntur. Brut. 18, 71.

Phaedo Socraticus. Ei Epicurus turpissime male dixit. de Nat. D. 1, 33, 93.

Phaedra, Thesei uxor, Hippolyti noverca. Victorinus I. p. 51.

Phaedrus Platonis. de Or. 1, 7, 28. Orat. 4, 15. Ibid. 12, 39. de Finn. 2, 2, 4. Tuscul. 1, 22, 53. de Divin. 1, 37, 80. de Legg. 2, 3, 6. Platonis Dialogus, qui a Phaedro dicitur, quem vehementer Plato amavit. Diog. Laërt. 3, 29. Ern.

Phaedrus Atheniensis, philosophus nobilis. Eius filius Lysiades. Philipp. 5, 5, 13. — Phaedro Epicureo nihil elegantius, nihil humanius: sed stomachabatur, si quid adversarii asperius dixerant. de Nat. D. 1, 33, 93. — Eum audivit Cicero. de Finn. 1, 5, 16. — Phaedrus moriens obtestatus est Patronem, ne aedes Epicuri alienari sineret. „Nobis, cum pueri essemus, antequam Philonem cognovimus, valde, ut philosophus, postea tamen ut vir

bonus et suavis et officiosus probabatur." ad Fam. 13, 1, 2. — Eum unice diligebat Atticus. de Finn. 5, 1, 3. — Phaedrus, Attici amicus. de Legg. 1, 20, 53. — Libros mihi, de quibus ad te antea scripsi, velim mittas et maxime † Φαίδρου περιωσῶν et Ἑλλαδος. ad Att. 13, 39, 2. De quo loco corrupto incredibilia commenti sunt Viri docti, veluti nuper Osannus in Diario scholastico 1833. p. 1099. proponens „Φαίδρου περὶ θεῶν et Ἑλλάδος." — scilicet a Cicerone per iocum Dicaearcho Phaedri nomen inditum esse Verum vidit Christianus Petersen in Phaedri Epicurei fragmento de natura deorum instaurato. Hamburgi 1833. 4. p. 11., videlicet legendum esse: Φαίδρου περὶ θεῶν καὶ Παλλαδος. Malim tamen: Φαίδρου περὶ θεῶν et Παλλάδος. Etenim duo Phaedri scripta fuisse puto, unum περὶ θεῶν, alterum περὶ Παλλαδος, ut fuit Diogenis Babylonii ὁ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς. (Ibid. p. 20.)

Phaethon, Solis filius. de Nat. D. 3, 31, 76. — Phaëthon et Sol. de Off. 3, 25, 94. — Maestae eius sorores. Arat. v. 391.

Phaethon servus s. libertus Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 1, 4, 4. ad Att. 3, 8, 2.

Phalacrus Centuripinus, nauarchus a Verre vexatus. Verr. Accusat. 5, 40, 105. Ibid. 44, 116. Ibid, 46, 122.

Phalargus. Verr. Accus. 5, 45, 105. Ibid. 44, 116. Ibid. 46, 122. falsa lectio pro Phalacrus.

Phalaris crudelissimus tyrannus Agrigentinorum. de Rep. 1, 28, 44. — Phalaris crudelis tyrannus et immanis. de Off. 3, 6. 29 et 32. — Matris Phalaridis somnium narratum ab Heraclide Pontico. de Divin. 1, 23, 46. — Incertum est, Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus Caesar. (a. u. c 705.) ad Att. 7, 20, 2. — Inclusorum hominum gemitu mugiebat eius taurus. de Rep. 3, 30, 42. Item Fragment. p. 581. — Phalaris crudelissimus omnium tyrannorum; eius taurus. quo vivus supplicii causa demittere homines et subiicere flammam solebat, Agrigentinis et Karthaginiensibus ablatus, deleta Karthagine iisdem a P. Scipione Africano minore redditus est. Verr. Accusat. 4, 33, 73. — Eius taurus. in Pison. 18, 42. de Finn. 5, 28, 85. Tusc. 2, 7, 17. Ibid. 5, 26, 75. (Historiam criticam tauri Phalaridei conscripsit Ebert in libro inscripto: Σικελιων, Regiomonti 1830. 8 p. 10. seqq.) — A Timaeo hic taurus inter fabulas relatus est; male, ut docet Diodorus Sic. 13 p. 211. Ern. — Te non Aristarchum, sed Phalarim grammaticum habemus, qui non notam apponas ad malum. versum, sed poëtam armis persequare. in Pis. 30, 73. — In Phalarim, cuius est praeter ceteros nobilitata crudelitas, universa Agrigentinorum multitudo impetum fecit. de Off. 2, 7, 26. — Phalaris poenas tyrannidis sustulit. de Nat. D. 3, 33, 82. Verr. Accusat. 5, 56, 145. de Finn. 4, 23, 64.

Phalereus de Legg. 2, 25, 64. est cognomen Demetrii rhetoris a pago Attico, Phalero, in quo natus erat. Vide Demetrius Phalereus.

Phalericus portus Athenis. de Finn. 5, 2, 5.

Phamea libertus, avus M. Tigellii, dominus fundi Lanuvini, sive potius Troiani, mortuus a. u. c 705. ad Att. 9, 9, 4. Ib. Ep. 13, 6. — Eius causa a Cicerone suscepta et postea, ut falso rebatur Tigellius, ab eo deserta. ad Fam. 7, 24, 2. — Eius causam recepit contra pueros Octavios Cn. filios Cicero. ad Att. 13, 49, 1. — Phameae coena. ad Fam. 9, 16, 8. Cfr. Weichert Poët. Lat. p. 304.

Phania, libertus Appii Claudii Pulchri. ad Fam. 2, 13, 2. — Homo non modo prudens, verum etiam curiosus. Ibid 3, 1, 1. Ibid 6, 1.

Pharii (al. *Parii*). Apud eos ὁφιογενεῖς. Varro Fr. p. 204. Bip.

Pharnaces, Mithridatis filius — Quis nescio quem istum Pharnacem Asiae terrorem illaturum putaret? ad Fam. 15, 15, 2. — Deiotarus cum Caesare in acie contra Pharnacem fuit. pro Deiotaro 5, 14. — Multa Caesarem in Asia dicuntur morari, maxime Pharnaces. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 21, 2. Ib. Ep. 22, 2. — Pharnaces devictus a Caesare. Philipp. 14, 8, 23. — Pharnaces, a. u. c. 706., Armeniam minorem et Cappadociam possidet vastatque. Bell. Alex. 34. — Cn. Domitius Calvinus adversus eum proficiscitur. Ib. 35. — Feliciter cum eo pugnat atque efficit, ut is se in Asiam recipiat. Ib. 36—40. — Rebus secundis elatus Pontum omnibus copiis occupavit ibi-

que crudelissime versatur. Ib. 41. — Pacis condiciones Caesar proponit Pharnaci, quas hic callide eludit. Ibid. 70, 71. — Caesar uno proelio eum devicit. Ib. 74. seqq.

Pharnaces, servus librarius. ad Att. 15, 30, 2. Ib. Ep. 44, 3.

Pharsalica pugna (inter Caesarem et Pompeium) calamitosissima. Philipp. 14, 8, 23. — De eadem: „illud quasi quoddam fatale proelium." ad Fam. 15, 15, 2. Cfr. de Divin. 1, 32, 68. Ibid. 2, 55, 114. pro Ligario 3, 9.

Pharsalus, Thessaliae urbs, *Palaeopharsalus* vocatur a scriptore Belli Alex. 48.

Pharos insula obiecta Alexandriae; eius situs. Caesar Civ. 3, 112. — Incolae Pharitae. Bell. Alex. 19. — Pharus insula Alexandriae ponte iungitur. Varro Fr. p. 378. Bip.

Phaselis illa, quam cepit P. Servilius (Vatia Isauricus) non fuerat antea Cilicum et praedonum; Lycii illam, Graeci homines, incolebant. Sed quod erat eiusmodi loco atque ita proiecta in altum, ut et exeuntes e Cilicia praedones saepe ad eam necessario devenirent, et cum se hisce locis reciperent, eodem deferrentur, asciverunt sibi illud oppidum piratae, primo commercio, deinde etiam societate. Verr. Accusat. 4, 10, 21. — Phaselis, Ciliciae urbs, (ultima.) Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 173. — Hinc: Phaselitum ager. de lege agr. 2, 19, 50.

Phatnae, sidus. Prognost. 2. Fragmentt. p. 555.

Phemius, musicus, ut videtur, cornicen Graeculus. — Phemio quaeritur κέρας. ad Att. 5, 20, 9. — Phemio dispiciam κέρας. Ib. Ep. 21, 9. — Κέρας Phemio mandatum est; reperietur; modo aliquid illo dignum canat. Ib. Lib. 6, 1, 13. — Miro errore Ernestius eiusdem hominis mentionem fieri putavit apud Ovidium Amor. 3, 7, 61. *Quid iuvet, ad surdas si cantet Phemius Aures?* cum ibi significetur Phemius, notissimus ἀοιδὸς, in Odyssea saepe memoratus.

Pheneatae colunt Mercurium quintum. de Nat. D. 3, 22, 56. (Incolae Phenei, Arcadiae oppidi.)

Pherae, urbs Thessaliae, Aristotelis tempore admodum nobilis, ab Alexandro tyranno crudeli dominatu tenebatur. de Divin. 1, 25, 53.

Pheraei in Thessalia. de Inv. 2, 49, 144.

Pheraeus ad Fam. 9, 22, 1. Explicant volgo de Alexandro Pheraeo, a Theba uxore adiuvantibus fratribus ob suspicionem pellicatus occiso. Sed est nomen corruptum. Codex Mediceus habet Ferei.

Pherecrates, Phthiota senex, a Deucalione ortus, disserens inducitur a Dicaearcho in libro de animo. Tuscul. 1, 10, 21.

Pherecydes, Atheniensis vel potius, ut alii tradunt, Lerius circa Olymp. 75. (480 ante Chr.) λογογράφος· indicium de eius genere scribendi. de Or. 2, 12, 53. — Historicus paullo antiquior Herodoto, quem cave cum physico et theologo confundas. De utriusque aetate et scriptis accurate disputat Vossius de Histor. Gr. 4, 4., de physico in primis Menagius ad Diog. Laërt. 1, 116. Ern.

Pherecydes, Syrius (ex insula Syro, non *Scyrius* nec *Syrus*), Pythagorae magister, cum vidisset haustam aquam de iugi puteo, terrae motum dixit instare. de Divin. 1, 50, 112. Ibid. 2, 13, 31. — Pherecydes Syrius primus dixit animos hominum esse sempiternos; antiquus sane; fuit enim regnante Ser. Tullio. Tuscul. 1, 16, 38. —. Hic est Pherecydes physicus et theologus, (Thaletis fere aequalis) qui vixit inter Olymp. 45. et 58. Suidas in v. πρῶτον συγγραφὴν ἐξενεγκεῖν πεζῷ λόγῳ τινὲς ἱστοροῦσιν. Eius liber Ἑπτάμυχος ἤτοι Θεοκρασία ἢ Θεογονία· ἔστι δὲ θεολογία ἐν βιβλίοις δέκα. Cfr. Pherecydis fragmenta collegit, emendavit et illustravit Fr. G. Sturz. Ed. altera. Lipsiae 1824. 8.

Pheriones. — Pherionum mos Puteolanus (quis fuerit, ignoratur.) ad Att. 14, 14, 1. Fortasse locus est corruptus. („E coniecturis virorum doctorum proxime ad veritatis speciem accedit Graevii sententia, qui Ciceronem scripsisse coniiciebat: *et de Vestorianorum Puteolano* putabatque Atticum allusisse similitudine soni ad *Puteal* feneratorum." Schuetz. Ratio Graeviana minime veri similis videtur. Iac. Gronovius: *Phetriorum.*)

Phidias, celeberrimus statuarius Atheniensis, qui floruit Olymp. LXXXIV. Eius admiranda opera Athenis. de

Rep. 5, 32, 44. — Eius Iuppiter Olympius. Orat. 2, 5. — Phidiae simulacris nihil in illo genere perfectius videmus. Ibid. 2, 8. — Phidias Minervae signum finxit. de Or. 2, 17, 73. — Minervae signum ex ebore pulcherrimum ab eo factum. Brut 73, 257. — Phidiae Minerva (dedicata a. ante Chr. 438.) Parad. Prooem. 5. — Opifices etiam post mortem nobilitari volunt: quid enim Phidias sui similem speciem inclusit in clupeo Minervae, cum inscribere non liceret? Tuscul. 1, 15, 34. Et quidem sic, ut si quis olim artificis voluisset imaginem separare, soluta compage simulacri totius incolumitas interiret. Orat. 71, 234. Cfr. Val. Max. 8, 14. Pseudoaristot. de mundo 6. Apuleius de mundo 7. — Memoratur Phidias etiam Acad. 2, 47, 146. de Finn. 2, 34, 115. de Finn. 4, 13, 34. Cfr. de Phidiae vita Commentationem C. O. Muelleri in Commentatt. Gotting. recent. Vol. 6. Philol. p. 121. Silligium in Catal. art. p. 332.

Phidippus medicus, servus Deiotari, pro Deiotaro 6, 17. — Phidippus servus medicus Deiotari. Schol. Gronov. ad Deiotar. p. 422.

Phiditia. Vide Philitia.

Philadelphus, Attici servus vel libertus. ad Att. 1, 11, 2.

Philadelphus Annius. Philipp. 13, 12, 26. Vide C. Annius Cimber.

Philaeni fratres, Karthaginienses, magno animo se pro patria devoverunt, ut fines eius, de quibus contendebant Cyrenenses, extenderentur. Sal. Iug. 79. — Arae eis consecratae. Ibid. — Philaenon arae memorantur etiam Sal. Iug. 19. Ceterum Φίλαινοι interpretatio Graeca nominis Punici esse videtur, *laudis cupidi*, vel cognomen iis datum post factum illud gloriosum.

Philarchus falsa lectio pro Phylarchus. Verr. Accusat. 5, 34, 90. Ibid. 46, 122.

Philargyrus, A. Torquati libertus. (a. u. c. 709.) ad Fam. 6, 1, 6.

Philargyrus, servus vel libertus Attici. — De Philargyro bene; causam certe habuisti et veram et bonam: relictum esse me potius quam reliquisse. ad Att. 9, 15, 5.

Phileros nomen servi. Cornel. 1. Fragmm. 20. p. 450.

Phileros, tabellarius. ad Fam. 9, 15, 1.

Philiarchus; falsa lectio pro: Phylarchus. Verr. Accusat. 4, 12, 29.

Philinus, Herbitensis, homo disertus et prudens et domi nobilis, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 3, 34, 80.

Philinus, servus M. Tullii. pro Tullio §. 19 et 22.

Philippus Macedo. — Philippum rebus gestis et gloria superatum a filio, facilitate et humanitate video superiorem fuisse. Itaque alter semper magnus, alter saepe turpissimus. de Off. 1, 26, 90. — Philippus, sapientissimus rex, Aristotelem Alexandro filio doctorem accivit. de Or. 3, 35, 141. — Exstat eius epistola ad Alexandrum filium, qua praecipit, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciat. de Off. 2, 14, 48. — Philippus praeclare in epistola quadam Alexandrum filium accusat, quod largitione benevolentiam Macedonum consectetur. de Off. 2, 15, 53. — Lacedaemonii, Philippo minitante per litteras se omnia, quae conarentur, prohibiturum, quaesiverunt, num se esset etiam mori prohibiturus? Tuscul. 5, 14, 42. — Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in quae modo asellus onustus auro posset ascendere. ad Att. 1, 16, 12. — Cum Persis et Philippus, qui cogitavit, et Alexander, qui gessit, hanc bellandi causam inferebat, quod vellet Graeciae fana poenire; quae ne reficienda quidem Graii putaverunt, ut esset posteris ante os documentum Persarum sceleris sempiternum. de Rep. 3, 9, 15. — Philippus Pythiam corrupit, unde eam φιλιππίζειν Demosthenes dicebat. de Divin. 2, 57, 118. — Oraculum ei datum a Trophonio φυλάττεσθαι δεῖν τὸ ἅρμα, id est, quadrigulas in capulo. (cfr. Aelian. V. H. 3, 45.) de Fato 3, 5. Orat. 52, 176. Opt. gen. or. 7, 22. Varro LL. 9, 47. p. 514. — Laudationes Philippi a rhetoribus conscriptae. de Finn. 2, 35, 116.

Philippus rex Macedoniae, quocum bellum Macedonicum primum inde ab a. u. c. 554. gestum est. — Propter socios, nulla ipsi iniuria lacessiti maiores nostri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt. pro lege Manilia 6, 14. — Philippus, rex Macedoniae, a T. Flaminino subactus. Verr. Accusat. 1, 21, 55. — De-

liberabant rhetores, utrum exercitus in Macedoniam contra Philippum mitteretur cet. de Inv. 1, 12, 17. — Memoratur item de lege agr. 2, 19, 50. Ibid. 33, 90. Philipp. 11, 7, 17.

Philippus. Exstat epistola Antigoni ad Philippum filium, qua praecipit, ut oratione benigna multitudinis animos ad benevolentiam alliciat cet. de Offic. 2, 14, 48. (Restitui ex Codd. meorum auctoritate voc. *filium*. deletum cum Codd. duobus a Schuetzio et Beiero.) Antigonum hunc Chapman et Ernestius in Clavi volunt esse Antigoni Gonatae nepotem, Demetrii fratrem patruelem (Plutarch. in Aemil. C. 8. Pausanias 7, 7, 2. 2, 8, 3. 6, 16. 5. 8, 9, extr.), qui Doson et Soter nuncupatus, Philippo, Demetrii filio, parvulo admodum, tutor datus est et in matrimonium accepta matre pupilli, fuit ipsi vitricus et in regno Macedoniae antecessor (Polyb. 2. p. 183. Iustin. 28, 3.) Hunc virum sapientia, virtute, gloria eximium laudans, Polybius ea ipsa in illo praedicavit, unde nata epistola videtur Chapmano. Nam *Ἀντίγονος*, inquit, *καλῶς μὲν ζῶν προέστη τῆς τε βασιλείας καὶ τοῦ παιδὸς αὐτοῦ· καλῶς δὲ τὸν βίον μεταλλαττων, προενοήθη πρὸς τὸ μέλλον περὶ παντων τῶν πραγματων*. Lib. 4. p. 485. Cfr. Lib. 5. p. 499. Huius igitur privignus potius quam filius fuit Philippus, quocum bellum gesserunt Romani. Potest tamen cum Heusingero et Gernhardo satis commode intelligi Antigonus, Asiae rex, Demetrii Poliorcetis et Philippi pater. Vide Frontin. Lib. 4. p. 729. Plutarch. in Ἀποφθ. βασ. p. 182. B. et in Demetrio C. 2 et 23., ubi a scriptoribus quibusdam veteribus manifesto cum abnepote suo, vitrico illo Philippi confunditur. Beier. Mihi tamen credibilius videtur in l. l., cum similes epistolas Philippi ad Alexandrum, et Antipatri ad Cassandrum memorasset, vel brevitatis causa vel memoria lapsus subiunxisse huic quoque Philippo v. *filium*.

Philippus Herbitensis. Verr. Accus. 3, 34, 80. error pro Philinus.

Philippus Lacedaemonius, commendatur Ser. Sulpicio a. u. c. 708. ad Fam. 13, 28 a., 4.

Philippus, Temnites, testis in L. Flaccum. pro Flacco 18, 43.

Philippus. Vide L. Marcius Philippus.

Philiscus Milesius, Isocratis discipulus et Timaei magister, scripsit artem rhetoricam, *δημηγορίας* et Lycurgi vitam. de Or. 2, 23, 94. (ex emend. Goelleri *Philisci* pro *Philisti*.)

Philistus Syracusius, Dionysii maioris familiarissimus, maxime Thucydidem est imitatus. de Or. 2, 13, 57. — Philistus Siculus, historicus, longe praefertur Callistheni: capitalis, creber, acutus, brevis, paene pusillus Thucydides: sed utros eius habueris libros — duo enim sunt corpora — an utrosque nescio. Me magis de Dionysio delectat. Ipse est enim veterator magnus et perfamiliaris Philisto. ad Q. Fr. 2, 13, 4. — Amatores Catoni desunt, sicuti multis iam ante seculis Philisto Syracusio et ipsi Thucydidi. Horum concisis sententiis, interdum etiam non satis apertis cum brevitate tum nimio acumine officit Theopompus elatione atque altitudine orationis suae. Brut. 17, 66. Cfr. Ibid. 85, 294. — Quid Philisto brevius? Fragmm. p. 479. — Philistus doctus homo et diligens: eius narratio de somnio matris Dionysii. de Divin. 1, 20, 39. — Narrat prodigium Dionysio maiori oblatum. de Divin. 1, 33, 73. — de Or. 2, 23, 94. cum Goellero substituendus Philiscus Philisto; de hoc vide Diodorum Sic. 13. p. 222. et Plutarchum in Dione passim.

Philitia, (alii *Phiditia*; utraque forma utebantur Graeci.) Tusc. 5, 34, 98., convivia Lacedaemoniorum, de quibus vide Suidam in Lycurgo. Veterum locos de iis collegit Meursius in Misc. Lacon. 1, 9 et 10. Ern.

Philo. Vide Veturius Philo.

Philo Larissaeus, nonnullis quartae Academiae auctor dictus, vigebat Athenis iam a. u. c. 663. de Or. 3, 28, 110. — De eo cfr. praecipue Ioannem Stobaeum in Ecl. Ethicis. Ed. Heeren. T. 2. P. 1. Lib. 2. p. 39. seqq. — Philo Clitomacho operam multos annos dedit. Philone autem vivo patrocinium Academiae non defuit. Acad. 2, 6, 17. — Antiochi magister. Ibid. 22, 68. — Philo princeps Academiae cum Atheniensibus Mithridatico bello (a. u. c. 666.) domo cum profugisset Romamque venisset, totum ei se tradidit Cicero. Brut. 89, 306. — Nostra memoria Philo, quem nos frequenter audivimus, instituit alio tempore rhetorum praecepta tradere, alio philosophorum. Tuscul.

2, 3, 9. — Eius libri duo, ab Antiocho, ipsius Philonis discipulo, refutati. Acad. 2, 4, 11. — Aperte mentitur, ut est reprehensus a patre Catulo. Ibid. 6, 18. — Qua Antiochi reprehensione maxime perturbatus fuerit: Acad. 2, 34, 111. — Philo, Antiochi magister, magnus vir, negat in libris, quod coram etiam ex ipso audiebamus, duas Academias esse, errоremque eorum, qui ita putarunt, coarguit. Acad. 1, 4, 13. — Contra (hanc opinionem) Antiochus scripsit. Ibid. — Philo multos versus solebat admiscere orationi, et proprium numerum et lecta poëmata et loco adiungebat. Tuscul. 2, 11, 26. — Philo ferre non poterat aspernari Epicureos molles et delicatas voluptates. Summa enim memoria pronuntiabat plurimas Epicuri sententias his ipsis verbis, quibus erant scriptae; Metrodori vero multa impudentiora recitabat. de Nat. D. 1, 40, 113. — Antiochinas partes in libris Academicis Varroni dedit Cicero; sibi sumpsit Philonis. ad Fam. 9, 8, 1. — „Clitomacho plus de Carneade, quam Philoni aut Metrodoro credo.“ Acad. 2, 24, 78. — Multum peregrinatus est. Tuscul. 5, 37, 107. — Memoratur praeterea Acad. 2, 47, 107. de Nat. D. 1, 3, 6. Ibid. 7, 17. Ibid. 21, 59.

Philo architectus, qui Atheniensibus armamentarium fecit (in Piraeeo tempore Lycurgi oratoris): eum constat perdiserte populo rationem operis sui reddidisse. Locos veterum de eo collectos vide in Iunii et Silligii Catalogis Artif. de Or. 1, 11, 62.

Philo, M. Caelii Rufi libertus. ad Fam. 2, 12, 2. Caelius ad Fam. 8, 8, 10.

Philo, Pompeii libertus. ad Att. 16. 4, 1. — Pompeianarum partium defensor acerrimus (a. u. c. 709.) Bell. Hispan. 35.

Philocles Alabandensis. ad Fam. 13, 56, 2.

Philoctetaeus clamor. de Finn. 2, 29, 94.

Philoctetes, Poeantis et Demonassae filius, cui Hercules moriens sagittas tradidit; serpentis morsu ulceratus ideoque propter clamores et eiulatus a Graecis Troiam navigantibus in insula Lemno relictus, ubi decem annos in spelunca iacuit, aucupio sagittarum vitam propagans, donec a Neoptolemo et Ulixe Troiam ductus ibique sanatus est. — Eius sagittae Troiae fatales. Her. 4, 30, 41. — De re publica nimium te laborare doleo et meliorem civem esse quam Philoctetam, qui accepta iniuria ea spectacula (scilicet rei publicae calamitates) quaerebat, quae tibi acerba esse video (a. u. c. 699.) ad Q. Fr. 2, 10, 4. (Respicit Philoctetam apud Sophoclem Graecos exsecrantem, qui eum in Lemno reliquerant. Memoria lapsum Ciceronem pro Poeante posuisse Poeantis filium putabat Victorius Var. Lectt. 2, 15., sed defenditur a Ciofano ad Ovid. Met. 9, 229., ubi eadem narrantur de Poeantis filio. Ern.) — Philoctetes in insula Lemno relictus. de Fato 16, 36. — Ei concedendum est gementi; ipsum enim Herculem viderat in Oeta magnitudine dolorum eiulantem. Tuscul. 2, 7, 19. — Ibid. 19, 44. Ibid 23, 55. — Eius eiulatus et gemitus. de Harusp. resp. 18, 39. — Philoctetes, tragoedia Euripidis. de Or. 3, 35. 141. — Philoctetes Lemnius Accii. Varro LL. 7, 2. p. 294. — Memoratur haec fabula item tribus locis sequentibus: ad Fam. 7, 33, 1. de Nat. D. 1, 42, 119. de Finn. 5, 11, 32.

Philodamus, genere, honore, copiis, existimatione facile princeps Lampsacenorum; eius filia a C. Verre ad stuprum petita; ipse cum filio, propter tumultum a Lampsacenis concitatum, postea a C. Nerone, propraetore Asiae, condemnatus et securi percussus. Verr. Accusat. 1, 25, 64.

Philodamus Opuntius. — Dubitabitis exemplum iudicum illorum sequi, qui damnato Cn. Dolabella, damnationem Philodami Opuntii resciderunt, quod is reus factus esset, cum ei legatio iam Romam a suis civibus esset data? Verr. Accusat. 2, 44, 109.

Philodemus, Ciceronis tempore Epicureorum fere nobilissimus. Exstant ex Herculaneo nunc eruti libri περὶ μουσικῆς et Epigrammata in Anthol. Graeca. de Finn. 2, 35, 119, — Philodemus Epicureus, L. Pisonis familiaris, ἀνωνύμως describitur in Pison. 28, 68. — Poëma facit ita festivum, ita concinnum, ita elegans, nihil ut fieri possit argutius; omnia stupra, adulteria Pisonis delicatissimis versibus expressit. Ibid. 29, 70. — Philodemus Epicureus Ciceronis aetate nobilissimus, cuius et poëmata sunt lasciva. Ascon. in Pison. p. 16. — Eum non-

nulli Philodamum vocant, minus recte. Vide Menagium ad Diog. Laërt. 10, 3. Ern.

Philodorus, Trallianus. pro Flacco 22, 53.

Philogenes, Attici servus vel libertus. ad Att. 5, 13, 2. Ib. 20, 8. Ibid. Lib. 6, 2, 1 et 10. Ib. Ep. 3, 1. Ibid. 7, 5, 3. Ibid. Ep. 7, 2.

Philogonus, Q. Ciceronis libertus. ad Q. Fr. 1, 3, 3.

Philolaches, persona Plautina. Varro LL. 9, 37. p. 494.

Philolaus sive Philoleos, Crotoniata, ut alii volunt, Tarentinus, instituit Archytam. de Or. 3, 34, 139. — Eius commentarios est nactus Plato. de Rep. 1, 10, 16. — Pythagorae, quia nihil ipse scriptitaverat, a posteris quaerenda sententia est; in quibus vel potissimum floruisse Philolaum reperio Tarentinum; qui multis voluminibus de intelligendis rebus et quid quaeque significent, oppido obscure dissertans, priusquam de animae substantia decernat, de mensuris, ponderibus et numeris iuxta geometriam, musicam atque arithmeticam mirifice disputat, per haec omnia universum exstitisse confirmans. Claudianus Mamertus de statu animae 2, 8. Cfr. Aug. Boeckh *Philolaus, des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes.* Berlin 1819. 8.

Philomelium, Phrygiae maioris oppidum ad fines Lycaoniae. ad Fam. 3, 8, 5. — Eius incolae Philomelenses, non *Philomelienses.* Verr. Accusat. 3, 83, 191. — Memoratur praeterea ad Fam. 13, 43. Ibid. 15, 4, 2. ad Att. 5, 20, 1.

Philosophi veteres usque ad Socratem omnem omnium rerum - - cognitionem et scientiam cum dicendi ratione iungebant. de Or. 3, 19, 72. — Philosophi Graeci omnes praeter Xenophanem et Epicurum divinationem probaverunt, sed non uno modo. de Divin. 1, 3, 5. — Philosophi tamquam in superum mare Ionium defluxerunt, Graecum quoddam et portuosum cet. de Or, 3, 19, 69. — Philosophi Latini Graecos imitari debent, ut poëtae, ut oratores. Acad. 1, 3, 10.

Philotes, nomen corruptum pro Philocles. ad Fam. 13, 56, 2.

Philotimus libertus, ut videtur, Terentiae potius quam Ciceronis. ad Att. 2, 4, 7. 4, 10, 2. ad Att. 5, 3, 1. Ib. Ep. 4, 3. Ep. 8, 2. Ep. 17, 1. Ep. 19, 2. Lib. 6, 1, 9 et 19. Ib. Ep. 3, 1. Ep. 4, 2. — Mirus est φυράτης, germanus Lartidius, Ib. Lib. 7, 1, 9. — Operarius homo. Ib. Ep. 2, 9. Ib. Ep. 3, 1 et 7. Ep. 19. — Eius morae et negligentia. ad Att. 11, 24, 4. — Dedecori est Quinto fratri. Ib. Lib. 12, 5, 1. — Homo insulsus et saepe pro Pompeio mentiens. ad Att. 10, 9, 1. — Philotimus solet omnino esse Fulviaster. ad Att. 12, 44, 4. — Eius fides et sedulitas laudata a Caelio. ad Fam. 8, 3, 2. — Homo fortis ac nimium optimas. ad Att. 9, 7, 6. Ibid. Ep. 9, 2. ad Q Fr. 3, 1, 1, 1. Ibid. Cap. 2, 6. Ibid. Ep. 9, 7. ad Fam. 14, 18, 2. Ibid. Ep. 24. — Ignoramus, utrum hi loci omnes ad unum eundemque hominem referantur, an duo tresve eiusdem nominis libertos habuerit Terentia vel Cicero.

Philotimus libertus, librarius. ad Att. 13, 33, 1. Diversus est a praecedente vel praecedentibus.

Philoxenus. — Philoxeno ignosco, qui reduci in carcerem maluit. ad Att. 4, 6, 2. — Is Dionysii tyranni versus quia libere improbabat, in carcerem Lautumias coniectus est; deinde eductus, cum idem Dionysius alios item versus ei legendos tradidisset, opinatus fore, ut metu carceris probaret, sententiam non mutavit, sed versibus lectis demisso capite, ultro ad Lautumias tacitus iter convertit. Cumque Dionysius exclamasset: „Quo, Philoxene!" „Ad Lautumias," inquit, ut intelligeret tyrannus ab eo versus non probari. Manutius.

Philoxenus Calactinus, Hippiae, qui Ciceronis hospes et necessarius erat, pater. ad Fam. 13, 37.

Philoxenus, servus vel libertus Attici. ad Att. 7, 2, 5. — Philoxenus, libertus, a quo Cicero volt Atticum sibi mittere Panaetii librum de providentia. ad Att. 13, 8. — In Arcano Messidium cum Philoxeno aquamque, quam ii ducebant non longe a villa, belle sane fluentem vidi. ad Q. Fr. 3, 1, 1, 1. — Ignoramus, utrum hi tres loci ad unum eundemque hominem referantur necne.

Philus. Vide L. Furius Philus.

Phimes cognomen Dioclis Panhormitani. Verr. Accus. 3, 40, 93.

Phintia, oppidum Siciliae. Verr. Accusat. 3, 83, 192.

Phintias, Pythagoreus, vas se ad mortem dedit pro amico Siculo tyranno. de Finn. 2, 24, 79. — Dionysius superior quanto opere amicitias desideraret, quarum infidelitatem extimescebat, declaravit in Pythagoreis duobus illis, quorum cum alterum vadem mortis accepisset, alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatam: „Utinam ego," inquit, „tertius vobis amicus adscriberer!" Tuscul. 5, 22, 63. — Damonem et Phintiam Pythagoreos ferunt hoc animo inter se fuisse, ut cum eorum alteri Dionysius tyrannus diem necis destinavisset et is, qui morti addictus esset, paucos sibi dies commendandorum suorum causa postulasset, vas factus est alter eius sistendi, ut, si ille non revertisset, moriendum esset ipsi. Qui cum ad diem se recepisset, admiratus eorum fidem tyrannus, petivit, ut se ad amicitiam tertium adscriberent. de Off. 3, 10, 45. — Vide Plutarch. περὶ πολυφιλίας. C. 2, 4. p. 93. Francof. Diodor. Sic. Excerptt. p. 554. Wessel. Lactantium 5, 17, 22. Usus eodem argumento est Quintilian. Declamat. XVI. *Amici vades.* Pro Damone et Phintia Euephenum (*Εὐήφενον*) et Eucritum nominat Polyaenus 5, 22., Moerum et Selinuntium et pro Dionysio, cuius tamen nomen semel adscriptum est haud dubie a glossatore, Phalarin Hyginus Fab. 257. Dionysio superiori hanc sponsionem factam putat Degenius, ut ipse Cicero Tuscul. l. l. Sed laudatur a Gernhardo A. G. Lange in Wielandii *N. teutschen Mercur* 1808. 3. p. 188., qui ex Aristoxeno apud Iamblichum Vit. Pythag. §. 253. collata Porphyrii Vit. Pyth. §. 59. Dionysio minori id evenisse docuit. Nam Aristoxenus testatur se ex ipso Dionysio, cum regno pulsus Corinthi rhetorem ageret, audivisse, suos familiares invidia Pythagoreorum Phintiae crimen finxisse insidiarum tyranno structarum. Beier. Ceteri veterum loci de nobili illo amicorum pari hi sunt; Val. Max. 4, 7. extern. 1., ubi Pythias vocatur, qui Ciceroni est Phintias. Latinus Pacatus in Panegyr. Theodos. c. 17., Ambrosius de Virginibus 2, 5. T. 2. p. 171. Ed. Du Friche et le Nourry. Lutet. Paris. 1686—1691.

Phlegethon sive Pyriphlegethon amnis apud Inferos. de Nat. D. 3, 17, 43.

Phliasii, non Phliuntii. — Phliasios dici sciebam, et ita fac ut habeas. Sed primo me ἀναλογία deceperat, Φλιοῦς, Ὀποῦς, Σιποῦς, quod Ὀπούντιοι, Σιπούντιοι. Sed hoc continuo correximus. ad Att. 6, 2, 3. — Phliasii soli in Peloponneso, quorum agri non contingant mare. de Rep. 2, 4, 8. Tuscul. 5, 3, 8. (Phlius Achaiae oppidum.)

Phocii, Locri, Boeotii exusti a L. Pisone, in Pison. 40, 96.

Phocylides. — Usquequaque, de Pompeio cum dicemus, sit hoc quasi, καὶ τόδε Φωκυλίδου. ad Att. 4, 9, 1. — Phocylides Milesius aequalis Theognidis, cuius paucae dumtaxat sententiarum reliquiae supersunt, quibus confirmatur, quod h. l. tradit Cicero et Dio Chrysostomus Or. 36. p. 440., plerasque eius γνώμας paucis versibus inclusas a poëtae nomine incepisse.

Phoebus. *Phoebi fax*, meteorum. de Divin. 1, 11, 18.

Phoenice. de Fin. 4, 20, 56. Philipp. 11, 13, 35. — Phoenice terra. Varro LL. 5, 6. p. 47., pars Syriae, etsi interdum ab ea distinguitur propter nobilitatem et magnitudinem. Cellarius aliique negant Latinam esse formam *Phoenicia* (Ultimae certe est Latinitatis. Vide Forcellinum.) Schwarzius attulit contra locum Varronis 5, 6. (ubi nunc edunt *Phoenice.*) Sed etiam de Finn. 4, 20, 56. editiones quaedam habent *Phoenicia.* In Gronoviana (et Goerenziana) autem est *e Phoenica* pro *e Phoenice*, quod utrumque recte dici potest. Nam multae voces apud Latinos, poëtas tamen maxime, et Graecam et Latinam formam habent. Sic *Penelope* et *Penelopa*, *Circe* et *Circa.* Vossius de Anal. 2, 2. et Heinsius ad Virg. Aen. 3, 386., ubi etiam exempla e prosaicis. Librarii qui hoc nesciebant e *Phoenica* fecere *poëtica*, unde Manutius fecit *Phoenicia*, quem deinde alii secuti sunt. Ern.

Phoenices primum mercaturis et mercibus suis avaritiam et magnificentiam et inexplebiles cupiditates omnium rerum exportaverunt in Graeciam. de Rep. 3. Fragmm. incert. N. 37. — Phoenices Helice duce nocturna fidunt in alto. Arat. v. 40. Item de Nat. D. 2, 41, 106. et Acad. 2, 20, 66. — Phoenices Karthaginem, Hipponem, Hadrumetum, Leptim in ora Africae

maritima condidere. Sal. Iug. 19. Vide Sardi.

Phoenissae, Euripidis fabula. de Off. 3, 21, 82.

Phoenix apud Homerum (Iliad. ι, 438.) a Peleo Achilli comes datus, vir disertus. de Or. 3, 15, 57.

Phorcys, deus marinus, ex Oceano Salaciaque. Tim. Cap. 11. p. 508. — Phorcys rex Corsicae et Sardiniae, victus ab Atlante. Varro Fr. p. 358. Bip. Petita videtur haec interpretatio ex Euhemeri Historia sacra.

Phormio. — Sex. Clodius, cui nomen est Phormio, nec minus niger nec minus confidens, quam ille Terentianus est Phormio. pro Caecina 10, 27. Philipp. 2, 6, 15.

Phormio Peripateticus coram Hannibale inepte de omni re militari declamavit. de Or. 2, 18, 75. — Hinc Phormiones dicuntur, qui de re praecipiunt et disserunt, quam non intelligunt. Ibid. C. 19, 77.

Phoronis: falsa lectio pro: *Coronis*. de Nat. D. 3, 22, 56.

Phronesium, persona Plautina. Varro LL. 9, 61. p. 534.

Phryges et Pisidae et Cilices et Arabum natio avium significationibus plurimum obtemperant. de Divin. 1, 41, 92 et 94. — Phryges augurium retinent. de Legg. 2, 13, 33. — Proverbium, Phrygem plagis fieri meliorem. pro Flacco 27, 65. — Phryges contemptim appellantur pro Flacco 2, 3. Ibid. 40, 100.

Phrygia, regio Asiae minoris, ad Hellespontum et Aegaeum mare. Eam ἀμπελόεσσαν vocat Homerus. Varro RR. 1, 2, 7. — In ea oves ferae. Varro RR. 2, 1, 5. et asini feri. Ibid. §. 6. — Tonsura ovium in Phrygia. Varro RR. 2, 11, 12.

Phrygia Epictetus. ad Fam. 3, 10, 6. antea Phrygia ad Olympum Asiae minoris montem, tractus mediterraneus, nusquam mare tangens; quae, cum prius in Antiochi Magni dicione fuisset, primum Prusiae Bithyniae regi, cessit, qui tamen postea eam iussu Romanorum Eumeni, Pergami regi, cedere debuit, a quo ἐπίκτητος, post acquisita, vocata est, quod nomen ei remansit etiam sub Romanis. Cfr. Strabonis Lib. 12. p. 563. cum Groskurdii annotatione.

Phrygio Pompeius, homo locuples. de Or. 2, 70, 283.

Phrygius. Phrygiae litterae conscriptae ab Hercule altero. de Nat. D. 3, 16, 42. — Phrygiis cantibus nonnulli incitantur. de Divin. 1, 50, 114. — Phrygiae orationis genus. Orat. 8, 24. Ibid. 18, 57. vide Caria. — Phrygium ferrum, id est, Troianum. pro Sex. Roscio 32, 89. Est versiculus ex Ennii tragoedia. Vide Schol. Gronov. p. 434.

Phryx Orat. 8, 27. Vide Mysus. — Phryx aliquis aut Lycaon: proverbium de hominibus futilibus et contemptis. ad Fam. 30, 10, 10.

Phthas sive Volcanus secundus Nilo natus, quem custodem esse Aegypti volunt. de Nat. D. 3, 22, 55. Male olim legebatur *Opas*. Vide Davisium ad l. l. Iablonsky Pantheon Aegypt. 1, 2. p. 45.

Phthia, caput Phthiotidis, Thessaliae partis, patria Achillis. de Divin. 1, 25, 52. Hinc: Phthiota: Tuscul. 1, 10, 21.

Phylarchus (al. *Philiarchus*) Centuripinus, homo locuples ac nobilis; ab eo phaleras pulcherrime factas, quae regis Hieronis fuisse dicebantur, C. Verres abstulit. Verr. Accusat. 4, 12, 29. Verr. Accusat. 4, 23, 50.

Phylarchus (olim male Philarchus) Haluntinus, homo nobilis, captus a praedonibus, a Locrensibus postea publice redemptus. Verr. Accusat. 5, 35, 91. Ibid, 46, 122.

Physici, id est, philosophi ante Socratem. de Or. 1, 10, 42. Acad. 2, 5, 14. Vide Empedocles.

Picens ager in Italia, Umbriae confinis. Cato 4, 11. Idem Picenus ager.

Picentes: ad eos pertinent Asculani. pro Sulla 8, 25. — Picentium ager. Varro RR. 1, 217. Vide Gallicus ager.

Picentina iuga Sal. Hist. 3. p. 222. Ed. Gerl. min. a Picentia urbe in extrema Campania sita, hodie *Piconza*.

Picenum. ad Att. 7, 21, 2. — Messio frumenti in Piceno. Varro. RR. 1, 50, 2.

Picenus et Gallicus ager. Brut. 14, 57. de Off. 3, 18, 74. Cfr. Drakenborch ad Liv. 22, 9, 3. Corte ad Salust. p. 172. Graev. et Interpretes ad Flor. 1, 19.

Picumnus. Vide Pilumnus.

Pierus. — Tertiae Musae novem Piero natae et Antiopa, quas Pieridas et Pierias solent poëtae appellare. de Nat. D. 3, 21, 54.

Pietas dea, eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. Ibid. 11, 28. — Eius aedes Romae icta e caelo. de Divin. 1, 43, 98.

Pilia, Attici uxor. ad Att. 4, 16, 4. ad Att. 4, 46, 2. — Eius epistola valde scripta est συμπαθῶς. ad Att. 5, 11, 7. Ibid. 6, 1, 22. — Eius valetudo. Ib. Lib. 7, 5, 1. — Pilia πειράζεται παράλυσει. ad Att. 16, 7, 8.

M. Pilius, necessarius Attici, M. Servilium de repetundis postulavit (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 8, 2. Memoratur etiam ad Att. 13, 31, 4.

Q. Pilius, propinquus Piliae, Attici uxoris, ad Caesarem profectus a. u. c. 700. ad Att. 4, 17, 3.

Pilumnus et Picumnus, dii coniugales. Varro Fr. p. 241. Bip. Fr. p. 231. Bip. Fr. p. 357. Bip.

Pilus, vir gravis et constans, optimarum in re publica partium. (a. u. c. 711.) Pseudocic. ad Brut. 2, 7.

Pimpleides. V. Musae.

Pinarii Nattae. *Species ex aere vetus generosaque Nattae Concidit* fulmine icta. de Divin. 1, 12, 19. Ibid. 2, 20, 45 et 21, 47.

L. Pinarius Natta, frater uxoris Clodii, pontifex. Pro domo 45, 118. — Privignus Murenae. Ibid. 52, 134. — Summo loco adolescens. pro Murena 35, 73. — Exosus Ciceroni. ad Attic. 4, 8 b., 3.

L. Pinarius Rufus Mamercinus cum P. Furio Fuso Cos. a. u. c. 282. Varro Fr. p. 371. Bip.

M. Pinarius Rusca. — Rusca cum legem ferret annalem, dissuasor M. Servilius, *Dic mihi*, inquit, *M. Pinari, si contra te dixero, mihi male dictu us es, ut ceteris feceisti? — Ut sementem feceris, ita metes*, inquit. de Orat 2, 65, 261. Quando Rusca legem annalem tulerit, et quinam fuerit Rusca, quinam M. Servilius, non liquet. Liv. 40, 18. M. Pinarium Poscam praetorem anni 575. memorat. Henrichsen.

P. Pinarius, L. Papirius censores a. u. c. 321, multis dicendis vim armentorum a privatis in publicum averterunt. de Rep. 2. 55, 60. (Collegium censorum antea incognitum.)

T. Pinarius, homo alioquin ignotus; irrisus a C. Iulio Caesare Straboue. de Or. 2, 66, 266.

T. Pinarius. — Pinarium, quem mihi commendas, diligentissime Deiotarus curat graviter aegrum. ad Att. 6, 1, 23, ad Att. 8, 15, 1. — T. Pinarius, Ciceronis familiarissimus; procurat rationes negotiàque Dionysii, quem Cicero „omnium plurimum" amabat. Commendatur Q. Cornificio (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 24, 3. — T. Pinarius amabiles ad me de te litteras mittit: se maxime litteris, sermonibus, coenis denique tuis delectari. Is homo semper me delectavit fraterque eius mecum est multum. ad Q. Fr. 3, 1, 6, 22. *Frater*] Lucius fortasse, quem C. Caesar nepotem sororis suae heredem cum Q. Pedio et C. Octavio reliquit. Suet. *Caesar* C. 83. Man.

Pindarus. Eius fragmentum: πότερον δίκᾳ τεῖχος ὕψιον ἢ σκολιαῖς ἀπάταις· δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν. ad Att. 13, 38, 2. — Eius versiculus ἀμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ. ad Att. 12, 5, 1. Orat. 1, 4. de Finn. 2, 34, 115.

Pindarus servus vel libertus. ad Att. 16, 1, 5.

Pindenissus, oppidum munitissimum Eleutherocilicum a Cicerone captum a. u. c. 703. ad Att. 5, 20, 5. — Incolae: Pindenissitae. Ib. §. 1. (Lib. 6, 1, 9.) ad Fam. 2, 10, 3. ad Fam. 15, 4, 10. seqq.

Pinnenses. — Vestini Pinenses a Pinna, eorum oppido, hodie *Civita di Penna.* Herenn. 2, 28, 45.

Q. Pinnius, amicus Varronis. Varro RR. 3, 1, 1.

T. Pinnius, familiaris Ciceronis: eum testamento tutorem Pinnio filio, et secundum heredem instituit. — Adolescens commendatur P. Silio. ad Fam. 13, 61.

Pipa, Aeschrionis Syracusani uxor, C. Verris amica, libidinosissima mulier. Verr. Accusat. 3, 33, 77. Ibid. 5, 31, 81.

Piraeeus magnificus portus Athenarum. de Rep. 3, 32, 14. — E Piraeeo eloquentia evecta omnes peragravit insulas atque peregrinata tota Asia est. Brut. 13, 51. — Piraeeus prostratus et dirutus. ad Fam. 4, 5, 4. — In Piraeea cum exissem cet. ad Att. 6, 9, 1. — In hoc magis reprehen-

dendus sum, quod homo Romanus *Piraeea* scripserim, non *Piraeeum* (sic enim omnes nostri locuti sunt) quam quod *in* addiderim. Dionysius noster et Nicias Cous non rebatur oppidum esse Piraeea. Ib. Lib. 7, 3, 10. de Off. 3, 11, 46.

Piraticum bellum. In eo inter Delum et Siciliam Graeciae classibus praefuit Varro. Varro RR. 2. Praef. 7.

Pirene, fons uberrimus Corinthi. ad Att. 12, 5, 1.

Pisae, Etruriae urbs. ad Q. Fr. 2, 6, 2.

Pisaurum, oppidum Umbriae maritimum in Gallico agro, quod praeterlabitur fluvius cognominis Pisaurus, hodie *Pesaro*. Incolae Pisaurenses. pro Sestio 4, 9. Cfr. Livium Lib. 39, 41. — Pisaurum occupatum a Caesare a. u. c. 705. ad Fam. 16, 12, 2. ad Att. 2, 7, 3. Philipp. 13, 12, 26.

Pisces, sidus. Arat. v. 246. 290. 413. de Nat. D. 2, 44, 114.

Piscis australis, sidus. Arat. v. 411.

Pisidae, incolae Pisidiae, regionis Asiae minoris, Pamphyliae et Isauriae confinis. — Praeter ceteros populos augurium retinent. de Legg. 2, 13, 33. — Pisidae volatibus avium cantibusque declarari res futuras putant. de Divin. 1, 1, 2. — A Pisidis, Cilicibus, Pamphylis, Lyciis auspicia tenentur. de Divin. 1, 15, 25. Ibid. 41, 92 et 94. — Auxilia sane bona, sed ea Galatarum, Pisidarum, Lyciorum; haec enim sunt nostra robora. (κατ' εἰρωνείαν.) ad Att. 6, 5, 3.

Pisistratus multos annos tyrannus fuit in ipso Graeciae flore. de Nat. D. 3, 33, 82. — Opinio est et Pisistratum et paullo seniorem etiam Solonem posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. Brut. 7, 27. — Servio Tullio regnante viguit. Ibid. 10, 39. — Pisistratus primus Homeri libros confusos antea sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus, cet. de Or. 3, 34, 137. — Pisistratus Athenis praesidiis saepiebatur. de Rep. 1, 44, 68. — Responsum ei datum a Solone. Cato 20, 72. — Incertum est, Phalarimne an Pisistratum sit imitaturus Caesar. (a. u. c. 705.) ad Att. 7, 20, 2. — Hic Pisistratus cet. (de Caesare). ad Att. 8, 16, 2. — Iulius Victor p. 224. 234.

Pisones. Vide Calpurnii Pisones.

Pisonis lucus Romae, incertum in qua regione. ad Q. Fr. 2, 3, 7.

Pistrix, sidus. Arat. v. 384. 400.

Pituanius, homo pereruditus, ut aiunt, et nunc quidem deditus Graecis litteris (κατ' εἰρωνείαν). ad Att. 4, 15, 2.

Pittacus (unus septem Sapientum, Lesbi tyrannus), omnino accedere quemquam vetat in funus aliorum. de Legg. 2, 26, 65. — Pittacus sapiens. de Or. 3, 15, 56.

Placentia, urbs Galliae Cisalpinae, hodie *Piacenza*, in confluente Padi et Trebiae, unde Placentini. — Placentiam colonia deducta pridie Kal. Iun. P. Cornelio Scipione, Ti. Sempronio Longo coss. (a. u. c. 536.) Placentiam sex milia hominum novi coloni deducti sunt. Deducendi fuit causa, ut opponerentur Gallis, qui eam partem Italiae tenebant cet. Ascon. in Pison. p. 3. — Placentia, municipium optime de me meritum. in Pison. fragm. initio. — Caesar Placentiam legiones quattuor misit. a. u. c. 704. ad Att. 6, 9, 5. ad Q. Fr. 2, 15, 1.

Placentini calices, viles. in Pison. 27, 67.

Plaetoria lex. Ex ea iudicium publicum rei privatae. de Nat. D. 3, 30, 74. de Off. 3, 15, 61. Varro LL. 6, 2. p. 187., ubi consule Scaligerum.

Plaetorius Rustianus ad Hipponem regium oppressus a P. Silio, Caesariano a. u. c. 707. Bell. Afric. 96.

C. Plaetorius, quaestor a. u. c. 706., Caesarianus. Bell. Alex. 34.

L. Plaetorius, senator, „homo summa fide et omni virtute praeditus. pro Cluentio 60, 165.

M. Plaetorius M. F. Cestianus, accusator M. Fonteii a. u. c. 685. pro Fonteio loci Niebuhriani 1, 2. Ibid. 12, 26. — M. Plaetorius, C. Flaminius, aediles curules, apud quos Cicero defendit D. Matrinium. pro Cluentio 45, 126. — Iidem praetores a. u. c. 688. inter sicarios quaestionem exercebant. Ibid. 53, 147. — M. Plaetorius, amicus P. Lentuli Spintheris. ad Fam. 1, 8, 1. — Incendio Plaetoriano ambustus est Seius. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 20, 8. Id est, Plaetorii damnatio, qua etiam Seius ambustus est, quod de residuis in iudicium vocatus esset. Ex quo colligo de repetundis damnatum

esse Plaetorium; quod in hunc optime convenit, qui post praeturam, ut videtur, provinciam aliquam obtinuit. — Plaetorius, vicinus Attici. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 17, 1. — De nummis huius M. Plaetorii, ex quibus constat de eius cognomine (Cestianus) et patre Marco, consule Eckhel D. N. 5. p. 273.

Plagiosippus (Lindemann: Plaxippus; alii aliter.) — Nomen contumeliosum, fortasse in L. Philippum oratorem confictum, ut arbitratus est Graevius. Her. 4, 30, 42.

Plaguleius, homo infimae sortis, de operis Clodianis. Pro domo 33, 89. — C. Ateii Plaguleium (praesto esse). Lectio incerta ad Att. 10, 8, 3.

Planasia (hodie *Pianosa*), insula M. Pisonis. Varro RR. 3, 6, 2.

Plancius pater, eques Romanus, princeps publicanorum. pro Plancio 9, 24. — Maximarum societatum auctor, plurimarum magister. Ibid. 13, 32. — Nimium retinens equestris iuris et libertatis. Ibid. 23, 55.

Cn. Plancius: amplissimae eius laudes. pro Planc. 1, 1. sqq. — Oriundus e praefectura Atinati. Ibid. 8, 19. — In Macedonia tribunus mil. fuit; in eadem provincia quaestor L. Appuleii. Ibid. 11, 28. (Hinc declamator post red. in sen. 14, 35. satis inepte: Cn. Plancius, quaestor non imperii, sed doloris mei.) Tribunus plebis. Ibid. — De tribunis plebis longe optimum Racilium habemus: Plancius totus noster est. ad Q. Fr. 2, 1, 3. — Cn. Plancius Ciceronem exsulem in Macedonia retinebat. ad Att. 3, 14, 2. et praesertim ibid. 22, 1. — Cn. Plancius, „homo officiosissimus me (in exilio versantem) cupit esse secum et adhuc retinet." (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 1, 3. — Eius familiaritas cum Cicerone. Schol. Bob. pro Plancio p. 253. — Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio (qui reus factus erat de ambitu a competitore aedilitatis Laterense) absolvi. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11. — Cn. Plancius Corcyrae exsul. a. u. c. 708. Eum consolatur Cicero ad Fam. 4. Epp. 14. et 15. — Eius litterae a. u. c. 709. ad Toranium missae. ad Fam. 6, 20, 1. ad Fam. 16, 9, 2. ad Att. 1, 12, 2.

Plancus. Vide in Munatiis.

Planetae quinque. Arat. v. 471. — Eorum intervalla. de Divin. 2, 43, 91.

M. Planius Heres, Calenus, Leptae familiarissimus. Eum Dolabellae commendat (a. u. c. 709.) ad Fam. 9, 13, 2.

Plataeae, urbs Boeotiae nobilis. de Off. 1, 18, 61.

Plato, philosophus Atheniensis. Amplissimae eius laudes. de Legg. 3, 1, 1. — Platoni cum in cunis parvulo dormienti apes in labellis consedissent, responsum est singulari illum suavitate orationis fore. de Divin. 1, 36, 78. Ibid. 2, 31, 66. — Ab eo propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. de Finn. 5, 19, 50. — Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus: ubi enim quid esset, quod disci posset, eo veniendum iudicaverunt. Tuscul. 4, 19, 44. Ibid. 25, 55. — Socrate mortuo, primum in Aegyptum discendi causa, post in Italiam et in Siciliam contendit, ut Pythagorae inventa perdisceret, isque et cum Archyta Tarentino et cum Timaeo Locro multum fuit et Philolai commentarios est nactus; cumque eo tempore in his locis Pythagorae nomen vigeret, se et hominibus Pythagoreis et studiis illis dedit. Itaque cum Socratem unice dilexisset eique omnia tribuere voluisset, leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum obscuritate Pythagorae et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit. de Rep. 1, 10, 16. — Plato Aegyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et caelestia acciperet; post Tarentum ad Archytam; tum ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timaeum, Acrionem Locros, ut cum Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam eaque, quae Socrates repudiabat, addisceret. de Finn. 5, 29, 87. — Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et didicisse Pythagorea omnia, primumque de animorum aeternitate non solum sensisse idem, quod Pythagoram, sed rationem etiam attulisse. Tuscul. 1, 17, 39. — Sed ut rationem Plato nullam afferret (vide quid homini tribuam) ipsa auctoritate me frangeret. Ibid. 21, 49. — Plato Tarentum venit L. Camillo, Appio Claudio coss. a. u. c. 405. Cato 12, 41. — Virum unum totius Graeciae facile doctissimum, Platonem iniquitate Dionysii, Siciliae tyranni, cui se ille commiserat, in maximis periculis insidiis-

que esse versatum accepimus. pro Rab. Postumo 9, 23. — Platonem accepimus primum in Academia disputare solitum. de Finn. 5, 1, 2. — Platonis in Academiae curriculis primum sunt impressa vestigia. Orat. 3, 12. — Demosthenis magister fuit. Ibid. 4, 15. — Plato ab Epicureis reprehensus, quod se in musicis, geometria, numeris, astris contriverit. de Finn. 1, 21, 72. — Plato doctrinis omnibus expolivit Dionem Syracusium. de Or. 3, 34, 139. — Syracusium Dionem erudivit. de Off. 1, 44, 155. — Eius placida ac lenis senectus; qui uno et octogesimo anno scribens est mortuus. Cato 5, 13. Ibid. 7, 23. — Plato Speusippum, sororis filium, philosophiae quasi heredem reliquit: item Xenocratem et Aristotelem. Acad. 1, 4, 17. — Eius libros solitus est divolgare Hermodorus. ad Att. 13, 20, 4. — Platonis statua. Brut. 6, 24. — Platonem existimo, si genus forense dicendi tractare voluisset, gravissime et copiosissime potuisse dicere. de Off. 1, 1, 4. — Platonis libri mirabiliter scripti, in quibus omnibus fere Socrates exprimitur. de Or. 3, 4, 15. — Plato Socratis ingenium variosque sermones immortalitati scriptis suis tradidit. de Or. 3, 16, 60. — Socratis multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo, Platonis memoria et litteris consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum. Tuscul. 5, 4, 11. — In eius libris Socrates ironia utitur faceta et eleganti. Brut. 85, 292. — Platonis auctoritate, qui varius et multiplex et copiosus fuit, una et consentiens duobus vocabulis philosophiae forma instituta est, Academicorum et Peripateticorum, qui rebus congruentes, nominibus differebant. Acad. 1, 4, 17. Acad. 2, 5, 15. — Platonem reliquosque Socraticos et deinceps eos, qui ab his profecti sunt, legunt omnes, etiam qui illa non approbant. Tuscul. 2, 3, 8. — Plato et Socrates, ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos (Epicurum in primis) vincerent. de Divin. 1, 30, 62. — „Ego servo et servabo Platonis verecundiam." ad Fam. 9, 22, 5. — Video visum esse nonnullis Platonis et Democriti locutionem - - potius poëma putandum, quam comicorum poëtarum. Orat. 20, 67. — Eum Panaetius Homerum philosophorum appellat. Tuscul. 1, 32, 79. — Quis uberior in dicendo Platone? Iovem sic aiunt philosophi, si Graece loquatur, loqui. Brut. 31, 121. — Deus ille noster Plato. ad Att. 4, 16, 3. — Plato longe omnium, quicunque scripserunt aut locuti sunt, exstitit et suavitate et gravitate princeps. Orat. 19, 62. — Num melius loquitur Thucydides quam Plato? Opt. gen. or. 5, 16. — Plato haud paullo maior scriptor Thucydide non tam studiose, quam Isocrates et Theopompus concursionem vocalium effugit; nec solum in his sermonibus, qui dialogi dicuntur, ubi etiam de industria id faciendum fuit, sed in populari oratione, qua mos est Athenis laudari in contione eos, qui sint in proeliis interfecti; quae oratio (Menexenus) sic probata est, ut eam quotannis illo die recitari necesse sit. Orat. 44, 151. — Plato de rebus a civilibus controversiis remotissimis divinitus est locutus. de Or. 1, 11, 49. — Plato virtutem dicit nunc arte fieri, nunc cum hominibus nasci, nunc exercitatione confici, nunc a deo dari. Victorinus I. p. 3. — Voluptates ab eo vere dictae sunt illecebrae atque escae malorum. Fragmm. p. 484. — Quae de bene beateque vivendo a Platone disputata sunt, haec explicari non placebit Latine? de Finn. 1, 2, 5. — Quomodo Latine convertendus? Ibid. 3, 7. — Veterem illam equidem Pythagorae primum, deinde Platonis descriptionem sequar, qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt, alteram expertem; in participe rationis ponunt tranquillitatem, in altera motus turbidos cum irae, tum cupiditatis. Tuscul. 4, 5, 10. — Plato triplicem finxit animum; cuius principatum, id est, rationem in capite, sicut in arce posuit; ei duas partes parere voluit, iram et cupiditatem; quas locis disclusit: iram in pectore, cupiditatem subter praecordia locavit. Tuscul. 1, 10, 20. — Animus tres partes habet, ut Platoni placuit, rationis, irae, cupiditatis. Acad. 2, 39, 124. — Fuit iam accepta a Platone philosophandi ratio triplex: una de vita et moribus, altera de natura et rebus occultis, tertia de disserendo et quid verum, quid falsum. Acad. 1, 5, 19. — Ab eo usurpatum voc. ἰδέα. Ibid. 8, 30. — Ἰδέας mirifice erat amplexatus, ut in iis quiddam divinum esse diceret. Ibid. 9, 33. — Platonis ἰδέαι. Orat. 29, 101. — Rerum formas appel-

lat ἰδέας ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi gravissimus auctor et magister Plato. Orat. 2, 10. — Plato exempla rerum appellat ἰδέας. Varro Fr. p. 221. Bip. — Plato dialecticam vocat facultatem, quae id, quod unum est, possit in plura partiri. Boëth. I. p. 273. — Plato omne iudicium veritatis veritatemque ipsam abductam ab opinionibus et a sensibus cogitationis ipsius et mentis esse voluit. Acad. 2, 46, 142. — Plato et Pythagoras, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. de Divin. 2, 58, 119. — Quae longo intervallo rursus apparent, ut ait Plato, metus et quaedam portenta significant vel mox futura vel serius. Boëthius de diis p. 395. — Plato μαντικὴν a furore duxit. de Divin. 1, 1, 1. — A Platone et Democrito in scriptis relictum est, poëtam bonum neminem sine inflammatione animorum exsistere posse et sine quodam afflatu quasi furoris. de Or. 2, 46, 194. — Negat sine furore Democritus quemquam poëtam esse posse; quod idem dicit Plato. Quem, si placet, appellet *furorem*, dummodo is furor ita laudetur, ut in Phaedro Platonis laudatus est. de Divin. 1, 37, 80. — Philosophi sumus exorti (et auctore quidem nostro Platone, quem non iniuria Dicaearchus accusat,) qui amori auctoritatem tribueremus. Tusc. 4, 34, 71. — Plato (faciebat cum Socrate, cui nihil videbatur sciri posse). Certe tam multis libris haec persecutus non esset, nisi probavisset. Ironiam enim alterius, perpetuam praesertim, nulla fuit ratio persequi. Acad. 2, 23, 74. — Loci e Phaedro in Latinum sermonem conversi. de Rep. 6, 25, 27. (Somn. Scip. C. 8.) Tuscul. 1, 23, 53. Cato 21, 78. de Finn. 2, 16, 52. — Plato. de Finn. 2, 1, 1. Sententia ex Phaedro. Ibid. 2, 4. — Platanus illa in Phaedro celebratissima. de Or. 1, 7, 28. — Plato, divinus auctor, Isocratem admirabiliter in Phaedro laudari fecit ab Socrate. Opt. gen. or. 6, 17. — Plato, exagitator omnium rhetorum, laudat Isocratem. Orat. 13, 42. Cfr. de Legg. 2, 3, 6. Orat. 4, 15. de Divin. 1, 37, 80. Orat. 12, 39. Ibid. 13, 41. — Apud Platonem saepe haec oratio usurpata est, ut nihil praeter virtutem diceretur bonum, velut in Gorgia. Tuscul. 5, 12, 34. et in Epitaphio. Ibid. §. 36. Ibid. 23, 64. — Platonis Gorgias: „in hoc libro maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus irridendis ipse esse orator summus videbatur. de Or. 1, 11, 47. — In Gorgia Socrates cavillatur oratorem. de Or. 3, 31, 122. — De Platonis Gorgia iudicium Ibid. Cap. 32, 129. — Locus e Critone. de Divin. 1, 25, 52. — Platonis Menon. Tuscul. 1, 23, 55. Boëth. de diis. p. 391. — Platonis liber, qui est de animo, sive Phaedo. Tuscul. 1, 11, 24. — Phaedo laudatur item pro Scauro 2, 4. et Schol. Bob. pro Sestio p. 298. — Platonem in Timaeo dicere quidam arbitrantur, terram, non caelum moveri. Acad. 2, 39, 123. — In Timaeo Platonis rerum obscuritas, non verborum, facit, ut non intelligatur oratio. de Finn. 2, 5, 15. — Plato, quasi quidam deus philosophorum; quibus argumentis docuerit animantem et intelligentem esse mundum. de Nat. D. 2, 12, 32. seqq. — Plato mundum natum putat. Tuscul. 1, 28, 70. — Plato ex materia in se omnia recipiente mundum esse factum censet a deo sempiternum. Acad. 2, 37, 118. — Platonis de Timaeo deus, opifex aedificatorque mundi, irrisus a Velleio Epicureo. de Nat. D. 1, 8, 18. seqq. — Rotunda forma ullam negat esse pulchriorem. Ibid. 10, 24. — De Platonis inconstantia longum est dicere: (loquitur Velleius Epicureus:) qui in Timaeo patrem huius mundi nominari neget posse; in Legum autem libris, quid sit, omnino anquiri oportere non censeat cet. de Nat. D. 1, 12, 30. — Philosophia omnium mater artium, quid est aliud, nisi, ut Plato ait, donum, ut ego, inventum deorum? Tuscul. 1, 26, 64. — Apud Platonem est philosophiâ nullum maius aut melius a diis datum munus homini. Acad. 1, 2, 8. (in Timaeo p. 533. D.) Tuscul. 1, 25. 63. Ibid. 1, 26, 64. Tim. 14. de Legg. 1, 22. — Eius dictum in philosophos. de Off. 1, 9, 28. — Eius dictum de vera fortitudine. de Off. 1, 19, 63. — De Lacedaemoniis. Ibid. §. 64. — Plato princeps de re publica disseruit. de Legg. 3, 6, 14. — Plato, Aristoteles, Theophrastus totaque Peripateticorum familia magnum locum philosophiaeque proprium de re publica tractarunt uberrime. de Divin. 2, 1, 3. — Plato novam quandam finxit in libris civitatem. de Or. 1, 52, 224. — Commenticia eius civitas. Ib. C. 53, 230. — Apud Platonem Socrates sibi rem pu-

blicam ipse finxit. de Rep. 2, 1, 3. Ibid. 11, 22. Ibid. 29, 51. Ibid. 30, 52. Ibid. 4, 5, 5. — Disciplina puerilis, quam in Πολιτείᾳ commendat, reprehensa. de Rep. 4, 4, 4. — Item communio bonorum. Ibid. 5, 5. — Quomodo Cephalum loquentem induxerit in Πολιτείᾳ. ad Att. 4, 16, 3. — Gyges ab eo inductus. de Off. 3, 9, 38. Ibid. 19, 78. — Locus ex Politia Lib. IX. p. 571. Steph. de Divin. 1, 29, 60. — Platonis aliquot praecepta iis tenenda, qui rei publicae praefuturi sunt. de Off. 1, 25, 85 et 87. — A Platone philosophiaque didiceram naturales esse quasdam conversiones rerum publicarum, ut eae tum a principibus tenerentur, tum a populis, aliquando a singulis. de Divin. 2, 2, 6. — Plato iubet tantum contendere in re publica, quantum probare tuis civibus possis; vim neque parenti nec patriae afferre oportere. ad Fam. 1, 9, 18. — Recte poëtae a Platone educuntur ex ea civitate, quam finxit ille, cum mores optimos et optimum rei publicae statum exquireret. Tuscul. 2, 11, 27. — Platoni assentior nihil tam facile in animos teneros atque molles influere quam varios canendi sonos cet. de Legg. 2, 15, 38. Ibid. 3, 14, 32. — Eius sententia de donis impiorum. Ibid. 16, 41. — Platonis dictum de democratia et tyrannide. (Politiae VIII. p. 562.) de Rep. 1, 43, 66. seqq. — Platonis auguria de tyrannis. ad Att. 10, 8, 6. — Eius dictum de tyrannorum precibus. ad Att. 9, 13, 4. — Apud Platonem scriptum est divinitus: Quales in re publica principes essent, tales reliquos solere esse cives. ad Fam. 1, 9, 12. — Titanum e genere statuit eos, qui ut illi caelestibus, sic hi adversentur magistratibus. de Legg. 3, 2, 5. — Plato, ille princeps ingenii et doctrinae, tum denique fore beatas res publicas putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent, aut ii, qui regerent, omne suum studium in doctrina ac sapientia collocassent. ad Q. Fr. 1, 1, 10, 29. — Plato de fluminibus apud inferos quid dicat. Varro LL. 7, 3. p. 323. — Platonis Er Pamphylius. Eulogius p. 401. Ibid. p. 407. — Platonis se comitem profitetur in libris de re publica Cicero Fragmm. p. 579. — Politia Platonis. de Divin. 1, 29, 60. Ibid. 2, 27, 59. — Plato in Πολιτείᾳ. Schol. Bob. post red. ad pop. p. 251. — Plato, vir doctissimus atque idem gravissimus philosophorum omnium, princeps de re publica conscripsit idemque separatim de legibus eius, imitatus ex parte Zaleucum et Charondam. de Legg. 2, 6, 14. cfr. Ibid. 7, 16. — Platonis Leges. de Legg. 1, 5, 15. — Locus e Libro XII. de Legibus in Latinum conversus. de Legg. 2, 18, 45. — Plato iusta funerum reiicit ad interpretes religionum. Locus e Libro XII. de Legibus in Latinum conversus. de Legg. 2, 27, 67. — Plato praeclare dixit (de Legg. II. p. 59. B.) beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit. de Finn. 5, 21, 58. — Platonis „vox" ex Epinomide p. 992. A. de Or. 3, 6, 21. — Platonis coenae a Timotheo laudatae. Praeclara eius epistola ad Dionis propinquos. (Ep. 7.) Tuscul. 5, 35, 100. — Syracusanae mensae a Platone (Ep. 7.) graviter vituperantur. de Finn. 2, 28, 92. — Homo, ut ad Archytam scripsit Plato (Epist. 9. p. 726. A.), non sibi se soli natum meminerit, sed patriae, sed suis. de Finn. 2, 14, 45. — Epistolas igitur pro γνησίαις habebat Cicero. Illud vero in primis notandum abstrusiores Platonis Dialogos, veluti Cratylum, Theaetetum, Sophistam, Πολιτικὸν, Parmenidem, Philebum a Cicerone nusquam memorari neque attingi. — Aristippi dictum ab aliis Platoni tributum. de Rep. 1, 17, 29. — Aenigma Oppiorum ex Velia plane non intellexi. Est enim numero Platonis obscurius. ad Att. 7, 13. b., 5. — Aristotelem non deterruit a scribendo amplitudo Platonis. Orat. 1, 5. — de Finn. 4, 9, 21. Ibid. 4, 20, 56. Ibid. 23, 64. — de Rep. 6, 3, 3. et 4, 4. Cfr. M. Tullius Cicero ΦΙΛΟΠΛΑΤΩΝ. Disquisitio de philosophiae Ciceronianae fonte praecipuo, quam publico examini submittit Io. Adolphus Carolus van Heusde. Traiecti ad Rhenum 1836. 8.

Plato Sardianus, Epicureus, qui Athenis solebat esse. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 4, 14.

Platonicus homo facete Marcus frater appellatur a Q. Cic. de Pet. C. 12, 46.

Platonici. — Sol a Platonicis creditur aeternus. Boëth. II. p. 298.

Plator, Dyrrhachinus, hospes L. Pisonis, ab eo Thessalonicae crudelissime necatus. in Pison. 34, 83. — Pla-

tor ex Orestide legatus Thessalonicam ad P. Clodium cum venisset, hic propter pecuniam, quam ab eo extorquere non poterat, in vincula coniecit et medicum intromisit suum, qui legato, socio, amico, libero crudelissime venas incideret. de Harusp. resp. 16, 35. — — Nobiles in Macedonia Platores. Inter duces Philippi regis est Plator apud Liv. 28, 6.

Plautia sive Plotia lex de vi. Cic. Fragmm. p. 460. Sal. Catil. 31.

Plautius. Vide etiam Plotius.

Plautius (fortasse *M. Plautius Silvanus*). Varro RR. 2, 5, 5.

Plautius, poëta comoediarum cum Plautinis confusarum. Varro Fragmm. p. 193. Bip.

A. Plautius. Vide A. Plotius.

M. Plautius Hypsaeus cos. a. u. c. 629. imperitus iuris civilis. de Or. 1, 36, 166.

P. Plautius Hypsaeus, trib. pl. a. u. c. 698. quomodo se gesserit in causa Ptolemaei Auletae. ad Fam. 1, 1, 3. — Plautius Hypsaeus et Metellus Scipio conspiratam multitudinem concitaverunt ad oppugnandam M. Aemilii domum. Schol. Bob. pro Milone p. 281. — Plautius Hypsaeus, Pompeii quaestor. ad Att. 3, 8, 3. Ascon. in Mil. p. 36. pro Flacco 9, 20. — Hypsaeus competitor Milonis a. u. c. 70.. Fragmm. p. 456. — Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 341. Ascon. in Mil. p. 31.

M. Plautius Silvanus trib. pl. Cn. Pompeio Strabone L. Porcio Catone coss. (a. u. c. 665.), cum equester ordo in iudiciis dominaretur, legem tulit adiuvantibus nobilibus; ex qua lege tribus singulae ex suo numero quinos denos suffragio creabant, qui eo anno iudicarent. (Omnes erant 405.) Ex eo factum est, ut senatores quoque in eo numero essent et quidam etiam ex ipsa plebe. Ascon. in Cornel. p. 79. — Foederatis civitatibus data est civitas Silvani lege et Carbonis (lege Plautia Papiria). a. u. c. 665. pro Archia 4, 7.

Plautus. P. Claudio Pulchro, L. Porcio Licino coss. a. u. c. 570., Catone censore mortuus est. Brut. 15, 60. — Eo maior natu Livius Andronicus. Tuscul. 1, 1, 3. — Plautus et Naevius multas fabulas docuerant ante a. u. c. 557. Brut. 18, 73. — Eius oratio antiquitatem redolens. de Or. 3, 12, 44. — Plautino sermone Musae locuturae fuissent, iudice Aelio Stilone. Varro Fr. p. 345. Bip. — Plautus in sermonibus poscit palmam, in argumentis Caecilius, in ethesi Terentius. Varro Fr. p. 300. Bip. — Plautus urbanus et facetus. de Off. 1, 29, 104. — Quam gaudebat Truculento Plautus! quam Pseudolo! Cato 14, 50. — Servius (Clodius), quem litteratissimum fuisse iudico facile, dicebat: „hic versus Plauti non est, hic est“: quod tritas aures haberet notandis generibus poëtarum et consuetudine legendi. ad Fam. 9, 16, 4. — Varia de eo testimonia Varronis. in Fragmm. p. 193. Bip. — Plautus in Amphitruone. Varro LL. 6, 2. p. 189. — Plautus in Asinaria. Varro LL. 6, 2. p. 190. — in Truculento. Ibid. p. 194. — Plauti Astraba. Varro LL. 6, 7. p. 219. — Plauti versiculi ex Aulul. 2, 2, 14. — Varro LL. 5, 2. p. 25. Ibid. 36. p. 180. Versiculus ex Aulularia 2, 2, 1. de Divin. 1, 31, 65. V. ex Aulularia. Pseudoascon. in Div. p. 136. — Plauti Cornicularia. Varro LL. 5, 32. p. 152. — Versiculi ex Persa. Pseudoascon. in Divin. p. 115. — Ex Milite glorioso. Idem p. 117. — Poenulus. Varro LL. 7, 3. p. 350. — Trinummus. de Or. 2, 10, 39. — Versiculi e Trinummo 1, 1. Her. 2, 23, 35. de Inv. 1, 50, 95. Eius versus de Trinummo. Pseudocic. ad Brut. 1, 2. — Plauti versus: Varro LL. 5, 10. p. 74 et 77. LL. 5, 16. p. 92. LL. 7, 2. p. 298. ib. p. 302. Lib. 7, 3. p. 324. p. 337. p. 338. (e Menaechmis). p. 340. ter. p. 341. p. 342. p. 343. p. 344. p. 348. p. 350. p. 352. p. 359. p. 363. p. 368. p. 369. p. 375. p. 378. p. 379. p. 381. p. 384. 9, 37. p. 494. 9, 61. p. 534. Fragmm. p. 311. Bip. Ibid. p. 318. Varro RR. 2, 1, 20. Ibid. 4, 16. Cfr. etiam de Rep. 4, 10, 11. Varro LL. 5, 22. p. 111. 5, 30. p. 134. Varro LL. 5, 32. p. 147.

Plautus, iudex in iudicio Clodii de sacris violatis rei corruptus absolvit Clodium. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 16, 6. Videtur non verum, sed fictum ad contumeliam nomen esse. Vide Casaubonum ad h. l. Fortasse ita appellat Lentulum Crus, quem inter iudices constat fuisse, qui Clodium absolverunt. Ern.

Plebeii ludi, quos exactis regibus pro libertate plebis fecerunt, aut pro

reconciliatione plebis post secessionem in Aventinum. Pseudoascon. ad Act. I. Verr. p. 143.

Pleiadum sive Vergiliarum nomina. Arat. v. 269.

Pleuratus, Dyrrhachinus, Platoris, de quo ante, comes verberibus necatus a L. Pisone. in Pison. 34, 84. — Apud Livium 27, 30. est Pleuratus, regulus Ardyaeorum, populi Illyrici.

Pleuthiphanes (?) de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Plotia lex agraria. ad Att. 1, 18, 6. Vide etiam Plautia.

Plotia lex de vi. Cornel. I. Fragmm. 27. p. 451.

Plotia lex iudiciaria lata a. u. c. 665. a M. Plautio Silvano trib. pl., ubi vide. Ascon. in Cornel. p. 79.

Plotiana bona, a Caesare M. Laberio vendita. ad Fam. 13, 8, 2.

A. Plotius, familiaris Ciceronis, aedilis factus cum Cn. Plancio a. u. c. 700. pro Plancio 7, 17. Ibid. 22, 53. — A. Plotius, praetor urbanus a. u. c. 703. — Ius Laodiceae me dicere, cum Romae A. Plotius dicat? ad Att. 5, 15, 1. Fuit pro praetore Bithyniae et Ponti a. u. c. 706., Caesare consule iterum. — Necessarius T. Antistii, quaestoris Macedoniae. ad Fam. 13, 29, 4., ubi scribitur *A. Plautius.*

Plotius unguentarius Puteolanus a. u. c. 709. ad Att. 13, 46, 3.

C. Plotius, eques Romanus splendidus, Nursinus. Eius hereditas mulieri reddita a Sex. Peducaeo. de Finn. 2, 18, 58.

C. Plotius, senator; legatus in Asia fuerat. pro Flacco 21, 50.

C. Plotius significatur pro Milone 4, 9.

L. Plotius (al. *L. Plautius*, *L. Clodius*). C. Marius eximie L. Plotium dilexit, cuius ingenio putabat ea, quae gesserat, posse celebrari. pro Archia 9, 20. Videtur idem cum sequente:

L. Plotius (s. Plautius) Gallus rhetor, primum Latine docere coepit. Fragmm. p. 461. — L. Plotius primus Romae studia Latina docuisse fertur. Schol. Bob. pro Archia p. 357. — Plotius rhetor. Varro Fragmm. p. 286 et 289. Bip. — Cfr. Suetonium de clar. rhet. C. 2.

M. Plotius. (a. u. c. 706.) Caesar Civ. 3, 19.

Pluto. Vide Dis Pater.

Plutonia in Asia, loca pestilentes et mortiferos vapores emittentia. Talia Cicero, cum pro consule in Cilicia esset, ipse vidit. de Divin. 1, 36, 79. — Tale Plutonium erat in Lydia, et quidem in pago Acharaca, qui est in via inter Tralles et Nysam. Ern.

Poeni. Vide Sardi. — E barbaris nulli erant antea maritimi praeter Etruscos et Poenos; alteri (Poeni) mercandi causa, latrocinandi alteri. de Rep. 2, 4, 9. — Poeni foedifragi. de Off. 1, 12, 38. — Poeni, Tauri, Galli homines immolare et pium et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt. de Rep. 3, 9, 15. — Propter socios, nulla ipsi iniuria lacessiti, maiores nostri cum Antiocho, cum Philippo, cum Aetolis, cum Poenis bella gesserunt. pro lege Manilia 6, 14. — Poenorum crudelitati Reguli corpus est praebitum. de Nat. D. 3, 32, 80. — Poeni classe devicti a Duellio. Orat. 45, 153. — Poeni stipendia pendunt (Ennius). Varro LL. 5, 36. p. 181. — Hispanis et plerisque Poenorum impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, quasi victoriae praemium ac poena belli. Verr. Accus. 3, 6, 12. — Poeni haruspices: de Div. 2, 12, 28. — Poenicum, quod a Poenis primum dicitur allatum. Varro LL. 5, 23. p. 117. de Divin. 2, 64, 131. — Poenus: ei fuit Hispanus auxilio. Her. 3, 33, 45. — Poenus, id est, Hannibal. Her. 3, 5, 8.

Poetarum incertorum fragmenta: Est apud poëtam nescio quem, *male parta male dilabuntur.* Philipp. 2, 27, 66. — *Prius undis flamma.* Philipp. 13, 21, 49. — Graecus volgaris versus (Euripidis): *Bene qui coniiciet, vatem hunc perhibebo optimum.* de Divin. 2, 5, 12. — Graecus versus: *Quod fore paratum est, id summum exsuperat Iovem.* de Divin. 2, 10, 25. — Tuscul 1, 5, 10. Ibid. 1, 18, 41. Ibid. 1, 20, 45.

C. Poetilius Visulus: A. Augustinus apud Varr. LL. 7, 5. p. 385. pro *C. Popilio.*

Ser. Pola. Consolantur me quotidianae damnationes inimicorum, in quibus me perlubente Servius (al. *Sevius*, *Seius*) allisus est, ceteri conciduntur. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2,

6, 6. — Ser, Pola, homo teter et ferus: vereor ne ad accusationem M. Caelii veniat. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 13, 2. — Appius Claudius Pulcher non destitit arcessere Polam Servium, accusatorem, inire cum Domitio consilia. (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 12, 2. — Eundem hunc putat esse Pighius T. 3. p. 426. cum Servio memorato eidem Caelio ad Fam. 8, 4, 2.: Servius, designatus tribunus pl. condemnatus est. (a. u. c. 703.)

Poleas, legatus Tyndaritanorum. Verr. Accusat. 4, 42, 92.

Polemo, Academiae veteris philosophus. Acad. 1, 9, 34. Vide Arcesilas et Speusippus. — Eius auditores Zeno et Arcesilas. Ibid. — Polemo et Crantor, qui Xenocratem audierunt, nihil ab Aristotele magno opere dissenserunt. de Or. 3, 18, 67. — Polemo, Xenocratis auditor. de Finn. 5, 1, 2. Ibid. 3, 7. — Polemoni, et iam ante Aristoteli, prima visa sunt virtutis usus cum vitae perfectae prosperitate. de Finn. 2, 11, 34. (cfr. Ibid. 6, 19.) — Polemo planissime secundum naturam vivere summum bonum esse dixit. de Finn. 4, 6, 14. Ibid. 16, 45. Ibid. 18, 51. — Eum Antiochus probabat maxime. Acad. 2, 42, 131. Cfr. etiam Acad. 2, 35, 113. de Finn. 4, 2, 3. de Finn. 5, 5, 14. de Finn. 5, 31, 94. de Legg. 1, 13, 38. Tuscul. 5, 10, 30. Ibid. 13, 39. Ibid. 31, 87. Tuscul. 5, 37, 108.

Polemocrates, Apollonidiensis, mercenarius Deciani negotiatoris, homo improbus. pro Flacco 30, 74.

Polemonei. Acad. 2, 43, 132.

Poles Temnites, pecuniae publicae condemnatus. pro Flacco 18, 43.

Poles, falsa lectio pro Polyidus. de Legg. 2, 13, 33.

Politici philosophi a Graecis olim appellati Peripatetici et Academici. de Or. 3, 28, 109.

Pollentia oppidum Piceni, vel idem cum Urbe Salvia (*Urbisaglia*) vel in eius vicinitate. Philipp. 11, 6, 14. ad Fam. 11, 13, 3. Incolae Pollentini.

Pollex, Ciceronis servus a pedibus. ad Fam. 14, 6, 1. ad Att. 8, 5, 1. — In eius nomine ludit Cicero: „plane pollex, non index.“ ad Att. 13, 46, 1. Ib. 47, 1.

Pollio. Vide Asinius Pollio.

Polliones memorantur inter naufragia Caesaris amicorum. Philipp. 13, 2, 3.

Pollux antiquioribus Latinis Polluces. Varro LL. 5, 10. p. 78. — Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. — Castoris et Pollucis stellae aureae Delphis positae. de Div. 1, 34, 75. — Tusculi aedes Castoris et Pollucis. Ibid. C. 43, 98. — Statua Africani minoris ad Πολυδεύκους. ad Att. 6, 1, 7. Cfr. de Nat. D. 2, 24, 62. Vide Castor.

Polus. Arat. v. 25.

Polyaenus.— Epicurus profecto nunquam putavisset aliquid esse minimum, si a Polyaeno, familiari suo, geometriam discere maluisset quam illam etiam ipsum dedocere. de Finn. 1, 6, 20. — Polyaenus, qui magnus mathematicus fuisse dicitur, postea Epicuro assentiens, totam geometriam falsam esse credidit. Acad. 2, 33, 106.

Polybadiscus, persona Plautina. Varro LL. 6, 7. p. 219.

Polybius. Persaepe Scipio Africanus minor cum Panaetio disserere solitus erat coram Polybio, duobus Graecis vel peritissimis rerum civilium, multaque colligere et docere, optimum longe statum civitatis esse eum, quem maiores nobis reliquissent. de Rep. 1, 21, 34. — Eo nemo fuit in exquirendis temporibus diligentior. Ib. 2, 14, 27. — Polybius hospes nostrorum institutorum (sine causa) negligentiam Romanorum accusabat, quod nulla apud eos esset disciplina puerilis legibus constituta. de Rep. 4, 3, 3. — Polybius, bonus auctor in primis: quid de decem captivis ab Hannibale post pugnam Cannensem ad senatum missis tradiderit. de Off. 3, 32, 113. — Polybius non nominat decem legatos L. Mummii. ad Att. 13, 30, 3. — Polybius Numantinum bellum separatim scripsit. ad Fam. 5, 12, 2. Varro LL. 5, 23. p. 117.

Polycharmus praetor sive ἄρχων Atheniensis. ad Att. 5, 11, 6.

Polycletus sive Polyclitus, Sicyonius, statuarius illustris floruit circa Olymp. LXXXVII. — Eius signa pulchriora quam Myronis et iam plane perfecta. Brut. 18, 70. — Eius Canephoroe, aenea duo signa, non maxima, verum eximia venustate, virginali habitu atque vestitu, quae manibus sublatis sacra quaedam, more Athenien-

sium virginum reposita in capitibus sustinebant. Verr. Accusat. 4, 3, 5. — Eius Doryphorus. Orat. 2, 5. — Eius Doryphorum sibi Lysippus aiebat magistrum fuisse. Brut. 86, 296. — Hercules ab eo fictus. de Or. 2, 16, 70. Cfr. etiam Her. 4, 6, 9. Acad. 2, 47, 146. de Finn. 2, 34, 115. Tuscul. 1, 2, 4. Parad. 5, 2, 37. Varro Fr. p. 354. Bip. Vide Myro.

Polycrates Samius. Eum felicem appellabant. Nihil acciderat ei, quod nollet, nisi quod anulum, quo delectabatur, in mari abiecerat. Ergo infelix una molestia; felix rursus, cum is ipse anulus in praecordiis piscis inventus est. Ille vero, si insipiens (quod certe, quoniam tyrannus), nunquam beatus; si sapiens, ne tum quidem miser, cum ab Oroete, praetore Darei, in crucem actus est. de Finn. 5, 30, 92.

Polydamas, Antenoris filius, apud Homerum. ad Att. 2, 5, 1.

Polydorus. *Polydorum Hecuba partu postremo parit.* de Or. 3, 58, 219. — Eius umbra in Pacuvii Ilione. Schol. Bob. pro Sestio p. 307. Cfr. Virg. Aen. 3, 49. Ovid. Met. 13. initio.

Polygnotus Thasius, pictor illustris, floruit circa Olymp. LXXX. — Polygnotus non est usus plus quam quattuor coloribus; eius formas et lineamenta laudamus: nondum tamen in eo iam perfecta omnia. Brut. 18, 70.

Polyidus Corinthius, vates apud Homerum. Iliad. ν, 663. de Divin. 1, 40, 89. de Legg. 2, 13, 33.

Polyphemus Cyclops: eum immanem ferumque finxit Homerus. Tuscul. 5, 39, 115.

Pomoerium. Varro LL. 5, 32. p. 145. (Cfr. Aricia.)

Pomonales flamines. Varro LL. 7, 3. p. 331.

Pompeia curia: in ea Caesar trucidatus est. de Divin. 2, 9, 23.

Pompeia lex: (a. u. c. 702.) ea ternae horae ad dicendum datae. Brut. 94, 324. Fragmm. p. 460.

Pompeia, Caesaris uxor, ab eo repudiata. Schol. Bob. in Clodium p. 339. Est Q. Pompeii filia, L. Sullae neptis. Cfr. Suet. Caes 6.

Pompeia, Fausti Sullae uxor. Ei cum Fausti liberis Caesar incolumitatem suaque omnia concessit a. u. c. 707. Bell. Afric. 95.

Pompeia, femina primaria, P. Vatinii uxor. ad Fam. 5, 11, 2.

Pompeii Percennii, Mamertini, a Cn. Pompeio civitate donati, Ciceronum hospites Messanae. Verr. Accusat. 4, 11, 25.

Pompeii, Campaniae oppidum. de lege agr. 2, 31, 86.

Pompeiani, incolae oppidi Pompeiorum, a P. Sulla impulsi falso dicebantur, ut ad coniurationem accederent. pro Sulla 21, 60.

Pompeiani, partes Cn. Pompeii Magni. Eorum insignis superbia ac vesania ante pugnam Pharsalicam. Caesar Civ. 3, 82. seqq. — Ea perversitas magis etiam apparuit post Pharsalicam pugnam. Ibid. 96. — Pompeiani descripti et reprehensi ab ipso Cicerone (a. u. c. 708.) ad Fam. 9, 6, 3.

Pompeianum, nomen villarum in agro Pompeiano. Acad. 2, 3, 9. ad Att. 1, 20, 1. Ib. 3, 2, 1. ad Fam. 7, 3, 1. ad Fam. 12, 20. Dicuntur a Pompeiis, Campaniae oppido.

Pompeianus cistophorus. ad Att. 2, 6, 2. Cfr. Manutium.

Pompeianus senatus: in eo decem fuimus consulares. Philipp. 13, 13, 28. Scil. M. Cicero, M. Marcellus, L. Afranius, P. Lentulus Spinther, M. Bibulus, L. Domitius, App. Claudius, P. Scipio, L. Lentulus, C. Marcellus.

Pompeius: Pompeius erat apud me, cum haec scribebam, hilare et lubenter. Ei cupienti audire nostra dixi sine te, Tiro, omnia mea muta esse. ad Fam. 16, 10, 2. (a. u. c. 700.) Engelbronnero videtur A. Pompeius Q. F. Bithynicus. (V. eius M. Tullium Tironem p. 17.) Alii *Pomponius* leg. putarunt.

Sex. Pompeius, Cn. Pompeii Strabonis consulis a.u.c. 665. et Sex. Pompeii Stoici pater, Cn. Magni avus. Brut. 47, 175.

Sex. Pompeius Sex. F., frater Cn. Pompeii Strabonis, patruus Cn. Magni, praestantissimum ingenium contulerat ad summam iuris civilis et ad perfectam geometriae et rerum Stoicarum scientiam. Brut. 47, 175. — Stoicus. de Or. 3, 21, 78. — Doctus vir atque sapiens. Philipp. 12, 11, 27. — Eruditus homo in philosophia. de Or. 1, 15, 67. — In geometria multum operae curaeque posuit. de Off. 1, 6, 19.

Cn. Pompeius Sex. F. Strabo. (De cognominis causa vide Plin. H. N. 7, 12. et cfr. omnino Plutarch. Pomp. 1.) Cn. Pompeio (quaestori) in T. Albucium (praetorem suum) nominis deferendi potestas non est data. Atque ille Cn. Pompeius ita cum C. Iulio Caesare contendit, ut tu, Caecili, mecum. Quaestor enim Albucii fuerat, ut tu Verris. (a. u. c. 651.) Divinat. 19, 63. — Cn. Pompeius Strabo, consul (a. u. c. 665. cum L. Porcio Catone) me praesente, cum essem tiro in eius exercitu, cum P. Vettio Scatone, duce Marsorum, inter bina castra collocutus est. Quo quidem memini Sex. Pompeium, fratrem consulis, ad colloquium ipsum Roma venire, doctum virum atque sapientem, quem Scato cum salutasset, „Quem te appellem?“ inquit. At ille: „Voluntate hospitem: necessitate hostem.“ Philipp. 12, 11, 27. — Cn. Pompeius, pater Cn. Magni, bello Italico de Asculanis et Picentibus triumphavit. (a. u. c. 665.) in Pison. 24, 58. ibique Asconius p. 14. — Cn. Pompeius Strabo, clarus rebus gestis, sed odio dignus ob crudelitatem, avaritiam, perfidiam, — aliquem numerum (inter oratores) obtinebat. Brut. 47, 175. — Homo diis nobilitatique perinvisus. Causam lege Varia dixit. Cornel. 1, 28. Fragmm. p. 451. — Cn. Pompeius, pater, rebus Italico bello maximis gestis, P. Caesium Ravennatem, Heracliensem Alexam civitate donavit. pro Balbo 22, 50. — Cn. Pompeius Strabo, pater Cn. Pompeii Magni, Transpadanas colonias deduxit. Non novis tamen colonis eas constituit, sed veteribus incolis manentibus ius dedit Latii, ut possent habere ius, quod ceterae Latinae coloniae, id est, ut gerendo magistratus civitatem Romanam adipiscerentur. Ascon. in Pison. p. 3. — Pro eius bonis dixit L. Philippus. Brut. 64, 230. — Memoratur etiam pro Fonteio 15, 33. Pseudoascon. in Divin. p. 123.

Cn. Pompeius Cn. F. Sex. N. Magnus habitabat in Carinis. de Harusp. resp. 23, 49. — Eius uxor, quacum divortium fecit, Mucia, QQ. Metellorum Celeris et Nepotis soror. ad Fam. 5, 2, 6. — M. (Muciam) Tertiam, Scaevolae filiam, dimissam a Pompeio M. Aemilius Scaurus in matrimonium duxit. Ascon. in Scaur. p. 19. — Pompeius affinis P. Clodii, quia eius filius Appii filiam, fratris P. Clodii, in matrimonio habebat. de Harusp. resp. 21, 45. — Eius cum Posidonio aegrotante sermo. Tuscul. 2, 25, 61. — Cn. Pompeius hospes Sthenii Thermitani. Verr. Accusat. 2, 46, 113. — Cn. Pompeius favet L. Lucceio. ad Fam. 13, 41, 1. — Cn. Pompeius L. Flacco vehementer inimicus. pro Flacco 6, 14. — Noster hic Magnus, qui cum virtute fortunam adaequavit, Theophanem Mitylenaeum, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit. pro Archia 10, 24. — Longi subsellii, ut noster Pompeius appellat, iudicatio. ad Fam. 3, 9, 2. — Ciceronis ad eum epistola. Fragmm. p. 468. — Amplissimae eius laudes per totam Orationem pro lege Manilia. — Pompeius ornandus fuit in Manilia lege. Orat. 29, 102. — Eius felicitas praedicatur pro lege Manilia 16, 47. — Cn. Pompeius, omnium gentium, omnium seculorum, omnis memoriae facile princeps. Post red. in sen. 3, 5. — Eius laudes. Ibid. 11, 29. Post red. ad Quir. 7, 16. — Cn. Pompeius, vir ad omnia summa natus, maiorem dicendi gloriam habuisset, nisi eum maioris gloriae cupiditas ad bellicas laudes abstraxisset. Erat oratione satis amplus, rem prudenter videbat, actio vero eius habebat et in voce magnum splendorem et in motu summam dignitatem. Brut. 68, 239. — Eius res gestae atque virtutes iisdem, quibus solis cursus, regionibus continentur. in Catil. 4. 10, 21. — Cn. Pompeius tripertitas orbis terrarum oras atque regiones tribus triumphis adiunctas huic imperio notavit. pro Sestio 61, 129. — Cn. Pompeius populi Ro. imperium non terrarum regionibus, sed caeli partibus terminavit. Aer. al. Mil. Fragmm. 1, 2. p. 457. — Popularis virtutum Cn. Pompeii commemoratio in Corneliana I. Fragmm. 51. p. 452. Iulius Victor p. 248. — Magni honores habiti Cn. Pompeio, cum esset adolescens, et quidem iure; subvenit enim rei publicae. — Ad L. Sullae maximum imperium victoremque accessit. — Adversariorum partibus agrum Picenum habuit inimicum. — Illius opibus Sulla regnavit. Philipp. 5, 16, 43. seqq. — Cn. Pompeius, provinciae Siciliae necessarius, quod in ea pro praetore fuerat. Verr. Accusat. 3, 16, 42. Ibid. 18, 45. — Civile, Africanum, Transalpinum, Hispaniense mixtum ex civili atque ex

bellicosissimis nationibus, servile, navale bellum non solum gesta ab eo uno, sed etiam confecta. pro lege Manilia 10, 28. — Ceterae eius res gestae. Ibid. c. 11. cet. — Praedones Cilicienses ab eo debellati. Ibid. 12, 35. — De Cn. Pompeii imperiis, summi viri atque omnium principis, tribuni pl. turbulenti tulerunt. Nam Sertorianum bellum a senatu privato datum est, quia consules recusabant; cum L. Philippus pro consulibus eum se mittere dixit, non pro consule. Philipp. 11, 8, 18. — Cn. Pompeius occiso Perperna permultos ex illo Sertoriano numero militum salvos incolumesque servavit. (a. u. c. 682.) Verr. Accusat. 5, 58, 153. — Cn. Pompeium constat ex Africa post oppressum Domitium Clupeanosque fugitivos; ex Ponto victo Mithridate rege; de Hispania post occisum Q. Sertorium Lusitanisque victis triumphasse. Schol. Bob. pro Sestio p. 307. — Exercitus Cn. Pompeii maximus hiemavit in Gallia, M. Fonteio imperante (a. u. c. 682.) pro Fonteio 3, 6. — Cn. Pompeius, cum primum contionem ad urbem consul designatus (a. u. c. 683.) habuit, ostendit se tribuniciam potestatem restituturum. Verr. Act. 1, 15, 45. — Pompeio et Crasso coss. (a. u. c. 684.) reddita est tribunicia potestas. Schol. Gronov. in Act. I. Verr. p. 397. — Pompeium nostrum (Q. Cicero est, qui loquitur:) ceteris rebus omnibus semper amplissimis summisque effero laudibus: de tribunicia potestate (ab eo restituta) taceo. Nec enim reprehendere libet nec laudare possum. de Legg. 3, 9, 22. — Excusatur a Marco: Ibid. 11, 26. — Cn. Pompeius ludos votivos per dies XV. facturus erat a. u. c. 685. Verr. Act. 1, 16, 31. — Lege Gabinia ei bellum adversus piratas datum est (a. u. c. 687.). Ascon. in Cornel. p. 71. — Gabinia rogatione vicit piratas. Schol. Bob. pro Flacco. p. 235. — Ad eius gloriam augendam maximo studio se dedit Cicero (a. u. c. 690.) Q. Cic. de Pet. C. 4, 14. Ibid. 13, 51. — Cn Pompeius me auctore extra ordinem bellum cum Mithridate Tigraneque gessit. Pro domo 8, 14. — Cn. Pompeius, Tigranem cum in suis castris supplicem abiectum vidisset, erexit cet. (a. u. c. 688.) pro Sestio 27, 58. — Cn. Pompeius captis Hierosolymis (a. u. c. 691.) victor ex illo fano nihil attigit. pro Flacco 28, 67. — Eius bellum cum Mithridate gestum: „non ante, quam illum vita expulit, bellum confectum iudicavit." pro Murena 16, 34. — Me consule (a. u. c. 691.) referente primum decem dierum supplicatio decreta est Cn. Pompeio, Mithridate interfecto confectoque Mithridatico bello, et mea sententia primum duplicata est supplicatio consularis: mihi enim estis assensi, cum eiusdem Pompeii litteris recitatis, confectis omnibus maritimis terrestribusque bellis, supplicationem deorum (sic leg. e Cod. non: *dierum*) duodecim decrevistis. de prov. cons. 11, 27. Cfr. Ibid. 12, 31. — Pompeio, compositis Asiae rebus et Mithridate devicto, a. u. c. 692. e litteris publice missis ita gratulatur, ut moleste se ferre verecunda reprehensione significet, in eius ad se litteris de suis rebus gestis (pro Sulla C. 14 et 15.) mutuo gratulationis officio parum satisfactum esse. — Tibi multo maiori, quam Africanus fuit, me tamen non multo minorem, quam Laelium, facile et in re publica et in amicitia adiunctum esse patiere. ad Fam. 5, 7. — Pompeius dactyliothecam Mithridatis in Capitolio dicavit. Varro Fr. p. 377. Bip. — L. Sulla, cum omnes Asiae civitates pro portione in provincia descripsisset, illam rationem in imperando sumptu et Pompeius et Flaccus secutus est. pro Flacco 14, 32. — Pompeium insectabatur Rullus promulgata lege agraria. de lege agr. 1, 2, 6. — Excipitur lege agraria, ne cum P. Rullo decemvir fieri possit. Ibid. 2, 9, 24. Cfr. Ibid. 20, 53. Ibid. 22, 60. — Maxime consulatum meum Cn. Pompeius probavit; qui, ut me primum decedens e Syria vidit, complexus et gratulans, meo beneficio patriam se visurum esse dixit. Philipp. 2, 5, 12. — Cn. Pompeius, vir abundans bellicis laudibus, multis audientibus Ciceroni hoc tribuit, ut diceret frustra se triumphum tertium deportaturum fuisse, nisi Ciceronis in rem publicam beneficio, ubi triumpharet, esset habiturus. de Off. 1, 22, 78. — Nos hic ipso Pompeio auctore, Silano et Murena consulibus (a. u. c. 692.) decrevimus, ut classis in Italia navigaret. pro Flacco 13, 30. — Utor Pompeio familiarissime. Video, quid dicas. Cavebo, quae sunt cavenda. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 17, 10. — Aperte acturus erat, C. Antonio succedi oportere. ad Att. 1, 12, 1. — Pompeium nobis amicissimum constat esse. (a. u. c. 693.)

Ibid. §. 3. Muciae nuntium remisit. Ibid. — Tuus ille amicus nos, ut ostendit, admodum diligit, amplectitur, amat; occulte, sed ita, ut perspicuum sit, invidet. Nihil come, nihil simplex, nihil ἐν τοῖς πολιτικοῖς honestum, nihil illustre, nihil forte, nihil liberum. Ibid. 13, 4. (Ad Q. Hortensium haec refert Tunstallus Ep. p. 35.) — Prima contio Pompeii fuit non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis: itaque frigebat. Ibid. 14, 1. — Μάλ' ἀριστοκρατικῶς locutus est. Ibid. §. 2. — Barbatuli iuvenes eum in sermonibus Cnaeum Ciceronem appellabant. Ibid. 16, 11. — Togulam illam pictam silentio tuetur suam. (a. u. c. 694.) ad Att. 1, 18, 6. — Agraria lex a Flavio tribuno pl. vehementer agitabatur auctore Pompeio. (eodem anno.) Ibid. 19, 4. — De Pompeii familiaritate molli brachio Ciceronem obiurgabat Atticus. Ibid. 2, 1, 6. — Epicrates tecto nomine dicitur. Ibid. 3, 1. — Hierosolymarius (ab Hierosolymis captis) traductor ad plebem. Ibid. 9, 1. — Cnaeus noster, collega Balbi (in vigintiviratu) Ibid. 12, 1. — L. Vettius in senatu confessus est se cum telo fuisse, Cn. Pompeio suis manibus necem offerre voluisse. (a. u. c. 695.) in Vatinium 10, 24. — Coniuratio multorum nobilium in Pompeium ficta a Vettio indice. ad Att. 2, 24. per totam epistolam. — Cn. Pompeius „privatus dictator" appellatus a C. Catone. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — Ciceroni omnia pollicebatur. Ibid. — Quanto in odio noster amicus Magnus! cuius cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescit. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 13, 2. — Nihil est iam (a. u. c. 695.), quod magis timendum nobis putem, quam ne ille noster Sampsiceramus, cum se omnium sermonibus sentiet vapulare, ruere incipiat. ad Att. 2, 14, 1. — Sampsiceramus (nomen est reguli Emesenorum: Strabo L. 16. p. 1092. Almel.) praeterea vocatur ibid. 16, 2. Ibid. 17, 2. Ibid. 23, 3. — Cnaeus noster iam plane quid cogitet, nescio: φυσᾷ γὰρ οὐ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι, φορβείας ἄτερ. cet. Ibid. 16, 2. — Vectigal Romanis in monte Antilibano constituit. Ibid. — Turbat Sampsiceramus: ὁμολογουμένως τυραννίδα συσκευάζεται. Ibid. 17, 1. — Alabarches ironice vocatur Ibid. §. 3. — Pompeius significat studium erga me non mediocre. Idem affirmat verbum de me Clodium non esse facturum; in quo non me ille fallit, sed ipse fallitur. Ibid. 19, 4. — Edictis Bibuli ardet dolore et ira Pompeius. Ibid. §. 5. Ibid. 20, 1. — Pompeius, insolens infamiae, semper in laude versatus, circumfluens gloria, deformatus corpore, fractus animo, quo se conferat nescit; progressum praecipitem, inconstantem reditum videt: bonos inimicos habet, improbos ipsos non amicos. (a. u. c. 695.) Ibid. 21, 3. — Cum Clodio egit de Ciceronis salute. Ibid. 22, 2. Ibid. §§. 5 et 6. — Plenus sum exspectatione de Pompeio, quidnam de nobis velit aut ostendat. (a. u. c. 696.) Ibid. 3, 14, 1. — M. Bibulo consule (a. u. c. 695.) nihil praetermisi, quantum facere enitique potui, quin Pompeium a Caesaris coniunctione avocarem. In quo Caesar felicior fuit; ipse enim Pompeium a mea familiaritate diiunxit. cet. Philipp. 2, 10, 23. — L. Flavii praetoris causa et scilicet Pompeii, Quinte, facies omnia. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 3, 11. — Cn. Pompeius omni cautione, foedere, exsecratione devinxit P. Clodium nihil in tribunatu contra Ciceronem esse facturum. At ille nefarius parum se foedus violaturum arbitratus est, nisi ipsum cautorem alieni periculi suis propriis periculis terruisset. pro Sestio 7, 15. — Mihi et nunc (a. 698) et quoad licuit amicissimus. Ibid. 17, 39 et 18, 41. — Cn. Pompeius domum suam compulsus a Clodio, Pisone, Gabinio. in Pison. 7, 16. — Deprehensus est cum ferro ad senatum is (servus P. Clodii), quem ad Cn. Pompeium interimendum collocatum fuisse constabat. (a. u. c. 696.) in Pison. 12, 28. — Comprehensus est in templo Castoris servus P. Clodii, quem ille ad Cn. Pompeium interficiendum collocarat: extorta est confitenti sica de manibus; caruit foro postea Cn. Pompeius, caruit senatu, caruit publico; ianua se ac parietibus, non iure legum iudiciorumque texit. pro Milone 7, 18. — A. u. c. 696. insidiae ei factae a P. Clodii liberto Damione, alioque eiusdem servo. Ascon. in Milon. p. 47. — Cn. Pompeius, quamdiu P. Clodius tribunus pl. fuit, carebat publico. de Harusp. resp. 23, 49. Ibid. 27, 58. — Excitatus aliquando Cn. Pompeii nimium diu reconditus animi dolor subvenit subito rei publicae. Pro domo 10, 25 seqq. — Pompeium simu-

latorem puto. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 3, 9. — Subita defectio Pompeii Ibid. 4, 4. — A. u. c. 696. certi homines non studium eius a me alienarunt, sed auxilium retardarunt. in Pison. 31, 76. seqq — Cn. Pompeius quomodo Ciceronis exsulis causam susceperit. pro Sestio 31, 67. — Insidiis petitus a Clodianis. Ibid. 32, 69. — Sententiam dixit in senatu de revocando Cicerone. Ibid. 34, 74. — Cn Pompeius se non solum auctorem meae salutis, sed etiam supplicem populo Romano exhibuit. (a. u. c. 697.) pro Sestio 50, 107. — De me senatus ita decrevit, Cn. Pompeio auctore et eius sententiae principe, ut si quis impedisset reditum meum in hostium numero putaretur. in Pison. 15, 35. — Cn. Pompeius me omnibus suis studiis, laboribus, vitae periculis complexus est, cum municipia pro me adiret, Italiae fidem imploraret; huius voluntatis eum, quem multum posse intelligebat, mihi non inimicum esse cognorat, socium sibi et adiutorem C. Caesarem adiunxit. (a. u. c. 697.) in Pison. 32, 80. — Cn. Pompeius, cum decretum de me Capuae fecit, ipse cunctae Italiae cupienti et eius fidem imploranti signum dedit, ut ad me restituendum Romam concurrerent. pro Milone 15, 39. — Non. Apr. (a. u. c. 698.) senatus consulto Pompeio pecunia decreta in rem frumentariam ad HS. CCCC. ad Q. Fr. 2, 5, 1. — Carpebatur a Bibulo, Curione, Favonio, Servilio filio (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 3, 2. — Quomodo se gesserit in Ptolemaei Auletae causa. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 1, 2. Ibid. 2, 3. — Apud populum a. d. IIX. Ibid. Febr. (698), cum pro Milone diceret, clamore convicioque iactatus in senatuque a C. Catone trib. pl. aspere et acerbe accusatus. Ibid. 5, 6, 1. — Eius tarditas et taciturnitas. Ibid. §. 2. — Temporibus illis non saepe in senatu fuit. Ibid. 7, 3. Ibid. Ep. 8. per totam epistolam. — Cicero Caesari per Pompeium reconciliatus. Ibid. 9, 9. seqq. — Legem consules (a. u. c. 697. Lentulus et Metellus Nepos) conscripserunt, qua Pompeio per quinquennium omnis potestas rei frumentariae toto orbe terrarum daretur; alteram Messius (al. *Mescinius*), qui omnis pecuniae dat potestatem et adiungit classem et exercitum et maius imperium in provinciis, quam sit eorum, qui eas obtineant. ad Att. 4, 1, 7. — Legatos quindecim cum postularet, me principem nominavit et ad omnia me alterum se fore dixit. Ibid. Cfr. ibid. Ep. 2, 6. — Quod de Pompeio Caninius agit, sane quam refrixit. Neque enim res probatur et Pompeius noster in amicitia P. Lentuli vituperatur et hercule non est idem. Nam apud perditissimam illam atque infimam faecem populi propter Milonem suboffendit; et boni multa ab eo desiderant, multa reprehendunt (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 5. — In reductione Ptolemaei Auletae Pompeius quid velit, non dispicio (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 2, 3. — Miloni Pompeius advocatus venit a. d. IIII. Non. Febr. 698. Ibid. 3, 1. — Eius oratio. Ibid. §. 2. — Eius eloquentia, peritia iuris in defendendo L. Cornelio Balbo praedicatur adeo, ut L. Crasso aequipararetur. pro Balbo 1, 2. — Amplissimae eius laudes. Ibid. 4, 9. — Cn. Pompeius pro Balbo simul cum Cicerone dixit. de Legg. 2, 3, 6. — Nos hic cum Pompeio fuimus. Multa mecum de re publica, sane sibi displicens, ut loquebatur — sic est enim in hoc homine dicendum, Syriam spernens, Hispaniam iactans; hic quoque, ut loquebatur; et, opinor, usque quaque, de hoc cum dicemus, sit hoc quasi, καὶ τόδε Φωκυλίδου. (a. u. c. 699.) ad Att. 4, 9, 1. Ibid. 10, 2. Ibid. 11, 1. — Pompeius Scauro studet (a. u. c. 700); sed utrum fronte, an mente dubitatur. Ibid. 15, 7. — Cn. Pompeius iterum consul (a. u. c. 699) exquisitissimis magnificentissimisque omnis generis ludis theatrum dedicavit. Ascon. in Pison. p. 2. — His ludis elephantorum pugnam primus omnium dedit in Circo. Idem ib. p. 15. — In consulatu secundo promulgavit, ut amplissimo ex censu ex centuriis aliter quam antea lecti iudices aeque tamen ex illis tribus ordinibus (senatu, equitibus, tribunis aerariis) res iudicarent. Ascon. in Pison. p. 16. — Cn. Pompeius ter iam triumphavit. (a. u. c. 699.) in Pison. 24, 58. — Ludi apparatissimi a. u. c. 699. a Pompeio editi, ironice describuntur ad Fam. 7, 1, 1. seqq. Locos collegit Wetzel in Praefat. ad Fam. L. 7. — Magnificentissima eius munera secundo consulatu. de Off. 2, 16, 57. — Cn. Pompeii rationes cum Cicerone circa a. u. c. 700. pro Rab. Postumo 12, 33. — Eum omnes in re publica principem esse concedunt. (a. u. c. 700.) pro Plancio 39, 93. — Rumor

dictatoris iniucundus bonis: mihi etiam magis quae loquuntur. Sed tota res et timetur et refrigescit. Pompeius plane se negat velle; antea ipse mihi non negabat cet. ad Q. Fr. 3, 8, 4. Cfr. Ibid. 9, 3. — Pompeii mira contentio pro A. Gabinio accusato a L. Lentulo. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 9. — Cicero legatus Pompeio. Ib. Ep. 18, 3. — Pompeius diis hominibusque invitis favet Gabinio (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 2, 1. Ibid. Ep. 3, 3. Ibid. Ep. 4, 1. et per totam epistolam. — Pompeius cum a me singularibus meis studiis ornatus esset, cumque ego illi nihil deberem, ille mihi omnia, tamen in re publica me a se dissentientem non tulit — nihil dicam gravius — et minus potens eo tempore, quid in me florentem posset, ostendit. Nunc cum ego ne curem quidem multum posse, res quidem publica certe nihil possit, unus ille omnia possit, cum illo ipso contenderem? Sic enim faciendum fuisset, (si accusassem Gabinium a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 4, 3. — Pompeius a me valde contendit de reditu in gratiam cum A. Gabinio: sed adhuc nihil profecit, nec, si ullam partem libertatis tenebo, proficiet. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 5, 15. Ibid. §. 17. — Per eum Cicero in gratiam rediit cum App. Claudio. Fragmm. p. 466. — Cn. Pompeius et Q. Hortensius me augurem a toto collegio expetitum nominaverunt; neque enim licebat a pluribus nominari. Philipp. 2, 2, 4. — Pompeio, cum graviter aegrotaret Neapoli, melius est factum (quam Priamo.) Coronati Neapolitani fuerunt; nimirum etiam Puteolani; volgo ex oppidis publice gratulabantur. Ineptum sane negotium et Graeculum, sed tamen fortunatum. Tuscul. 1, 35, 86. — Cn. Pompeius ab interrege Ser. Sulpicio V. Kal. Martio mense intercalario (a. u. c. 702.) consul creatus est. Ascon. in Mil. p. 37. — Eius primae actiones in consulatu. Ibid. — Insidias timet a Milone. Id. ibid. p. 50. — Cn. Pompeii tertius consulatus in quibus actis constitit? Nempe in legibus. Philipp. 1, 7, 18. — Eius actiones in causa Miloniana. pro Milone 1, 2. — Tulit de caede, quae in Appia via facta esset, in qua P. Clodius occisus esset. Ibid. 6, 15. — Qua ille facilitate, qua humanitate tulit contentionem meam pro Milone adversantem interdum actionibus suis? — Amplissimae eius laudes. ad Fam. 3, 10, 10. — Omnes vires civitatis se ad Pompeii ductum applicaverunt. Ibid. 11, 4. (eodem anno.) — Cn. Pompeius iuris publici, moris maiorum, rei publicae peritissimus. Post P. Clodii caedem Senatus ei commisit, ut videret, NE QUID RES PUBLICA DETRIMENTI CAPERET, (a. u. c. 702.) pro Milone 26, 70. — Cn. Pompeius quid a. d. XI. Kal. Sextil. a. u. c. 703. in Senatu responderit de successione C. Caesaris. Caelius ad Fam. 8, 4, 4. — Ariminum ad exercitum erat iturus. Ibid. Ead. §. Cfr. Ibid. 8, 8, 4. — Eius consilium de agro Campano. Ibid. 8, 10, 4. — Ciceronis cum eo διάλογοι de re publica Tarenti habiti (a. u. c. 703). ad Att. 5, 5, 2. Ib. Ep. 6, 1. — Civem illum egregium relinquebam et ad haec, quae timentur, propulsanda paratissimum. Ib. Ep. 7. — Videbatur in Hispaniam iturus. (a. u. c. 703.) Ib. Ep. 11, 3. Ib. Ep. 18, 1. — Tantum habeto (M. Caeli) civem egregium esse Pompeium et ad omnia, quae providenda sunt in re publica, et animo et consilio paratum. (a. u. c. 703.) ad Fam. 2, 8, 2. — Me Pompeii totum esse scis (Caeli.) a. u. c. 704. Ibid. 13, 2. — Stomacho est Pompeius Magnus nunc (a. u. c. 704.) ita languenti, ut vix id, quod sibi placeat, inveniat. Caelius ad Fam. 8, 13, 2. — Cn. Pompeius constituit non pati C. Caesarem consulem aliter fieri, nisi exercitum et provincias tradiderit: Caesari autem persuasum est se salvum esse non posse, si ab exercitu recesserit. Fert illam tamen condicionem, ut ambo exercitus tradant. Sic illi amores et invidiosa coniunctio non ad occultam recidit obtrectationem, sed ad bellum se erupit. (a. u. c. 704.) Ibid. 14, 2. — Res publica me valde sollicitat. Faveo Curioni, Caesarem honestum esse cupio: pro Pompeio emori possum. (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 15, 3. — Cn. Pompeium omnibus, qui unquam fuerunt, antepono. (a. u. c. 704.) ad Fam. 3, 7, 5. — Plurimi sunt testes me et initio, ne coniungeret se cum Caesare, monuisse Pompeium; et postea, ne seiungeret: coniunctione frangi senatus opes, diiunctione civile bellum excitari videbam cet. ad Fam. 6, 6, 4. — Cn. Pompeius plus potest unus quam ceteri omnes. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 1, 3. — Creditor Ariobarzanis. Ibid. — In Pompeio te spem omnem otii ponere non miror: ita res est; remo-

vendumque censes illud „dissimulantem.“ Ibid. §. 11. — In Parthicum bellum profecturus putabatur. Ibid. §. 14. Cfr. ibid. §. 25. — Favebat Appio Claudio (quia filius eius Appii filiam in matrimonio habebat.) Cfr. ad Att. 6, 2, 10. — Nullum periculum video stante Pompeio, vel etiam sedente; valeat modo. (a. u. c. 704.) Ibid. Ep. 3, 4. — Eius rationes pecuniariae cum Ariobarzane. Ibid. Lib. 6, 1, 3. Ep. 3, 5. — Pompeius, eo robore vir, iis radicibus Q. Cassium sine sorte (quaestorem) delegit. (a. u. c. 704.) Ib. Ep. 6, 3. — Haec olim cogitabamus: nec mihi coniuncto cum Pompeio fore necesse peccare in re publica aliquando: nec cum Caesare sentienti pugnandum esse cum Pompeio: tanta erat illorum coniunctio. Nunc impendet summa inter eos contentio. Me autem uterque nominat suum, nisi forte simulat alter. Nam Pompeius non dubitat, ea, quae de re publica nunc sentiat, mihi valde probari. (a. u. c. 704.) Ib. Lib. 7, 1, 3. (ille divinus tertius consulatus Pompeii. Ib. §. 4.) — Sermo Pompeii Neapolitanus: erat de re publica, de opinione, quam is vir haberet integritatis meae; de benevolentia, quam ostendit eo sermone, quem habuit de triumpho. (a. u. c. 704.) Ib. Ep. 2, 5. — Caesar ita convaluit, ut nunc in uno civi spes ad resistendum sit; qui mallem tantas ei vires non dedisset, quam nunc tam valenti resisteret. Ib. Ep. 3, 4. — Quid fiet, cum erit dictum: „Dic M. Tulli!“ Σύντομα: „Cn. Pompeio assentior.“ Ipsum tamen Pompeium separatim ad concordiam adhortabor. Ib. §. 5. — Sermo ab eo habitus cum Cicerone IIII. Id. Dec. a. u. c. 704. De re publica ita locutus est, quasi non dubium bellum haberemus. Ib. Ep. 4, 2. — Quodammodo mihi praeter ceteros non rectum me in tantis rebus a Pompeio dissentire. Ib. Ep. 6, 2. — A multis audio constitutum esse Pompeio et eius consilio in Siciliam me mittere, quod imperium habeam. Id est Ἀβδηριτικόν. ad Att. 7, 7, 4. — Pompeius existimat, si Caesar vel dimisso exercitu consul factus sit, σύγχυσιν τῆς πολιτείας fore. — Sin autem ille fureret, vehementer hominem contemnebat et suis et rei publicae copiis confidebat. Ibid. 8, 4. Cfr. ib. Ep. 10. — Quale tibi consilium Pompeii videtur? Hoc quaero quod urbem reliquerit. (a. u. c. 705.) Ego enim ἀπορῶ. Tamen nihil absurdius. Urbem tu relinquas? Ergo idem, si Galli venirent. Non est, inquit, in parietibus res publica. At in aris et focis. Ibid. Ep. 11, 3. — Fugiens Pompeius mirabiliter homines movet. Quid quaeris? Alia causa facta est: nihil iam concedendum putant Caesari. Ib. §. 5. — Volt me Pompeius esse, quem tota haec Campania et maritima ora habeat ἐπίσκοπον, ad quem delectus et summa negotii referatur. Ibid. Ead. §. — Quod rogas, curem, ut scias quid Pompeius agat, ne ipsum quidem scire puto. Ib. Ep. 12, 1. — Pompeius quam ἀστρατήγητος, tu quoque animadvertis; cui ne Picena quidem nota fuerint: quam autem sine consilio, res testis. Ut enim alia omittam decem annorum peccata, quae condicio non huic fugae praestitit? — Nihil esse timidius constat, nihil perturbatius. Ib. Ep. 13. a. 1 et 2. — L. Caesar mandata Caesaris detulit ad Pompeium a. d. VIII. Kal., cum is esset cum consulibus Teani. Probata condicio est, sed ita ut Caesar de illis oppidis, quae extra suam provinciam occupavisset, praesidia deduceret. Id si fecisset, responsum est ad urbem nos redituros et rem per senatum confecturos. Ib. Ep. 14, 1. (Cfr. sequentia.) — Pompeius ad me scribit paucis diebus se firmum exercitum habiturum; spemque affert, si in Picenum agrum ipse venerit, nos Romam redituros esse. Ib. Ep. 16, 2. — Scire iam te oportet, L. Caesar quae responsa referat a Pompeio, quas ab eodem ad Caesarem ferat litteras. Scriptae enim et datae ita sunt, ut proponerentur in publico: in quo accusavi mecum ipse Pompeium, qui, cum scriptor luculentus esset, tantas res atque eas, quae in omnium manus venturae essent, Sestio nostro scribendas dederit. Itaque nihil unquam legi σπουδαιότερον. Ib. Ep. 17, 2. — Responsa Pompeii grata populo et probata contioni esse dicuntur. Ib. Ep. 18, 1. — Cnaeus Luceriae dicebatur esse et adire cohortes legionum Attianarum (P. Attii, qui Cinguli agebat. ad Att. 7, 13. b. 7.) non firmissimarum. ad Att. 7, 20, 1. — Noster dux nusquam est, nihil agit. — Cnaeus noster, (o rem miseram et incredibilem!) ut totus iacet! Non animus est, non consilium, non copiae, non diligentia. Ib. Ep. 21, 1. — O celeritatem incre-

dibilem Caesaris! Huius autem nostri! Sed non possum sine dolore accusare eum, de quo angor et crucior. Ib. Ep. 22, 1. — Pompeium quidem (o rem acerbam!) persequi Caesar dicitur. Persequi Caesar Pompeium! Quid, ut interficiat? Ep. 23, 1. — Pro Pompeio emori cum pie possum, tum lubenter. Ib. §. 2. — Malas causas semper obtinuit, in optima concidit. Ib. Ep. 25. — In Pompeii epistola erat in extremo ipsius manu: „Tu censeo Luceriam venias: nusquam eris tutius." Id ego in eam partem accepi, haec oppida atque oram maritimam illum pro derelicto habere: nec sum miratus eum, qui caput ipsum reliquisset, reliquis membris non parcere. Ibid. Lib. 8, 1, 1. — (Ex partibus Pompeianis) unus Pompeius me movet, beneficio, non auctoritate. Quam enim ille habeat auctoritatem in hac causa? qui, cum omnes Caesarem metuebamus, ipse eum diligebat; postquam ipse metuere coepit, putat omnes hostes illi oportere esse. Ib. §. 4. — Ego pro Pompeio lubenter emori possum. Facio pluris omnium hominum neminem. Sed non ita: „uno in eo iudico spem de salute rei publicae." Significas enim aliquanto secus, quam solebas; ut etiam Italia, si ille cedat, putes cedendum. Quod ego nec rei publicae puto esse utile nec liberis meis: praeterea neque rectum neque honestum. Ib. Ep. 2, 4. — Nihil actum est a Pompeio nostro sapienter, nihil fortiter: addo etiam nihil nisi contra consilium auctoritatemque meam. Omitto illa vetera, quod istum in rem publicam ille aluit, auxit, armavit: ille legibus per vim et contra auspicia ferendis auctor; ille Galliae ulterioris adiunctor; ille gener; ille in adoptando P. Clodio augur; ille restituendi mei quam retinendi studiosior; ille provinciae propagator; ille absentis in omnibus adiutor; idem etiam tertio consulatu, postquam esse defensor rei publicae coepit, contendit, ut decem tribuni pl. ferrent, ut absentis ratio haberetur: quod idem ipse sanxit lege quadam sua. Ibid. Ep. 3, 3. – Cn. Pompeius Caesarem sero coepit timere. (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 11, 3. — Non puto etiam hoc commissurum Cnaeum nostrum, ut Domitium (Corfinii a Caesare obsessum) relinquat: etsi Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus praemiserat: legionem a Fausto (Sulla) conscriptam in Siciliam sibi placere a consule duci scripserat ad consules. ad Att. 8, 3, 7. — Pendeo animi in exspectatione Corfiniensi; in qua de salute rei publicae decernitur. Ib. Ep. 5, 2. — Pompeii litterarum ad consules exemplum. Ib. Ep. 6, 2. — Unum etiam restat amico nostro ad omne dedecus, ut Domitio non subveniat. At nemo dubitat, quin subsidio venturus sit. Ego non puto. Deseret igitur talem civem et eos, quos una scis esse? cum habeat praesertim et ipse cohortes XXX.? Nisi me omnia fallunt deseret. Incredibiliter pertimuit. Nihil spectat nisi fugam. Ib. Ep. 7, 1. — Fugiens Brundisium pergit. Ib. Ep. 8. tota. Ep. 9, 4. — Comparatur Caesar et Pompeius: dominatio quaesita ab utroque est; non id actum, beata et honesta civitas ut esset cet. Ib. Ep. 11, 2. — Pompeii epistolae ad Ciceronem. Ib. Ep. 11, A. et C.; ad C. Marcellum et L. Lentulum procoss. Ib. Ep. 12. A. — Pompeium ego hominem ἀπολιτικώτατον omnium iam ante cognoram, nunc vero etiam ἀστρατηγικώτατον. ad Att. 8, 16, 1. — De Pompeio comitando, non comitando disputat ib. Lib. 9, 2. a., 2. Ib. Ep. 3, 1. — Pompeio plane (quid enim hoc negem?) succensui. Ib. Ep. 5, 2. — Pompeius mare transiit cum omnibus militibus, quos secum habuit. Hic numerus est hominum milia XXX. et consules et duo tribuni et senatores, qui fuerunt cum eo, omnes cum uxoribus et liberis. Conscendisse dicitur a. d. IV. Nonas Mart. (re vera Idibus Martiis.) Naves, quibus usus non est, omnes praecidisse aut incendisse dicunt. Ib. Ep. 9, 6, 3. — Mirandum in modum Cnaeus noster Sullani regni similitudinem concupivit. Eius consilia post fugam. Ib. Ep. 7, 3 et 4. — Vidi hominem XIV. Kal. Febr. (705.) plenum formidinis. Illo ipso die sensi, quid ageret. Nunquam mihi postea placuit nec unquam aliud ex alio peccare destitit. Nihil interim ad me scribere, nihil nisi fugam cogitare. ad Att. 9, 10, 2. — Quam crebro illud (Pompeius:) „Sulla potuit, ego non potero?" Ibid. Ead. §. — Urbem ἀλογίστως reliquit, etiam ex Attici iudicio. Ib. §. 4. — Ecquando tu hominem ineptiorem quam tuum Cn. Pompeium vidisti, qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit? (a. u. c. 705.) Caelius ad Fam. 8, 15, 1. — Sullaturit

animus Pompeii et proscripturit diu. ad Att. 9, 10, 6. — Pompeianorum sermones minaces; inimici sunt optimatium, municipiorum hostes, merae proscriptiones, meri Sullae cet. Ib. Ep. 11, 3. — Populi Romani exercitus Cn. Pompeium circumsidet; fossa et vallo saeptum tenet; fuga prohibet: nos vivimus? Et stat urbs ista; praetores ius dicunt: aediles ludos parant. Ibid. Ep. 12, 3. — Pompeius N. Magium (praefectum suum ad Caesarem) de pace misit; et tamen oppugnatur. Ib. Ep. 13, 8. — Idib. Mart. Pompeius a Brundisio conscendit. Ib. Ep. 14, 3. — Pompeius, is, qui nos sibi quondam ad pedes stratos ne sublevabat quidem, qui se nihil contra Caesaris voluntatem aiebat facere posse, elapsus e soceri manibus ac ferro, bellum terra et mari comparat, non iniustum ille quidem, sed cum pium, tum necessarium, suis tamen civibus exitiabile, nisi vicerit; calamitosum, etiam si vicerit. Ib. Lib. 10, 4, 3. — Pompeii omne consilium Themistocleum est. Existimat enim, qui mare teneat, eum necesse esse rerum potiri. Itaque nunquam id egit, ut Hispaniae per se tenerentur, navalis apparatus ei semper antiquissima cura erat. Ib. Ep. 8, 4. — Animadvertis Cn. Pompeium nec nominis sui nec rerum gestarum gloria neque etiam regum ac nationum clientelis, quas ostentare crebro solebat, esse tutum, et hoc etiam, quod infimo cuique contigit, illi non posse contingere, ut honeste effugere possit, pulso Italia, amissis Hispaniis, capto exercitu veterano, circumvallato nunc denique. (a. u. c. 706.) Dolabella ad Fam. 9, 9, 2. — Vitia multa ibi in Pompeii exercitu offendi. Primum neque magnas copias neque bellicosas; deinde, extra ducem paucosque praeterea — de principibus loquor — reliqui primum in ipso bello rapaces, deinde in oratione ita crudeles, ut ipsam victoriam horrerem: maximum autem aes alienum amplissimorum virorum. Quid quaeris? Nihil boni praeter causam. Quae cum vidissem, desperans victoriam primum coepi suadere pacem, cuius fueram semper auctor: deinde, cum ab ea sententia Pompeius valde abhorreret, suadere institui, ut bellum duceret. Hoc interdum probabat et in ea sententia videbatur fore et fuisset fortasse, nisi quadam ex pugna coepisset suis militibus confidere. Ex eo tempore vir ille summus nullus imperator fuit. Signa, tirone et collecticio exercitu, cum legionibus robustissimis contulit: victus turpissime, amissis etiam castris, solus fugit. ad Fam. 7, 3, 2. — Quid ille singularis vir ac paene divinus de me senserit, sciunt, qui eum de Pharsalica fuga Paphum persecuti sunt. Nunquam ab eo mentio de me nisi honorifica, nisi plena amicissimi desiderii, cum me vidisse plus fateretur, se speravisse meliora. Philipp. 2, 15, 39. Ibid. 22, 54. — Cn. Pompeius, non receptus a Rhodiis in fuga post proelium Pharsalicum. ad Fam. 12, 14, 3. — Cn. Pompeius in solitudine Aegyptiorum (id est, destitutus ab omnibus amicis cet. Vide Giese.) trucidatus est. de Divin. 2, 9, 22. — Constabat eos, qui concidentem volneribus Cn. Pompeium vidissent, cum in illo ipso acerbissimo miserrimoque spectaculo sibi timerent, quod se classe hostium circumfusos viderent, nihil tum aliud egisse, nisi ut remiges hortarentur et ut salutem adipiscerentur fuga; posteaquam Tyrum venissent, tum afflictari lamentarique coepisse. Tuscul. 3, 27, 66. — Illi, qui occiderunt, fuerint cupidi, fuerint irati, fuerint pertinaces; sceleris vero crimine, furoris, parricidii liceat Cn. Pompeio mortuo, liceat multis aliis carere. pro Ligario 6, 18. Cfr. pro Deiotaro 4, 12. — Postquam Caesar Alexandria se recepit, hasta posita pro aede Iovis Statoris, bona Cn. Pompeii Magni voci acerbissimae sunt subiecta praeconis: inventus sector est nemo praeter M. Antonium. Philipp. 2, 26, 64. — Me discessus ab armis nunquam poenituit: tanta erat in Pompeianis crudelitas, tanta cum barbaris gentibus coniunctio, ut non nominatim, sed generatim proscriptio esset informata; ut iam omnium iudicio constitutum esset omnium vestrum bona praedam esse illius victoriae. ad Att. 11, 6, 2. — De Pompeii exitu mihi dubium numquam fuit. Tanta enim desperatio rerum eius omnium regum et populorum animos occuparat, ut, quocunque venisset, hoc putarem futurum. Non possum eius casum non dolere. Hominem enim integrum et castum et gravem cognovi. Ibid. §. 5. — Tristissimus eius exitus. Tuscul. 1, 35, 86. — De Pompeii Magni filia tibi rescripsi nihil me hoc

tempore cogitare. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 11. — Theatra, porticus, nova templa verecundius reprehendo propter Pompeium. de Off. 2, 17, 60. — Pompeius admodum extis et ostentis movebatur. de Divin. 2, 24, 53. — Multa eum fefellerunt. de Divin. 1, 14, 24. — Pompeio recte facienti gratia est habenda; esse enim quam vellet iniquus poterat impune. de Finn. 2, 18, 57. — Etiam socerum habere voluit eum, cuius ipse audacia potens esset. Utile ei videbatur plurimum posse alterius invidia. Id quam iniustum in patriam et quam inutile esset, non videbat. de Off. 3, 21, 82. — Cn. Pompeius solet aliud sentire et loqui neque tantum valere ingenio, ut non appareat, quod cupiat. Caelius ad Fam. 8, 1, 3. ad Fam. 5, 20, 5. ad Q. Fr. 2, 13, 1. Ibid. 3, 1, 3, 9. Tuscul. 1, 6, 12. de Legg. 1, 3, 8. — Pompeii porticus. de Fato 4, 8. de Off. 1, 22, 76. Fragmm. p. 465. Fragm. p. 580. Varro Fragmm. p. 202. Bip. p. 249. Bip. p. 352. Bip. — Pompeii Magni expeditiones. Varro Fr. p. 365. Bip. — Cn. Pompeius ab inimicis Caesaris incitatus et, quod neminem secum dignitate exaequari volebat, totum se a Caesaris amicitia averterat et cum communibus inimicis in gratiam redierat, quorum ipse maximam partem illo affinitatis tempore iniunxerat Caesari. Simul infamia duarum legionum permotus, quas ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque converterat, rem ad arma deduci studebat. Caesar Civ. 1, 4. — Eius actio in senatu habito extra Urbem. Ibid. 6. — L. Caesarem adolescentem ad Caesarem mittit. Ibid. 8. — Ex urbe proficiscitur in Apuliam. Ibid. 14. — Domitio Corfinii obsesso nullum praebet auxilium. Ib. 19. — Proficiscitur Brundisium. Ib. 23. — Post consulum profectionem Brundisii remanet cum XX. cohortibus. Ib. 25. — Quomodo se in obsidione defenderit. Ib. 26. — Brundisio profugit. Ib. 28. — Magnam ex Asia classem coëgit. Ib. Lib. 3, 3. — Eius copiae singulatim enarrantur. Ib. 4. — Nova mandata Caesar ad eum mittit per L. Vibullium Rufum initio anni 706. Ib. 10. — Pompeius erat eo tempore in Candavia. Ib. 11. — Prope Dyrrhachium consistit, perterritoque eius exercitu, confirmatur a T. Attio Labieno. Ib. 13. — Caesaris mandata a Vibullio perlata reiicit: „Quid mihi, inquit, aut vita aut civitate opus est, quam beneficio Caesaris habere videbor?" A Caesare interclusus Dyrrhachio. Ibid. 42. — Quomodo se defenderit. Ib. 44. seqq. — Nova et inusitata belli ratio. Ibid. 47. — Roscillus et Aegus, Allobroges, ad Pompeium transeunt. Ib. 59. seqq. — Eos omnia sua praesidia circumduxit atque ostentavit. Ib. 61. — Duo secunda Pompeii proelia ad Dyrrhachium. Pompeius eo proelio imperator est appellatus. Hoc nomen obtinuit atque ita se postea salutari passus est: sed in litteris neque in fascibus insignia laureae praetulit. Pompeiani vicisse iam sibi videbantur. Ib. 72. — Caesarem in Thessaliam persequitur. Suum cum Scipione honorem partitur classicumque apud eum cani et alterum illi iubet praetorium tendi. Ib. 82. — Certus victoriae suorum omnium hortatu statuit proelio decertare. Ib. 86. — In consilio T. Attius Labienus iuravit „se nisi victorem in castra non reversurum," reliquosque, ut idem facerent, hortatus est. Hoc laudans Pompeius idem iuravit. Ib. 87. — Eius acies in pugna Pharsalica. Erant milia XLV., evocatorum circiter duo. (Caesarianorum XXII. M.) Pompeius sequitur consilium C. Triarii (a Caesare ipso improbatum), ut sui Caesaris impetum exciperent neve se loco moverent aciemque eius distrahi paterentur. Ib. 92. — Cn. Pompeius in pugna Pharsalica, ut equitatum suum pulsum vidit atque eam partem, cui maxime confidebat, perterritam animum advertit; aliis diffisus acie excessit protinusque se in castra equo contulit et iis centurionibus, quos in statione ad praetoriam portam posuerat, clare, ut milites exaudirent, „Tuemini," inquit, „castra et defendite diligenter, si quid durius acciderit: ego reliquas portas circumeo et castrorum praesidia confirmo." Haec cum dixisset, se in praetorium contulit, summae rei diffidens et tamen eventum exspectans. Ibid. 94. — Pompeius iam, cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus detractis insignibus imperatoris decumana porta se ex castris eiecit protinusque equo citato Larissam contendit. Neque ibi constitit, sed eadem celeritate paucos suos ex fuga nactus nocturno itinere non intermisso comitatu ad mare pervenit navemque fru-

mentariam conscendit. Ibid. 96. — Mytilenas venit, deinde in Ciliciam atque in Cyprum. Ibid. 102. — Cum duobus milibus hominum Pelusium pervenit. Ad Ptolemaeum misit, ut pro hospitio atque amicitia patris Alexandria reciperetur atque illius opibus in calamitate tegeretur. Ib. 103. — Amici regis iis, qui erant ab eo missi, palam liberaliter responderunt eumque ad regem venire iusserunt; ipsi clam consilio inito Achillam, praefectum regium, singulari hominem audacia, et L. Septimium, tribunum militum, ad interficiendum Pompeium miserunt. Ab his liberaliter ipse appellatus et quadam notitia Septimii productus, quod bello praedonum apud eum ordinem duxerat, naviculam parvulam conscendit cum paucis suis; et ibi ab Achilla et Septimio interficitur. Ibid. 104. — Amplissimae laudes ei tributae a M. Catone, cum Uticae assidue obiurgaret Cn. Pompeium filium (a. u. c. 707.) Bell. Afric. 22. — Cn. Pompeio, M. Crasso coss. tribunicia potestas restituta est. Sal. Catil. 38. — Motus inde orti. Ibid. — Sed postquam Cn. Pompeius ad bellum maritimum atque Mithridaticum missus est, plebis opes imminutae, paucorum potentia crevit. Ib. 39. — Eius inimicus M. Crassus. Cfr. Sal. Catil. 19. — Cn. Pompeius a prima adulescentia sermone fautorum similem fore se credens Alexandro regi facta consultaque eius quidem aemulus erat. Sal. Hist. 3. p. 216. Ed. Gerl. min. — Pompeius cum alacribus saltu, cum velocibus cursu, cum validis vecte certabat. Neque enim ille aliter potuisset par esse Sertorio, nisi se et milites frequentibus exercitiis praeparasset ad proelia. Sal. Hist. 2. p. 204. Ed. Gerl. min. — Epistola eius de bello Sertoriano apud Sal. Hist. 3, 11. (p. 214. Ed. Gerl. min.) — Cn. Pompeius oris probi, animo inverecundo. Hist. 2. p. 201. Ed. min. Gerl. Ed. mai. Inc. 6. p. 244. — Cn. Pompeius devictis Hispanis tropaea in Pyrenaeis iugis constituit. Sal. Hist. 4. p. 227. Ed. Gerl. min.

Cn. Pompeius, Cn. Magni F., praeerat patris classi Aegyptiae. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 5. — Naves aliquot Caesaris Orici cepit et incendit. Caesar Civ. 3, 40. — De Hispaniis novi nihil (a. u. c. 709.) Magnum tamen exercitum Pompeium habere constat; nam Caesar ipse ad nos misit exemplum (L. Iunii) Paciaeci litterarum, in quo erat illas undecim esse legiones. Scripserat etiam Messala Q. Salasso P. Curtium fratrem eius iussu Pompeii, inspectante exercitu, interfectum, quod consensisset cum Hispanis quibusdam, si in oppidum nescio quod Pompeius rei frumentariae causa venisset, eum comprehendere ad Caesaremque deducere. ad Fam. 6, 18, 2. — Ser. Sulpicius Galba et Q. Lepta sponsores pro Pompeio. Ibid. §. 3. — Peream nisi malo veterem et clementem dominum (Caesarem) habere, quam novum et crudelem experiri. Scis, Cnaeus quam sit fatuus; scis, quomodo crudelitatem virtutem putet; scis, quam se semper a nobis derisum putet. Vereor, ne nos rustice gladio velit ἀντιμυκτηρίσαι. (a. u. c. 709.) C. Cassius ad Fam. 15, 19, 4. — Cn. Pompeius Magnus filiae Appii Claudii Pulchri socer. (Clodia scil. haec nupsisse videtur Cn. Pompeio, Magni filio, potius quam Sexto.) ad Fam. 3, 4, 2. Ibid. 10, 2 et 10. — Cn. Pompeium filium M. Cato, qui Uticae praeerat a. u. c. 707., multis verbis assidueque obiurgare non desistebat. Bell. Afric. 22. — Verbis hominis gravissimi incitatus in regnum Bogudis est ingressus; sed re male gesta classem ad insulas Baleares versus convertit. Ib. 23. — Ulterioris Hispaniae potitur, dum Caesar muneribus dandis in Italia detinetur. Bell. Hispan. 1. — Proelio Mundensi devictus a Caesare Carteiam fugit. Ib. 32. — Seditione ibi concitata, profugit. Ib. 37. — Victus a Didio profugit et locum quendam munitum natura occupat. Ibid. — Saucius et intorto talo se occultare coepit, ut a Caesarianis non facile inveniretur nisi captivorum indicio. Ita ibi interficitur. Cum Caesar Gadibus fuisset, Hispalim pridie Id. Apriles a. u. c. 709. caput allatum et populo datum in conspectum. Ibid. 39.

Sex. Pompeius, Cn. Magni F., Cordubam tenebat a. u. c. 709. Bell. Hispan. 3 et 32. — Hirtius ad me scripsit Sex. Pompeium Corduba exisse et fugisse in Hispaniam citeriorem, Cnaeum fugisse nescio quo: neque enim curo. Litteras Narbone dedit XIV. Kal. Mai. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 37, 4. — Philotimus nec Carteiae Pompeium teneri bellumque narrat reliquum sa-

tis magnum. Ibid. Ep. 44, 4. — Pompeius Carteiae receptus. ad Att. 15, 20, 3. — Ab armis nullus discedit. Ib. Ep. 22. — Valde mihi placebat cum sensus eius de re publica, tum scribendi cura. a. u. c. 710. ad Att. 15, 7. — Sextum in armis permansurum esse certo scio. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 13, 2. — Si Pompeius cum exercitu firmo veniat, quod est εὔλογον, certe erit bellum. Ib. Ep. 21, 2. — Sextum scutum abiicere nolebam. Ib. Ep. 29, 1. — De Sexto, pro certo habebatur, haud ad arma. Quodsi verum est, sine bello civili video serviendum. Ib. Lib. 16, 1, 4. — Eum M. Lepidus adduxit ad pacem. Philipp. 13, 4, 8. — Decrevistis tantam pecuniam Pompeio, quantam ex bonis patriis in praedae dissipatione inimicus victor redegisset. Ibid. 5, 10. — Eum augurem sua nominatione cooptare volebat Cicero. Ib. §. 12. — Legati, L. Paullus, Q. Thermus, C. Fannius nuntiant se Pompeii conveniendi causa devertisse Massiliam eumque cognovisse paratissimo animo, ut cum suis copiis iret ad Mutinam, ni vereretur veteranorum animos offendere. Est vero eius patris filius, qui sapienter faciebat non minus multa quam fortiter. Itaque intelligitis animum ei praesto fuisse nec consilium defuisse. Philipp. 13, 6, 13. — Honorificentissimum de eo S. C. propositum a Cicerone. Philipp. 13, 21, 50. — Utinam omnes M. Lepidus servare potuisset! Facturum fuisse declaravit in eo, quod potuit; cum Sex. Pompeium restituit civitati, maximum ornamentum rei publicae, clarissimum monumentum clementiae suae. Gravis illa fortuna populi Romani, grave fatum. Pompeio enim patre, quod imperii populi Romani lumen fuit, exstincto, interfectus est patris simillimus filius. Sed omnia mihi videntur deorum immortalium iudicio expiata, Sex. Pompeio rei publicae conservato. Philipp. 5, 14, 39. — Cn. Pompeii liberi Sex. et Cn. armis repetierunt patriam, deos penates, patrios, aras, focos, larem suum familiarem. Philipp. 2, 30, 75. ad Att. 14, 1, 2. — Vereor, quo evadat Sex. Pompeius. (710.) Ib. 4, 1. — Sex. Pompeius videtur, nuntio de Caesare interfecto allato, firmior futurus. D. Brutus ad Fam. 11, 1, 4. — In litteris eius pauca παρὰ λέξιν, ceteroqui et satis graviter et non contumaciter. Cfr. quae ibi sequuntur. ad Att. 16, 4, 1 et 2.

A. Pompeius, pater Q. Pompeii Bithynici. Brut. 68, 240. diversus utique ab Aulo Pompeio tibicine, patre Q. Pompeii cos. a. u. c. 613., quocum confunditur in Indice Schuetziano p. 329.

Cn. Pompeius, necessarius Ciceronis, negotiator, diversus a Cn. Pompeio Magno. ad Fam. 13, 56, 3.

Cn. Pompeius, interpres Q. Titurii Sabini. Caesar Gall. 5, 36.

Q. Pompeius, Sex. F. commendatur Curio, proconsuli. ad Fam. 13, 49.

T. Pompeius, strenuus agricola. Varro RR. 3, 12, 2.

Cn. Pompeius Basiliscus Mamertinus a Cn. Pompeio civitate donatus, Ciceronis hospes Messanae. Verr. Accusat. 4, 11, 25.

Q. Pompeius A. F., qui Bithynicus dictus est, (quod cognomen familiae mansit:) biennio quam Cicero maior, summo studio discendi, incredibili labore atque industria: „fuit mecum et cum M. Pisone cum amicitia, tum studiis exercitationibusque coniunctus. Brut. 68, 240. cum eo commentabatur declamitans Cicero. Ibid. 90, 309. „Virum summum" eum appellat Cicero ad Fam. 6, 17, 2. Eius filius est qui sequitur, A. Pompeius Bithynicus.

A. Pompeius Bithynicus, Siciliae praetor, Caesarianus, suis fortasse rebus, Caesare interempto, a partibus iratis male metuens, Ciceronem rogat, ut se absentem praesens tueatur (a. u. c. 710.) ad Fam. 6, 16. Ei amice rescribit Cicero. Ibid. Ep. 17. (Eum Sex. Pompeius, Sicilia occupata, occidit. Dio Cass. 47, 19. Pigh. Annal. T. 3. p. 476.) — Ad Bithynicum scripsi (a. u. c. 710.) ad Fam. 16, 23, 2.

Sex. Pompeius Chlorus causam Dionis Halesini apud C. Verrem egit. Verr. Accusat. 2, 8, 23. Ibid. 42, 102.

Q. Pompeius Macula. Maculam officio functum esse gaudeo. Eius Falernum mihi semper idoneum visum est deversorio. (a. u. c. 709.) ad Fam. 6, 19, 1.

Pompeius Messalinus, rhetor. Rufinus p. 192.

Q. Pompeius Niger, eques Ro. Italicensis, Caesarianus; eius certamen singulare cum Antistio Turpione, Pompeiano. a. u. c. 709. Bell. Hispan. 25.

Pompeius Percennius. Vide Pompeii Percennii.

Cn. Pompeius Philo, Tyndaritanus; ab eo C. Verres patellam abstulit. Verr. Accusat. 4, 22, 48.

Pompeius Phrygio, locuples homo. de Or. 2, 70, 283.

Q. Pompeius A. F., nobilitatis Pompeiorum auctor, cos. a. u. c. 613. Is humili atque obscuro loco natus (tibicinis filius), plurimis inimicitiis (cum Caepionibus, P. Scipione, C. Laelio susceptis), maximis suis periculis ac laboribus amplissimos honores est adeptus. Verr. Accusat. 5, 70, 181. — Mihi nunquam minus in Q. Pompeio, novo homine et fortissimo viro virtutis esse visum est quam in homine nobilissimo, M. Aemilio. Etenim eiusdem animi atque ingenii est posteris suis, quod Pompeius fecit, amplitudinem nominis, quam non acceperit, tradere, et, ut Scaurus, memoriam prope intermortuam generis sui virtute renovare. pro Murena 7, 16. — Q. Pompeius, homo popularis. Acad. 2, 5, 13. — Turpe eius foedus cum Numantinis. de Off. 3, 30, 109. — Q. Pompeius callide improbus fuit in foedere Numantino infitiando, quod iniussu senatus populique Romani fecerat anno u. c. 614. post consulatum anno ante gestum. de Finn. 2, 17, 54. — P. Furius Philus consul a. u. c. 618. quaesivit de Numantino foedere. Quis ignorabat, Q. Pompeium fecisse foedus, eadem in causa esse Mancinum? Alter vir optimus, etiam suasit rogationem, Philo ex S. C. ferente, alter (Pompeius) acerrime se defendit. de Rep. 3, 18, 28. — Q. Pompeius non contemptus orator temporibus illis fuit, qui summos honores homo per se cognitus sine ulla commendatione maiorum est adeptus. Brut. 25, 96. — Eius sunt scripta nec nimis extenuata et plena prudentiae. Ibid. §. 97. Ibid. 76, 263. — Ab eius amicitia Laelii nomine se removerat Scipio Africanus minor. Lael. 21, 77. (Ab eo capitali odio C. Laelii causa dissidebat Scipio, quod, cum promisisset Scipioni se C. Laelii petitionem consulatus adiuturum, semet ipsum consulem fecerat, ut commemorat Plutarch. in Apophth. p. 200.; ex quo loco etiam intelligitur hunc Pompeium tibicinis filium fuisse.) — Patres nostri Cn. et Q. Caepionibus, L. et Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem novum, non crediderunt; quorum virtuti, generi, rebus gestis fidem et auctoritatem in testimonio cupiditatis atque inimicitiarum suspicio derogavit. pro Fonteio 7, 13. ad Att. 12, 5, 3. — Cognomen ignoratur; quod ferunt volgo, *Nepos* vel etiam *Rufus*, *Aulus* e male intellectis Fastorum compendiis ortum est.

Q. Pompeius Rufus, praetor urbanus a. u. c. 663., consul a. u. c. 666. cum Sulla, quo anno interfectus est a Cn. Pompeio Strabone, Cn. Pompeii Magni patre. de Or. 1, 37, 168. — Ab eo capitali odio dissidebat P. Sulpicius Rufus trib. pl. (a cuius emissariis etiam filius eius interfectus est: Vellei. 2, 19.) cum ante amicissimi fuissent. Lael. 1, 2. Cfr. pro Cluentio 5, 11. Ascon. in Cornel. p. 64. — Ei orationes scripsit L. Aelius; quamquam is etiam ipse scripsit eas, quibus pro se est usus, sed non sine Aelio. Brut. 56, 206. Ibid. 89, 304.

Q. Pompeius Rufus, praetor a. u. c. 691., propter Catilinae coniurationem Capuam missus. Sal. Catil. 30. — Q. Pompeius, castissimus vir atque omnis officii diligentissimus (post praeturam a. u. c. 691.), proconsul Africam obtinuit. pro Caelio 30, 73.

Q. Pompeius Rufus, huius Quinti Q. F. A. N. nepos ex L. Sullae dictatoris filia, eius Q. Pompeii filius, quem a Sulpicii emissariis interfectum diximus. — Accusat Messalam candidatum consularem. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 2, 3. ad Att. 4, 16, 8. — Seditiosus tribunus pl. a. u. c. 702., qui in Milonis causa diem dicere Ciceroni voluit. (Hinc rumor ortus est, Ciceronem in itinere in Ciliciam ab eo exule interfectum esse.) Ascon. in Mil. p. 34. 38. 43. 49. 50. 51. — (A. u. c. 703.) Foro toto maximus rumor fuit, te a Q. Pompeio in itinere occisum. Ego qui scirem, Q. Pompeium Baulis embaeneticam facere et usque eo, ut ego misererer eius esuriei, non sum commotus cet. Caelius ad Fam. 8, 1, 4. — Quod comitiis consularibus perpetuo obnuntiaret, in carcerem coniectum commemorat Dio Cass. 40. p. 141. Anno post tribunatum de vi condemnatus est cum T. Planco. Baulis exulavit in summa paupertate, qua eum M. Caelius idem, qui ante accusaverat, liberavit, cogendo matrem Corneliam, ut praedia fidei suae commissa redderet. Val.

Max. 4, 2. Hinc dicit M. Caelius *usque eo - - esuriei.* Vide Perizon. de Lege Voconia p. 141. Ern. — Fausti Sullae ad eum litterae. pro Sulla 19, 55.

Pompeius Rufus, Pompeianus. Ei vitam servat Caesar in proelio ad Thapsum a. u. c. 707. Bell. Afric. 85. Incertum est, utrum sit praetor a. u. c. 691., an tribunus plebi a. u. c. 702.

Cn. Pompeius Theodorus, Siculus, homo et Cn. Pompeii (Magni) iudicio plurimis maximisque in rebus probatissimus et omnium existimatione ornatissimus. Verr. Accusat. 2, 42, 102.

Pompeius Vindullus, Cn. Pompeii Magni, ut videtur, libertus. ad Att. 6, 1, 25.

Pompilius, falsa lectio pro Popilius. de Off. 1, 11, 36.

Pompilius, eques Romanus, amicissimus Catilinae. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10.

Pompilius. Varro LL. 7, 5. p. 370. Fr. p. 296. Bip.

Pomponia, T. Pomponii Attici soror, Q. Ciceronis uxor. ad Att. 1, 5, 2. - Eius altercatio cum Q. Cicerone marito (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 1, 3 Cfr. Ib. Lib. 6, 3, 8. — Reconciliatur marito per Q. filium. Ib. Ep. 7, 1. Lib. 7, 5, 3. ad Q. Fr. 3, 1, 3, 7. Ibid. Cap. 6, 19. Ibid. Ep. 9, 9.

Pomponii Vituli dicti a *vitulis.* Varro RR. 2, 1, 11.

Pomponius (al. *Papinius*). Eius ἐπιγραμματίων in Cascam. Varro LL. 7, 3. p. 316.

Pomponius Atellanarum scriptor. Scaliger ad Varr. p. 239. Bip.

Cn. Pomponius, aequalis C. Cottae et P. Sulpicii: (secundum hos) mihi placebat maxime vel dicam minime displicebat. Brut. 57, 207. — Fortis actor et vehemens et verbis nec inops nec abiectus et quem plane oratorem dicere auderes: lateribus pugnans, incitans animos, acer, acerbus, criminosus. Ibid. 62, 221. Ibid. 89, 305. 90, 308. — Periit bello Sullano. Ibid. 90, 311. — Eius oratio confusa et perturbata. de Or. 3, 13, 50.

M. Pomponius trib. pl. a. u. c. 391. diem dixit L. Manlio A. F. Quomodo perterrefactus sit a Tito, L. Manlii filio. de Off. 3. 30, 112.

M. Pomponius. Ad eum scripsit C. Gracchus. de Divin. 2, 29, 62. — Plutarchus in Gracchis p. 842. fidissimum Gracchi huius amicum fuisse dicit Pomponium, qui eum revocavit, cum sibi manus afferre vellet. Ern.

M. Pomponius a. u. c. 706. ad Messanam praeerat classi Caesarianae, quam incendit C. Cassius. Caesar Civ. 3, 101.

M. Pomponius Dionysius, libertus, praenomen accepit a Marco Tullio Cicerone, nomen a T. Pomponio Attico. ad Att. 4, 15, 1.

P. Pomponius, plebeius, comes P. Clodii in ultimo eius itinere. Ascon. in Mil. p. 33.

T. Pomponius Atticus, post adoptionem ab avunculo Q. Caecilio: Q. Caecilius Q. F. Pomponianus Atticus. — Atticus, qui LXXVII. annos complevit et mortuus est Cn. Domitio et C. Cassio consulibus a. u. c. 722. (Corn. Nep. Vita Attici C. 21. et 22.) natus est a. u. c. 645. — Eius mater. ad Att. 1, 7. Ib. 2, 3, 3. - Eius avia moritur. ad Att. 1, 3, 1. — Eius uxor Pilia. Vide Pilia. — Eius filia Caecilia, per iocum Attica. Vide Attica. — Eius soror Pomponia. Vide Pomponia. — Eius avunculus Q. Caecilius. Vide in h. n. — Eius negotium cum Acutilio. ad Att. 1, 4, 1. Ep. 5, 1. 8, 1. — Cum Tadio. ad Att. 1, 5, 6. 8, 1. — Eius emptio Epirotica. ad Att. 1, 5, 7. — Volebat domum Rabirianam Neapoli emere. ad Att. 1, 6, 1. — Ei iratus est Lucceius. ad Att. 1, 3, 3. 5, 5. 8, 1. 10, 2. 11, 1. 14, 7. — Eius negotium commendatur C. Antonio. ad Fam. 5, 5. — Cogitat ad C. Antonium in Macedoniam et in Epirum proficisci. ad Att. 1, 13, 1. — Eius epistolae laudantur. ad Att. 1, 13, 1. — Suadet Ciceroni, ut orationi cuidam Miseni et Puteolorum τοποθεσίαν includat. ad Att. 1, 13, 5. — Dicitur Aristarchus orationum Ciceronis. ad Att. 1, 14, 3. — Non volt cum Q. Cicerone in Asiam ire. ad Att. 1, 16, 14. — Epigrammata in laudem Ciceronis ponit in Amaltheo. ad Att. 1, 16, 15. — Id Amaltheum Cicero rogat ut Atticus sibi describat. Ibid. — Adversus eum Q. Ciceronis animus offensior. ad Att. 1, 17, 1. 20, 1. — Eius ingenuitas et magnitudo animi ceteraeque virtutes eximie laudantur. Ibid. — Eius negotium cum Sicyoniis de exactione pecuniae vectigalis. ad Att. 1, 19, 9. — Ei mittit

Cicero Commentarium consulatus sui a se Graece compositum. ad Att. 1, 19, 10. 20, 6. Lib. 2, 1, 1. — Similem commentarium a se scriptum Atticus Ciceroni mittit. ad Att. 2, 1, 1. — Orationes praesertim consulares Cicero ei se missurum ostendit. Ibid. §. 3. — Atticus fenestrarum angustias in villa Ciceronis reprehendit. ad Att. 2, 3, 2. — Testamento avunculi Caecilii adoptatur et heres fit ex dodrante. ad Att. 3, 20, 1. (a. u. c. 696.) — Qui tunc T. Pomponius, nunc Q. Caecilius, cognomine eodem. Varro RR. 2, 2, 2. — Est natura πολιτικός. ad Att. 4, 6, 1. — Plurimum operae, diligentiae, laboris ad conficiendum Ciceronis reditum ab exsilio confert. ad Att. 4, 1, 1. — Eius nuptiae cum Pilia pridie Id. Febr. a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 7. — Voluit domum Antii vel in agro Antiati emere. ad Att. 4, 8, 1. — Domi habet sedeculam sub imagine Aristotelis. ad Att. 4, 10, 1. — Eius iter Asiaticum. ad Att. 4, 15, 2. — Proficiscitur in Epirum. ad Att. 4, 16, 1. — In Asiam sibi eundum esse scribit. ad Att. 4, 16, 15. — Epheso litteras dat ad Ciceronem. ad Att. 4, 17, 3. — In Italiam redit; iterum proficisci cogitat in Epirum. ad Att. 5, 2, 3. — Diligitur ab Atheniensibus. ad Att. 5, 10, 1. — Ei filiola iucunda est. ad Att. 5, 19, 2. 7, 2, 4. — In Epirum venit. ad Att. 5, 21, 1. — Corcyrae fuit. ad Att. 6, 2, 10. — Frumentum populo Atheniensi largitur. ad Att. 6, 6, 2. — Romam redit. ad Att. 6, 5, 1. — Et quidem cum febri. ad Att. 6, 9, 1. — Eius adversa valetudo. ad Att. 7, 2, 2. Ep. 5, 1. — Eius praedium Lucretinum. ad Att. 7, 11, 1. — Exigit pecuniam a Q. Cicerone sibi debitam. ad Att. 7, 18, 4. — A quartana febre convalescit. ad Att. 8, 6, 3. — Eius dies natalis. ad Att. 9, 5, 1. — Loci eius Epistolarum Ciceronis litteris inserti. ad Att. 9, 10, 4. seqq. 16, 7, 3. seqq. Ep. 15, 3. — Dissuadet Ciceroni, ne cum Pompeio Italiam relinquat. ad Att. 9, 10, 7. — In bello civili Italiam relinquere cogitat. ad Att. 10. 5, 3. — Hortatur Ciceronem, ut Catonis Uticensis laudationem scribat. ad Att. 12, 4, 2. — Rogatur a Cicerone, ut sibi quaestiones aliquot historicas expediat. ad Att. 12, 5, 3. Ep. 20, 2. Ep. 23, 2. Lib. 13, 6, 4. Ep. 30, 3. Ep. 32, 3. — Domum habet in colle Quirinali. ad Att. 12, 45, 3. — Morte Athamantis servi vel liberti dolet. ad Att. 12, 10. — Cogitat filiam desponsare. ad Att. 13, 21, 7. — De Buthrotiorum causa, quorum agros Caesar proscripserat, deinde vero eos decreto liberaverat, vehementer laborat. ad Att. 14, 11, 2. Ep. 12, 1. Ep. 19, 4. Lib. 15, 13, 1. Ep. 15, 1. Lib. 16, 16. cum appendicibus. — Clamat omnia perisse, si Caesar funere elatus esset. ad Att. 14, 10, 1. — Scribit se in Epiro hiematurum. ad Att. 16, 2, 6. — Corrigi quaedam volt in Ciceronis Philippica secunda. ad Att. 16, 11, 1. — Dubitat, an vocabulum *officium* satis respondeat Graeco voc. καθῆκον. ad Att. 16, 14, 3. — Eius iudicium de Octaviano: *Quamquam in praesentia belle iste puer retundit Antonium, tamen exitum exspectare debemus.* ad Att. 16, 15, 3. Schuetz. — Atticus mirabatur Phaedrum et Zenonem Epicureos; Phaedrum autem etiam amabat. de Finn. 1, 5, 16. — Pomponius Atticus valde diligit Patronem, valde Phaedrum amavit. ad Fam. 13, 1, 5. — Atticus una cum M. Cicerone Athenis audiebat Antiochum. de Finn. 5, 1, 1. Ita se Athenis collocavit, ut esset paene unus ex Atticis. de Finn. 5, 2, 4. — Pomponius noster suo iure potest dicere, *nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam.* ad Fam. 7, 31, 2. — Ei inscribitur Laelius. — Multum utebatur P. Sulpicio Rufo. Lael. 1, 2. — Atticus rerum Romanarum auctor religiosissimus. Brut. 11, 44. — Atticus loquens inducitur in Bruto 3, 10. — Eius liber, quo Ciceronem affatus est: quo omnem rerum memoriam breviter et perdiligenter complexus est. Ibid. §. 14. Ibid. 5, 19. — Atticus Ciceronem inflammavit studio illustrium hominum aetates et tempora persequendi. Brut. 19, 74. — Atticus noster, qui conservatis (*observatis?*) notatisque temporibus, nihil cum illustre praetermitteret, annorum septingentorum memoriam uno libro colligavit. Orat. 34, 120. — Atticus, quid in Annale de P. Valerio Publicola tradiderit, significat Ascon. in Pison. p. 13. — Commentarius consulatus Ciceronis Graece ab eo scriptus. ad Att. 2, 1, 1. — T. Pomponius Atticus laudatur ab Asconio in Cornel. p. 76. Vide T. Livius. — Nomen Attici perire Ciceronis Epistolae non sinunt; nihil illi profuisset gener Agrippa et Tiberius progener et Drusus Caesar pronepos; inter tam magna

nomina taceretur, nisi Cicero illum applicuisset. Seneca Ep. 21.

Pomptina summa (lectio incerta). ad Att. 7, 5, 3.

Pomptina tribus. ad Att. 4, 15, 9. ad Fam. 8, 8, 5. Interdum scribitur et *Pontina*. Sed scripturam *Pomptina* vel *Pomtina* praefert Oudendorp ad Suet. Claud. 27. p. 611. Contrahitur enim ex *Pometia*, *Pometinus*. Cfr. Inscriptt. meas Lat. Vol. 2. p. 16.

Pomptinus ager (Latii in Volscis), neque amoenus neque saluber. de Or. 2, 71, 290. — Pomptinum praedium Ciceronis. ad Fam. 7, 18, 3.

C. Pomptinus praetor, Cicerone consule. (a. u. c. 691.) in Catil. 3, 2, 5. Ibid. §. 6. Sal. Catil. 45. — Homo militaris. Ibid. — Modo (ante a. u. c. 698.) ille meorum laborum, periculorum, consiliorum socius, C. Pomptinus, fortissimus vir, ortum repente bellum Allobrogum atque hac scelerata coniuratione excitatum proeliis fregit eosque domuit, qui lacessierant: et ea victoria contentus, re publica metu liberata, quievit. de prov. cos. 13, 32. — Eius res in Gallia prospere gestae. Schol. Bob. in Vatin. p. 322. Dio 37. p. 50. 51. — C. Pomptinus religionibus susceptis impediebatur a triumphando (a. u. c. 699.) in Pison. 24, 58. — Pomptinus volt a. d. IV. Non. Novembr. (a. u. c. 700.) triumphare (ex Allobrogibus). Huic obviam Cato et Servilius praetores aperte et Q. Mucius tribunus. Sed erit cum Pomptino Appius consul. (Nunquam consul creatus est.) ad Att. 4, 16, 12. Ib. Lib. 5, 1, 5. Ep. 4, 2. Ep. 5, 1. Ep. 6, 1. Ep. 8, 1. Ep. 10, 1. Ep. 11, 4. — Pomptino ad triumphum (de Allobrogibus) a. d. IX. Kal. Nov. (a. u. c. 700.) volebam adesse. Etenim erit nescio quid negotioli. Nam Cato et Servilius, praetores, prohibituros se minantur cet. ad Q. Fr. 3, 4, 6. (Triumphum tandem impetravit per Sex. Galbam. Dio 39. p. 120.) — C. Pomptinus, legatus Ciceronis in Cilicia. a. u. c. 703. ad Fam. 15, 4, 9. — Pomptinum, virum optimum, retinere nunc non possum. Rapit enim hominem Postumius Romam, fortasse etiam Postumia. ad Att. 5, 21, 9. — Pomptinus ex pacto et conventu (nam ea lege exierat) iam a me discessit. ad Att. 6, 3, 1. — Pomptinus multo ante quam Cicero e Cilicia discesserat. ad Fam. 2, 15, 4. Ibid. 3, 10, 3. — In huius nominis orthographia magna est varietas in Gronoviana et Graeviana. de prov. cos. 13. scribitur *Pontinius*, quae scriptura etiam in Fastis occurrit: (Fasti triumphales Capitolini nihil probant, cum in iis ad a. u. c. 699. (700.) v. *Pontinius* sit e supplemento. Or.) vide Pigh. ad a. 690. et in Lapidibus. Vid. Graev. ad Att. 4, 16. Att. 6, 3. *Pomptinius*, ad Fam. 2, 15. Att. 5, 1. *Pomtinius*, Catil. 3, 2. *Pomtinus* cet. Eadem varietas est in Edd. principp. V. etiam Cortium ad Salust. Catil. 45, 1. In Lapidibus Donianis invenio bis: *Pomptinius*, in Gruterianis contra est *Pontinius*. Ern. Nummi gentis *Pontiniae* sunt Goltziani, supposititii. Ego interim praetuli *Pomptinus* ad analogiam *Pomptinae* tribus. Or.

Pompulenus occisus a familia Anchariana. Varen. Fragm. 5. p. 443.

Pons Argenteus. ad Fam. 10, 34, 3. Ibid. 35, 2. — Mulvius. ad Att. 13, 33, 4. — Tirenus. ad Att. 16, 13. a., 1.

Pontianus. Quod per Mustelam agis, habes hominem valde idoneum meique sane studiosum iam inde a Pontiano. ad Att. 12, 41, 2. Explicat Manutius: „a quo tempore eius amicum vel affinem defendi Pontianum." — Varro RR. 2, 9, 6. narratiunculam habet de P. Aufidio Pontiano, Amiternino.

Pontidia. Pontidia nugatur. ad Att. 5, 21, 14. — Malo hunc (generum) a Pontidia quam illum a Servilia. Ib. Lib. 6, 1, 10.

M. Pontidius, Arpinas, multas privatas causas actitavit; effervescens saepe iracundia vehementius, ut non cum adversario solum, sed etiam cum iudice ipso iurgio saepe contenderet. Brut. 70, 246. — Facetum eius dictum. de Or. 2, 68, 275.

Pontifex Maximus privatus. Catil. 1, 1, 3. de Offic. 1, 22, 76. Oudend. ad Suet. Caes. 13. — Creabatur a XVII. tribubus sorte ductis. de lege agr. 2, 7, 18.

Pontifices veteres a Numa, ut etiam ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. de Or. 3, 19, 73.

Pontificii libri declarant provocationem etiam a regibus fuisse. de Rep. 2, 31, 54. de Nat. D. 1, 30, 84. Varro LL. 5, 19. p. 101. — Pontificum libri. Varro LL. 5, 4. p. 33. — Pontificum libri, iidem qui alibi (Liv. 4, 3.) *pon-*

tificum commentarii dicuntur. de Or. 1, 43, 193. — Pontificum commentarii. Brut. 11, 55.

Pontius Glaucus poëma Ciceronis. Fragmm. p. 571.

Pontius, Scipionis Africani minoris familiaris. Eius dictum de acipensere. Fragm. libri de Fato p. 235. Ed. meae. Moserianae p. 652.

Pontius, collusor et sodalis Antonii. Philipp. 13, 2, 3.

C. Pontius Herennius Samnis, pater eius C. Pontii Thelesini, a quo Caudino proelio Sp. Postumius, T. Veturius coss. iterum a. u. c. 433. superati sunt: cum eo collocutus fingitur Archytas Tarentinus. Cato 12, 41.

C. Pontius Thelesinus, Herennii filius, Samnis, Caudino proelio Sp. Postumium, T. Veturium coss. iterum a. u. c. 433. superavit. Cato 12, 41. (de Off. 3, 30, 109.) — Eiusdem dictum memorabile. de Off. 2, 21, 75. — (Securi percussus est post Q. Fabii Maximi Gurgitis triumphum a. u. c. 463. Liv. Epit. 11.)

L. Pontius Aquila. ad Att. 1, 1, 3. — Hospes Ciceronis in Trebulano. ad Att. 5, 2, 1. Ib. Ep. 3, 1. Ep. 4, 1. Ib. Lib. 7, 2, 2. Ib. Ep. 3, 12. — Indignatur Cicero Pontii Neapolitanum a Servilia, Bruti matre, possideri, donatum a Caesare. ad Att. 14, 21, 3. — L. Plancum praestantissimus vir, Aquila, Pollentia expulit, et quidem crure fracto. Philipp. 11, 6, 14. Philipp. 13, 12, 27. Pseudocic. ad Brut. 1, 15. — Pontius Aquila, legatus D. Bruti, cecidit in Hirtino proelio. ad Fam 10, 33, 4. — Fuit de percussoribus Caesaris, cuius mentio fit etiam apud Suet. Caes. 78.

T. Pontius centurio, maximo robore praeditus. Cato 10, 33. Videtur idem, de quo Lucilius apud Cic. de Finn. 1, 3, 9. Wesseling. Obss p. 104. Diversus videtur a Pontio Cominio, de quo Liv. 5, 46.

Pontius Titinianus, Q. Titinii filius a Pontio adoptatus, timoris causa inter Caesaris asseclas fuit a. u. c. 705. ad Att. 9, 19, 2.

Pontus, regio Asiae ad Pontum Euxinum. — Populus Romanus aperuit, L. Lucullo imperante, Pontum et regiis quondam opibus et ipsa natura regionis vallatum. pro Archia 9, 21. — Eius mentio fit etiam Manil. 3, 7. 8, 21. 15, 45. Agrar. 1, 2, 6. 2, 19, 51.

Pontus Euxinus. Ad introitum Ponti (in agro Chalcedonico: Schol. Apollon. Rhod. 2, 532.) erat signum Iovis Imperatoris, pulcherrime factum. Verr. Accusat. 4, 58, 129. — Ponti circuitus. Varro Fr. p. 362. Bip. — Ponti ostium. Tuscul. 1, 20, 45. Ibid. 39, 94. — Ponti vada. Arat. v. 157.

Popiliana (ter: *Populiana*) centuria (ducentorum iugerum mensura) in agro Thurino. pro Tullio §. 16., ubi consule Huschkium Analect. p. 121.

Popillia tribus rustica. ad Fam. 8, 8, 5. cfr. Inscriptt. meas Latinas. Vol. 2. p. 16.

Popillia s. Popilia gens. de Legg. 2. 22, 55. — Scriptura duplici L est in Fastis Capitolinis, quapropter sequenda nobis videtur. Nummi huius gentis plebeiae sunt Goltziani, supposititii.

Popillia, mater Q. Lutatii Catuli et C. Iulii Caesaris Strabonis: cui primum mulieri hunc honorem in nostra civitate tributum puto, ut post mortem publice laudaretur (a filio Catulo). de Or. 2, 11, 44.

Popillius Laenas augur a. u. c. 709. ad Att. 12, 13, 2. Ep. 14, 1. Ep. 17. Eundem esse putat Corradus cum sequente.

Popillius Laenas defensus a Cicerone: ab eo Cicero postea Antonii permissu interfectus est. Valerius Max. Lib. 5. c. 3. Int. 4. Fragmm. p. 460.

C. Popillius P. F. P. N. Laenas, cum ad Antiochum regem legatus missus esset et verbis senatus denuntiasset, ut ab Alexandria discederet, quam obsidebat: cum tempus ille differret, virgula stantem circumscripsit dixitque se renuntiaturum senatui, nisi prius sibi respondisset, quid facturus esset, quam ex illa circumscriptione excederet. Praeclare. Philipp. 8, 8, 23. — Est C. Popillius Laenas, qui bis consul fuit, a. u. c. 582. et 596. Cfr. Liv. 45, 12. — Dici virum *Perpennam* aut *P. Laenam* muliebri forma. Varro LL. 9, 29. p. 485.

C. Popillius C. F. C. N. Laenas legatus L. Cassii cos. a. u. c. 647. devictus a Tigurinis, a C. Caelio Caldo trib. pl., legis tabellariae auctore, perduellionis accusatus et oppressus. de

Legg. 3, 16, 36. — C. Popillius a Gallis obsessus ita discessit, ut impedimenta relinqueret, exercitum educeret. Her. 1, 15, 25. Ibid. 4, 24, 34.

C. Popillius P. F. Laenas disertus fuit. Brut. 25, 95. — Hunc autem aut filium puto esse eum, qui Act. I. in Verr. 13, 39. de peculatu damnatus dicitur. Hotomannus refert ad P. Popillium, de quo in Cluentiana. Male. Is de ambitu damnatus est, non de peculatu. Ern.

C. Popillius (Laenas), senator, peculatus damnatus ante a. u. c. 684. Verr. Act. 1, 13, 39.

C. Popillius Laenas damnatus, exul Nuceriae vixit eiusque civitatis factus est civis. pro Balbo 11, 28. De praecedente (senatore) videtur hic locus intelligendus. Vide tamen Ernestium in P. Popillius.

C. Popillius (al. *C. Pompilius*; al. *C. Poetilius Visulus*). Varro LL. 7, 5. p. 383.

L. Popillius, falsa lectio Cluent. 47, 131. pro P. Popillius, ut edidi.

M. Popillius M. F. C. N. Laenas, cum consul esset (a. u. c. 395.) eodemque tempore sacrificium publicum cum laena faceret, quod erat flamen Carmentalis, plebei contra patres seditione nuntiata, ut erat laena amictus, ita venit in contionem seditionemque cum auctoritate, tum oratione sedavit. Brut. 14, 56. — Hinc ortum est Popilliae gentis cognomen Laenas.

M. Popillius Laenas cos. a. u. c. 581. imperator tenebat provinciam (Liguriam), in cuius exercitu Catonis Censorii filius tiro militabat. Catonis patris ad eum epistola. de Off. 1, 11, 36. Vide omnino Beieri Excursum XII.

P. Popillius C. F. P. N. Laenas, consul cum P. Rupilio a. u. c. 622. Iis coss. Hennam tenuerunt servi, fugitivi, barbari, hostes. Verr. Accusat. 4, 50, 112. — P. Popillius Laenas et P. Rupilius coss. quaestionem exercuerunt de occisione Ti. Gracchi. Lael. 11, 37. — Nec P. Popillius neque Q. Metellus (Numidicus), clarissimi viri atque amplissimi, vim tribuniciam sustinere potuerunt. pro Cluentio 35, 95. — Gracchus de P. Popillio tulit ut ei aqua et igni interdiceretur. Pro domo 31, 82. Ibid. 32, 87. — P. Popillius C. Graccho cessit. Schol. Bob. post red. ad pop. p. 252. — In eum C. Gracchus populum incitavit. de Legg. 3, 11, 26. — Eius expulsio memoratur etiam de Rep. 1, 3, 6. — Pro P. Popillio, nobilissimo homine, adolesentes filii, propinquorum multitudo populum Romanum est deprecata. Post red. in Sen. 15, 37. Post red. ad Quirites 3, 6. — Tribunicia rogatione restitutus. Post red. in Sen. 15, 38. Post red. ad Quir. 4, 10. — Eum vi C. Gracchi expulsum sua rogatione restituit L. Bestia a. u. c. 633. Brut. 34, 128. — P. Popillius, qui C. Graccho cesserat, post huius necem in civitatem restitutus est. Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 347. Vellei. 2, 7. — P. Popillius Laenas cum civis egregius, tum non indisertus fuit. Brut. 25, 95. ad Att. 13, 32, 3. — Hunc putarunt Viri docti quidam intelligi pro Balbo C. 11., ibique pro *C. Laenati* esse legendum *P. Laenas*, ut habet Manutius, in primis cum de C. Popillii exilio nihil ipsis constaret. Neque absurda est ista coniectura. Nam *P.* et *C.* in Popilliis, atque eodem hoc confundi ex Cluent. 35. intelligitur, ubi olim *C.* legebatur pro *P.* Potest enim intelligi de eo, qui a Caelio oppressus est et sine dubio exulavit. Ern. Vide C. Popillius C. F.

P. Popillius, libertini filius, (diversus a superiore „clarissimo viro") ambitus damnatus. pro Cluentio 36, 98. — In eum subscripsit L. Gellius, censor. Ibid. 47, 131. — Laudatus a Cn. Lentulo, censore. Ibid. §. 132.

Poplicola. Vide P. Valerius Poplicola.

Poplifugia unde dicta? Varro LL. 6, 3. p. 200.

Populonia, Tusciae civitas. Varro Fr. p. 377. Bip.

Porcia basilica, Curiae Hostiliae iuncta. Ascon. in Mil. p. 34.

Porcia lex. Salust. Cat. 51. Liv. 10, 9, 4. pro C. Rabirio perd. 3, 8. Ibid. 4, 12.

Porcia lex. Verr. Accusat. 5, 63, 163. „Hanc non puto ad P. Porcium Laecam, trib. pl., pertinere, sed ad celebrem illum M. Porcium Catonem, qui sese *pro scapulis* dixisse apud Festum sub ea voce tradit." Zumpt.

Porcia, M. Bruti uxor. Pseudobrut. ad Att. 1, 17. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii et Ci-

ceronis colloquium de legatione frumentaria Bruti et Cassii a. u. c. 710. ad Att. 15, 11, 1.

Porcia, Catonis soror, uxor L. Domitii Ahenobarbi. — Domitii filius transiit Formias VIII. Id. currens ad matrem Neapolim. ad Att. 9, 3, 1. — Eius laudatio funebris (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 37, 3. Ib. 48, 2.

Porcii tres. L. Valerii Potiti et M. Horatii Barbati consularis lex (a. u. c. 305.) sanxit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur. Neque vero leges Porciae, quae tres sunt trium Porciorum quidquam praeter sanctionem attulerunt novi. de Rep. 2, 31, 54.

Porcilius, falsa lectio pro Procilius. ad Q. Fr. 2, 8, 1.

Porcina, ad Her. 4, 5, 7. orator est C. Aemilius Porcina. Vide in Aemiliis.

Porcius; nomen a *porco*. Varro RR. 2, 1, 10.

Porcius Cato, Archiae amicus, videtur fuisse vel M. Cato, pater Catonis Uticensis, vel L. Cato consul a. u. c. 665. pro Archia 3, 6.

C. Porcius M. F. M. N. Cato, M. Catonis Censorii et L. Paulli nepos, et C. Papirius Carbo Ti. Gracchum sequebantur. Lael. 11, 39. — C. Porcius Cato, Africani sororis filius, cos. a. u. c. 640., mediocris orator. Brut. 28, 108. — Lege Mamilia sublatus a Gracchanis iudicibus. Ibid. 34, 128. — C. Catoni, consulari homini, clarissimo viro, HS. IIII. milibus lis aestimata est. Verr. Accusat. 3, 80, 182. (Vellei. 2, 8.) — Mamertina civitas ante C. Verrem praetorem improba non erat; etiam erat inimica improborum; quae C. Catonis illius, qui consul fuit, impedimenta retinuit. At cuius hominis? clarissimi ac potentissimi; qui tamen cum consul fuisset condemnatus est [Ita C. Cato, duorum hominum clarissimorum nepos, L. Paulli et M. Catonis et P. Africani sororis filius], quo damnato, tum, cum severa iudicia fiebant, HS. IIII. milibus lis aestimata est. Verr. Accusat. 4, 10, 22. — C. Cato, damnatus, exul Tarracone vixit, eiusque civitatis factus est civis. pro Balbo 11, 28.

C. Porcius Cato. Rem publicam funditus amisimus (a. u. c. 695.), adeo ut Cato, adolescens nullius consilii, sed tamen civis Romanus et Cato, vix vivus effugeret: quod, cum Gabinium de ambitu vellet postulare neque praetores aliquot diebus adiri possent vel potestatem sui facerent, in contionem escendit et Pompeium „privatum dictatorem" appellavit. Propius nihil est factum, quam ut occideretur. ad Q. Fr. 1, 2, 5, 15. — C. Cato in senatu dixit contra Marcellinum consulem. (a. u. c. 697.) ad Q. Fr. 2, 1, 2. — Legem promulgavit de imperio P. Lentulo Spintheri abrogando (a. u. c. 698.) Ibid. 3, 1. — Rogatio de Milone. Ibid. §. 4. — C. Cato tribunus pl. a. u. c. 698. senatus auctoritati de causa Ptolemaei Auletae intercessit. ad Fam. 1, 2, 4. Ibid. 4, 1. — Gabinium de ambitu accusare voluit, in quo prope occisus est. Ibid. 5. a., 2. — Adversarius Pompeii. Ibid. 5. b., 1. — Ut magistratum tribuni inierunt, C. Cato, turbulentus adolescens et audax, nec imparatus ad dicendum, contionibus assiduis invidiam et Ptolemaeo, qui iam profectus ex Urbe erat, et P. Lentulo consuli paranti iam iter, concitare secundo quidem populi rumore coepit. Fenestella Annali libro XII. apud Nonium Merceri p. 385. — C. Cato, vindex gladiatorum et bestiariorum: ei egregie imposuit Milo. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 6, 5. — Eum Lentulus a legibus removit. Ibid. — Eius contio. Ibid. §. 6. — C. Porcius Cato rogavit iudices pro M. Scauro a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 29. — A. d. III. Non. Quintil. a. u. c. 700. Sufenas et Cato (defensus a M. Scauro) absoluti, Procilius condemnatus. ad Att. 4, 15, 4. — C. Catonem lege Iunia et Licinia scis absolutum: Fufia ego tibi nuntio absolutum iri: neque patronis suis (M. Scauro) tam libentibus, quam accusatoribus. Is et mecum et cum Milone in gratiam rediit, Pompeio consule iterum a. u. c. 699. ad Att. 4, 16, 5. Ib. Ep. 17, 2. — C. Cato accusatus ab Asinio Pollione. Tacit. de Oratt. C. 34.

L. Porcius M. F. M. N. Cato consul a. u. c. 665. (in proelio occisus est.) pro Fonteio 15, 33.

L. Porcius (nomen suspectum) Nasica. Eius dictum. de Or. 2, 64, 260.

M. Porcius Cato ille in omni virtute princeps, Tusculo oriundus. pro Plancio 8, 20. — M. Porcius Cato censorius fuit e municipio Tusculano. Schol. Bob. pro Sulla p. 364. — Cato ortu Tusculanus, civitate Romanus, habuit

alteram loci patriam, alteram iuris. de Legg. 2, 2, 5. — Scire ex te pervelim, Torquate, quamobrem, qui ex municipiis veniant, peregrini tibi esse videantur. Nemo enim istuc M. illi Catoni seni, cum plurimos haberet inimicos, obiecit unquam. pro Sulla 7, 23. — M. Cato Censorius, homo ignotus et novus, quo omnes, qui iisdem rebus studemus, quasi exemplari ad industriam virtutemque ducimur. In undis et tempestatibus (civilibus) maluit iactari, quam in otio tranquillissime vivere Tusculi. de Rep. 1, 1, 1. — M. Cato, homo sapientissimus et vigilantissimus, cum se virtute, non genere, populo Romano commendari putaret, cum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias et maximis in laboribus usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit. Verr. Accusat. 5, 70, 180. — „Anno post consul primum (a. u. c. 521.) fuerat Q. Fabius Cunctator, quam ego natus sum (a. u. c. 520.) cumque eo quartum consule (a. u. c. 540.) adolescentulus miles ad Capuam profectus sum quintoque anno post ad Tarentum (a. u. c. 545.) quaestor; deinde quadriennio post (a. u. c. 549.), quem magistratum gessi Coss. Tuditano et Cethego (a. u. c. 550.), cum quidem ille admodum senex suasor legis Cinciae de donis et muneribus fuit." Cato 4, 10. — Miles bello Punico (a. u. c. 540.), quaestor eodem bello (a. u. c. 550.), consul (a. u. c. 559.) in Hispania, quadriennio post (a. u. c. 563.) tribunus mil. depugnavit apud Thermopylas (adversus Antiochum M.) M'. Acilio Glabrione cos. Cato 10, 32. — In bello cum Antiocho gesto, in quod cum Scipione est profectus, virtus enituit egregia M. Catonis. pro Murena 14, 32. Idem tradunt Plutarchus, Appianus, Frontinus, Aurelius Victor. Vide Sigon. et Drakenb. ad Liv. 36, 17. Livius autem legatum facit l. l., ubi vide Dukerum. Memoriae lapsu in loco Muren. 14, 32. Scipionem pro Glabrione poni (nisi librariorum peccatum est) monet Wesselingius Obss. 2, 26. Ern. — M. Cato quaestor M. Cornelio Cethego et P. Sempronio Tuditano coss. a. u. c. 550. annis CXL. ante Ciceronem consulem, ut ex Ennii testimonio cognitum est. Brut. 15, 60. — M. Cornelium Cethegum consecutus est aetate Cato, qui annis IX. post eum fuit consul (scil. a. u. c. 559.) cum L. Valerio Flacco; censor fuit a. u. c. 570. Brut. 15, 60. — „Eum nos ut perveterem habemus, qui L. Marcio, M'. Manilio coss. (a. u. c. 605.) mortuus est, annis LXXXVI. ipsis ante me consulem." Brut. 15, 61. — Consul fuit a. u. c. 559., censor a. u. c. 570. Cato 6, 19. — M. Cato tempore belli contra Persen princeps civitatis. de Nat. D. 3, 5, 11. — Ser. Galbam M. Catoni incumbenti ad eius perniciem populus Romanus eripuit. (a. u. c. 605.) pro Murena 28, 59. — M. Catonem illum Sapientem, clarissimum virum et prudentissimum, cum multis graves inimicitias gessisse accepimus propter Hispanorum, apud quos consul fuerat, iniurias. Divinat. 20, 66. — Eius consilio illatum bellum tertium Punicum, in quo etiam mortui valuit auctoritas. de Off. 1, 23, 79. — Ipse de se ita loquens inducitur: (senex) „senatui, quae sint gerenda praescribo et quomodo: Karthagini male iam diu cogitanti bellum multo ante denuntio, de qua vereri non ante desinam, quam illam exscisam esse cognovero." Cato 6, 18. — De bello Punico cum aliud M. Catoni, aliud L. Lentulo videretur, nulla inter eos concertatio unquam fuit. Tuscul. 3, 21, 51. — Eum Graecas litteras in senectute didicisse accepi. Acad. 2, 2, 5. — Graecas litteras senex didicit. Cato 8, 26. — In ipsa senectute praeter ceteros floruit. Lael. 1, 4. — Cato maior, quia multarum rerum usum haberet (multa eius et in senatu et in foro vel provisa prudenter vel acta constanter vel responsa acute ferebantur) propterea quasi cognomen iam habebat in senectute Sapientis. Lael. 2, 6. — Constantissime mortem filii tulit. Ibid. §. 9. — M. Cato censorius summo ingenio, summa virtute filium perdidit. ad Fam. 4, 6, 1. — Amisit filium praetorem designatum. Tuscul. 3, 28, 70. — Cato Censorius annos LXXXV. natus excessit e vita, cum quidem eo ipso anno (u. c. 605.) contra Ser. Galbam ad populum summa contentione dixisset, quam etiam orationem scriptam reliquit et in Origines suas rettulit. Brut. 20, 80. cfr. ibid. 23, 90. — Livius 39, 40. nonagenarium facit, alios auctores secutus. — M'. Curii focum, cum venerat ad se in Sabinos, visere solebat. de Rep. 3, 28, 40. — Scitum est illud Catonis, ut multa:

melius de quibusdam acerbos inimicos mereri quam eos amicos, qui dulces videantur; illos verum saepe dicere, hos nunquam. Lael. 24, 90. Ibid. 27, 101. — Vetus illud Catonis admodum scitum est, qui mirari se aiebat, quod non rideret haruspex, haruspicem cum vidisset. de Divin. 2, 24, 51. — Dicebat dissuendas magis quam discindendas esse amicitias. Lael. 21, 76. — Catonis Censorii faceta dicta de eo, quod maxime in re familiari expediret, et de fenerando. de Off. 2, 25, 89. — Quid tradiderit de Africano maiore. Ibid. 3, 1, 1. de Rep. 1, 17, 27. — Catonis est dictum, „pedibus compensari pecuniam.“ pro Flacco 29, 71. — M. Cato Sapiens cellam penariam rei publicae nostrae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat. Verr. Accus. 2, 2, 5. — Cum Cato percussus esset ab eo, qui arcam ferebat, cum ille diceret „Cave“: rogavit, „num quid aliud ferret praeter arcam?“ de Or. 2, 69, 279. — Constans opinio de eius virtute. Topic. 20, 78. — Quemquamne existimas Catone commodiorem, comiorem, moderatiorem fuisse ad omnem rationem humanitatis? pro Murena 31, 66. — Eloquentissimus et iuris civilis omnium peritissimus. de Or. 1, 37, 171. — M. Cato et C. Laelius sapientes fuerunt. de Off. 3, 4, 16. — Studiosum Catonem fuisse traditum est. Tuscul. 1, 3, 5. — M. Cato fortissimus vir et illis temporibus doctissimus. pro Archia 7, 16. — Eloquens et civili scientia praeditus. de Or. 1, 49, 215. — Quid ei praeter hanc politissimam doctrinam transmarinam atque adventiciam defuit? (Aliae eius laudes magnificae ex ore L. Crassi). de Or. 3, 33, 135. — Cato Censorius in caelum tollitur ab Ennio. pro Archia 9, 22. — Amplissimas ei laudes tribuit Africanus minor de Rep. 2, 1, 1. — Is dicere solebat, ob hanc causam praestare nostrae civitatis statum ceteris civitatibus, quod in illis singuli fuissent fere, qui suam quisque rem publicam constituissent legibus atque institutis suis: nostra autem res publica non unius esset ingenio, sed multorum, nec una hominis vita, sed aliquot constituta seculis et aetatibus. Ibid. §. 2. et 3. Ibid. 21, 37. — Catones, Phili, Laelii. Eorum sapientia temperantiaque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspectae. de lege agr. 2, 24, 64. — Anno u. c. 604. septimus ei Originum liber erat in manibus cet. Cato 11, 38. — In principio scripsit Originum suarum clarorum virorum atque magnorum non minus otii quam negotii rationem exstare oportere. pro Plancio 27, 66. — Est in Originibus, solitos esse in epulis canere convivas ad tibicinem de clarorum hominum virtutibus: honorem tamen poëtis non fuisse declarat oratio Catonis, in qua obiecit ut probrum M. Nobiliori, quod in provinciam poëtas (Ennium) duxisset. Tuscul. 1, 2, 3. — Cato in Originibus dixit morem apud maiores hunc epularum fuise, ut deinceps, qui accubarent, canerent ad tibiam clarorum virorum laudes atque virtutes. Tuscul. 4, 2, 3. — In Originibus scriptum reliquit, multis seculis ante suam aetatem in epulis carmina cantitata a singulis convivis de clarorum virorum laudibus. Brut. 19, 75. — Ser. Sulpicii Galbae acer inimicus, aspere adversus hunc apud po. Ro. et vehementer est locutus, quam orationem in Originibus suis exposuit ipse. de Or. 1, 53, 227. — Legiones scribit Cato (in Originibus, an in libro de disciplina militari?) saepe alacres in eum locum profectas, unde redituras se non arbitrarentur. Tuscul. 1, 42, 101. — Locus ex Originibus. Cato 20, 75. — Loci ex Originibus. Varro RR. 1, 2, 7. et 2, 3, 3. — Origines eius quem florem aut quod lumen eloquentiae non habent? Brut. 17, 66. Sed cfr. Ibid. 85, 294. — Quomodo historiam scripserit? de Or. 2, 12, 51. — Cato historicus exilis. de Legg. 1, 2, 6. — Salustius in Lib. I. Historiarum (Gerlach. p. 213.) tribuit Catoni brevitatem: *Romani generis disertissimus* [multa] *paucis absolvit;* Fannio vero veritatem. Victorin. I. p. 57, 31. — Eius orationes non minus multae fere sunt, quam Attici Lysiae, cuius arbitror plurimas esse. — Comparatur eius dicendi genus cum Lysia. Brut. 16, 63. Sed cfr. Ibid. 85, 293. Ibid. 87, 298. — Centum quinquaginta eius orationes invenit et legit Cicero. Ibid. 17, 65. — Cedebat Galbae. Ibid. 97, 333. — Catonis orationes horridulae, etiam propter frequentem concursum vocalium. Orat. 45, 152. — Catonem quis nostrorum oratorum, qui quidem nunc sunt, legit? aut quis novit omnino? Brut. 17, 65. — Amatores huic desunt, sicuti multis iam ante seculis et Philisto et

ipsi Thucydidi. Eius luminibus obstruxit haec posteriorum quasi exaggerata altius oratio. Ibid. §. 66. — Cato annos LXV. natus (a. u. c. 585.) legem Voconiam magna voce et bonis lateribus suasit. Cato 5, 14. — M. Porcius Cato accusavit Sergium Galbam pro direptis Lusitanis et P. Furium pro iisdem propter iniquissimam aestimationem frumenti. Pseudoascon. in Divin. p. 124. — Locus ex eius oratione. de Off. 3, 29, 104. — Fragmentum ex Oratione eius. Cato 18, 62. — Fragmentum eius Orationis „de virtute sua contra Thermum.“ (Q. Minucium Thermum cos. a. u. c. 561.) Schol. Bob. pro Milone p. 289. — Ex eius Orationibus exempla inseruit Marius Victorinus in Commentariis ad Ciceronis Topica. Boëth. I. p. 271. — A sene Catone collecta sunt ἀποφθέγματα. de Off. 1, 29, 104. — M. Catonis Censorii ἀποφθέγματα. de Or. 2, 67, 271. — Liber, quem de rebus rusticis scripsit, memoratur: Cato 15, 54. — In eius libro, qui de agricultura est editus, multa sunt supervacanea. Varro RR. 1, 2, 28. — Eius epistola ad M. Popillium Cos. a. u. c. 581. de Off. 1, 11, 36. — Ad Marcum filium. Ibid. §. 37. — In familiaribus litteris ipsarum quoque sententiarum ne diu circumferatur, quod Cato ait, „ambitio.“ Iulius Victor p. 266. — In eius libris nominatim fere refertur, quid alicui de iure viro aut mulieri responderit. de Or. 2, 33, 142. — Cato ille sapiens queritur multa auguria, multa auspicia negligentia collegii (Augurum) amissa plane et deserta esse. de Divin. 1, 15, 28. — Africanum maiorem scribit solitum esse dicere, nunquam se plus agere, quam nihil cum ageret, nunquam minus solum esse, quam cum solus esset. de Rep. 1, 17, 27. — Propositio facti cum persona eius, qui arguitur, vel quolibet alio modo invidiam comparans aut extenuans summa dicetur. Et haec est, quam Cato in libro suo appellat *vires causae*. Victorinus II. p. 178. — Catonis praeceptum paene divinum: „rem tene: verba sequentur.“ Iulius Victor p. 197. Idem p. 212. — Cato accensos ministratores esse scribit. Varro LL. 7, 3. p. 342. — M. Cato et ceteri aetatis eius *feneratorem* sine *a* littera pronuntiarunt. Varro Fragmm. p. 187. Bip. — Cato et Ennius scribit *solui*, non, ut dicit volgus, *solitus sum*. Varro LL. 9, 61. p. 535. — Her. 4, 5, 7. de Inv. 1, 4, 5. Parad. 1, 2, 12. de Or. 3, 15, 56. — M. Cato ille Censorius pro maligno et invido habitus est. Schol. Bob. pro Plancio p. 254. — Porcia lex. Verr. Accusat. 5, 63, 163. „Hanc non puto ad P. Porcium Laecam trib. pl. pertinere, sed ad celebrem illum M. Porcium Catonem, qui sese *pro scapulis* dixisse apud Festum in ea voce tradit.“ ZUMPT. — Cato maior sive de M. Porcii Catonis Censorii vita et moribus commentatio. Scripsit G. Ern. Weber. Bremae 1831. 4.

M. PORCIUS CATO (LICINIANUS) filius M. Catonis Censorii, gener L. Aemilii Paulli Macedonici. Cato 6, 15. — Praetor designatus mortuus est a. u. c. 601. patre etiam tunc vivente. Cfr. Cato 19, 68. — Nemo vir melior natus est, nemo pietate praestantior. Ibid. 23, 84. ad Fam. 4, 6, 1. — In exercitu Popillii in Liguria tiro militavit. de Off. 1, 11, 36.

M. PORCIUS CATO, (SALONIANUS), non proprie dicendus orator. Brut. 62, 222. — M. Cato, Catonis Uticensis pater: ut enim ceteri ex patribus, sic hic, qui illud lumen progenuit, ex filio est nominandus. — Sententia ab eo dicta in causa T. Claudii Centumali. de Off. 3, 16, 66. Schol. Bob. pro Archia p. 356. Val. Max. 8, 2, 1.

M. PORCIUS CATO (UTICENSIS). Eum Cicero pronepotem fuisse dicit (ex minore filio) M. Catonis Censorii. Fragmm. p. 487. — Cato Censorius filium generavit anno aetatis octogesimo exacto e filia Salonii, clientis sui. Qua de causa aliorum eius liberorum propago Liciniani sunt cognominati, hi Saloniani, ex quibus Uticensis fuit. Plin. H. N. 7, 12. — Eius avunculus M. Livius Drusus, tribunus pl. pro Milone 7, 16. — Iudex in causa Milonis. Ibid. 16, 44. — (In Catilinaria coniuratione) itum est in sententiam Catonis, quia verbis luculentioribus et pluribus rem eandem (ac consulares) comprehenderat. M. Bruti in ea re error. ad Att. 12, 21, 1. — Eius oratio in senatu de animadversione in Catilinarios. Sal. Catil. 52. — Comparatur cum Caesare. Catoni studium modestiae, decoris, sed maxume severitatis erat. Non divitiis cum divite, sed cum strenuo virtute, cum modesto pudore, cum innocente abstinentia certabat; esse quam videri bonus malebat, ita quo minus gloriam petebat,

eo magis sequebatur. Ibid. 53. — M. Cato, tribunus pl. a. u. c. 692. Eius laudes in coniuratione Catilinae. pro Sestio 5, 12. Ibid. 28, 61. — M. Cato accusavit L. Murenam. de Finn. 4, 27, 74. — Lepide propter nimium Stoicae disciplinae rigorem exagitatur in Orat. pro Murena 2, 3. seqq., in primis 29, 61. — Te appello Cato: nonne prospicis tempestatem anni tui? Iam enim hesterna contione intonuit vox perniciosa designati tribuni, collegae tui: contra quem multum tua mens, multum omnes boni providerunt, qui te ad tribunatus petitionem vocaverunt. pro Murena 38, 81. — Designatus ille tribunus est Q. Metellus Nepos. Cfr. Garaton. ad argum. Sullanae p. 260. Neap. — M. Porcius Cato tribunus pl. contradixit Q. Metello Nepoti collegae. Schol. Bob. pro Sestio p. 302. — Instat et urget Cato de P. Clodii incesto. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 13, 3. — Convicium Pisoni consuli mirificum fecit. Ibid. 14, 5. — Unus est, qui nunc (a. u. c. 694.) curet rem publicam constantia magis et integritate, quam, ut mihi videtur, consilio aut ingenio, Cato; qui miseros publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensem vexat. ad Att. 1, 18, 7. — In Iulias (C. Caesaris) leges, cum diu perseverasset non iurare, ad extremum coactus suasionibus plurimorum videtur accommodasse consensum. Schol. Bob. pro Sestio p. 302. — Intemperantiam illorum sumus experti, qui Catoni irati omnia perdiderunt. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 21, 1. — Quod purgas eos, quos ego mihi scripsi invidisse, et in eis Catonem; ego vero tantum illum puto isto scelere abfuisse, ut maxime doleam plus apud me simulationem aliorum quam istius fidem valuise. (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 15, 2. — Cato optimo animo utens et summa fide, nocet interdum rei publicae. Dicit enim tamquam in Platonis πολιτείᾳ, non tamquam in Romuli faece sententiam cet. ad Att. 2, 1, 8. — Cato ille noster mihi unus est pro centum milibus. Ibid. 5, 1. — Festive et minore sonitu, quam putaram, orbis hic in re publica est conversus; citius omnino, quam oportuit, culpa Catonis (qui miseros vexavit publicanos.) ad Att. 2, 9, 1. — Cum Catone meo saepe dissensi. Nimis mihi praefracte videbatur aerarium vectigaliaque defendere, omnia publicanis negare, multa sociis. de Off. 3, 22, 88. — M. Cato Caesaris desideriis contradixit in causa publicanorum et diem totum prolixitate orationis suae occupavit, ut senatus decernendi spatium non haberet. Schol. Bob. pro Plancio p. 259. — In Cyprum missus a. u. c. 696. lege P. Clodii trib. pl. ad publicandum regem Ptolemaeum. pro Sestio 28, 60. — M. Cato, a P. Clodio praefectus Ptolemaeo Cypri regi publicando. Amplissimae eius laudes. Pro domo 8, 20. seqq. Ibid. 25, 65. — P. Vatinii petitionem praeturae Cicero gravissimis in senatu sententiis oppugnavit, neque tam illius laedendi causa quam defendendi atque ornandi Catonis. ad Fam. 1, 9, 19. — M. Cato repudiatus a Pompeio et Crasso coss. a. u. c. 699. ad Q. Fr. 2, 9, 3. — M. Cato praetor a. u. c. 700. aegrotat. ad Att. 4, 16, 7. — Pomptinus volt -- triumphare. Huic obviam Cato et Servilius praetores aperte et Q. Mucius tribunus. — Cato affirmat se vivo illum non triumphaturum. Id ego puto, ut multa eiusdem, ad nihil recasurum. Ibid. §. 12. — M. Cato et Servilius praetores prohibituros se minantur Pomptini triumphum. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 4, 6. — Avunculus M. Bruti. ad Att. 21, 13. — Salaminiorum Cypriorum civitas in eius et Bruti fide locata. Ib. Lib. 6, 1, 5. — Eius πολίτευμα. Ib. §. 12. — M. Cato praetor, a. u. c. 700. praefuit iudicio A. Gabinii de repetundis. ad Q. Fr. 3, 1, 5, 15. — Divinationi in Gabinium inter eius accusatores. Ibid. Ep. 2, 1. — Diremptis tabulis de circulo se subduxit et Pompeio primus nuntiavit absolutum esse Gabinium. ad Q. Fr. 3, 4, 1. — M. Porcius Cato, praetor a. u. c. 700., in Scauri iudicio ab aequitate ea, quae et vitam eius et magistratum illum decebat, nusquam deflexit. Ascon. in Scaur. p. 20. — M. Porcius Cato iudicium M. Scauri, quia aestate agebatur (a. u. c. 700.), sine tunica exercuit campestri sub toga cinctus. In forum quoque sic descenderat iusque dicebat, idque reppererat ex vetere consuetudine, secundum quam et Romuli ac Tatii statuae in Capitolio et in Rostris Camilli fuerunt togatae sine tunicis. Ascon. in Scaur. p. 30. — Affuit Miloni. Id. in Mil. p. 35 et 53. — Comitia (a. u. c. 700) si gratuita fuerint, ut putantur, plus unus Cato fuerit (*potuerit?*) quam omnes leges

omnesque iudices. ad Q. Fr. 2, 15 b., 1. — Tribunicii candidati iurarunt se arbitrio Catonis petituros (a. u. c. 700.); quae comitia si gratuita fuerint, plus unus Cato potuerit quam omnes quidem iudices. ad Att. 4, 15, 7. — Milonis causam in senatu defendit. ad Fam. 15, 4, 12. — Eius duae maxime clientelae Cyprus insula et Cappadociae regnum. Ibid. §. 15. — De Cicerone honorifice locutus, (tamen) non decrevit supplicationes. (a. u. c. 704.) Caelius ad Fam. 8, 11, 2. — Cato, qui supplicationem mihi non decrevit, plus decrevit, quam si omnes decresset triumphos. ad Att. 7, 1, 7. — Honorificentissimam in me sententiam dixit. Ib. §. 8. — Cato quidem in me turpiter fuit malevolus. Dedit integritatis, iustitiae, clementiae, fidei mihi testimonium, quod non quaerebam; quod postulabam, id negavit. Itaque Caesar iis litteris, quibus mihi gratulatur et omnia pollicetur, quomodo exultat Catonis in me ingratissimi iniuria! At hic idem Bibulo (supplicationem) dierum XX. Ib. Ep. 2, 7. — Bibulum cum ornavit Cato, declaravit iis se solis non invidere, quibus nihil aut non multum ad dignitatem posset accedere. Ib. Ep. 3, 6. — Mense Ianuario a. u. c. 705. omnes cupiebant Caesarem, abductis praesidiis, stare condicionibus iis, quas tulisset. Uni Favonio leges ab illo nobis imponi non placebat; sed is haud auditus in consilio. Cato enim ipse iam servire quam pugnare mavolt. Sed tamen ait in senatu se adesse velle, cum de condicionibus agatur, si Caesar adductus sit, ut praesidia deducat. Ita, quod maxime opus est, in Siciliam ire non curat; quod metuo ne obsit, in senatu esse volt. Ib. Ep. 15, 2. — Cato, qui Siciliam tenere nullo negotio potuit et, si tenuisset, omnes boni ad eum se contulissent, Syracusis profectus est a. d. VIII. Kal. Mai. (705). ad Att. 10, 16, 3. — Concursus Siculorum ad Catonem dicitur factus; orasse, ut resisteret, omnia pollicitos, commotum illum, delectum habere coepisse. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 12, 2. — M. Cato et M. Varro in bello Pharsalico Dyrrhachii erant. de Divin. 1, 32, 68. — M. Cato Italia prohibitus a. u. c. 706. ad Att. 11, 7, 1. — Sulpicii consilium etsi non tam gloriosum est quam Catonis, tamen et periculo vacuum est et dolore. Ibid. §. 4. — Multa M. Catonem fefellerunt. de Divin. 1, 14, 24. — M. Cato praeclare periit. ad Fam. 9, 18, 2. — Cato sic abiit vita, ut causam moriendi nactum se esse gauderet. Tuscul. 1, 30, 74. — M. Catone mortuo, senatus quasi pupillus relictus. de Or. 3, 41, 165. — Catoni placuit meus consulatus. — Multa vita excedens providit, tum quod Antonium consulem non vidit. Philipp. 2, 5, 12. — M. Cato comparatus cum ceteris, qui se in Africa Caesari tradiderunt. Ei, cum incredibilem tribuisset natura gravitatem eamque ipse perpetua constantia roboravisset, semperque in proposito susceptoque consilio permansisset, moriendum potius quam tyranni voltus aspiciendus fuit. de Off. 1, 31, 112. — Ad eum scriptae sunt Ep. 3, 4 et 6. Lib. 15. ad Fam. Eius est Ep. 5. eiusdem libri. — Stoici traducti a disputando ad dicendum inopes reperiuntur. Unum excipio Catonem, in quo perfectissimo Stoico summam eloquentiam non desiderem. Brut. 30, 118. — M. Cato, avunculus Bruti, saepe, cum in senatu sententiam diceret, locos graves ex philosophia tractabat, abhorrentes ab usu forensi et publico: sed dicendo consequebatur tamen, ut illa etiam populo probabilia viderentur cet. Parad. Prooem. 1. seqq. — Cato, Stoicus perfectus. Ibid. — M. Cato Uticensis magnus orator in senatu. de Legg. 3, 18, 40. — Catonis animus. Fragmm. pag. 467. — M. Cato omnium gentium virtute princeps. Philipp. 13, 14, 30. — M. Cato Utic. omnia semper constanter et fortiter. pro Milone 22, 58. — M. Cato heros ille noster. ad Att. 1, 17, 9. — M. Cato Utic. avunculus et tutor L. Luculli filii. — Erat in eo inexhausta aviditas legendi; — in ipsa curia solebat legere saepe, dum senatus cogeretur. de Finn. 3, 2, 7. — ad Attic. 13, 6. Varro RR. 3, 2, 17. — M. Cato bellum omne Mithridaticum cum mulierculis gestum esse dicebat. pro Murena 14, 31. — Confeci quinque libros περὶ τελῶν, ut Epicurea L. Torquato, Stoica M. Catoni, περιπατητικά M. Pisoni darem. ad Att. 13, 19, 4. — Cum a nostro Catone laudabar, vel reprehendi me a ceteris facile patiebar. Orat. 13, 41. — Fragmm. p. 466. Fragmm. p. 580. bis. — Catonis Uticensis laudationem conscripsit M. Fadius Gallus (a. u. c. 709.) ad Fam. 7, 24, 2. — Catonis laus a Cice-

rone composita. Fragmm. p. 466. — De Catone πρόβλημα Ἀρχιμήδειον est. Non assequor, ut scribam, quod tui convivae non modo libenter, sed etiam aequo animo legere possint. Quin etiam, si a sententiis eius dictis, si ab omni voluntate consiliisque, quae de re publica habuit, recedam ψιλῶςque velim gravitatem constantiamque eius laudare, hoc ipsum tamen istis odiosum ἄκουσμα sit. Sed vere laudari ille vir non potest, nisi haec ornata sint: quod ille ea, quae nunc sunt, et futura viderit, et, ne fierent, contenderit, et, facta ne videret, vitam reliquerit. (Scripta haec sunt a. u. c. 708.) ad Att. 12, 4, 2. — Cato me quidem delectat; sed etiam Bassum Lucilium sua. Ib. 5, 2. — Qualis futura sit Caesaris vituperatio contra laudationem meam, perspexi ex eo libro, quem Hirtius ad me misit, in quo colligit vitia Catonis, sed cum maximis laudibus meis. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 40, 1. — Hirtii librum, quem ad me misit de Catone, propterea volo divolgari a tuis, ut ex istorum vituperatione sit illius maior laudatio. Ib. 44, 1. Ib. 45, 3. — Eius laudatio a Cicerone composita, a Caesare impugnata. Topic. 25, 94. — Absoluto Catone (i. e. laudatione Catonis) Cicero statim Oratorem aggressus est. Orat. 10, 35. — Cato quadrimus. Tu, Tiro, istic, si quid librarii mea manu non intelligent, monstrabis. Una omnino interpositio difficilior est, quam ne ipse quidem facile legere soleo, de quadrimo Catone. ad Fam. 16, 22, 1. „Loquitur, ut videtur, de libro, quem de laudibus Catonis Uticensis scripserat. Locum de quadrimo Catone intelligunt de constantia pueri, cum de fenestra praecipitare minarentur, ni promitteret, quod vellent, cum ille negasset se facturum; ipse autem maneret in sententia. Ern. — Catonem veteres inimicitiae Caesaris incitant et dolor repulsae. Caesar Civ. 1, 4. — Latum ab decem tribunis pl., contra dicentibus inimicis, Catone vero acerrime repugnante et pristina consuetudine dicendi mora dies extrahente, ut Caesaris ratio absentis haberetur, ipso consule Pompeio. Ibid. 32. — M. Cato, qui Uticae praeerat a. u. c. 707., Cn. Pompeium filium multis verbis assidueque obiurgare non desistebat. Bell. Afric. 22. — Dilectus quotidie libertinorum, servorum denique et cuiusquemodi generis hominum, qui modo per aetatem arma ferre poterant, habere atque sub manum Scipionis in castra submittere non intermittit. Ibid. 36. — Post proelium ad Thapsum mense Aprili a. u. c. 707. commissum, complures ex fuga Uticam perveniunt. Quos omnes Cato convocatos una cum trecentis, qui pecuniam Scipioni ad bellum faciendum contulerant, hortatur, ut servitia manumitterent Uticamque defenderent. Quorum cum partem assentire, partem animum mentemque perterritam atque in fugam destinatam habere intellexisset, amplius de ea re agere destitit navesque iis attribuit, ut in quas quisque partes vellet, proficisceretur. Ipse, omnibus rebus diligentissime constitutis, liberis suis L. Caesari, qui tum ei pro quaestore fuerat, commendatis et sine suspicione, voltu atque sermone, quo superiore tempore usus fuerat, cum dormitum isset, ferrum intro clam in cubiculum intulit atque ita se transiecit. Qui cum anima nondum exspirata concidisset et impetu facto in cubiculum ex suspicione, medicus familiaresque continere atque volnus obligare coepissent, ipse suis manibus volnus crudelissime divellit atque animo praesenti se interemit. Quem Uticenses, quamquam oderant partium gratia, tamen propter eius singularem integritatem et quod dissimillimus reliquorum ducum fuerat quodque Uticam mirificis operibus munierat turresque auxerat, sepultura afficiunt. Ibid. 87. — Eius ingenium versutum, loquax, callidum haud contemno. Pseudosal. ad Caes. 2. p. 275.

M. Porcius Cato, filius. Catonis filio vitam concessit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 89. — Cato pupillus Ciceronis a. u. c. 709. Pisoni, quid est, quod honestius respondere possimus quam solitudinem Catonis? ad Att. 13, 6, 1. — Confer Pseudocic. ad Brut. 1, 5. Ibid. Ep. 14.

M. Porcius Laeca, senator, Catilinarius. Sal. Catil. 17. — Coniurationis principes per eum convocati. Ibid. 27. — Apud eum Catilina distribuit partes Italiae. in Catil. 1, 4, 9. Ibid. 2, 6, 13. — M. Porcium Laecam, socium Catilinae nemo defendit. pro Sulla 2, 6. Ibid. 18, 52.

L. Porcius L. F. M. N. Licinus consul cum P. Claudio Pulchro a. u. c.

570. Brut. 15, 60. (*Licinus* scribendum esse, non *Licinius*, recte monent Viri docti ad Liv. 39, 32. Ern.)

Porcius Licinus, cuius de initiis poësis Romanae versus duos trochaicos Gellius citat Lib. 17, 21., ab eodem L. 19, 9. Q. Lutatio Catulo cos. a. u. c. 652. praeponitur. Probabile est eundem intelligendum esse apud Cic. de Finn. 1, 2, 5. Cfr. Madvigii *Comment. de L. Attii didascalicis* p. 20. — Porcius Licinus persecutus erat historiam et vicissitudines artis poëticae apud Latinos et haud dubie singulos summatim percensuerat poëtas suumque de iis interposuerat iudicium; ut de Attilio: *ferreum scriptorem, verum opinor, scriptorem tamen, ut legendus sit.* de Finn. 1, 2, 5. Terentii iuniorem aequalem fuisse nescio quam vere suspicatur Weichert Poët. Lat. p. 138., cum potius circa a. u. c. 640. floruisse videatur. Distinguendus utique a C. Licinio Calvo, et a C. Licinio Imbrice, poëta comico. — Porcius Licinus de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutulinae loca. Varro LL. 5, 34. p. 165.

Porsena, Etruriae rex, a Tarquinio contra Romam excitatus. ad Att. 9, 10, 3. — Eum C. Mucius interficere conatus est. pro Sestio 21, 48. — Eius necem tentavit C. Mucius. Parad. 1, 2, 12. — Eius sepulcrum Clusii. Varro Fr. p. 337. Bip.

Porta Lavernalis. Varro LL. 5, 34. p. 261.

Porta Mucionis in Palatio. Varro LL. 5, 34. p. 164. Varro Fr. p. 141. Bip.

Porta Naevia. Varro LL. 5, 34. p. 163.

Porta Raudusculа. Varro LL. 5, 34. p. 165.

Porta Romanula. Varro LL. 5, 34. p. 164. Ib. 6, 3. p. 206.

Portunalia. Varro LL. 6, 3. p. 201.

Portunus deus, dictus a *portu.* de Nat. D. 2, 26, 66.

Posides Macros (al. *Matro*) Soluntinus, homo summa nobilitate, existimatione, virtute. Verr. Accusat. 2, 42, 102.

Posidonius omnium maximus Stoicorum. Fragmm. p. 482. — Eius aegrotantis cum Pompeio sermo. Tuscul. 2, 25, 61. — Ad me rescripsit Rhodo Posidonius (a. u. c. 694.) se, nostrum illud ὑπόμνημα (de consulatu meo) cum legeret, quod ego ad eum, ut ornatius de iisdem rebus scriberet, miseram, non modo non excitatum esse ad scribendum, sed etiam plane deterritum. ad Att 2, 1, 2. — Posidonius a deo, deinde a fato, deinde a natura vim omnem divinandi rationemque repetiit. de Divin. 1, 55, 125. Ibid. 57, 130. — Posidonius, Panaetii auditor, quinque libros de divinatione edidit. de Divin. 1, 3, 6. — Prognosticorum causas persecutus est. Ibid. 2, 21, 47. — Posidonius divinare morientes exemplo Rhodii cuiusdam confirmat. de Divin. 1, 30, 64. — Posidonius in libro quinto de natura deorum disseruit, nullos esse deos Epicuro videri, quaeque is de diis immortalibus dixerit, invidiae detestandae gratia dixisse. de Nat. D. 1, 44, 123. — Posidonius breviter locum illum, si id, quod speciem haberet honesti, pugnaret cum eo, quod utile videretur, tetigit in quibusdam commentariis. de Off. 3, 2, 8. — Eius epistola ad P. Rutilium Rufum. Ibid. §. 10. — Ea quae Panaetius praetermisit περὶ τοῦ καθήκοντος Posidonius persecutus est. In eius libro est περὶ τοῦ κατὰ περίστασιν καθήκοντος. ad Att. 16, 11, 5. — Posidonius sphaeram effecit, cuius singulae conversiones idem efficiunt in sole et in luna et in quinque stellis errantibus, quod efficitur in caelo singulis diebus et noctibus. de Nat. D. 2, 34, 88. — Posidonius quaedam (pace magistri dixerim) comminisci videtur. de Fato 3, 5. Ibid. 4, 7. — Posidonius reprehensus, quod permulta tetra et obscoena collegerit. de Off. 1, 45, 159. — Eius Mathematica (astrologica). Boëth. de diis p. 395. — Confer etiam de Finn. 1, 2, 6. Tuscul. 5, 37, 107. de Nat. D. 1, 3, 6. Cfr. Posidonii reliquiae doctrinae. Collegit atque illustravit Ianus Bake. Accedit D. Wyttenbachii annotatio. Lugduni Bat. 1810. 8.

Posidorus (*Pasidorus* praefert Zumpt.) Thermitanus. Verr. Accusat. 3, 42, 99.

Posis, plasta Romanus. Varro Fr. p. 353. Bip.

Postumia, Ser. Sulpicii uxor. ad Fam. 4, 2, 1. — „Postumiae partes in illis quoque negotiis civilibus proxime ante bellum Pharsalicum fuisse, ne cui insolens mulierariae πολυπραγμοσύνης (ita enim illa consueverat. ad

Attic. 12, 11.) exemplum videatur: penitius quidem Postumiana consilia perspicient, qui, quae sunt apud Suetonium in *Caesare* Cap. 50. de sumptuosis matronarum amoribus narrata, in quibus et Postumiae locus, huc revocarint meminerintque Ciceronis ad Atticum scribentis 10, 9, 3.: *Servium exspecto ad Nonas: et adigit ita Postumia*, Adigebat fortassis eadem δραστηρίως in primis mulier, ut Servium filium mitteret tardus et lectulo affixus maritus ad Pompeium vel capiendum vel interficiendum. ad Attic. 10, 3 A., 2. Haec enim est illa Servii filii *militia Brundisina*, uti acerbe Cicero appellat ad Attic. 10, 14, 3. Martyni-Laguna Ep. Cic. p. 161. — Postumia, amica Pomptini. ad Att. 5, 21, 9. — Postumiae filius. Ib. §. 14. Ib. Lib. 10, 10, 4.

Q. et Cn. Postumii Curtii. Cfr. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 187.

Postumius, homo voluptuosissimus. de Finn. 2, 22, 70. Vide C. Hirrius.

Postumius (alii male: Postumus:) filius sororis Gellii, hominis perditi, adolescens gravis, senili iudicio avunculum notavit, cum in magno numero tutorum tutorem liberis non instituit. pro Sestio 52, 111. — Rapit Pomptinum Postumius Romam, fortasse etiam Postumia. ad Att. 5, 21, 9. — Postumius, de quo nominatim senatus decrevit (a. u. c. 705.), ut statim in Siciliam iret Furfanioque succederet, negat se sine Catone iturum et suam in senatu operam auctoritatemque quam magni aestimat. ad Att. 7, 15, 2. — Postumius, Caesaris amicissimus (a. u. c. 708.) ad Fam. 6, 12, 2. — Postumius, familiarissimus Ciceronis (a. u. c. 708.) ad Fam. 13, 69, 1. — Matius ac Postumius procuratores ludorum Octavii a. u. c. 710. mihi non placent. Saserna collega dignus. ad Att. 15, 2, 3. — Huius Postumii nec praenomen nec cognomen usquam repperi.

C. Postumius, haruspex Sullae tempore. de Divin. 1, 33, 72.

Cn. Postumius „familiaris meus, ornatissimus vir, subscriptor accusationis L. Murenae." pro Murena 26, 54. Ibid. 27, 56. — Praetorius candidatus. Ibid. §. 57. Ibid. 33, 69.

L. Postumius et M. Favonius mihi videntur quasi magnae navis supervacua onera esse cet. Pseudosal. ad Caes. 2. p. 275. Gerl.

M. Postumius quaestor C. Verris in Sicilia provincia. Verr. Accusat. 2, 18, 44.

P. Postumius, familiaris M. Marcelli. ad Fam. 4, 12, 2.

T. Postumius praetor a. u. c. 697. periit in bello civili; non contemnendus in dicendo: de re publica vero non minus vehemens orator quam bellator fuit; effrenatus et acer nimis, sed bene iuris publici leges atque instituta cognoverat. Brut. 77, 269. ad Attic. 7, 16.

A. Postumius Albus Regillensis. Apud Regillum bello Latinorum, cum A. Postumius dictator cum Octavio Mamilio Tusculano proelio (al. *pro imperio*) dimicaret (a. u. c. 259.), in nostra acie Castor et Pollux ex equis pugnare visi sunt. de Nat. D. 2, 2, 6. Ibid. 3, 5, 11. — Ab eo aedes Castori et Polluci in foro dedicata. Ibid. §. 13.

(Postumius) Albinus flamen, in numero est habitus disertorum. Brut. 35, 135.

A. Postumius A. F. A. N. Albinus, Q. Fulvius censores a. u. c. 580. Verr. Accusat. 1, 41, 106. — A. Albinus, P. Scipione et M. Marcello Coss. praetor (a. u. c. 599.), cum L. Licinio Lucullo consul (a. u. c. 603.) doctus sane homo, ut indicat ipsius historia scripta Graece, iocatur cum Carneade. Acad. 2, 45, 137. — A. Postumius Albinus, is, qui Graece scripsit historiam, qui consul cum L. Lucullo fuit (a. u. c. 603.), et litteratus et disertus fuit. Brut. 21, 81. Polybius 40, 6. p. 715. Schweigh. laudat eius ποίημα et πραγματικὴν ἱστορίαν. Gell. N. A. 11, 8. ex libro Cornelii Nepotis de illustribus viris: Albinus, qui cum L. Lucullo consul fuit, res Romanas oratione Graeca scriptitavit. In eius historiae principio scriptum est ad hanc sententiam: „Neminem succensere sibi convenire, si quid in his libris parum composite aut minus eleganter scriptum foret. Nam sum," inquit, „homo Romanus natus in Latio. Graeca oratio a nobis alienissima est;" ideoque veniam gratiamque malae existimationis, si quid esset erratum, postulavit. Eam cum legisset M. Cato: „Nae tu" inquit, „Aule, nimium nugator es, cum maluisti culpam deprecari quam

culpa vacare. Nam petere veniam solemus, aut cum imprudentes erravimus, aut cum compulsi peccavimus. Tibi," inquit, „oro te, quis perpulit, ut id committeres, quod, priusquam faceres, peteres, ut ignosceretur." Iisdem paene verbis, ut solet, rem narravit Macrobius in Saturnaliorum praefatione. — A. Postumius Albinus (consul cum L. Licinio Lucullo a. u. c. 603.) unus ex decem legatis L. Mummii Achaici. ad Att. 13, 30, 3. — Eius statua in Isthmo posita. Ib. 32, 3. — De hoc A. Postumio Albino cfr. Krause Vitae et Fragm. Histor. p. 127 —132. Sed in eo videtur errare, quod historicum eundem esse putat, qui fuit censor a. u. c. 580. Vix enim credibile hunc vigesimo tertio anno post censuram gestam consulem creatum esse.

A. Postumius Albinus a fratre Spurio cos. a. u. c. 644. in Africa pro praetore relictus. Sal. Iug. 36. — Suthul oppidum, ubi Iugurthae thesauri erant, obsidet. Ib. 37. — Corruptus a Iugurtha. Ib. 38. — Circumventus a Iugurtha, foedus cum eo facit, ex quo is Romanos incolumes sub iugum missurus erat; praeterea uti diebus X. Numidia decederet. Ibid.

A. Postumius Albinus cos. cum M. Antonio a. u. c. 655. In eo fuit laus bene loquendi, Brut. 35, 135. Post red. ad Quir. 5, 11. — A. Postumium cos. a. u. c. 655. opinamur cum Sigonio fratrem esse Sp. Albini cos. a. 644. Goltzius vero Auli filium, Auli nepotem eum dicit. Piranesius. Rectius ab Eckhelio D. N. 5. p. 288. ad hunc A. Postumium cos. a. 655. referuntur nummi serrati cum inscriptione A. Post. A. F. S. N. Albin. Atque in Fastis Capitolinis ad annos 644 et 655. verba Sp. F. Sp. N. nituntur coniectura dumtaxat. Ex nummis igitur hoc prodit stemma:

Sp. Postumius Albinus
cos. a. u. c. 606.
|
A. Postumius Albinus
|
A. Postumius Albinus
cos. a. u. c. 655.

L. Postumius Albinus cos. a. u. c. 520. 525. et 539., antequam tertium consulatum iniret, in silva Litana (in Gallia Cisalpina) a Gallis occisus est. Tuscul. 1, 37, 89.; ubi falso legitur *Latini Albinum* pro *Litana Albinum*. Cfr. Liv. 23, 24.

Sp. Postumius Albinus et T. Veturius Calvinus Coss. iterum a. u. c. 433. Caudino proelio a C. Pontio Thelesino Samnite superati. Cato 12, 41. — Sp. Postumius Albinus et T. Veturius Calvinus Coss. iterum a. u. c. 433., qui cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis pacem cum Samnitibus fecerant, dediti sunt iis cet. de Off. 3, 30, 109.

Sp. Postumius Albinus consul a. u. c. 568. augur mortuus a. u. c. 574. Senectutis incommoda solebat deplorare. Cato 3, 7.

Sp. Postumius Albinus Magnus cos. a. u. c. 606. (probe distinguendus a Sp. Postumio Albino cos. a. u. c. 644.; ad quem volgo sequens locus refertur:) Multae sunt eius orationes. Brut. 25, 94.

Sp. Postumius Albinus, cos. a. u. c. 644. in Numidia cum Iugurtha bellum gerit, qui eum belli modo, modo pacis mora ludificat. Fuere, qui tum Albinum haud ignarum consili regis existumarent. Sal. Iug. 35 et 36. — Postquam comitiorum dies adventabat, Aulo fratre in castris pro praetore relicto Romam decessit. Ib. — Fratre sub iugum misso in Africam proficiscitur; sed ex copia rerum statuit sibi nihil agitandum. Ib. 39. — Metello cos. a. u. c. 645. tradit exercitum inertem atque imbellem. Ib. 44. — Sublatus (id est, condemnatus et in exsilium actus) a Gracchanis iudicibus. Brut. 34, 128.

P. Postumius Tubertus cos. a. u. c. 249. ante legem XII. Tabularum, virtutis causa in urbe sepultus, quod eius posteri iure tenuerunt. de Legg. 2, 23, 58.

Postumulenus, amicus Trebiani s. Trebonii, ceteroqui ignotus. ad Fam. 6, 10, 1.

Postumus et Postuma: post patris mortem nati. Varro LL. 9, 38. p. 500. Cognomen Curtiorum, Rabiriorum cet.

Postumus, cui Seplasia foetet. Varro Fr. p. 271. Bip.

Potamo, scriba et familiaris Q. Caecilii Nigri quaestoris in Sicilia. (a. u. c. 684.) Divinat. 9, 29.

Potentia, oppidum agri Piceni, colonia Romana. de Harusp. resp. 28, 62. Cfr. Livium Lib. 39, 41.

Potes Divi in Augurum libris. Varro LL. 5, 10. p. 64.

Pothinus, eunuchus, nutricius Ptolemaei, Achillan omnibus regis copiis praefecit, bellumque cum Caesare gerere instituit. Caesar Civ. 3, 108. — A Caesare interfectus. Ib. 112.

Potina, dea. Varro Fr. p. 319. Bip.

P. Potitius, falsa, ut videtur, lectio pro *P. Tettio*. Verr. Accusat. 1, 51, 135. 52, 137. 53, 139.

Praecilii, pater et filius. Hic familiaris Ciceronis commendatur Caesari (a. u. c. 709.) ad Fam. 13, 15, 1.

Praeneste, oppidum Latii non procul Roma, hodie *Palestrina*. Praeneste Catilina nocturno impetu occupare voluit. in Catil. 1, 3, 8. — Ludi ibi instituti. ad Att. 12, 2, 2. — Praeneste in solario Medidies pro Meridies incisum vidi. Varro LL. 6, 2. p. 187. — pro Plancio 26, 63.

Praenestinae nuces. Varro Fr. p. 323. Bip.

Praenestinae sortes: earum inventor, ut Praenestinorum monumenta declarant, N. Suffucius. de Divin. 2, 41, 85.

Praenestinus ager publicus a paucis possidebatur. de lege agr. 2, 28, 78.

Praetoria lex. Varro LL. 6, 2. p. 187.

Praxiteles falso olim legebatur pro Pasitele de Divin. 1, 36, 79.

Praxiteles, statuarius et sculptor unus ex nobilissimis, qui cum Euphranore Olymp. CIV. floruit. Eius patria ignota est. — Propter artificium egregium nemini est paullum modo humaniori ignotus. Varro Fr. p. 204. Bip. — Praxitelia capita. de Divin. 2, 21, 48. — Praxiteles in brachiis effingendis excellebat. Her. 4, 6, 9. (ubi est genitivi forma *Praxitelae.*) — Eius Cupido marmoreus Messanae apud C. Heium; idem artifex eiusdemmodi Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur: nam alia visendi causa nulla est. Verr. Accusat. 4, 2, 4. — Eius Cupido pulcherrimus apud Thespienses. Verr. Accusat. 4, 60, 135.

Preciana hereditas mihi magno dolori est. (a. u. c. 704.) ad Fam. 14, 5, 2. ad Att. 6, 9, 2. ad Att. 7, 1, 9.

Precianus, iureconsultus apud Caesarem gratiosus, Ciceronis et Trebatii amicus, circa a. u. c. 700. Eius epistola ad Ciceronem memoratur ad Fam. 7, 8, 2. Nomen indicat eum e gente Precia in aliam transisse adoptione.

L. Precius (non *Pretius*) splendidissimus eques Romanus, qui Panhormi negotiabatur. Verr. Accusat. 5, 62, 161. Ibid. 65, 168.

Prelius (non *Precius*) (lacus, in Antonini Itinerario *Aprilis lacus*) in Etruria, e regione Ilvae insulae, hodie *Castiglione della Pescaja*. pro Milone 27, 74.

Preteus, Thessalus, summae nobilitatis adolescens, suis ac suorum opibus Caesarem enixe iuvabat a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 35.

Priamus Troiae rex, quinquaginta habuit filios, e quibus septemdecim iusta uxore nati; eum tanta progenie orbatum, cum in aram confugisset, hostilis manus interemit. Tuscul. 1, 35, 85. — Non male ait Callimachus, *multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum*. Tusc. 1, 39, 93. — Priamus sapiens futura non prospiciebat. de Divin. 1, 39, 85. — Helenum filium et Cassandram filiam divinantes habebat cet. Ibid. 40, 89. — Conturbatus Hecubae somnio commenticio (in Accii, ut videtur, Hecuba.) de Divin. 1, 21, 42. — Priami carmen apud Accium. Varro LL. 7, 3. p. 314. de Divin. 2, 9, 22.

Priene, urbs Ioniae, Biantis patria. Parad. 1, 1, 8.

Prisci Latini. Vide Latini.

Privernas ager, a Priverno, Latii oppido. Delata ad Senatum eius labes. cum ad infinitam altitudinem terra desidisset. de Divin. 1, 43, 97. de lege agr. 2, 25, 66. — Privernas fundus M. Bruti ICti. de Or. 2, 55, 224. pro Cluentio 51, 141.

Probus, grammaticus Latinus. Rufinus p. 191. 194.

Procilius. A Dicaearcho multo plura didiceris quam de Procilio. ad Att. 2, 2, 2. — Procilius historicus, quid de Curtio tradiderit. Varro LL. 5, 32. p. 148 et 154. Pseudoascon. in

Act. II. Verr. p. 171. — Historicus, qui multa scripsit et Attico in pretio fuit. Ei Cicero praefert Dicaearchum; ex quo colligas eum Geographica scripsisse. Eius mentio apud Varronem l. l. et Plin. 8, 2. Vide Voss. de Hist. Lat. 1, 12. Ern.

Procilius. De Procilio rumores non boni. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 5. — A. D. III. Non. Quint.? (a. u. c. 700.) Sufenas et Cato absoluti, Procilius condemnatus. ad Att. 4, 15, 4. — Memoratur etiam ad Q. Fr. 2, 8, 1., ubi alii *Porcilius*. — Negarat Manutius Prociliam familiam Romanam esse, sed rectiora edoctus ab Ursino mutavit dein sententiam. Vide Ursinum ad Att. l. l. — Fuit quaestor a. u. c. 693., tribunus plebi a. 698.

Procles et Eurysthenes, Lacedaemoniorum reges, gemini fratres fuerunt. At hi nec totidem annos vixerunt: anno enim Procli vita brevior fuit multumque is fratri rerum gestarum gloria praestitit. de Divin. 2, 45, 91.

Proculus Iulius: eius nuntius de Romulo in caelum recepto. de Rep. 2, 10, 20. de Legg. 1, 1, 3.

Procyon, Latine Ante Canem. de Nat. D. 2, 44, 114. Arat. v. 466.

Prodicus. Vide Hercules Prodicius. — Prodicius Ceus, qui ea, quae prodessent hominum vitae, deorum in numero habita esse dixit, quam tandem religionem reliquit? de Nat. D. 1, 42, 118. — Prodicus ceterique sophistae a Socrate impugnati. Brut. 8, 30. — Cfr. Brut. 85, 292. de Or. 3, 32, 128.

Progne Attica, ex qua in luctu facta lusciniola. Varro LL. 5, 11. p. 81.

Prometheus, Iapeti et Asiae nymphae filius. Varro LL. 5, 6. p. 47. — Nec Atlas sustinere caelum, nec Prometheus affixus Caucaso, nec stellatus Cepheus cum uxore. genero, filio traderetur, nisi caelestium divina cognitio nomen eorum ad errorem fabulae traduxisset. Tuscul. 5, 3, 8. — Prometheus mortalibus ignem divisit. Her. 4, 6, 9. — Prometheus vinctus Aeschyli. Tuscul. 3, 31, 76.

Pronoea Stoicorum. de Nat. D. 2, 29, 73. Ibid. 61, 160.

Sex. Propertius. Eius nomen detulit Aelius Ligur: accusare non est ausus. Pro domo 19, 49. Propertii sunt gentis Aur[illegible]ae.

Propontis, m[illegible] inter duo freta, Hellespontum et Bosporum, interiectum, quasi vestibulum Ponti Euxini. — Propontis tota atque Hellespontus venibit sub praecone. de lege agr. 1. initio. Aquila Rom. §. 20. Ed. Gesneri. Varro Fr. p. 288. Bip.

Proseleni Arcades, id est, ante Lunam orti. Fundan. Fragm. 3. p. 445.

Proserpina, Iovis et Cereris filia. Vide Libera. — Proserpina a proserpendo. Varro LL. 5, 10. p. 74. — Proserpina significat fecunditatem seminum. Varro Fr. p. 227. — Proserpina et Liber nati ex Iove primo, Aetheris filio. de Nat. D. 3, 21, 53. — Proserpina et Iuppiter parentes Dionysi primi. de Nat. D. 3, 23, 58. — Proserpina et Iuppiter, parentes Dianae primae. de Nat. D. 3, 23, 58. — Ex Iove antiquissimo et Proserpina (Britomarte) nati Dioscuri primi tres s. Anaces. de Nat. D. 3, 21, 53. Vide: Britomartis. — Proserpinae aspectu commotus est Mercurius primus. de Nat. D. 3, 22, 56. — Proserpina rapta a Dite patre. Graecum eius nomen. Frugum semen esse volunt absconditamque quaeri a matre fingunt. de Nat. D. 2, 26, 66. — Cfr. Verr. Accus. 4. C. 48 et 49. — Eius fanum Locris a Dionysio expilatum. de N. D. 3, 34, 83. — Proserpinae chorus in Livii Laodamia. Varro LL. 6, 9. p. 273. — Proserpina. Varro Fr. p. 250. Bip.

Protagoras Abderita, de natura rerum scripsit. de Or. 3, 32, 128. — Protagoras, sophistes temporibus illis vel maximus, cum in principio libri sui sic posuisset: *De divis neque ut sint neque ut non sint habeo dicere*, Atheniensium iussu urbe atque agro est exterminatus librique eius in contione combusti. de Nat. D. 1, 23, 63. — Ab eo scriptae et paratae rerum illustrium disputationes, quae nunc communes appellantur loci. Brut. 12, 46. — Protagoras dubitare se dixit, utrum dii sint necne. de Nat. D. 1, 1, 2. — Protagoras sese negat omnino de diis habere quod liqueat, sint non sint qualesve sint. de Nat. D. 1, 12, 29. — Ibid. 42, 117. — Protagoras putat id cuique verum esse, quod cuique videatur. Acad. 2, 46, 142. — Protagoras ceterique sophistae a Socrate impugnati. Brut. 8, 30. — Ibid.

85, 292. Cfr. *Des Protagoras Leben und Sophistik aus den Quellen zusammengestellt von* Ludwig Ferdinand Herbst *in* Petersen *philol. hist. Studien auf dem akad. Gymnasium in Hamburg. Hamburg* 1832. Heft 1. p. 88. Floruit circa Olymp. 84, 2. s. a. Chr. 443. Mortuus est annos circiter XC. natus a. Chr. 403., ut volt Herbst, ut Petersen a. Chr. 415.

PROTAGORAS ex Platone a Cicerone conversus. Fragmm. p. 477.

PROTOGENES Caunius, pictor nobilissimus, simul et statuarius Apelli aequalis; natus circa Olymp. CIV., superstes etiam Olymp. CXIX. Cfr. Plinium 35, 10. (Vide: APELLES.) Varro LL. 9, 6. p. 464. — In Protogene iam perfecta omnia. Brut. 18, 70. — Eius tabulae pictae, Ialysus Rhodi, Paralus Athenis. Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Apelles, si Venerem, aut si Protogenes Ialysum illum suum caeno oblitum videret, magnum, credo, acciperet dolorem. ad Att. 2, 21, 4. — Protogenis tabula Ialysus. Orat. 2, 5.

PROTOGENES, servus anagnostes M. Marii. (a. u. c. 699.) ad Fam. 7, 1, 3.

PRUSIAS, Bithyniae rex. Quod responsum ab Hannibale tulerit? de Divin. 2, 24, 52. (Val. Max. 3, 7, 6. extern.) — Prusias Hannibalem Romanis tradere volebat. Varro Fr. p. 301. Bip. Cfr. Livium 45. extr. Epit. Libri 51.

PRYTANEUM. Victus in Prytaneo publice praebitus honos apud Graecos maximus habetur. de Or. 1, 54, 232.

PSECAS serva, mater Bellieni. Caelius ad Fam. 8, 15, 2.

PSEUDOCATO, id est, alter Cato. ad Att. 1, 14, 6.

PSEUDODAMASIPPUS, id est, aliquis similis Damasippi. ad Fam. 7, 23, 3.

PSEUDOMARIUS. Vide AMATIUS.

PSEUDOPHILIPPUS, quocum bellum Macedonicum tertium gestum est. — Q. Metelli triumphus de Pseudophilippo. pro Murena 14, 31. — de lege agr. 2, 33, 90.

PSYLLI in Africa. Varro Fr. p. 204. Bip.

PSYRIA insula, Ψύρα, hodie *Ipsara.* ad Att. 16, 13 a., 2.

PTOLEMAEUM gymnasium Athenis, ubi docebat Antiochus. de Finn. 5, 1, 1. (Pausan. Attic. 17, 2: ἐν τῷ γυμνασίῳ τῆς ἀγορᾶς ἀπέχοντι οἱ πολύ, Πτολεμαῖον δὲ ἀπὸ τοῦ κατεσκευασμένου καλουμένῳ.) *Ptolemaitum* scribendum videtur Oudendorpio et Wolfio ad Suet. Oct. 18.

PTOLEMAEUS Lagi, familiaris Alexandri, venenato telo ictus, cum ex doloribus moreretur, radicula Alexandro somno oblata servatur. de Divin. 2, 66, 135. — Ptolemaei aemulatio cum Eumene. Varro Fr. p. 378. Bip. — Phalereus Demetrius cum patria pulsus esset iniuria, ad Ptolemaeum se regem Alexandream contulit. de Finn. 5, 19, 54. — Ptolemaeo (Lagi?), esurienti cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane iucundius. Tuscul. 5, 34, 97.

PTOLEMAEUS PHILADELPHUS Aratum Sicyonium grandi pecunia adiuvit. de Off. 2, 23, 82.

PTOLEMAEUS XII. AULETES. Eum, qui Aegyptum teneat hoc tempore, genere neque animo regio esse inter omnes fere video convenire. de lege agr. 2, 16, 42. — Ptolemaeus Auletes (*rex Alexandrinus*) a. u. c. 698. Romam supplex confugit. Ciceronis oratio de eo in regnum reducendo. Fragmm. p. 458. — Ptolemaeus Auletes pulsus regno dolosis consiliis, ut dixit Sibylla, Romam venit. Huic egenti et roganti C. Rabirius Postumus pecuniam credidit. cet. pro Rab. Postumo 2, 4. — Cum eo foedus feriri in Capitolio viderat Postumus. Ibid. 3, 6. — Ptolemaeus Auletes occidi iussit Dionem, Alexandrinorum legatum, adversarium. pro Caelio 10, 23. — De rege Alexandrino factum est senatus consultum, cum multitudine eum reduci periculosum rei publicae videri cet. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 2, 3. ad Fam. 1, 1, 1. et Ep. 2, 1. — A. Gabinius se ipsum, exercitum populi Romani, auctoritatem senatus cet. regi Aegyptio vendidit. (a. u. c. 698.) in Pison. 21, 48. — Mortuus a. u. c. 703. Caelius ad Fam. 8, 4, 5. — Cfr. etiam ad Att. 2, 16, 2. ad Att. 4, 10, 1. Schol. Bob. pro Sestio p. 313. Id. in or. de rege Alexandr. p. 349. seqq. — Ptolemaeus XII. Auletes potius quam Ptolemaeus XI. Alexander significari videtur Verr. Accusat. 2, 31, 76. — Ptolemaeus rex pretio in dies bellum (cum Romanis) prolatans. Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min. — De eius cognomine Plutarch. de adul.

et amico C. 12: Πτολεμαίῳ τί περιῆψεν ἄλλο φορβειὰν καὶ αὐλοὺς; οὐχ ὁ κολακευόντων ἔπαινος;

Ptolemaeus filius Auletae, puer aetate, magnis copiis cum sorore Cleopatra bellum gerebat; amici eius interfici iubent Pompeium. Caesar Civ. 3, 103. — Caesar Alexandriam cum venisset, ostendit sibi placere Ptolemaeum atque sororem eius exercitus, quos haberent, dimittere et de controversiis iure apud se potius quam inter se armis disceptare. Ibid. 107. — Bellum a Ptolemaeo adversus Caesarem gestum a. u. c. 706. Ibid. 109. seqq. — Eum, ut in sua potestate haberet, effecit Caesar. Ib. 109. — Eundem, sedulo exhortatus, ut consuleret regno paterno, dimittit. Bell. Alex. 24. — Prodita fide contra Caesarem acriter bellum gerere coepit. Ib. — Adversum eius proelium cum Mithridate Pergameno. Ib. 27. — Alterum item adversum cum Caesare. Ib. 29. — Tertio proelio devictus, receptus in navem, ea demersa periit. Ib. 31.

Ptolemaeus Cypri rex, frater minor Ptolemaei Auletae, lege tribunicia P. Clodii, nulla iniuria commemorata, nullis rebus repetitis, cum bonis omnibus publicatus est. pro Sestio 26, 57. seqq. — Schol. Bob. pro Sestio p. 301. — Ptolemaeus, rex Cypri, frater regis Alexandrini, lege nefaria publicatus. Pro domo 8, 20. Ibid. 20, 52. — Cyprum per Ptolemaeum nihil audere Cn. Pompeii gloria est. pro Flacco 13, 30.

Ptolemais, oppidum Aegypti, Alexandriae propinquum. ad Fam. 1, 7, 4.

Ptolemaeus cinaedus. Varro Fragment. p. 198. Bip.

Q. Publicenus: nomen corruptum ad Q. Fr. 1, 2, 4, 14. (Schuetzius proposuit: *Q. Publicius* vel *P. Globulus.*)

Publicius clivus V. Clivus P.

Publicius vates. de Divin. 1, 50, 115. Ib. 2, 55, 113.

Publicius eques Romanus circa a. u. c. 685. in dividenda pecunia populo famosissimus. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 135.

Publicius, homo perditus, sodalis Catilinae. in Catil. 2, 2, 4.

C. Publicius P. Mummium cuiusvis temporis hominem appellabat. de Or. 2, 67, 271.

(Publicius) Malleolus, matrem interfecit et propterea culeo insuitur. Her. 1, 13, 23. Quis fuerit, non traditur. Accidit autem res a. u. c. 653. eaque prima quaestio de parricidio fuit, ut tradit Orosius 5, 16. Epit. Liv. 68. Ern. — In nummis nomen huius gentis constanter scribitur *Poblicivs.*

C. (Publicius) Malleolus, quaestor Cn. Dolabellae, occisus. Verr. Accusat. 1, 15, 41. — Oratorie pro mortuo occisum dixit. Pseudoascon. in Act. II, 1, 15, 41. p. 169. — Eius scelera et flagitia. Ibid. 36, 91. — Eius filius pupillus spoliatus a Verre. Ibid. §. 92. seqq. — Filii Malleoli tutor factus est Verres. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 184.

Cn. Publicius Menander. Non sine causa de Cn. Publicio Menandro, libertino homine, quem apud maiores legati nostri in Graeciam proficiscentes interpretem secum habere voluerunt, ad populum latum, ut is Publicius, si domum revenisset et inde Romam redisset, ne minus civis esset. pro Balbo 11, 28.

L. Publicius, perfamiliaris Sex. Naevii (a. u. c. 671.), venaliciarius sive mango. pro Quint. 6, 24.

Q. Publicius, M. Iunius, praetores, apud quos Cicero defendit D. Matrinium. pro Cluentio 45, 126.

Publicola. Vide P. Valerius Publicola.

Publilia a Cicerone uxor ducta significatur his verbis ad Fam. 4, 14, 3: Novarum me necessitudinum fidelitate contra veterum (Terentiae) perfidiam muniendum putavi. (a. u. c. 708.) — Publilia ad me scripsit matrem suam (cum Publilio loqui retur) ad me cum illo venturam et se una, si ego paterer: orat multis et supplicibus verbis, ut liceat et ut sibi rescribam. Res quam molesta sit vides cet. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 32, 1. — Cicero obiurgantibus, quod sexagenarius Publiliam virginem duxisset, *Cras mulier erit*, inquit. Quintil. 6, 3, 75. ibique Spalding.

Publilius. Vide etiam Publius.

Publilius corruptum nomen saepe in *Publius.* ad Att. 12, 24, 1. Ep. 28, 3. Ep. 32, 1.

Publilius, frater Publiliae, secundae Ciceronis uxoris, quam dimiserat.

a. u. c. 710. — Fac, ut cum Publilio conficias, de quo, quae fama sit, scribes. „Id populus curat scilicet.“ (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 34. Ib. Ep. 47, 3. — Publilius tecum tricatus est. Huc enim Caerellia missa ab istis est legata ad me; cui facile persuasi mihi id, quod rogaret, ne licere quidem, non modo non lubere. ad Att. 14, 19, 4. Ib. Lib. 16, 2, 1. — Publilio satisfieri plane volo. ad Att. 16, 6, 3. Cfr. ad Att. 12, 7, 1. Ib. Ep. 18 a., 2.

Publipor. Sal. Hist. 3. p. 220. (Ed. min. Gerl.)

Publius ad Q. Fr. 3, 1, 5, 17. („Oppium miror quidquam cum Publio: mihi enim non placuerat:“) est P. Clodius; alii legunt Publilius. De Clodio item intellige ad Att. 2, 7, 2. — ad Fam. 16, 22, 1. quidam de Clodio intelligunt, qui tamen iam dudum mortuus erat; rectius Corradus de creditore Ciceronis, in quo iocus est.

Publius Syrus, mimographus. „Equidem sic iam obdurui (a. u. c. 709.), ut ludis Caesaris nostri aequissimo animo viderem T. Plancum, audirem Laberii et Publii poëmata.“ ad Fam. 12, 18, 2.

Pulchellus ad Att. 2, 1, 4. est P. Clodius Pulcher.

T. Pulfio, centurio, fortissimus vir. Eius contentio cum L. Vareno. a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 45. — T. Pulfio, Pompeianus a. u. c. 706. Eius opera proditus exercitus C. Antonii. Caesar Civ. 3, 67.

Pullius tribunus pl. a. u. c. 505. (Nomen corruptum pro: *Tullius.*) Schol. Bob. in Clodium p. 337. Cfr. Niebuhr. Fragmm. Oratt. Cic. p. 70.

Q. Pullus Numitorius, Fregellanus, proditor. Quis eum, quamquam rei publicae nostrae profuit, non odit? de Finn. 5, 22, 62. (a. u. c. 629.) Gentis nomen est Numitorius, ubi vide.

Pulvillus. Vide Horatius.

Punica inscriptio Masinissae. Verr. Accusat. 4, 46, 103. — Punica vocabula. Varro LL. 8, 36. p. 439.

Punicanus. Q. Tubero stravit pelliculis haedinis lectulos Punicanos. pro Murena 36, 75. Lectuli humiles et vilis materiae. Vide Scaligerum ad Varr. RR. 3, 7., ubi tamen fenestras Punicanas non recte interpretari videtur. Plinius 33, 11. Punicana commemorat, sed ita, ut in iis species magis quam materia spectata videatur. Ern.

Punicum bellum primum. de Off. 1, 13, 39.

Punicum bellum secundum. Hostis est non apud Anienem, quod bello Punico gravissimum visum est, sed in urbe, in foro. pro Murena 39, 84. — De Inv. 2, 17, 52. Brut. 14, 57. — Duo propugnacula belli Punici, Cn. et P. Scipiones. Parad. 1, 2, 12. — As antiquus noster ante bellum Punicum pendebat scripula CCLXXXVIII. Varro RR. 1, 10, 2. — Punicum bellum Pacuvii. Varro LL. 7, 6, p. 387.

Punicum bellum tertium. Verr. Accus. 4, 33, 73.

Pupia lex. Senatus haberi ante Kal. Febr. per legem Pupiam non potest. ad Fam. 1, 4, 1. ad Q. Fr. 2, 13, 3.

Pupinia tribus. ad Fam. 8, 8, 5. ad Q. Fr. 2, 3, 5.

Pupinia, ager Romae propinquus versus Etruriam, Livio Pupiniensis, minime fertilis; a quo tribus Pupinia nomen habet. de lege agr. 2, 35, 96. — Pupiniae, pestilentis simul et exilis agri, cultorem fuisse M. Attilium Regulum loquuntur historiae. Columella 1, 4, 3. Varro RR. 1, 9, 5.

Pupius. Vide inter Calpurnios Pisones.

Cn. Pupius, in operis societatis Bithyniae, (quod nos dicimus: *Agent*) commendatur Crassipedi. ad Fam. 13, 9, 3.

L. Pupius, primi pili centurio, Pompeianus, captus, sed a Caesare dimissus. Caesar Civ. 1, 13.

M. Pupius Pisonem adoptavit. Pro domo 13, 35. (Exstant nummi A. Pupii Rufi Graece inscripti.)

Puteal vocabatur locus in vicinia fori, ubi erat columna etiam Maenia. Schol. Bob. pro Sestio p. 295.

Puteolani vexati a. M. Antonio, quod C. Cassium et Brutos patronos adoptassent. Philipp. 2, 41, 107. Tuscul. 1, 35, 86.

Puteolanum, Ciceronis villa. de Fato 1, 2.

Puteolanus cataplus. pro Rab. Postumo 14, 40.

Puteoli (Campaniae urbs, hodie *Pozzuolo*) a *puteis* dictum. Varro LL. 5, 5. p. 42. — Emporium Puteolanorum. ad Att.

5, 2, 2. — Puteoli fuit illa quasi sedes quaedam mercaturae et navigationis ex Asia et Aegypto, et in primis celebratur classis Alexandrina quotannis tum alia, tum frumentum Puteolos advehens. Cfr. Madvig. Epist. ad Orellium p. 131. Verr. 5, 59, 154. Vatin. 5, 12. pro Rabir. Post. 14, 40. Senec. Ep. 77. Sueton. Aug. 98. Strab. 17. p. 793. — Puteolis aquae caldae. Varro LL. 9, 41. p. 507. — Ibi Neptuni porticus. Acad. 2, 25, 80. — Granaria Puteolis (negotiatorum). de Finn. 2, 26, 84. — Puteolos, qui nunc (a. u. c. 691.) in sua potestate sunt, suo iure libertateque utuntur, totos novo populo atque adventiciis copiis occupabunt decemviri. de lege agr. 2, 31, 86. — *Τοποθεσία* Miseni et Puteolorum. ad Att. 1, 13, 5. Acad. 2, 40, 125.

Puticulae locus publicus ultra Exquilias. Varro LL. 5, 5. p. 42.

Pylades et Orestes apud Pacuvium. Lael. 7, 24. de Finn. 2, 24, 79. — Pyladea amicitia. Ibid. 26, 84.

Pyramus, olim Leucosyrus, fluvius Phrygiae Campestris prope Cydnum. ad Fam. 3, 11, 1.

Pyrgi, Etruriae oppidum, ultra Minionem ab Oriente: incolae, Pyrgenses. de Or. 2, 71, 287.

Pyriphlegethon sive Phlegethon, fluvius igne ardens apud inferos. de Nat. D. 3, 17, 43.

Pyrrha, Deucalionis uxor. Varro Fr. p. 235, Bip.

Pyrrha et Antissa oppida circa Maeotin paludem, quae Pontus abstulit. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Pyrrho Elidensis, aequalis Alexandri Magni, conditor scepticismi. — Ei summum bonum est, media ne sentire quidem sapientem, quae *ἀπάθεια* nominatur. Acad. 2, 42, 130. — Mihi videntur omnes quidem illi errasse, qui finem bonorum esse dixerunt honeste vivere. Sed alius alio magis: Pyrrho scilicet maxime, qui, virtute constituta, nihil omnino, quod appetendum sit, relinquit. de Finn. 4, 16, 43. Ibid. 18, 49. Ibid. 22, 60. — Pyrrho et Aristo omnia exaequant. de Finn. 3, 3, 11. — Iis honestum non summum modo, sed etiam solum bonum videtur. Ibid. 4, 12. — Pyrrhonis, Aristonis, Herilli explosae eiectaeque sententiae. de Finn. 5, 8, 23. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli sententiae de finibus evanuerunt. Tuscul. 5, 30, 85. — Pyrrho, Aristo, Herillus iam diu abiecti. de Finn. 2, 11, 35. Ibid. 13, 43. — Aristonis, Pyrrhonis, Herilli iam pridem explosa sententia est. de Off. 1, 2, 6. — Tuscul. 2, 6, 15.

Pyrrhonei philosophi; „iamdiu exstincti.“ de Or. 3, 17, 62.

Pyrrhus rex Epiri. Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatum est, Pyrrho et Hannibale; ab altero propter probitatem eius non nimis alienos animos habemus, alterum propter crudelitatem semper haec civitas oderit. Lael. 8, 28. — Cum Pyrrho de imperio dimicabatur. Praeclara eius sententia apud Ennium. de Off. 1, 12, 38. — Ibid. 13, 40. — Oraculum ei editum ab Apolline, ut fingit Ennius. de Divin. 2, 56, 116. — Pyrrhi bello in Lucanis Romani primum viderunt apud hostes elephantos. Varro LL. 7, 3. p. 325. — Proelium ad Asculum a. u. c. 475. de Finn. 2, 19, 61. — Pyrrhi largitas irrisa a Fabricio. de Rep. 3, 28, 40. — Nostri consules Pyrrhum regem inimicissimum moenibus iam appropinquantem monuerunt, a veneno ut caveret. de Finn. 5, 22, 64. — C. Fabricius veneficum reducendum curavit ad Pyrrhum. de Off. 3, 22, 86. — Pacem cum eo dissuasit App. Claudius Caecus. Cato 6, 16. — Macedones Demetrium Poliorceten reliquerunt universique se ad Pyrrhum contulerunt. de Off. 2, 7, 26. — Pyrrhi et Cineae libri de re militari. ad Fam. 9, 25, 1. — Pyrrhi bellum Timaeus separatim scripsit. ad Fam. 5, 12, 2. — Confer etiam Brut. 14, 55. Parad. 6, 2, 48. Cato 13, 43. — Pyrrhus interemptus fuit in aede Dianae a quadam muliere. Sal. Hist. 3. p. 224. Ed. Gerl. min. Locus subditicius ex Apul. de Orthogr. §. 16.

Pythagoras, discipulus Pherecydis, huius doctrinam de animorum aeternitate maxime confirmavit; qui cum Superbo regnante in Italiam venisset, tenuit magnam illam Graeciam tum honore disciplinae tum etiam auctoritate; multaque secula postea sic viguit Pythagoreorum nomen, ut nulli alii docti viderentur. Tuscul. 1, 16, 8. — Eius magister fuit Pherecydes. de Divin. 1, 50, 112. — Pythagoras, vir praestanti sapientia et nobilitate fuit in Italia iisdem temporibus, quibus L. Brutus patriam liberavit. Tuscul. 4, 1, 2. — Pytha-

goras summam auctoritatem consecutus est sine ulla hilaritate. de Off. 1, 30, 108. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Pythagoras vitam edidit Metaponti. de Finn. 5, 2, 4. — Pythagoras νεκυομαντίᾳ usus. Varro Fragmm. p. 233. Bip. — Ex eius sententia principium animalium exstitit nullum. Varro RR. 2, 1, 3. — Pythagoras Samius ait omnium rerum initia esse bina, ut finitum et infinitum, bonum et malum, vitam et mortem, diem et noctem. Varro LL. 5, 1. p. 22. — Bene dictum est ab eo, tum maxime et pietatem et religionem versari in animis, cum rebus divinis operam daremus. de Legg. 2, 11, 26. — Pythagoras et Plato, locupletissimi auctores, quo in somnis certiora videamus, praeparatos quodam cultu atque victu proficisci ad dormiendum iubent. de Divin. 2, 58, 119. — Pythagoras divinationi magnam auctoritatem tribuit, qui etiam ipse augur vellet haberi. de Divin. 1, 3, 5. Ibid. 39, 8. — Pythagoras censuit animum esse per naturam rerum omnem intentum et commeantem, ex quo nostri animi carperentur. de Nat. D. 1, 11, 27. — Pythagoras Pythagoreique, incolae paene nostri, Italici philosophi quondam nominati, nunquam dubitarunt, quin ex universa mente divina delibatos animos haberemus. Cato 21, 78. — Pythagoras instituit totam illam veterem Italiae Graeciam, quae quondam Magna vocitata est. de Or. 3, 34, 139. — Pythagoras Italicae sapientiae conditor. Eulogius p. 401. — Veterem illam equidem Pythagorae primum, deinde Platonis descriptionem sequar; qui animum in duas partes dividunt, alteram rationis participem faciunt; alteram expertem. Tuscul. 4, 5, 10. — Pythagoras solebat celare alienos. de Nat. D. 1, 26, 74. — Eius doctrina de numeris tangitur Tuscul. 1, 10, 20. — Pythagoras deos ex numeris esse credidit. Varro Fr. p. 214. Bip. — Dii ex numeris sunt, ut credit Pythagoras. Boëth. de diis p. 392. — Pythagoras ad harmoniam canere mundum existimat. de Nat. D. 3. 11, 27. — Pythagorica symphonia mundi. Eulogius p. 409. — Pythagoras, cum in geometria quiddam novi invenisset, Musis bovem immolasse dicitur; sed id quidem non credo, quoniam ille ne Apollini quidem Delio hostiam immolare voluit, ne aram sanguine aspergeret. de Nat. D. 3, 36, 88. — (Musis bovem immolavit, invento theoremate de ratione quadrati subtensae in triangulo rectangulo ad quadrata reliquorum laterum. Sic tradit etiam Vitruv. 9, 2.; alii autem hecatomben immolatam dicunt. Diog. Laërt. 8, 12. V. Interpretes ad Diog. et Davis. ad h. l. Ern.) — Pythagoras et Empedocles, viri maximi et docti, unam omnium animantium condicionem iuris esse denuntiant, clamantque inexpiabiles poenas impendere iis, a quibus violatum sit animal. de Rep. 3, 11, 19. — Pythagoras, cum vinolenti adolescentes - - mulieris pudicae fores frangerent, admonuisse tibicinam, ut spondeum caneret, dicitur cet. Fragmm. p. 491. — Pythagorae discipulus esse Numa non potuit; nam quartum iam annum regnante L. Tarquinio Superbo, Sybarim et Crotonem et in eas Italiae partes Pythagoras venisse reperitur. Olympias etiam secunda et sexagesima eadem Superbi regni initium et Pythagorae declarat adventum. Ex quo intelligi potest anno fere CXL. post mortem Numae primum Italiam Pythagoram attigisse. de Rep. 2, 15, 28. — Pythagoras, Democritus, Anaxagoras a regendis civitatibus totos se ad cognitionem rerum transtulerunt. de Or. 3. 15, 56. — Ultimas terras lustrasse Pythagoram, Democritum, Platonem accepimus: ubi enim quid esset, quod disci posset, eo veniendum iudicaverunt. Tuscul. 4, 19, 44. Ibid. 25, 55. — Ab eo propter discendi cupiditatem videmus ultimas terras esse peragratas. de Finn. 5, 19, 50. — Pythagoras et Aegyptum lustravit et Persarum magos adiit. de Finn. 5, 29, 87. — Pythagoras in colloquio cum Leonte, principe Phliasiorum, primus se *philosophum* esse dixit. Nec vero nominis solum inventor, sed rerum etiam ipsarum amplificator fuit Qui cum post hunc Phliasium sermonem in Italiam venisset, exornavit eam Graeciam, quae Magna dicta est, et privatim et publice praestantissimis et institutis et artibus. Tuscul. 5, 3, 8 et 4, 10. — Pythagoras vetat iniussu imperatoris, id est, dei, de praesidio et statione vitae decedere. Cato 20, 73. — Pythagoras et Plato mortem ita laudant, ut fugere vitam vetent atque id contra foedus fieri dicant legemque naturae. pro Scauro 2, 5. — Pythagoras

volt in amicitia, ut unus fiat ex pluribus. de Off. 1, 17, 56. — Pythagorea vox τὰ τῶν φίλων κοινά. de Legg. 1, 12, 34. — Pythagorae γιθῶν. Varro LL. 7, 2. p. 303. Cfr. Tuscul. 5, 23, 66. Varro Fr. p. 318. Bip.

Pythagoras (statuarius Rheginus ex Italia: cfr. Sillig. *Catal.* p. 304.) Europae tauro insidentis egregiam imaginem ex aere Tarenti fecit. Varro LL. 5, 6. p. 47.

Pythagorei Tarenti Archytas; Locris Echecrates, Timaeus, Acrio, Platonis aequales. de Finn. 5, 29, 87. — Pythagorei in Italia inferiore sive Magna Graecia. de Rep. 1, 10, 16. — Pythagoreorum referta quondam Italia fuit, tum cum erat in hac gente Magna illa Graecia. de Or. 2, 37, 154. — Pythagoreorum disciplina aliquot secula in Italia Siciliaque viguit. Tim. Cap. 1. p. 495. — Pythagorei Magnam Graeciam, quae nunc quidem deleta est, tunc florebat, institutis et praeceptis suis erudierunt. Lael. 4, 13. — Pythagorei, ornati homines in dicendo et graves. de Or. 1, 10, 42. — Pythagorei ex numeris et mathematicorum initiis proficisci volunt omnia. Acad. 2, 37, 118. — Neutiquam probare soleo, quod de Pythagoreis accepimus, quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex iis quaereretur, quare ita esset, respondere solitos: *ipse dixit* (αὐτὸς ἔφα.) *Ipse* autem erat Pythagoras. de Nat. D. 1, 5, 10. — Pythagorei non solum deorum voces observitaverunt, sed etiam hominum quae vocant omina. de Divin. 1, 45, 102. — Pythagorei fidibus uti solebant. Tusc. 5, 39, 113. — Pythagorei, quid quoque die dixissent, audissent, egissent, commemorabant vesperi. Cato 11, 38. — Eis interdictum putatur, ne faba vescerentur; quod habet inflationem magnam is cibus, tranquillitati mentis, quaerentis vera, contrariam. de Divin. 1, 30, 62. Ibid. 2, 58, 119. — Quanto opere amicitias desideraret Dionysius, Siculorum tyrannus, declaravit in Pythagoreis duobus illis (Damone et Phintia) quorum cum alterum vadem mortis accepisset, alter, ut vadem suum liberaret, praesto fuisset ad horam mortis destinatam: „Utinam ego", inquit, „tertius vobis amicus adscriberer!" Tusc. 5, 22, 63. Cfr. de Finn. 2, 24, 79. — Hoc Orphicum carmen Pythagorei ferunt cuiusdam fuisse Cercopis. de Nat. D. 1, 38, 107. Iungunt nonnulli *Pythagorei ferunt:* sed rectum est: *Cercopis Pythagorei.*

Pytharatus, archon Athenis, quo archonte Epicurus mortuus est (a. ante Chr. 270.) de Fato 9, 19.

Pythia. Potest vis illa terrae, quae mentem Pythiae divino afflatu concitabat, evanuisse vetustate. de Divin. 1, 19, 38. — Evanuisse aiunt vetustate vim loci eius, unde anhelitus ille terrae fieret, quo Pythia mente incitata oracula ederet. de Divin. 2, 57, 117. — Terrae vis Pythiam Delphis incitabat. de Divin. 1, 36, 79. — Demosthenes φιλιππίζειν Pythiam dicebat. de Divin. 2, 57, 118. — Pythiae oraculum adversus Brennum. de Divin. 1, 37, 81.

Pythias, falsa lectio pro: Phintias. de Off. 3, 10, 45.

Pythion Rhodius, de agricultura scripsit. Varro RR. 1, 1, 8.

Pythium oraculum. de Divin. 1, 1, 3.

Pythius, argentarius Syracusanus, quomodo deceperit C. Canium? de Off. 3, 14, 58.

Pythodorus Trallianus, homo nobilis. pro Flacco 22, 52.

Quadrupes, sidus. Arat. v. 455.

Querela dea. de Nat. D. 3, 17, 44.

Querelae. ad Fam. 6, 6, 8. liber A. Caecinae.

Querquetulanum sacellum. Varro LL. 5, 8. p. 54.

Quinctilianus, rhetor. Rufinus p. 185. 191. Iulius Victor p. 195. 241. 247. 254. 259. 264.

C. Quinctilius, eques Romanus. Oppianicus vagus et exsul in Falernum se ad C. Quinctilium contulit. pro Cluentio 62, 175.

Q. (Quinctilius) Varus, praefectus equitum Domitii, Caesarianus. Caesar Civ. 3, 37.

P. (Quinctilius) Varus, in causa P. Quinctii C. Aquilio aderat in consilio. (a. u. c. 673.) pro Quint. 17, 54. Iuris peritus fuit, ut ceteri, quibus iungitur. — P. Quinctilius Varus, homo summa religione et summa auctoritate praeditus, testis in causa Scamandri. pro

Cluentio 19, 53., quo loco olim male legebatur *P. Quintius Varus.*

Sex. Quinctilius, praetor a. u. c. 697., favebat Ciceroni. Post red. in sen. 9, 22. — Valde vereor, ne eadem fraude, qua nobis declamator obstruit praetorem eius anni P. Crassum Marci F., hic e Caesaris Commentariis arcessierit Sex. Quinctilium Varum, quaestorem a. u. c. 705., eumque octo ante annis praetorem fuisse ultro finxerit, sperans fore, ut nemo unquam huiuscemodi praestigias detegeret.

Sex. Quinctilius Varus, quaestor a. u. c. 705., Pompeianus, Corfinii a Caesare dimittitur incolumis. Caesar Civ. 1, 23. — Postea in Africa militans sub P. Attio Varo C. Curionis milites frustra hortatur, ut ab eo desciscant. Lib. 2, 28. seqq.

Quinctipor Clodianus: eius poëmata. Varro Fr. p. 199. Bip. — Cum Quinctipor Clodianus tot comoedias sine ulla fecerit Musa, ego unum libellum non edolem, ut ait Ennius? Varro Fragm. p. 265. Bip. — Est Cn. Lentulus Clodianus. Brut. C. 66. Vide in Corneliis Lentulis.

Quinctius. Sic scribitur huius gentis nomen in Fastis Capitolinis et in nummo: T. Qvinctivs. Crispinvs. Svlpicianvs. IIIvir. A. A. A. F. F. (Augusti temporibus.)

C. Quinctius, P. Quinctii frater, ceterarum rerum paterfamilias et prudens et attentus, una in re paullo minus consideratus, qui societatem cum Sex. Naevio fecerit (et ab eo se decipi passus sit). pro Quinct. 3, 11.

Kaeso Quinctius, cum esset optime de re publica meritus, tamen populi incitati vim iracundiamque subiit. Pro domo 32, 86. — Rem narrat Livius 3, 11. seqq. Cum scilicet a. u. c. 293. tribunis legem Terentillam, ut decemviri legibus scribundis crearentur, ferentibus restitisset, de vi accusatus in exilium pulsus est.

L. Quinctius, trib. pl. a. u. c. 680. aptissimus turbulentis contionibus. Brut. 62, 223. — L. Quinctius, tribunus pl., patronus Oppianici. pro Cluentio 27, 74. — Homo maxime popularis, qui omnes rumorum et contionum ventos colligere consuesset. Ibid. 28, 77. — Cum summa potestate praeditus, tum ad inflammandos animos multitudinis accommodatus. Ibid 29, 79. Ibid. 37, 103. — Eius insolentia. Ibid. 39, 109. — L. Quinctius trib. pl. veneficii reum Oppianicum Cluentio accusatore defendens victus erat illo damnato. Pseudoascon. in Act. I. Verr. p. 127. Ib. p. 141. — L. Quinctius patronus P. Fabii in causa Tulliana (a. u. c. 683.) vir primarius ironice dicitur pro Tullio §. 1. — Quinctius tribunus pl., is, qui Oppianicum defenderat, adstitit L. Aurelio Cottae legem iudiciariam ferenti. Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 386. et 395. — L. Lucullus (cos. a. u. c. 680.) quantis animis ierit in L. Quinctium trib. pl. vidistis. C. Licinius Macer in Or. ad plebem apud Sal. Hist. 3. p. 211. Ed. min. Gerl. p. 27. Ed. meae. — Ut ait Salustius, Lucullus pecuniam Quinctio dedit, ne illi succederetur. Schol. Gronov. ad Manil. p. 441. Pseudoascon. in Divin. p. 103. Vid. Sicinius.

L. Quinctius, familiaris meus, ad bustum Basili volneratus et despoliatus est. (a. u. c. 704.) ad Att. 7, 9, 1. (Cum Brutus, in quo de L. Quinctio ut mortuo loquitur, a. u. c. 708. scriptus sit, hic L. Quinctius idem esse potest cum praecedente, sed tum vv. *familiaris meus* ironice accipienda.)

Num. Quinctius pro Sestio 33, 72. Ibid. 38, 82. falsa lectio pro Q. Numerius Rufus, ubi vide, collata etiam Editione mea minore Caelianae et Sestianae. Turici 1832. p. 157.

P. Quinctius, pro quo est oratio, C. Quinctii frater, qui cum Sex. Naevio societatem fecerat, ab eo mortuo heres relictus. pro Quinct. 1. seqq. — Sex. Naevius eius bona ex edicto praetoris se possedisse ait, quod Cicero, qui causam Quinctii defendit, negat. pro Quinct. 11.

L. Quinctius Cincinnatus. Aranti nuntiatum est, eum dictatorem esse factum a. u. c. 297.; cuius dictatoris iterum (a. u. c. 315.) iussu magister equitum C. Servilius Ahala Sp. Maelium regnum appetentem occupatum interemit. Cato 16, 56. — Maiores nostri ab aratro abduxerunt Cincinnatum illum, ut dictator esset. de Fin. 2, 4, 12. Fragmm. p. 575. — Cfr. Perizon. Animadvv. hist. p. 23. propter errorem Schol. Gronov. p. 431. de M. Atilio Serrano.

L. Quinctius T. F. L. N. Flamininus, T. Flaminini frater, e senatu eie-

ctus a C. Catone censore (a. u. c. 570.) septem annis post quam consul fuerat (a. u. c. 562.) propter facinus in Gallia commissum. Cato 12, 42.

T. Quinctius T. F. L. N. Flamininus, admodum adolescens consul factus. (Scilicet ex aedilitate a. u. c. 550.) Philipp. 5, 17, 48. — T. Quinctium Flamininum vehementer animo vexatum (sive quod ei ad bellum Macedonicum profecturo infausta prodigia erant nuntiata (Liv. 32, 9.) sive quod frater eius Lucius a Catone censore cum ignominia senatu motus erat) consolatur Ennius. Cato 1, 1. — T. Quinctius Flamininus Iovis Imperatoris signum ex Macedonia (circa a. u. c. 557.) captum in Capitolio posuit. Verr. Accusat. 4, 58, 129. „At Livius 6, 29. a. u. c. 375. T. Quinctium Cincinnatum dictatorem signum Iovis Imperatoris Praeneste capto devectum in Capitolium tulisse atque inter cellam Iovis et Minervae dedicasse tradit. Apparet alterutrum errasse, quoniam de duobus signis cogitare ipse Cicero vetat. Mihi Cicero lapsus videtur ac deceptus nomine T. Quinctii utrique communi.“ Zumpt. Illud praesertim obstat Zumptii opinioni, quod signum illud *pulcherrime factum* dicit. Vix autem credibile, a. u. c. 375. Praeneste fuisse signum tam pulchrum. Quid? si exaugurato Praenestino, ei substitutum fuerit a Flaminino Macedonicum illud? — T. Flamininus regem Philippum et Macedoniam subegit. Verr. Accusat. 1, 21, 55. — Eius triumphus de Philippo. pro Murena 14, 31. — T. Flamininus triumphavit ex Macedonia a. u. c. 560. in Pison. 25, 61. — Agri in Macedonia regii partim T. Flaminini, partim L. Paulli virtute parti sunt. de lege agr. 1, 2, 5. — T. Quinctius Flamininus, fortissimus vir, censor proximus ante C. Catonem. a. u. c. 565. Cato 12, 42. — „Veri simile ex nummis T. Q. signatis, cum capite Minervae alato et apice, a flamine, cuius insigne apex, Quinctiorum aliquam familiam Flaminini cognomen tulisse. Quod autem Pacciaudus Mon. Pelop. Vol. 2. p. 102. contendit, hunc T. Quinctium Philippi victorem fuisse primum, qui illato in domum suam flaminatu Flaminini cognomen abstulerit et in posteros propagaverit, in eo certe falsus est, cum iam multis ante annis Livius 25, 1. quendam L. Quinctium Flamininum“ (Titi, ut videtur, avum) „memorarit.“ Eckhel D. N. 5. p. 290.

T. Quinctius T. F. T. N. Flamininus et M'. Acilius Balbus coss. a. u. c. 604.; quibus coss. fingitur habitus sermo de senectute inter Catonem, Laelium et Africanum minorem. Cato 5, 14. ad Att. 12, 5, 3.

T. Quinctius T. F. T. N. Flamininus consul a. u. c. 631. cum Q. Metello Balearico. — De eo, quem ipse vidi, nihil accepi nisi Latine diligenter locutum. Brut. 28, 109. — Eum pueri vidimus. Existimabatur bene Latine (scire), sed litteras nesciebat. Ibid. 74, 259. Pro domo 53, 136.

Quinctius Gallius (sic Med. Alii vel Q. Gallius vel Q. Gallus) legatus, ut videtur, Q. Marcii Philippi proconsulis Asiae. Ad eum scriptae sunt Epp. 43. et 44. Lib. 13. ad Fam.

(Quinctius) Scapula. In Hispania bellum commotum a Scapula, postea confirmatum a (Sex.) Pompeio. ad Fam. 9, 13, 1. — De eius interitu vide Scriptorem Belli Hispan. 33. — Idem fortasse est Scapula, ad Att. 12, 38, 4. — Horti Scapulani. ad Att. 12, 40, 4.

P. (Quinctius) Scapula. Ei pecuniam C. Quinctius debebat. (a. u. c. 673.) pro Quinct. 4, 17.

T. Quinctius Trogus capitis accusatus a M. Sergio quaestore. Varro LL. 6, 9. p. 268. et in primis p. 271.

Quinctus praenomen. Maiores nostri Quinctum ideo dixerunt, quod quinto fortassis loco natus esset. Victorinus I. p. 69.

Quinquatrus sollemnia in honorem Minervae XIV. Kal. April. et sequentibus. ad Fam. 2, 12, 1. ad Fam. 12, 25, 1. — Quinquatrus: hic dies unus ab nominis errore observatur, proinde ut sint quinque dies. Varro LL. 6, 3. p. 196. — Quinquatrus minusculae dictae Iuniae Idus. Varro LL. 6, 3. p. 199. Cfr. Ovid. Fast. 6, 651. (Formam *Quinquatria* Latinam esse negavit cum aliis Ern. ad Tac. Annal. 14, 12., sed cfr. Suet. Domit. 4.)

Quirina tribus, urbana. pro Quint. 6, 24. ad Fam. 8, 8, 5. Ascon. in Cornel. p. 81.

Quirinalia, sollemnia in honorem Romuli. ad Q. Fr. 2, 13, 3. Varro LL. 6, 3. p. 195. Cfr. Ovid. Fast. 2, 513.

Quirinalis mons; inter eum Esquilinumque maximus agger obiectus (a Servio Tullio). de Rep. 2, 6, 11. — Quirinalis collis, (quia ibi) Quirini fanum. Varro LL. 5, 8. p. 57 et 58. — Proprie dicimus collem Quirinalem, collem Viminalem; contra, montem Esquilinum, Palatinum, Aventinum, Caelium, Oppium.

Quirinus. Romulum eundem esse Quirinum putant. de Nat. D. 2, 24, 62. — Quirinus, Romulus inter deos relatus. de Rep. 2, 10, 20. de Legg. 1, 1, 3. — Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. — de Off. 3, 10, 42. — Quirinus a Quiritibus dictus. Varro LL. 5, 10. p. 78. — Quirini aedes in Quirinali. Varro LL. 5, 8. p. 58. — Caesar, Quirini contubernalis: (quia statua ei in templo Quirini posita erat.) ad Att. 13, 28, 3. — Hinc ad Att. 12, 45, 3.: „Caesarem *σύνναον* Quirino malo quam Saluti" (cuius templum fuit in vicinia), quibus verbis significat se Caesari Romuli a patribus distracti mortem potius quam salutem optare. Vide etiam Romulus.

Quirites a Curensibus; ab his cum Tatio rege in societatem venerunt civitates. Varro LL. 6, 7. p. 244. — Formula: Populus Romanus Quiritium. Varro LL. 6, 9. p. 263. — Duo genera earum coloniarum, quae a populo Romano deductae sunt, fuerunt, ut Quiritium aliae, aliae Latinorum essent. Ascon. in Pison. p. 4.

Rabiriana domus Neapoli. ad Att. 1, 6, 1.

Rabirius malus auctor philosophiae Latinus, cuius praeter Ciceronem nemo antiquorum meminit. Acad. 1, 2, 5. — Ab hoc sine dubio diversus est praestans poëta C. Rabirius, qui etiam Ovidio laudatur Pont. 4, 16, 5.: *magnique Rabirius oris*. Vid. Voss. Hist. Lat. 1, 21. Alius Rabirius, fortasse medicus, apud Plin. H. N. 28, 7. Ern. Illi C. Rabirio tribuitur nunc Carmen de bello Actiaco sive Alexandrino. Cfr. Commentatio de C. Sallustii Crispi Historiarum Lib. III. Fragmm. atque Carminis Latini de bello Actiaco sive Alexandrino fragmenta, iterum edidit Io. Th. Kreyssig. Misenae 1835. 8.

C. Rabirius avunculus et pater adoptivus C. Rabirii Postumi. pro Rab. Postumo 17, 45. — T. Attius Labienus tribunus pl. diem dixit C. Rabirio et perduellionis crimen intendit, quod L. Appuleium Saturninum tribunum pl. interfecisset (a. u. c. 654.) Defenderunt eum Hortensius et consul Cicero (a. u. c. 691.) Acta primum causa est apud duumviros ex antiquo more: quos fuisse C. Caesarem et L. Caesarem auctor est Dio 37, 26.; deinde reo condemnato et ad populum provocante, in campo Martio comitiis centuriatis; de quo iudicatum non esse propter militare signum a Metello Celere praetore de Ianiculo ablatum; quod cum accideret, dissolvi comitia vetere instituto necesse erat; nec voluisse iterum Labienum habere comitia et ea ratione Rabirium servatum esse, Dio narrat eodem libro. Manut. Totam rem ita narrat Cassius Dio 37, 26. seqq. *Τίτος δὲ δὴ Λαβιῆνος* (qui postea sub Caesare militavit in Galliis:) *Γάϊον Ῥαβίριον ἐπὶ τῷ τοῦ Σατουρνίνου φόνῳ γραψάμενος πλεῖστον σφίσι τάραχον παρέσχεν. ὅ, τε γὰρ Σατουρνῖνος πρὸ ἕξ που καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἐτεθνήκει· καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὸν οἱ ὕπατοι τότε παρὰ τῆς βουλῆς προσετετάχατο, ὥστε ἡ γερουσία ἄκυρος ἐκ τοῦ δικαστηρίου ἐκείνου τῶν ψηφισμάτων ἐγίγνετο κἀκ τούτου πᾶς ὁ κόσμος τῆς πολιτείας ἐταράττετο· ὁ μὲν γὰρ Ῥαβίριος οὐδ' ὡμολόγει τὸν φόνον, ἀλλ' ἄπαρνος ἦν. οἱ δὲ δήμαρχοι τήν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς βουλῆς καταλῦσαι παντελῶς ἐσπούδαζον καὶ ἐξουσίαν ἑαυτοῖς τοῦ πάνθ' ὅσα βούλοιντο ποιεῖν προπαρεσκεύαζον. διὰ γὰρ δὴ τοῦ τά τε τῷ συνεδρίῳ δόξαντα καὶ τὰ πρὸ τοσούτων ἐτῶν πραχθέντα εὐθύνεσθαι, τοῖς τέ τι τῶν ὁμοίων ἐπιχειροῦσιν ἄδεια ἐδίδοτο καὶ αἱ τιμωρίαι αὐτῶν ἐκολούοντο. ἡ οὖν γερουσία δεινὸν μὲν καὶ ἄλλως ἐνόμιζεν εἶναι καὶ ἄνδρα βουλευτὴν μήτ' ἀδικοῦντά τι καὶ ἐς γῆρας ἤδη προεληλυθότα ἀπολεῖσθαι, πολλῷ δὲ δὴ μᾶλλον ἠγανάκτει, ὅτι τό τε πρόσχημα τῆς πολιτείας διεβάλλετο καὶ τὰ πράγματα τοῖς φαυλοτάτοις ἐπετρέπετο. Σπουδαί τε οὖν ταραχώδεις καὶ φιλονεικίαι ἀφ' ἑκατέρων περί τε τοῦ δικαστηρίου, τῶν μὲν ὅπως μὴ συναχθῇ, τῶν δὲ, ἵνα καθιζήσῃ, δικαιούντων· καὶ ἐπειδὴ τοῦτο διά τε τὸν Καίσαρα καὶ δι' ἄλλους τινὰς ἐνίκησε,* * * *περί τε τῆς κρίσεως αὖθις συνέβησαν· καὶ* (*ἦν γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ μετὰ τοῦ Καίσαρος τοῦ Λουκίου δικάζων· οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ δὴ λεγόμενον περδουελλίωνος ὁ Ῥαβίριος ἐκρίθη·*) *κατεψηφίσαντο αὐτοῦ,*

καίτοι μὴ πρὸς τοῦ δήμου κατὰ τὰ πάτρια, ἀλλὰ πρὸς τοῦ στρατηγοῦ, οὐκ ἐξὸν, αἱρεθέντες· καὶ ἐφῆκε μὲν ὁ Ῥαβίριος, πάντως δ' ἂν καὶ παρὰ τῷ δήμῳ ἑάλω, εἰ μὴ ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ, οἰωνιστής τε ὢν καὶ στρατηγῶν, ἐνεπόδισεν. ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἄλλως ἐπείθοντό οἱ, οὔθ' ὅτι παρὰ τὰ νενομισμένα ἡ κρίσις ἐγεγόνει ἐνεθυμοῦντο, ἀνέδραμεν εἰς τὸ Ἰανίκουλον πρὶν καὶ ὁτιοῦν σφᾶς ψηφίσασθαι καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν, ὥστε μηδὲν ἔτ' αὐτοῖς ἐξεῖναι διαγνῶναι. Τοῦτο δὲ τὸ κατὰ τὸ σημεῖον τοιόνδε τί ἐστι· πολλῶν τὸ ἀρχαῖον πολεμίων τῇ πόλει προσοικούντων φοβούμενοι μή ποτε ἐκκλησιαζόντων σφῶν κατὰ τοὺς λόχους, ἐπιθῶνταί τινες τῇ πόλει τὸ Ἰανίκουλον καταλαβόντες, ἐνόμισαν μὴ πάντες ἅμα ψηφίσασθαι, ἀλλά τινας ἀεὶ ἐνόπλους τὸ χωρίον ἐκεῖνο ἐκ διαδοχῆς φυλάττειν. καὶ αὐτὸ, ἕως μὲν ἡ ἐκκλησία ἦν, ἐφρούρουν· ὁπότε δὲ διαλυθήσεσθαι ἔμελλε, τό τε σημεῖον καθῃρεῖτο καὶ οἱ φύλακες ἀπηλλάσσοντο. οὐ γὰρ ἐξῆν μὴ φρουρουμένου τοῦ χωρίου ἐκείνου οὐδὲν ἔτι χρηματισθῆναι· τοῦτο δὲ ἐν μόναις ταῖς κατὰ τοὺς λόχους ἀθροιζομέναις ἐκκλησίαις ἐγίγνετο, ὅτι τε ἔξω τοῦ τείχους, καὶ ὅτι πάντες οἱ τὰ ὅπλα ἔχοντες ἀνάγκην εἶχον εἰς αὐτὰς συνιέναι· καὶ ἔτι τε καὶ νῦν ὁσίας ἕνεκα ποιεῖται. Οὕτω μὲν δὴ τότε ἥ τε ἐκκλησία καθαιρεθέντος τοῦ σημείου διελύθη καὶ ὁ Ῥαβίριος ἐσώθη· ἐξῆν μὲν γὰρ τῷ Λαβιηνῷ καὶ αὖθις δικάσασθαι, οὐ μέντοι καὶ ἐποίησεν αὐτό. Contra Dionem sic disputavit Niebuhrius: „Qui ad hanc orationem Suetoniumque et Dionem Cassium de iudicii genere dixerunt, in quo Rabirius a Cicerone defensus est, omnes Dione auctore statuunt damnatum perduellionis iudicio a duumviris C. Rabirium ad populum provocasse, cuius comitiis per prudentiam Q. Metelli diremptis, T. Labienum, qui alio iudicio accusare potuisset, actionem abiecisse. Itaque ad populum provocatione certantem a Cicerone defensum esse existimant: et profecto, si Dionis testimonio standum est, aliter se res habere nequit. Atque ego certe is minime sum, qui de huius scriptoris, prudentis et diligentis viri, fide detrahere soleam; sed hac quidem in re eum errasse, atque aut nunquam perduellionis iudicium in Rabirium habitum esse aut, siquidem illius periculum callido consilio depulsum fuerit, Labienum eidem reo multam irrogasse, ex hac ipsa oratione perspicue intelligitur. Scilicet Ciceronis defensio, ut ipse disertis verbis docet (c. 3.), ad *multae irrogationem* pertinet, cui propria erant tot alia crimina ab accusatore in reum collata, a perduellione maxime aliena; et tantum abest, ut de hoc iudicio cogitari possit, ut Cicero Labienum querentem inducat (c. 4.) *istud a consule in causa Rabirii sublatum esse;* ipse glorietur *se carnificem de foro, crucem de campo sustulisse.* Neque in omni defensione, ac praecipue quidem in perorationis parte, quam Vaticanenses schedae servarunt, de carcere et de cruce, sed de exilio rei, si condemnetur, cogitat. Quare persuasum habeo, licet contrarium tradat Dio, fecisse Labienum idem, quod ab accusatoribus P. Clodii, qui classem populi Romani ad Drepana amiserat, factum esse interpres Ciceronis ad orationem in Clodium et Curionem docet (V. 4.), indicio valde memorabili et quod rem clari exempli multo accuratius quam ceteri veterum auctorum loci illustrat. Nam Pullium (P. Villium suspicor scribendum esse) et Fundanium, tribunos pl., tradit dicta die perduellionis, cum imber comitia diremisset, postea P. Clodio multam irrogasse CXX. milium aeris; quo iudicio a populo damnatus est. Verum hoc ita disputo, ut minime dubitem Rabirium ad populum provocasse; lex enim iubebat (Livius I. c. 26.): sed ex illa Ciceronis gloriatione et tribuni querela colligo, consulis senatusque auctoritate abolitum fuisse, quod duumviri contra legem a praetore dati iudicaverant; immo praeclarum illud Q. Metelli facinus ad iudicium de multa referendum esse omnino arbitrarer, nisi absolutum esse Rabirium populi suffragiis Suetonius significaret; servatumque sua virtute, non ereptum alius cuiusdam ope, optimum civem Cicero ipse indicaret. (in Pisonem c. 2.) Itaque ut error, qui super hac re invaluit, penitus tollatur, inscribendam orationem *ad Quirites*, non *pro perduellionis reo*, suadeo; quamquam hunc titulum antiquissimum esse non nego." Sed cum C. Rabirius defensus sit et ab Hortensio et a Cicerone, hic porro tanta dicendi copia utatur, tam *παθητικῶς* de perduellionis iudicii atrocitate conqueratur, tam impenso studio pro Rabirii capite ac fama populum deprecetur, ut eiusmodi declamatio et

ampullae in simplici multae irrogatione prope risum auditoribus excitaturae fuissent, equidem praeeuntibus Goettlingio (*Hermes* Vol. 26. p. 126.) et Reiffio (*Geschichte der röm. Bürgerkriege* 2. p. 279.) Niebuhrianae rationi accedere non queo. Totam autem rem sic actam esse existimo: Diligenter agente in primis Cicerone (§. 32.) senatus multas propter causas, et maxime, ut seditiosi homines coërcerentur, statuerat omnibus modis hoc infringendum ac rescindendum esse perduellionis iudicium: videlicet cum Rabirium damnassent duumviri, provocaret is ad populum; defenderetur a duobus viris eius aetatis eloquentissimis, Q. Hortensio et M. Tullio; quod si vel maxime a populo damnaretur, extrema quaeque tentarentur, quo comitia ante tabellas perlatas dirimerentur; id quod Q. Metellus Celer sublato vexillo ex Ianiculo postea strenue exsecutus est. Et, si hoc egregium facinus non esset patratum, ante tabellas diribitas Rabirio, fortasse etiam propter multae magnitudinem, in exilium eundum erat; quocirca in peroratione, quae vera esse debebat, non de crudeli illo supplicio verba facit, sed solum de eorum miseria, qui solum vertere cogantur. In media autem oratione ipsum illum locum oratorie exornare licebat. Contra accusator Labienus, ut inimicum quoquo modo ulcisceretur, praeter quam quod actionem perduellionis intendit, multam quoque irrogavit (§. 8.) iam praevidens fore, ut perduellionis iudicium impediretur ac dissolveretur. Propter hoc ipsum acerbissime questus est a Cicerone illud esse sublatum (§. 10.). Sic nulla iam remanet difficultas; et perstat fides Dioni, qui, ut eius narratio accurata et singula quaeque attingens per se ipsa demonstrat, optimos auctores secutus est. — Me cum amicitiae vetustas, tum dignitas hominis, tum ratio humanitatis, tum meae vitae perpetua consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata. pro C. Rabirio perd. 1, 2. — Homo miserrimus atque innocentissimus. Ibid. 2, 5. — Ego in C. Rabirio perduellionis reo XL. annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi. in Pison. 2, 4. — Rabirii causa continebatur ius omne retinendae maiestatis. Orat. 29, 102.

C. Rabirius Postumus, eques Romanus, filius C. Curtii naturalis, Rabirius per adoptionem. Accusatus de residuis, damnato Gabinio, a Cicerone defenditur a. u. c. 700. Cfr. totam Orationem pro eo habitam. — Eum ex Africa in Siciliam ad commeatum arcessendum mittit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 8. — Cfr. etiam Suet. Caes. 12. Claud. 16.

L. Rabius falsa lectio pro L. Fannius (ubi vide). Verr. Accus. 1, 54, 87.

Rabocentus, Bessicae gentis princeps, a L. Pisone securi percussus est. in Pison. 34, 84.

L. Rabonius pupilli Iunii tutor testamento patris P. Iunii, vexatus a Verre, praetore urbano a. u. c. 680. propter aedis Castoris sarta tecta tuenda. Verr. Accusat. 1, 50, 132.

L. Racilius. Verr. Accus. 2, 12, 31. — L. Racilius, fortissimus et constantissimus vir, nullas sibi neque contentiones neque inimicitias neque vitae dimicationes nec pro re publica nec pro me defugiendas putavit. Atque utinam, quam ego sum in illum gratus, tam licuisset per hominum vim et iniuriam populo ei gratiam referre! pro Plancio 32, 77. Tribunus pl. fuit a. u. c. 698. (non 697., ut putat Maius.) — Ad Q. Fr. 2, 1, 2. de tribunis pl. longe optimus. Ibid. §. 3. — Unus (bonus) est hoc tempore tribunus pl.. Eius iocus in C. Catonem trib. pl. ad Q. Fr. 2, 6, 5. Fragmm. p. 514. — L. Racilius trib. pl. fuit fide et animo singulari in P. Lentulum Spintherem. ad Fam. 1, 7, 2. — Exstat libellus Ciceronis, qui ita inscribitur: Edictum L. Racilii Tribuni Plebi, quod sub nomine ipsius Cicero conscripsit in invectionem P. Clodii. Schol. Bob. pro Plancio p. 268. — L. Racilius, Caesarianus, erat in Hispania ulteriore a. u. c. 706. Bell. Alex. 52. — Interficitur a Q. Cassio Longino praetore, in quem coniuraverat. Ibid. 55.

Radians, id est, Sol. Arat. v. 157.

Ramnenses. de Rep. 2, 20, 36. — Ramnes s. Ramnenses Ennio auctore a Romulo nominati. Varro LL. 5, 9. p. 61. — Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 159. Vide Luceres.

Ranius, homo ineptus. ad Att. 12, 21, 1. — Fortasse servus vel libertus Bruti. Ranii nomen reperitur in lapide apud Gruterum. Alii *Rarius*. Ern.

Rauduscula Porta. Varro LL. 5, 34. p. 163.

Ravenna, colonia et portus ad mare Adriaticum in Gallia Cispadana. — Ravennam Caesar quotannis ad conventus agendos venire solitus erat. ad Att. 7, 1, 4. pro Balbo 22, 50. ad Fam. 1, 9, 9. Lib. 8, 1, 4.

Rea Silvia sive Ilia. Eius ῥῆσις apud Ennium. de Divin. 1, 20, 40. — Rea, Romuli mater. Varro LL. 5, 32. p. 146. — Rectior est scriptura *Rea* quam *Rhea.*

Reate ad viam Salariam in agro Sabino (hodie *Rieti*). Varro RR. 3, 1, 6. — Hinc:

Reatina praefectura. de Nat. D. 2, 2, 6. in Catil. 3, 2, 5.

Reatini in agro Sabino. Reatinorum corona, (hasta, auctio). ad Att. 9, 8, 1. — Nuper cum Reatini, qui essent in fide mea (mei clientes), me suam publicam causam de Velini fluminibus et cuniculis apud hos consules (L. Domitium Ahenobarbum et App. Claudium Pulchrum a. u. c. 700.) agere voluissent, non existimavi me neque dignitati praefecturae gravissimae neque fidei meae satis esse facturum, nisi me causam illam non solum homines, sed etiam locus ipse lacusque docuisset. pro Scauro 2, 27. — Reatini me ad sua τέμπη duxerunt, ut agerem causam contra Interamnates apud consulem et decem legatos. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 15, 5. (*Τέμπη sua*, id est, loca amoena, quae erant ad lacum Velinum.) Reatinorum et Interamnatium controversiae de lacu Velino. Varro RR. 3, 2, 5. — Reatinis paludibus ungulae iumentorum indurantur. Fragmm. p. 493. — Reatini asini in Italia nobilitati. Varro RR. 2, 1, 14. Varro RR. 1, 8, 6.

Reatinus ager; in eo Cutiliae lacus, Italiae umbilicus. Varro Fr. p. 363. Bip. — In eo Aborigines. Varro LL. 5, 8. p. 59. — Ibi equariae. Varro RR. 2. Praef. 6. de lege agr. 2, 25, 66. Varro RR. 1, 7, 7. Ibid. 14, 3.

Rebilus. Vide T. Caninius Rebilus.

Recentoricus ager Siciliensis exceptus a Rullo in vectigali imponendo. de lege agr. 1, 4, 10. Ibid 2, 21, 57.

Reges Marcii Domitium loris ceciderunt. Her. 3, 21, 34. Vid. in Marciis.

Regia pro Milone 14, 37. est Regia (domus) Numae in Urbis regione octava. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Oct. 76. p. 294. De altera Regia Anci Marcii, ubi habitabat pontifex maximus, in summa Sacra via, regione autem quarta, locum ad Atticum 10, 3. A., 1.: „Visum te aiunt in Regia“ interpretatur Friedericus Triplin in Miscell. Cracov. novis p. 105. seqq. Ironice igitur Regiam dicit, quia Caesar ibi habitabat. Alii tamen intelligunt de Regia Numae. — Aebutius, defensor nimium litigiosus, contritus ad Regiam. pro Caecina 6, 11. id est, qui levioribus causis agendis, controversiis suscipiendis, negotiis gerendis implicatus semper versatur ad Regiam in Sacra Via. Iordan. Namque nunc legitur e Cod. Palimps. et Erfurt. *contriti ad Regiam* pro corruptis illis: *conciti ad rixam.*

Regienses, municipes Regii Lepidi. ad Fam. 13, 7, 4.

Regillus lacus, in Latio ad viam Lavicanam. Proelium ibi commissum a. u. c. 259. de Nat. D. 2, 2, 6. Ibid. 3, 5, 11. — Il lago Regillo dee esser lo stesso che oggi si chiama *laghetto* alle radici di Monte Falcone presso la *Colonna.* Micali 3. p. 68.

Regillus, cognomen Aemiliorum. Quaero de Regillo (M. Aemilii) Lepidi (consulis a. u. c. 676.) filio, rectene meminerim patre vivo mortuum. ad Att. 12, 24, 2.

Reginus a. u. c. 705. infero mari praeerat. Reginus erat totus noster. ad Att. 10, 12, 1. — Corrado videtur esse L. Minucius Basilus, quem hoc muneris habuisse tradit Orosius 6, 15.

Regium Lepidi. ad Fam. 11, 9, 2. — Studiosissimum rei publicae. Ibid. 12, 4, 2. Est urbs Galliae Cispadanae in via Aemilia; nomen tulit a M. Aemilio Lepido, qui cum C. Flaminio consul fuit a. u. c. 567. hodie *Reggio.* Rectius autem scribitur *Regium* quam *Rhegium.* Incolae Regii, Regienses, Rhegii, Rhegini.

Reguli. Vide in Attiliis et in Livineiis.

Rema. „*Certabant* Romulus et Remus, *urbem Remamne Romamne vocarent.*“ Ennius. de Divin. 1, 48, 107.

Remmia lex. pro Sex. Roscio 19, 55.

Remus. Vide Romulus. — Remus et Romulus, ambo augures, ut accepimus. de Divin. 2, 38, 80. — Eius auspicia. Schol. Bob. in Vatin. p. 319. — Remus a Romulo interemptus. de Off. 3, 10, 41. — Eius statua cum fratre Romulo et altrice lupa vi fulminis icta concidit. de Divin. 2, 20, 45. — *De Remo et Romulo loqui* proverbii locum obtinebat; i. e. de rebus nimis antiquis ac pervagatis. de Legg. 1, 3, 9. — Cfr. etiam de Rep. 2, 2, 4. Varro Fr. p. 364. Bip.

Rex. Vide Marcius Rex.

Rhadamanthus et Minos, inexorabiles iudices apud inferos. Tuscul. 1, 5, 10. Ibid. 41, 98.

Rhascypolis ex Macedonia ducentos equites adduxit Pompeio a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 4.

Rhea. Vide Rea.

Rhegini. Quid arbitramini Rheginos, qui iam cives Romani sunt, merere velle, ut ab iis marmorea Venus illa auferatur? Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Rheginis publice, quod Mamertini materiem non habent, eam Verres imperavit. Verr. Accusat. 5, 18, 47. pro Archia 3, 5.

Rhegium et Messana: inter haec oppida fretum. Varro Fr. p. 254. Bip. — Rhegium, *Ῥήγιον* nominatum, quia Graece *abruptum* hoc nomine nuncupatur. Sal. Hist. 4. p. 226. Ed. Gerl. min. — Iuxta Rhegium fluvii sunt continui septem; in his a matris nece purgatus Orestes. Varro Fr. p. 206. Bip. — Eius incolae tribules Q. Cornificii. ad Fam. 12, 25, 3. — Est oppidum in margine Italiae exadversum Siciliae situm, hodie *Reggio*.

Rhenus. Rheni fossa, gurgitibus illis redundans Germanorum immanissimis gentibus obiecta. in Pison. 33, 81. — Gallia cis Rhenum. Victorin. I. p. 5.

Rhesus, Thracum rex, Musa (Terpsichore vel Euterpe) matre natus, nusquam tamen colitur. de Nat. D. 3, 18, 45. Cfr. Iliad. *κ*, 435. et Pseudoeuripidis Rhesum.

Rhetores Graeci. Quae Graeci dicendi artifices et doctores reliquerunt, patent in promptuque sunt omnibus. de Or. 1, 6, 23. — Rhetorum Graecorum ineptiae exagitantur de Or. 2, 19, 77. seqq. — Rhetores Graeci exagitati a Charmada Academico. de Or. 1, 19, 86. — Scriptoris ad Herennium severum de iis iudicium. Her. 1, 1, 1. — Aliud eiusdem iudicium de iisdem. Ibid. 4, 1, 1. — Rhetores ab Aristotele et Theophrasto profecti. de Inv. 1, 35, 61. — de Inv. 2, 2, 6.

Rhinton, poëta Tarentinus, hilarotragoedus. Eius versiculus: *Οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσι, τοῖς δ' οὐδὲν μέλει.* ad Att. 1, 20, 3. — *Ῥίνθων ἑξαμέτροις πρῶτος ἔγραφε τὴν κωμῳδίαν. ἐξ οὗ πρῶτος λαβὼν τὰς ἀφορμὰς Λουκίλιος ὁ Ῥωμαῖος ἡρωϊκοῖς ἔπεσιν ἐκωμῴδησε. μεθ' ὃν καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν, οὓς καλοῦσι Ῥωμαῖοι σατυρικοὺς, οἱ νεώτεροι τὸν Κρατίνου καὶ Εὐπόλιδος χαρακτῆρα ζηλώσαντες.* Io. Lydus de Magistr. Ro. 1, 41. Varro RR. 3, 3, 9.

Rhodanus fl. ad Fam. 10, 9, 3. Ibid. 11, 2.

Rhodanus Confluens. ad Fam. 10, 34, 1. Videtur corruptum pro: *Confluens ad Rhodanum* vel: *Confluens Araris et Rhodani.* Inscr. mear. Lat. N. 660. et 4018.

Rhodii, doctissimi homines; ex eorum tamen institutis etiam (id quod acerbissimum est) liberi civesque torquentur. Partitt. 34, 118. — Rhodii in facetiis excellunt. de Or. 2, 54, 217. — Orat. 2, 5. — Rhodii opimum genus dicendi nunquam probaverunt. Orat. 8, 25. de Off. 3, 12, 50. — Rhodii oratores saniores quam Asiatici et Atticorum similiores. Brut. 13, 51. — Rhodiorum legati Athenas missi. de Inv. 2, 29, 87. — Lex est apud Rhodios, ut, si qua rostrata in portu navis deprehensa sit, publicetur. de Inv. 2, 32, 98. — Liber populus, ut Rhodi, ut Athenis. de Rep. 1, 31, 47. — Rhodiorum res publica minime vituperanda. Omnes erant iidem tum de plebe, tum senatores, vicissitudinesque habebant, quibus mensibus populari munere fungerentur, quibus senatorio; utrobique autem conventitium accipiebant et in theatro et in curia; res capitales et reliquas omnes iudicabant iidem; tantum poterat tantique erat, quanti multitudo, senatus. de Rep. 3, 35, 48. — Eorum usque ad nostram memoriam disciplina navalis et gloria remansit. pro lege Manilia 18, 54. — Si Rhodiis turpe non est portorium locare, ne Hermacreonti quidem turpe est conducere. de Invent. 1, 30, 47. — Quid arbitramini Rhodios merere velle, ut amittant Ialysum (Protogenis

tabulam?) Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Apud eos Graecam orationem habuit Ti. Gracchus pater. Brut. 20, 79. — Foedus cum iis M. Marcello, Ser. Sulpicio coss. renovatum; quo iuraverant eosdem hostes se habituros, quos S. P. Q. R. ad Fam. 12, 15, 2. — Rhodii, qui prope soli bellum illud superius (ante a. u. c. 684.) cum Mithridate rege gesserunt omnesque eius copias acerrimumque impetum moenibus, litoribus classibusque suis exceperunt, tamen, cum ei regi inimici praeter ceteros essent, statuam eius, quae erat apud ipsos in celeberrimo urbis loco, ne tum quidem in ipsis urbis periculis attigerunt. Verr. Accusat. 2, 65, 159. — Rhodiorum civitas magna atque magnifica, quae populi Romani opibus creverat, infida atque advorsa nobis fuit; sed postquam bello confecto de Rhodiis consultum est, maiores nostri impunitos eos dimisere. Sal. Catil. 51. — Caunii nuper (ante a. u. c. 694.) omnesque ex insulis, quae erant ab Sulla Rhodiis attributae, confugerunt ad senatum, nobis ut potius vectigal quam Rhodiis penderent. ad Q. Fr. 1, 1, 11, 33. — Rhodii in omnibus dimicationibus et scientia et virtute praestiterunt (a. u. c. 706.) Bell. Alex. 11. — Rhodii a. u. c. 711. de causa rei publicae Romanae quantopere desperarint, exponit P. Lentulus, propraetor. ad Fam. 12. Epp. 14 et 15. — Rhodii a. u. c. 711. excluserunt Dolabellam. Pseudocic. ad Brut. 2, 4. — Eorum ἄφρακτα. ad Att. 5, 11, 4.

Rhodo, amicus Q. Minucii Thermi, propraetoris Asiae (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 18, 1.

Rhodus, insula Asiatica in mari mediterraneo, celeberrima studiis eloquentiae, philosophiae et rei navalis; in qua et urbs eiusdem nominis. de Or. 2, 1, 3. pro Plancio 34, 84. ad Fam. 2, 17, 1. L. 4, 7, 4. Vide Acantho. — Ibi Ialysus, Camirus, Lindus heroës culti. de Nat. D. 3, 21, 54.

Rhosiaca vasa, a Rhoso, urbe Ciliciae in sinu Issico, celebri vasis fictilibus, unde Atticus, vasa Rhosiaca ut sibi mitteret, Ciceronem rogarat. ad Att. 6, 1, 13.

Robigalia. Varro RR. 1, 1, 5. Varro LL. 6, 3. p. 199.

Robigus, deus. Varro RR. 1, 1, 6.

Rocus capitis accusatus a M. Sergio quaestore: nomen corruptum ex *Trogus*. Varro LL. 6, 9. p. 268.

Roma „augusto augurio condita." Ennius apud Varr. RR. 3, 1, 2. — Roma condita a Troianis, Aenea duce, et Aboriginibus. Sal. Cat. 6. — Roma condita Olympiadis sextae anno tertio. Cic. Fragmm. p. 579. — Roma, id quod Graecorum investigatur annalibus, condita est secundo anno Olympiadis septimae. de Rep. 2, 10, 18. — Urbis Romae natalem diem L. Tarutius repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus. de Divin. 2, 47, 98. — Roma ab Romulo dicta. Varro LL. 5, 4. p. 34. — Dii magni, id est, Lares urbis Romae. Pseudoascon. ad Act. I. Verr. p. 145. — Romae nomen arcanum. Varro Fr. p. 374. Bip. — Roma septem montium: e poëta incognito. Varro LL. 5, 5. p. 40. — Roma in montibus posita et convallibus, coenaculis sublata atque suspensa, non optimis viis, angustissimis semitis. de lege agr. 2, 35, 96. — Athenas et in hanc urbem confluxerunt multi inquinate loquentes ex diversis locis. Brut. 74, 258. — Romae multa arrogantia, immoderata libertas, infinita hominum licentia. ad Q. Fr. 1, 1, 7, 22. — Roma, civitas ex nationum conventu constituta, in qua multae insidiae, multae fallaciae, multa in omni genere vitia versantur; multorum arrogantia, multorum contumacia, multorum malevolentia, multorum superbia, multorum odium ac molestia perferenda est. Q. Cic. de Pet. cons. 14, 54. — Roma domicilium imperii et gloriae. de Orat. 1, 25, 105. — Roma una in omnibus terris domus est virtutis, imperii, dignitatis. de Orat. 1, 44, 195. — Roma, lux orbis terrarum atque arx omnium gentium. Catil. 4, 6, 11. — Nihil in terra Roma melius. de Nat. D. 3, 9, 21. — Romae tam multa geruntur, ut vix ea, quae fiunt in provinciis, audiantur. pro Plancio 26, 63. — Romae aedes Pietatis icta e caelo. de Divin. 1, 43, 98. — Iunoni Sospitae templum Marsico bello restitutum. Ibid. 44, 99.

Romani. Romana militia. Fragmm. p. 580. — Romanae militiae summus labor et duritia. Tuscul. 2, 16, 37. — Ingenia nostrorum hominum multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt. de Or. 1, 4, 15. — Ro-

mani disciplinam puerilem ingenuis nullam certam aut destinatam legibus aut publice expositam aut unam omnium esse voluerunt. (sine causa ideo negligentiae accusati a Polybio.) de Rep. 4, 3, 3. — Romani antiqui sedentes epulabantur. Varro Fr. p. 236 et 219. Bip. — Romani antiqui plus quam annos CLXX. deos sine simulacro coluerunt. Varro Fr. p. 229. Bip. — Romani veteres atque urbani sales, non Attici, sed salsiores, quam illi Atticorum. ad Fam. 9, 15, 2. — Romanorum cum Graecis comparatio. Tuscul. 1, 1, 1. seqq. — Romani praeter ceteras gentes laudis et gloriae avidi. de lege Manil. 3, 7. — Eorum ingenia multum ceteris hominibus omnium gentium praestiterunt. de Or. 1, 4, 15. — Nostri (incolae urbis Romae) minus student litteris quam Latini. de Or. 3, 11, 43. — Romanorum ingenia virtutesque laudantur maxime iis in studiis, quae sero admodum expetita e Graecia in suam civitatem transtulerunt. Tuscul. 4, 1, 1. — Romanorum antiquorum mores. Sal. Catil. 7. seqq. — Romanorum post Sullam mores. Ibid. 11. seqq. — Romanorum mores descripti a Mithridate in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 233. Ed. Gerl. min. — Sensus corporis nostri sub numero quinario numerari manifestum est. Hunc Romani in populi divisione secuti sunt in quinque classes omnia civitatis membra claudentes. Eulogius p. 404.

Romani ludi. Verr. Act. 1, 10, 31. — L. Tarquinium Priscum primum ludos maximos, qui Romani dicti sunt, fecisse accepimus. de Rep. 2, 20, 36. — Mihi aedili ludi antiquissimi, qui primi Romani appellati sunt, cum dignitate maxima et religione Iovi, Iunoni, Minervaeque erunt faciundi. Verr. Accusat. 5, 14, 36. — Romani ludi magni s. maximi celebrabantur ab aedilibus curulibus Iovi, Iunoni et Minervae pridie Non. Sept. per octo dies. de Or. 1, 7, 24.

Romani rustici in agro Sabino: eorum laudes. Cato 7, 24. — Viri magni nostri maiores non sine causa praeponebant rusticos Romanos urbanis. Varro RR. 2. Praef. 1. — Romani rustici in pace civitatem alebant, in bello tuebantur. Varro RR. 3, 1, 4. Varro Fr. p. 280. Bip.

Romanula Porta. Varro LL. 5, 34. p. 161. et 6, 3. p. 206.

Romanum nomen. *Silvestris Romani nominis altrix Martia* lupa - - *fulminis ictu Concidit*. de Divin. 1, 12, 20.

„Romanus sedendo vincit," vetus proverbium. Varro RR. 1, 2, 2.

Romanus ager et Latinus: in eo rura metiuntur iugeris. Varro RR. 1, 10, 1. — Romanus ager opponitur Gabino, Peregrino, Hostico et Incerto ex augurum publicorum doctrina. Varro LL. 5, 4. p. 31. Varro LL. 5, 9. p. 61.

Romanus populus, quomodo possessionem sibi totius orbis compararit. de Rep. 3, 13, 22. Ibid. 23, 35. — Romanus populus maxime animi magnitudine excellit. de Off. 1, 18, 61. — Omnis populi Ro. religio in sacra et in auspicia divisa est; tertium adiunctum est, si quid praedictionis causa ex portentis et monstris Sibyllae interpretes haruspicesve monuerunt. de Nat. D. 3, 2, 5. — Optumis moribus et maxuma concordia egit populus Romanus inter secundum atque postremum bellum Karthaginiense. Sal. Hist. 1, 7.

Romilia tribus. Verr. Act. 1, 8, 23. Etiam Varro L. L. 5. C. 9. et Pseudoasconius *Romiliam* dicunt, sed Festus p. 135. Lind. *Romuliam*. Zumpt e Guelf. 1. dedit *Romulea*. — Nominatur etiam de lege agr. 2, 29, 79.

Romulea, tribus: pro Romilia edidit Zumpt Verr. Act. 1, 8, 23.

Romulus. Tota eius historia copiose exponitur de Rep. 2, 2, 4. usque ad Cap. 10, 20. Cfr. Ibid. 28, 50. 29, 51. de Legg. 1, 1, 3. — Romulus Marte genitus et Rea Silvia. Varro Fr. p. 364. Bip. — Ante eum annis multis fuit Homerus. Brut. 10, 40. — Ad Romuli initium plus mille et centum annorum est. — Romuli urbis condendae auguria. Varro Fr. p. 208. Bip. — Romulus Remus Faustulus nullum praenomen habuerunt. Varro Fr. p. 351. Bip. — Romulus et Remus ad ficum ruminalem, ubi nunc Germalus, aqua Tiberis delati. Varro LL. 5, 8. p. 60. — Romulus et Remus, a lupa nutriti. de Divin. 1, 12, 20. Ibid. 2, 20, 45 et 21, 47. — Romulus consilio et sapientia singulari potius quam eloquentia pastores congregavit, Sabinorum connubia coniunxit, finitimorum vim repressit. de Or. 1, 9, 37. — Romulus pastoribus praefuit. de Divin.

1, 47, 105. — Eius auguratus pastoralis, non urbanus fuit, nec fictus ad opiniones imperitorum, sed a certis acceptus et posteris traditus. Ibid. 48. 107. Ibid. 2, 33, 70. — Versus Ennii de eo. Ibid. — In Aventino augurium cepit. Ibid. — Romulus et Remus, ambo augures, ut accepimus. de Divin. 2, 38, 80. — Romulus auspicato urbem condidit. de Legg. 2, 13, 33. — Romulus rex „augusto augurio" Romam condidit. Varro RR. 3, 1, 2. — Ab eo Parilibus Romam conditam accepimus. de Divin. 2, 47, 98. — Romulus auspiciis, Numa sacris constitutis fundamenta iecit nostrae civitatis. de Nat. D. 3, 2, 5. — Romulus lituo regiones direxit tum, cum urbem condidit. de Divin. 1, 17, 30. Ibid. 2, 38, 80. — Augures omnes usque a Romulo decreverunt, Iove fulgente cum populo agi nefas esse. in Vatinium 8, 20. — Romulus fratre interempto sine controversia peccavit, pace vel Quirini vel Romuli dixerim. de Off. 3, 10, 41. — Iuppiter Stator iisdem, quibus haec urbs, auspiciis a Romulo constitutus. In Catil. 1, 13, 33. — Eius auspicia. Schol. Bob. in Vatin. p. 319. — Romulus et Tatius: Sabinum bellum inter eos. Varro LL. 5, 32. pag. 149. — Romulo auxilio venit Caelius Vibennus, Tuscus dux, contra Tatium. Varro LL. 5, 8. p. 51. — Romulus Sabinis dedit montem Aventinum. Varro Fr. p. 236. Bip. — Princeps ille creator huius urbis foedere Sabino docuit etiam hostibus recipiendis augeri hanc civitatem oportere. pro Balbo 13, 31. — Ab eo bina iugera primum divisa viritim, quae heredem sequerentur; hoc *heredium* appellarunt. Varro RR. 1, 10, 2. — Verba, quae hereditate a Romulo rege venerunt. Varro LL. 5, 1. p. 21. — *Laelius*: Romulus — qui ab hoc tempore (a. u. c. 625.) anno sexcentesimo rex erat. *Scipio*: Cedo num barbarorum Romulus rex fuit? *Laelius*: Si, ut Graeci dicunt, omnes aut Graios esse aut barbaros, vereor, ne barbarorum rex fuerit: sin id nomen moribus dandum est, non linguis, non Graecos minus barbaros, quam Romanos puto. de Rep. 1, 37, 58. — Ennii versus de Romulo. Ibid. 41, 64. — Defectio solis in eius interitu. Fragmm. p. 482. — Solis defectio fuit nonis Quintilibus (a. u. c. 39.) regnante Romulo; quibus quidem Romulum tenebris etiam si natura ad humanum exitum abripuit, virtus tamen in caelum dicitur sustulisse. de Rep. 1, 16, 25. — Romuli sepulcrum post Rostra. Varro Fr. p. 364. Bip. — Romulus *in caelo cum dis agit aevom*, famae assentiens dixit Ennius. Tuscul. 1, 12, 28. — Romulus rebus gestis atque virtutibus escendit in caelum. Parad. 1, 2, 11. — Romulus ex homine deus factus. de Rep. 3, 28, 40. — Eum eundem esse Quirinum putant. de Nat. D. 2, 24, 62. — Romuli macellum, proverbium. Varro Fr. p. 264. Bip. — Romuli aedes in vico Germalo. Varro LL. 5, 8. p. 60. — Romuli et Tatii statuae in Capitolio togatae sine tunicis. Ascon. in Scaur. p. 30. — Cotta et Torquato coss. (a. u. c. 689.) tactus est fulmine ille, qui hanc urbem condidit, Romulus; quem inauratum in Capitolio parvum atque lactentem uberibus lupinis inhiantem fuisse meministis. in Catil. 3, 8, 19. Cfr. de Divin. 2, 20, 45. — Romulus Naevii fabula praetextata. Varro LL. 7, 3, p. 339. — Romulus Naevii. Varro LL. 7, 6. p. 386. — Cfr. pro C. Rabirio perd. 4, 13. de Nat. D. 3, 15, 39. Varro Fragm. p. 351. Bip.

Roscia lex. Cornel. 1. Fragmm. 26. p. 451.

Rosciana imitatio senis. de Or. 2, 59, 242.

Roscillus et Aegus, Allobroges, a Caesare transierunt ad Pompeium. Caesar Civ. 3, 59. seqq.

Roscius, municeps Velleii Epicurei. Epigramma Q. Catuli in eum, cui deo pulchrior videbatur: at erat perversissimis oculis. de Nat. D. 1, 28, 79. — Diversus hic a Q. Roscio Comoedo videtur Mosero. Recte, puto.

L. Roscius, legatus populi Romani, interemptus a Larte Tolumnio, Veientium rege. (a. u. c. 316.) Philipp. 9, 2, 4 et 5. Cfr. Liv. 4, 17.

L. Roscius Otho, vir fortis, meus necessarius, equestri ordini restituit non solum dignitatem, sed etiam voluptatem. Itaque lex haec, quae ad ludos pertinet, est omnium gratissima. pro Murena 19, 40. — L. Roscius Otho legem tulit, in theatro ut equitibus Romanis XIIII. ordines spectandi gratia darentur. Ascon. in Cornel. p. 79. — Otho male tractatus (circa rem familiarem.) ad Att. 13, 29, 2. Cfr. etiam

ad Att. 12, 37, 2. Ibid. 38, 4. Ibid. 42, 1. Fragmm. p. 455.

Q. Roscius Comoedus, Lanuvinus. — Amores ac deliciae Ciceronis, in Solonio circumplicatur serpentis amplexu. Haruspices consulti responderunt nihil illo puero clarius, nihil nobilius fore. de Divin. 1, 36, 79. Ibid. 2, 31, 66. — Q. Roscius Comoedus artem histrionicam docuit Panurgum et Erotem summo cum labore, stomacho miseriaque. pro Rosc. Com. 11, 30. — De omni eius causa consulendi: Unterholzner *über die Rede des Cicero für den Schauspieler Q. Roscius.* in Savigny *Zeitschrift* T. 1. p. 248. et München *oratio M. T. C. pro Q. R. C. iuridice exposita. Coloniae* 1829. 8. — Rosciana imitatio senis. de Or. 2, 59, 242. — De Or. 1, 27, 124. — Saepe dicebat, se adhuc reperire discipulum, quem quidem probaret, potuisse neminem. Ibid. Cap. 28, 129. — Id est consecutus, ut, in quo quisque artificio excelleret, is in suo genere *Roscius* diceretur. Ibid. §. 130. — Saepe dicebat, caput esse artis *decere.* Ibid. Cap. 29. §. 132. — Roscius in senectute numeros in cantu ceciderat (al. *leniverat*) ipsasque tardiores fecerat tibias. de Legg. 1, 4, 11. — Solebat dicere, se, quo plus sibi aetatis accederet, tardiores tibicinis modos -- esse facturum. de Or. 1, 60, 254. — Eius gestus et venustas opus est oratori. de Or. 1, 59, 251. — Quis nostrum tam animo agresti ac duro fuit, ut Roscii morte nuper (a. u. c. 693.) non commoveretur? qui cum esset senex mortuus, tamen propter excellentem artem ac venustatem videbatur omnino mori non debuisse. pro Archia 8, 17. — Personatum ne Roscium quidem nostri senes magno opere laudabant. de Or. 3, 59, 221. — „Roscius est in scena," proverbium de perfecto oratore. Brut. 84, 290. — Cfr. de Or. 2, 57, 233. de Rep. 4, 12, 14. — Roscii laudes. de Or. 3, 26, 102. — Histriones non inter turpes habitos Cicero testimonio est, quem nullus ignorat Roscio et Aesopo histrionibus tam familiariter usum, ut res rationesque eorum sua sollertia tueretur. Quod cum aliis multis, tum ex epistolis quoque eius declaratur. Nam illam orationem quis est qui non legerit, qua populum Romanum obiurgat, quod Roscio gestum agente tumultuaverit? Et certe satis constat contendere eum cum ipso histrione solitum, utrum ille saepius eandem sententiam variis gestibus efficeret, an ipse per eloquentiae copiam sermone diverso pronuntiaret. Quae res ad hanc artis suae fiduciam Roscium abstraxit, ut librum conscriberet, quo eloquentiam cum histrionia compararet. Is est Roscius, qui etiam L. Sullae carissimus fuit et anulo aureo ab eodem dictatore donatus est; tanta autem fuit gratia et gloria, ut mercedem diurnam de publico mille denarios sine gregalibus solus acceperit. Aesopum vero ex pari arte ducenties sestertium reliquisse filio constat. Macrob. Sat. 2, 10. — Q. Roscius Gallus (?), illustris comici operis actor, quem familiarissime Cicero dilexit. Schol. Bob. pro Archia p. 357.

T. Roscii Capito et Magnus, Amerini, scelerati Sex. Roscii inimici. pro Sex. Roscio 6, 17. seqq. Ibid. 35, 99.

Sex. Roscius, Amerinus, pater. Eius vita, mores, exitus. pro Sex. Roscio 6, 15. seqq. — Homo splendidus et gratiosus. Ibid. 7, 20.

Sex. Roscius, Amerinus. Prima causa publica pro eo a Cicerone dicta a. u. c. 674. multum commendationis habuit. Brut. 90, 314. — Sex. Roscius, filius, quomodo tractatus sit a T. Roscio Magno, procuratore Chrysogoni. pro Sex. Roscio 8, 23. — Receptus a Caecilia. Ibid. 10, 27. — Summo studio et intelligentia in rusticis rebus. Ibid. 17, 49. — Quae domi gerenda sunt (pro eo), ea per Caeciliam transiguntur: fori iudiciique rationem Messala suscepit. Ibid 51, 149. — de Off. 2, 14, 51. — Schol. Gronov. ad Roscianam p. 424.

L. Roscius Fabatus, Caesarianus. — Condiciones pacis per L. Caesarem et Fabatum allatae Pompeio a. u. c. 705. ad Att. 8, 12, 2. — L. Fabatus interiit in proelio Mutinensi. ad Fam. 10, 33, 4.

Rosea vel Rosia: muli inde aestate exiguntur in Gurgures, altos montes. Varro RR. 2, 1, 16. Ibid. 3, 2, 10. — Roseae campi (fertilissimi) in agro Reatino, „Italiae sumen" dicti a Caesare Vopisco. Varro RR. 1, 8, 10. (ibi Edd. nonnullae *Rosiae.*) — Velinus lacus a M. Curio emissus in Narem defluit, ex quo est illa siccata et humida tamen modice Rosia. ad Att. 4, 15, 5. — Sunt fortasse illi ipsi campi, qui in eadem

Epistola *Τέμπη* Reatinorum vocantur. Hodie *le Roscie.*

ROSEANI equi nobiles (a Rosea). Varro RR. 2, 7, 6.

ROSTRA. Ibi ex hostibus capta fixa sunt rostra. Varro LL. 5, 32. p. 155. — Secundum ea horologium statutum a M. Valerio Messala cos. Varro Fr. p. 373. Bip. — Rostra erant ad Comitium, prope iuncta Curiae. Ascon. in Mil. p. 43. — Suetonio dicuntur Rostra vetera. Vide Oudendorp. ad Octav. 100.

C. RUBELLINUS (f. RUBELLIUS) a. u. c. 711. heres Q. Turii. ad Fam. 12, 26, 1.

RUBICO fluvius, qui finis est Galliae. Philipp. 6, 3, 5.

RUBRIA, Carbonis cuiusdam, Ciceronis amici, mater. ad Fam. 9, 21, 3.

RUBRIUS, comes C. Verris, homo factus ad eius libidines; flagitium Lampsaci ab eo commissum. Verr. Accusat. 1, 25, 64. — Diversus mihi videtur a Q. Rubrio Ibid. 3, 80, 185.

L. RUBRIUS (al. P. RUBRIUS), eques Romanus in Syracusano conventu, Q. Apronium sponsione lacessivit. Verr. Accusat. 3, 57, 132.

L. RUBRIUS, senator, Pompeianus, Corfinii a Caesare dimittitur incolumis a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 23.

L. RUBRIUS Casinas fecit heredem M. Antonium. Philipp. 2, 16, 40. Diversus videtur a praecedente.

Q. RUBRIUS, vir fortissimus ac Verris dissimillimus: eum Verres corona et phaleris et torque donavit. Verr. Accusat. 3, 80, 185.

Q. RUBRIUS VARRO, qui a senatu hostis cum C. Mario iudicatus est (a. u. c. 666.), acer et vehemens accusator. Brut. 45, 168.

RUDINUS a Rudiis, Calabriae oppido. Ennius: *Nos sumu' Romani, qui fuvimus ante Rudini.* de Or. 3, 42, 168. — Ennium Rudinum hominem maiores nostri in civitatem receperunt. pro Archia 10, 22. (Male olim legebatur *Rudium.*)

RUFIO noster, homo parum gratus. ad Att. 5, 2, 2. ad Att. 6, 2, 10. Caelius ad Fam. 8. 7. „Est Sempronius Rufus. *Rufio* est diminutivum a *Rufus.* Amabatur autem a Cicerone, ut ex epistola Caelii intelligi potest.“ ERN. Res mihi videtur prorsus incerta.

RUFIO. ad Fam. 7, 20, 1. C. Trebatii gentilis, ut docet Manutius ex inscriptione: C. VIBIVS C. F. MACER. C. TREBATIVS. RVFIO. FACIVND. CVRAVER. Romae ad portam Latinam. (Est apud Gruterum p. 195, 13., sed caret auctoritate et mihi videtur Ligoriana.) — A Suetonio Caes. 76. memoratur Rufio, liberti Caesaris filius eiusque exoletus.

RUFIO, fictum servi nomen. pro Milone 22, 60.

RUFIO VESTORIANUS, homo nequam, ab Antonio restituetur. a. u. c. 710. ad Att. 14, 14, 2.

RUFRENUS, Lepidi assecla. ad Fam. 10, 21, 4.

RUFULI. Tribunorum militarium duo genera: primum eorum, qui *Rufuli* dicuntur; hi in exercitu creari solent; alii sunt comitiati, qui Romae comitiis designantur. Pseudoascon. ad Act. I. Verr. p. 142.

RUFUS ad Fam. 5, 19. est L. MESCINIUS RUFUS, ubi vide. — Eum a Paeto sibi commendatum sibi curae fore ostendit (a. u. c. 711.) ad Fam. 9, 24, 1.

RUFUS ad Fam. 14, 14, 2. est vel M. Caelius Rufus, vel L. Mescinius Rufus, quaestor olim Ciceronis.

M. RUFUS. Sic ex varia lect. apud Manutium Schuetzius vocat hominem ignotum, qui nobis est M. ORFIUS. ad Fam. 7, 5, 2.

RULLI, Decii, Corvini apud antiquos admodum adolescentes consules facti, tantas res gesserunt, ut populi Romani imperium auxerint, nomen ornarint. Philipp. 5, 17, 48. Vide Q. FABIUS MAXIMUS RULLIANUS.

RULLUS, vir omnibus rebus clarissimus atque amplissimus, tribunus plebi Pro domo 16, 43. De hoc Rullo, quis fuerit, nihil certi habemus. Non eundem fuisse, qui tulerat legem agrariam, optimi interpretes consentiunt, quibus et Garatonius accessit in Addendis ad Vol. V. Oratt. Unus obloquitur Ferratius. WOLF.

RUMINA (al. RUMIA) diva. Eius sacellum. Varro RR. 3, 11, 5. Varro Fr. p. 319. Bip.

RUMINALIS ficus. Varro LL. 5, 8. p. 60. Varro Fr. p. 250. Fr. p. 364. Bip.

RUPA. Vide C. SCRIBONIUS RUPA.

Rupilius, histrio, quem puer viderat Cicero, semper Pacuvii Antiopam agebat. de Off. 1, 31, 114.

Rupilius. *Invenit Verres, qui sibi in Achaiam biduo breviorem diem postularet:* Cic. Act. 1. Verr. 2, 6. „Alii hunc Rupilium, alii Oppium putant. Sunt, qui Rupilium dicunt accusatorem, Oppium reum.“ Pseudoascon. ad l. l. p. 128.

A. Rupilius. Eo erat usus Oppianicus medico. pro Cluentio 63, 176.

L. Rupilius, frater P. Rupilii. Eum consulem efficere Scipio non potuit. Lael. 20, 73.

P. Rupilius et P. Popillius Laenas coss. a. u. c. 622. quaestionem exercuerunt de occisione Ti. Gracchi. Lael. 11, 37. De eius acerbitate in hac quaestione vide Vellei. 2, 7. — P. Rupilius amicus P. Scipionis Africani minoris. Lael. 19, 69. — Bellum in Sicilia gessit. Verr. Accusat. 3, 54, 125. — Iis coss. Hennam tenuerunt servi, fugitivi, barbari, hostes. Verr. Accusat. 4, 50, 112. — ad Att. 13, 32, 3. — (Liv. Epit. 59. Val. Max. 2, 7. 6, 9. 9, 12.) — Legem Rupiliam, quam P. Rupilius consul (i. e. proconsule a. u. c. 623.) de decem legatorum sententia dedit. Verr. Accusat. 2, 16, 39. (Magno errore in Ersch u. Gruber Encyclop. 2. Section. Theil. 8. p. 62. Martinus Rupilium primum Siciliae praetorem a. u. c. 513. fuisse putat.) Cfr. Ibid. 37, 90. — Quod Siculus cum Siculo agit non eiusdem civitatis, de eo praetor iudices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit, quam illi legem Rupiliam vocant, sortiatur. Verr. Accusat. 2, 13, 32 et 34. Ibid. 15, 37. — Rupilii leges de X. legatorum sententia (Siculis) constitutae. Pseudoascon. in Divin. p. 106. — P. Rupilius quondam ex publicano factus consul postea de X. legatorum sententia leges Siculis conscripsit. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 212. — Scipio Africanus P. Rupilium potuit consulem efficere; fratrem eius Lucium non potuit. Lael. 20, 73. Ibid. 27, 101. — Aegre tulisse P. Rupilium fratris repulsam consulatus scriptum apud Fannium est. Sed tamen transisse videtur modum, quippe qui ob eam causam a vita recesserit. Tuscul. 4, 17, 40.

P. Rupilius P. F. Menenia, eques Romanus, magister in societate (publicanorum) Bithyniae, commendatur Crassipedi. ad Fam. 13, 9, 2.

Rusca. Vide Pinarius Rusca.

Ruscio falsa lectio pro: Rufio. pro Milone 22, 60.

C. Rusius (Erucius Pigh.) accusator vetus, quo accusante C. Rutilium, Sisenna defendens dixit quaedam eius *sputatilica* esse crimina cet. Brut. 74, 260.

Rusor (deus): ei pontifices faciunt rem divinam. Varro Fr. p. 226. Bip.

C. Rusticelius (al. Rusticellus) Bononiensis, homo et exercitatus et natura volubilis. Brut. 46, 169.

Rusticellus, Hercules appellatus. Varro Fr. p. 340. Bip.

Ruteni, populus Galliae Narbonensis. pro Fonteio loci Niebuhr. 3, 4.

Rutilia. Velim me facias certiorem Rutilia vivone C. Cotta filio suo mortua sit, an mortuo. ad Att. 12, 20, 2. Ib. Ep. 22, 2. — Cfr. Senecae Consol. ad Helviam 16, 6.

Rutilius Atilius (Nudus?) socer Pisonis, contra quem exstat Tullii oratio. Ascon. in Pison. p. 5.

C. Rutilius accusatus a C. Rusio (al. *Erucio*), a Sisenna defensus. Brut. 74, 260.

C. Rutilius Rufus. P. Lentulus, is, qui princeps senatus fuit, accusavit M'. Aquillium, subscriptore C. Rutilio Rufo. Divinat. 21, 69. — Rutilius Rufus, quaestor Q. Mucii Scaevolae, ab equitibus Ro. damnatus. Pseudoascon. in Divin. p. 122. — C. Rutilius Rufus, familiaris Scaevolae. Brut. 40, 147.

P. Rutilius. Ei negotium agrorum veteranis assignandorum datum erat a Caesare a. u. c. 709. Epistola ad eum missa, qua ei commendatur C. Albinius, senator. ad Fam. 13, 8.

P. Rutilius, testis in causa A. Caecinae, deridetur a Cicerone pro Caecina 10, 27.

P. Rutilius M. F. trib. pl. a. u. c. 619. non confundendus cum P. Rutilio Rufo. Cfr. Ellendt Proleg. p. LI. — C. Mancinum e senatu iussit educi cet. de Or. 1, 40, 181.

P. Rutilius Lupus, consul cum L. Iulio Caesare a. u. c. 664., bellum sociale gessit in Marsis, ubi a Vettio

Catone insidiis circumventus et occisus est. pro Fonteio 15, 33.

P. Rutilius Lupus. Egit causam agri Campani sane accurate. (a. u. c. 697.) ad Q. Fr. 2, 1, 1. — P. Rutilius Lupus trib. pl. a. u. c. 698. — Volcatium, qui, Lupo referente, Pompeio decernit legationem ad Ptolemaeum Auletem reducendum. ad Fam. 1, 1, 3. Ibid. 2, 2. — Rutilius Lupus, praetor a. u. c. 705., Pompeianus, Tarracina profugit. Caesar Civ. 1, 24. — Rutilius Lupus Achaiam missus a Pompeio obtinebat a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 55. ad Att. 8, 12. A., 4. — Cum Sosio ad Caesarem transit Romaeque ius dicit. Ib. Lib. 9, 1, 2.

(Rutilius?) Lupus familiaris Ciceronis et D. Bruti. ad Fam. 11, 5, 1. Ibid. 6, 1. Ibid. 7, 1. Ibid. 12, 1. Ibid. 25, 1. — Quis fuerit, non satis constat. Fuerunt et Cornelii et Rutilii Lupi.

P. Rutilius Sp. F. Sp. N. Rufus. de Finn. 1, 3, 7. — Eius adolescentiam (circa a. u. c. 616.) ad opinionem et innocentiae et iuris scientiae P. Mucii Scaevolae (cos. a. u. c. 621.) commendavit domus. de Off. 2, 13, 47. — P. Rutilius Rufus tribunus plebi factus non est. pro Plancio 21, 52. — P. Rutilius legatus Q. Caecilii Metelli Numidici a. u. c. 645. Sal. Iug. 50, 86. — Panaetium audierat; Posidonii ad eum Epistola. de Off. 3, 2, 10. — Homo doctus et philosophiae deditus reprehendit orationem L Crassi et Servium Galbam, quod hic populi misericordiam concitasset. de Or. 1, 53, 227. — P. Rutilius Rufus Graece scripsit historiam. Cfr. Athenaeum Lib. 4. p. 168. e. Madvig. *Comment. de L. Attii didascalicis.* Havniae 1831. p. 11. — Scripsit de iure et orationes, ut „de modo aedificiorum.“ Suet. Oct. 89. — P. Rutilius Rufus et M. Aemilius Scaurus: neuter summi oratoris habuit laudem et uterque in multis causis versatus est. Brut. 29, 110. — Rutilii laudes. Ibid. 30, 113. — Panaetii auditor; prope perfectus in Stoicis. Ibid. §. 114. — In iudicium vocatus (a. u. c. 662.) nec L. Crassum nec M. Antonium adhibere voluit; dixit ipse pro sese et pauca C. Cotta, quod sororis erat filius. Ibid. §. 115. — Habemus igitur in Stoicis oratoribus Rutilium, Scaurum in antiquis. Ib. §. 116. Cfr. 31, 118. — P. Rutilius Rufus de ambitu accusatus a Scauro. de Or. 2, 69, 280. — P. Rutilio damnato nemo tam innocens videbatur, ut non timeret iudicia, quae tunc penes equestrem ordinem erant. pro Scauro 1, 2. — P. Rutilius Rufus exul Smyrnae. Brut. 22, 85. — Exul Smyrnae vixit eiusque civitatis factus est civis. pro Balbo 11, 28. — Exemplum innocentiae, non modo supplex iudicibus (equitibus Ro.) esse noluit, sed ne ornatius quidem dicere, quam simplex ratio veritatis ferebat. de Or. 1, 53, 229. — Etsi damnatus est, mihi videtur tamen inter viros optimos atque innocentissimos esse numerandus. Ille igitur ipse homo sanctissimus ac temperantissimus multa audivit in sua causa, quae ad suspicionem stuprorum, ad libidinem pertinerent. pro Fonteio 13, 28. — Nisi forte P. Rutilius vel cum illo paene Socratico genere defensionis est usus, vel cum revocante eum Sulla manere in exilio maluit, quid sibi maxime conduceret, nesciebat. Quintil. 11, 1, 12. — Eum specimen habuit haec civitas innocentiae. Maior mihi iudicum et rei publicae poena illa visa est quam Rutilii. in Pison. 39, 95. — P. Rutilius, C. Cottae avunculus, vir innocentissimus idemque doctissimus in exilium pulsus. de Nat. D. 3, 32, 80. — P. Rutilius Rufus cum a Mithridate Mitylenis oppressus esset, crudelitatem regis in togatos vestitus mutatione vitavit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentum fuit hominibus nostris virtutis, antiquitatis, prudentiae, consularis homo, soccos habuit et pallium cet. pro Rab. Postumo 10, 27. — P. Rutilius persona librorum de re publica. ad Att. 4, 16, 2. — Ab eo Zmyrnae Scipionis eiusque amicorum de re publica disputationem sibi expositam fingit Cicero. de Rep. 1, 8, 13. — Apud Numantiam in militia Africani minoris comes. Ib. 11, 17. Appian. Hisp. 88. — P. Rutilius, cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654. pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — Divinat. in Caec. 17, 57: *Est adhuc non Verres, sed Q. Mucius*] Scaevolam significat. Huius quaestor Rutilius Rufus damnatus est, quod cum praetore consenserit suo, ne publicani aliquid agerent in provincia sua. Quo cognito equites Romani (nam tum, ante Sullana tempora, iudicabant) damnarunt eum. Hic est Mucius, in ho-

norem cuius Asiani diem festum *Mucia* nominabant. Pseudoascon. in Divin. p. 122. — Esse hunc Mucium Publii filium, P. N., pontificem maximum, consulem a. u. c. 659. nunc quidem fere consentiunt omnes, et ipse credo ex Epist. ad Att. 6, 1. extr. Sed Corradus in annotatione ad Epist. 17. Lib. 5. ad Att. alterum fuisse putat Quintum Mucium Scaevolam Q. F. Q. N. augurem, illius patris fratrem patruelem, quem Asiae praefuisse Cicero significat de Or. 1, 17. Asconii personati annotatio ad h. l. de (P.) Rutilio Rufo *quaestore* Scaevolae cum *praetore* suo in coërcendis publicanis consentiente et ob eam causam ab equitibus Romae damnato multarum disputationum causam dedit, quapropter miror interpretes Ciceronianos hic silere. Cfr. Interpretes Livianos ad Epitomen libri 70., Perizonium Animadvv. hist. p. 60. seqq. Harl. Garaton. ad Lib. 2. in Verr. 10. Frid. Ellendtium in Prolegg. Brut. p. L. Ac mihi quidem effici videtur annotatione veri Asconii ad Cic. Pison. 26., ut statuamus, Q. Mucium post praeturam a. u. c. 655. actam in provinciam profectum esse pro consule (sic Epit. Liv.) ac veri simile fit, P. Rutilium pro vetere eius cum familia Scaevolarum necessitudine (fuisse enim P. Mucii ICti auditorem tradit Pomponius Dig. de Orig. Iuris. cfr. Cic. de Off. 2, 13. extr.) eum octo annis ante consul fuisset, illi legatum fuisse, cumque Q. Mucius ne annum quidem integrum in Asia mansisset, Romam ad petendum consulatum festinans, relictum ibi procos. eadem qua ipsum Mucium constantia provinciales ab iniuriis publicanorum defendisse. Quae causa fuit, ut sex annis post (a. u. c. 662.) ab Apicio quodam, homine nequam, instigantibus publicanis, accusatus et ab equitibus tum iudicia tenentibus condemnatus sit, cum defensoribus praeter semet uti nollet nisi C. Cotta, quod sororis filius esset, et Q. Mucio suo. Cic. de Or. 1, 53. Vides igitur me contra Perizonium defendere Pomponium; quod Rutilium proconsulem Asiae dixerit, sed uti nolle ea ratione, quam Ellendtius posuit, non probavit, Rutilium bis in Asia fuisse, semel quaestorem cum Q. Mucio augure, iterum legatum cum Q. Mucio pontifice. Zumpt. — Cfr. etiam Val. Max. 6, 4, 4. Sueton. Grammat. c. 6. Virum non seculi sui, sed omnis aevi optimum vocat Vellei. 2, 13, 2. Tacit. Ann. 4, 43. Orosius 5, 17.

Rutuli. de Rep. 2, 3, 5. Varro Fr. p. 380. Bip.

Sabazia, sacra Sabazii, dei Phrygii, coniuncti postea cum Διονύσῳ. Lectio restituenda de N. D. 3, 23, 58. pro coniectura *Cabiria*. Cfr. Diodor. 4, 4.

Sabazius (Bacchus) ab Aristophane e civitate eiectus tamquam deus peregrinus. de Legg. 2, 15, 37.

Sabelli. Iis Samnium attributum. Varro Fr. p. 262. Bip.

Sabellius. L. Caesulenus ab L. Sabellio multam lege Aquilia damni iniuria petivit. Brut. 34, 131.

Sabidius et Panthera: homines obscuri, amici C. Antonii, competitoris Ciceronis in praetura et in consulatu; quod ad tabulam quos poneret non habebat. Q. Cic. de Pet. C. 2, 8. — Sabidia est etiam in lapide apud Donium I. 164. et Sabidius in Gruterianis lapidibus non unus.

Sabina fana. Dicuntur *eloqui* ac *reloqui* in fanis Sabinis e cella dei, qui eloquuntur. Varro LL. 6, 7. p. 253.

Sabina vocabula. Varro LL. 5, 10. pag. 72 et 73. Item p. 78. 79. 5, 19. p. 99. 5, 22. p. 110. 5, 26. p. 128. 5, 32. p. 159. 6, 2. p. 188. 6, 3. p. 195. 6, 4. p. 209. 7, 3. p. 315. 7, 3. p. 332. 7, 4. p. 356. Varronis Fragmm. p. 209. Bip. Ibid. p. 343. Ib. p. 355.

Sabinae virgines Romuli iussu Consualibus raptae. de Rep. 2, 7, 12. — Sabinae virgines raptae in Consualibus. Varro LL. 6, 3. p. 202. — Romulus curias triginta descripsit, quas curias earum nomine nuncupavit, quae ex Sabinis virgines raptae, postea fuerant oratrices pacis et foederis. de Rep. 2, 8, 14.

Sabini ἀπὸ τοῦ σέβεσθαι dicti. Varro Fr. p. 350. Bip. — In Sabinos e Graecia venerunt Pelasgi. Varro RR. 3, 1, 6 — Sabini, severissimi homines; eorum tribus Sergia. in Vatinium 15, 36. — Cum Sabinis de imperio dimicabatur. de Off. 1, 12, 38. — Sabini a Romulo suscepti acceperunt montem Aventinum. Varro Fr. p. 236. Bip. — Sabinum foedus, a Romulo ictum. pro Balbo 13, 31. — Romulus Sabinorum connubia coniunxit. de Or. 1, 9, 37. — Sabini cives additi in Vico Ciprio consederunt. Varro

LL. 5, 32. p. 158. — Sabini in civitatem recepti. pro Balbo 13, 31. Item de Off. 1, 11, 35. — Ex Sabinis et Marsis et Pelignis constabat Sergia tribus. Schol. Bob. in Vatin. p. 323. — Sabinorum rex Oenotrus. Varro Fr. p. 364. Bip. — In Sabinorum fanis lepistae fictiles. Varro Fr. p. 239. Bip.

Sabinius, homo Reatinus, ex operis Clodianis, a quibus P. Sestius prope interfectus est. pro Sestio 37, 80. Vide Titius Sabinus.

Sabinum bellum, quod fuit Romulo et Tatio. Varro LL. 5, 52. p. 149.

Sabinus ager, flos Italiae ac robur rei publicae. pro Ligario 12, 32. de lege agr. 2, 25, 66. Cato 7, 24. Varro RR. 1, 14, 4.

Sabinus Albius. Vide Albius Sabinus.

Sabinus. Oratorem meum Sabino tuo, Treboni, commendavi (a. u. c. 710.) Natio me hominis impulit, ut ei recte putarem: nisi forte candidatorum licentia hic quoque usus, hoc subito cognomen arripuit. Etsi modestus eius voltus sermoque constans habere quiddam a Curibus videbatur. ad Fam. 15, 20, 1. (Cliens potius quam servus Trebonii videtur fuisse.)

Sabura, praefectus Iubae regis, cum hoc opprimit C. Curionem a. u. c. 705. Caesar Civ. 2, 38. seqq. — Sabura, Iubae praefectus, ab eo contra P. Silium Caesarianum relinquitur. Bell. Afric. 48. — Sabura eiusque copiae a P. Silio deletae a. u. c. 707. Bell. Afric. 93.

Sacer mons. Brut. 14, 54.

Sacerdos. Vide C. Licinius Sacerdos.

Sacerdos, qui memoratur ad Fam. 15, 4, 6. est Archelaus Comanorum sacerdos, a Pompeio devicto Mithridate praefectus.

Sacra Via. Cum Sacra Via descenderem cet. ad Att. 4, 5, 3. Via urbis Romae, quae nomen habebat a foedere, quod in ea inter Romulum et Tatium ictum est. — Cfr. omnino Goettling de Sacra Via Romana in Jahn *Jahrb.* 3. *Supplementband*, 4. *Heft.* p. 634. seqq. Incolae *Sacravienses.*

M. Sacrativir, Capua, eques Ro., Caesarianus, cecidit in proelio ad Dyrrhachium. Caesar Civ. 3, 71.

Sadala, rex (Thraciae, ut ait Pseudoasconius.) Verr. Accusat. 1, 24, 63. „Aliunde non est notus. Sed apud Caesarem Civ. 3, 4. Cotys est Thraciae rex, qui filium suum Sadalam cum equitibus ad Caesarem miserat. Huius Cotyis patrem (vel fratrem natu maiorem, malim tamen patrem) non male opinatur Garatonius hunc Sadalam fuisse.“ Zumpt. — Sadala, Thraciae rex, socius populi Romani. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 177.

Sadala filius Cotyis, regis Thraciae. Caesar Civ. 3, 4.

L. Saenius, senator. Sal. Catil. 30.

Safinius Atella. Staienus causam bonorum Safinii Atellae recepit. pro Cluentio 25, 68. — Hinc Safinianum iudicium. Ibid. 36, 99. Sylvius et Ern. h. l. voc. Atellae pro nomine oppidi acceperunt. Sed est cognomen Safinii. Schuetz.

Sagitta, sidus. Arat. v. 325.

Sagittipotens, Sagittarius caelestis. Arat. v. 311.

Sagra, fluvius Bruttiorum inter Locros et Cauloniam in Magna Graecia. Ad eum Crotoniatas Locri maximo proelio devicerunt. de Nat. D. 2, 2, 6. Ibid. 3, 5, 11 et 13.

Saguntini parentes suos liberos emori quam servos vivere maluerunt. Parad. 3, 2, 24. — Saguntini fide atque aerumnis incluti, prae mortalibus studio maiore quam opibus, quippe apud quos etiam tum (tempore belli Sertoriani) semiruta moenia, domus intectae parietesque templorum ambusti manus Punicas ostentabant. Sal. Hist. 2. p. 204. Ed. Gerl. min.

Saguntus, urbs Hispaniae Tarraconensis. — Belli Punici secundi causa fuit Sagunti oppugnatio. Philipp. 5, 10, 27. — Saguntus ab Hannibale capta. de Divin. 1, 24, 49.

Saitae Aegyptii colunt Minervam secundam, Nilo ortam. de Nat. D. 3, 23, 59. (A Sai, Aegypti urbe, et quidem in Delta.)

Salacia Neptuni a Salo dicta. Varro LL. 5, 10. p. 77. — Salacia dea unda est, quae in salum redit. Varro Fragment. p. 227. Bip. — Salacia (Τηθύς) Oceanusque Caeli satu Terraeque conceptu generati. Tim. Cap. 11. p. 508.

Salacon, homo vanus, sui ostentator. Sic vocat Tigellium ad Fam. 7, 24,

2. Non est nomen proprium, ut scribitur *Salaconis* pro *salaconis* in Edd. nonnullis, sed Graecum illud σαλάκων.

Salaminii. Chii Homerum suum vindicant, Salaminii repetunt. pro Archia 8, 19.

Salaminii Cyprii vexati a M. Scaptio. ad Att. 5, 21, 10. seqq. — Eorum civitas in M. Catonis et M. Bruti fide locata. Ib. Lib. 6, 1, 5. Ib. Ep. 2, 7.

Salamis insula, Xerxis clade nobilis. — Ante Salamina ipsam Neptunus obruet quam Salaminii tropaei memoriam. Tuscul. 1, 46, 110. de Off. 1, 18, 61.

Salamis, Cypri urbs. ad Att. 6, 1, 6.

Salapini, incolae oppidi Apuliae Salapinae. — Salapinorum pestilentiae fines. de lege agr. 2, 27, 71.

Salaria via in agro Crustumino. Varro RR. 1, 14, 3. Varro RR. 3, 1, 6. de Nat. D. 3, 5, 11. — Est via a porta Collina in Sabinos, a sale dicta per eam Romam devecto.

Salarius occisus a L. Vareno. Varen. Fragmm. 6. p. 443.

Q. Salassus, P. Curtii a Cn. Pompeio filio a. u. c. 709. occisi frater. ad Fam. 6, 18, 2. Pighio ad a. u. c. 700. T. 3. p. 408. est Q. Salassius, Glandorpio Q. Curtius Thalassus. E gente Postumia, si quidem germanus Curtii frater fuit. Provinciam obtinuit e praetura a. u. c. 700 (701.) Ern. Scilicet haec est una ex innumerabilibus illis Pighii coniecturis, homines undecunque arripientis, ut suos magistratus conficeret. Or.

Salentini, populus Calabriae, quorum caput Salentia. pro Sex. Roscio 46, 132. — Eorum origo e Creta, Illyrico, Italia. Varro Fr. p. 205. Bip. — Varro RR. 2, 3, 11. Sal. Hist. 4. p. 226. Ed. Gerl. min.

Salernum, oppidum Picentinorum in Magna Graecia, hodie *Salerno*. Her. 4, 51, 64.

Salia carmina habent DCC. annos: Romanorum prima verba poëtica dicunt Latina. (*d. prolata* Muell.) Varro LL. 7, 1. p. 284 et 285. — Salia carmina interpretatus est C. Aelius Stilo. Varro LL. 7, 1. p. 283 et 284.

T. Salienus, centurio, Caesarianus, a C. Virgilio captus a. u. c. 707. Bell. Afric. 28. — A Caesare ignominiae causa ab exercitu remotus. Ibid. 54.

Salii Martis sacerdotes, a *saliendo*. Varro LL. 5, 15. p. 89. — Saliorum Agonensium libri. Varro LL. 6, 3. p. 196. — Saliorum carmen. Varro LL. 5, 22. p. 114. — Varro LL. 9, 38. p. 501. — Saliorum versus. de Or. 3, 51, 197. — Salii cantant *Mamuri Veturi*. Varro LL. 6, 6. p. 225. — Saliorum carminis fragmenta. Varro LL. 7, 3. p. 312 et 314. Cfr. Interpretes ad Horatii Epp. 2, 1, 86. — Saliorum curia, quae est in Palatio; in ea situs erat Romuli lituus. de Divin. 1, 17, 30. — Epulati sumus Saliarem in modum. ad Att. 5, 9, 1. Est velut proverbium de conviviis opiparis et magnificis. Cfr. Horat. Od. 1, 37, 2. Vide Salia.

Salinator. Vide M. Livius Salinator.

Sallustius. Vide Salustius.

Salmacis Nympha fontis cognominis apud Halicarnassum, iuncta cum Hermaphrodito; probrum in semivirum. de Off. 1, 18, 61.

Salonae conventus. Varro Fr. p. 364. Bip. Est Delmatiae urbs.

Sex. Saltius et L. Considius praetores (duumviri iuri dicundo) Capuae coloniae, (a M. Bruto patre deductae). de lege agr. 2, 34, 92.

Salus dea, cuius templum erat prope domum Attici in colle Quirinali, de quo vide Plin. 35, 4. Ern. — de Legg. 2, 11, 28. de Nat. D. 2, 23, 61. — Eius natalis Nonis Sextilibus celebrabatur. pro Sestio 63, 131. et ad Att. 4, 1, 4. (Natales dies deorum sunt, quibus eorum templa dedicata sunt.) — Gentis Aciliae nummus tertius apud Morell. Thesaur. Tab. I. offert caput laureatum Salutis, cui a C. Iunio Bubulco votum templum et dedicatum narrat Livius 9, 43. et 10, 1., quod stetisse in regione sexta tradit P. Victor. — Salutis augurium (τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς Ὑγιείας. Dio Cass. 37, 24.) fuit, cum dii consulebantur, an salutem populi Romani ab iis petere liceret. Agebatur vero id augurium eo die, quo nullus esset motus militaris nec contra hostem neque ab hoste. Addubitatum est hoc augurium in Ciceronis consulatu propter Catilinae coniurationem. de Divin. 1, 47, 105. — Proverbium: ipsa Salus te servare non potest. Verr. Accusat. 3, 57, 131. — Caesarem σύνναον Quirino malo quam Saluti. ad

Att. 12, 45, 3. Quo ioco Caesaris mortem optat.

Salustius. Cum veneris, virum te putabo, si Salustii Empedoclea legeris, hominem non putabo. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 11, 4. Quis hic fuerit, ignoramus. Vide tamen, ne fuerit Cn. Salustius.

C. Salustius Crispus (historicus), trib. pl. a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 38. 45. 49. 50. 51. — C. Salustius a Milone loris caesus. Varro Fr. p. 324. Bip. — Caesar etiam Salustio ignovit (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 20, 2. — C. Salustius Crispus (historicus), praetor ad Cercinam versus a Caesare missus a. u. c. 707. Bell. Afric. 8. — Frumento ibi naves onerarias complet atque ad Caesarem mittit. Ib. 34. — C. Salustius Crispus, devicto Scipione Metello et Iuba a Caesare pro consule cum imperio relinquitur in Africa provincia a. u. c. 707. Bell. Afric. 97. — Salustius de se ipso loquitur. Catil. 3. et 4. — In eum invehitur Pseudocicero in C. Salustium responsione. — Ut dicit Salustius, Lucullus pecuniam Quinctio dedit, ne illi succederetur. Schol. Gronov. ad Manil. p. 441. — Auctore Salustio, Mithridates et fratrem et sororem occidit. Schol. Gronov. ad Manil. p. 439. — Salustii fragmenta. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 176. — Eius fragmenta Hist. Lib. 1. Victorinus 1. p. 5. 8. 57. 59. 70. Rufinus p. 192. — Eius fragmenta: Schol. Bob. pro Flacco p. 234. — Historia et brevis esse debet in expositione et aperta et probabilis: ut Salustius sibi omnia in Catilina tribuit: *Quam brevissime potero, paucis absolvam;* cum aliis historiographis singula tradidisset in libro primo Historiarum, Catoni brevitatem: *Romani generis disertissimus* [multa] *paucis absolvit*, Fannio vero veritatem. Victorin. p. 57, 30.

Cn. Salustius. Hunc plerique pro Ciceronis liberto habent. Sed si fuit libertus, Salustii certe alicuius libertus fuerit necesse est. Mihi videtur potius Ciceronis cliens. Iam, cum litteratus fuerit (ad Q. Fr. 3, 5, 1.), vide ne hic scripserit *Empedoclea* illa a Cicerone derisa ad Q. Fr. 2, 11, 4. — Eum restituere in Lucceii veterem gratiam non potui. ad Att. 1, 3, 3. Ibid. 11, 1. ad Att. 11, 11, 2. — Cn. Salustius officio vincit omnes. (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 4, 6. (ubi memoratur una cum Pescennio et Sicca, hominibus ingenuis.) — Ego cum Salustio Ciceronem ad Caesarem mittere cogitabam. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 17, 1. — Nobis erat in animo Ciceronem ad Caesarem mittere et cum eo Cn. Salustium. ad Fam. 14, 11. — Aiunt nonnulli, item Salustius, me oportuisse accusare Gabinium. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 4, 2 et 3. — Consilium dat Ciceroni de componendis libris de re publica. Ibid. Ep. 5, 1. de Divin. 1, 28, 59.

Cn. Salustius leg. fortasse pro *Caninio Salustio*, ad Fam. 2, 17, 1. Cfr. ad Fam. 14, 11. ad Attic. 11, 11.

P. Salustius (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 11, 2. Ernestius eum pro fratre aut propinquo Cn. Salustii habet. Certe nomen hoc ipsum probat ingenuum hominem fuisse etiam Cnaeum.

Salutaris collis. Varro LL. 5, 8. p. 58.

Q. Salvidienus Rufus, Octaviani studiosissimus. Pseudobrut. ad Attic. 1, 17. Cfr. in primis Ruhnk. ad Vellei. Pat. 2, 76, 4. p. 325.

Salvius libertus depravavit Hortensium filium. ad Att. 10, 18, 1.

Salvius, servus librarius Attici. ad Att. 13, 44, 3. — Anagnosta Attici. ad Att. 16, 2, 6. ad Fam. 9, 10, 1. ad Att. 9, 7, 1. ad Q. Fr. 3, 1, 6, 21. Ibid. Ep. 2, 1.

Samarobriva, oppidum Galliae, probabilius *St. Quentin*, quam *Amiens*. ad Fam. 7, 11, 2. Ep. 12, 1. Ep. 16, 3. Cfr. *Mémoire sur l'ancienne ville des Gaules, qui a porté le nom de* Samarobriva *par M.* Mangon de la Lande. *St. Quentin*. 1827. 8.

Samiae capedines, Laelio in oratione memoratae. de Rep. 6, 2, 2.

Samiarius exsul, Dolabellae iussu tortor et carnifex Trebonii. Philipp. 11, 2, 5. Mihi non videtur nomen proprium, sed significare figulum vel mercatorem vasorum Samiorum.

Samnites ab Sabinis orti. Varro LL. 7, 3. p. 317. Item Varro Fr. p. 209. Bip. — Maiores nostri arma atque tela militaria ab Samnitibus pleraque sumpserunt. Sal. Catil. 51. — Cum Samnitibus de imperio dimicabatur. de Off. 1, 12, 38. — Eis dediti a. u. c. 433. T. Veturius et Sp. Postumius coss., Ti. Numicius, Q. Maelius. de Off. 3, 30, 109. — Au-

rum Samnitium; responsum M'. Curii. Paradox. 6, 48. — Quondam hostes, postea clientes M'. Curii. de Rep. 3, 28, 40. — M'. Curius de Samnitibus triumphavit. Cato 16, 55. — Foedus cum iis factum. de Inv. 2, 30, 91. — Eorum castra fortissima ante Nolam a Sulla capta. de Divin. 1, 33, 72.

Samnites, genus gladiatorum, quod armis Samniticis utebatur. Tuscul. 2, 17, 41. — Samnitium magister quotidie commentatur. de Or. 3, 23, 86. — Samnites, gladiatores. Varro LL. 5, 32. p. 141. — Samnites vibrant hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur. de Or. 2, 80, 325.

Samnium, regio Italiae inter Volscos, Pelignos, Campanos, Apulos, Lucanos. Vide Apulia. — Samnium Sabellis attributum. Varro Fr. p. 262. — pro Cluentio 69, 197. ad Att. 14, 20, 2. Ibid. 16, 11, 6.

Samos. Vide Samus.

Samothracia, insula. Mysteria Cabirum ibi celebrata. de Nat. D. 1, 42, 119. — Samothracia mysteria. Varro LL. 7, 3. p. 322. — Samothraces dii, Samothracum initia. Varro LL. 5, 10. p. 63. — Samothraciae plurimae tabulae votivae; Diagorae de iisdem dictum facetum. de Nat. D. 3, 37, 89. — In ea caprae ferae. Varro RR. 2, 1, 5. — Memoratur etiam in Pison. 36, 89.

Sampsiceramus per iocum Pompeius vocatur ad Att. 2, 14, 1. Ibid. 16, 2. Ibid. 17, 2. Ibid. 23, 3. Ceterum est nomen Emesenorum reguli. Strabo L. 16. p. 1092. Almel.

Samus prius Parthenia vocata: cur? Varro Fr. p. 363. Bip. — Pavonum greges agrestes Sami in luco Iunonis. Varro RR. 3, 6, 2. — Fanum Iunonis Samiae expugnatum et spoliatum a C. Verre. Verr. Accusat. 1, 19, 50. — Samus, Cnidus, Colophon a praedonibus Ciliciensibus captae. pro lege Manilia 12, 33. — Samus, Ioniae nobilissima civitas, a Q. Cicerone recreata. (a. u. c. 694.) ad Q. Fr. 1, 1, 8, 25.

Sancus in Sabina lingua idem qui Dius Fidius. Varro LL. 5, 10. p 72.

Sando, Athenodori Stoici pater. ad Fam. 3, 7, 5.

Sanga. Vide Fabius Sanga.

Sannio, persona satirica in mimis, quam Diodorus (Excerpta Vatic. p. 129. Dindorf.) ducit ab homine huius nominis Latino. ἦν γάρ τις Λατῖνος ὄνομα μὲν Σαυνίων, γελωτοποιὸς δὲ καὶ χάριτας ὑπερβαλλούσας ἔχων εἰς ἱλαρότητα: nisi tamen mero errore personam comicam longe antea usitatam in scena pro nomine proprio habuit. Hinc ducunt nonnulli Italorum *Zanni*, quae item persona est comica, nisi tamen potius est e dialecto Veneta pro *Giovanni*. Cfr. de Or. 2, 61, 251.

Sannio servile nomen. Herenn. 4, 50, 63.

Saocondarius, Deiotari gener. Rex Deiotarus vestram, Castor, familiam abiectam et obscuram e tenebris in lucem evocavit. Quis tuum patrem ante, qui esset, quam cuius gener esset, audivit? pro Deiotaro 11, 30.

Sapala, Catilinae amicus, praeco, infimo loco natus. — Catilina ab atriis Sapalas (*Scapulas:* Puteanus) et Carvilios sibi amicissimos comparavit. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10.

Sappho, Silanionis opus, sublatum de prytanio Syracusano a C. Verre. Verr. Accusat. 4, 57, 125.

Saras, Cleopatrae reginae libertus, homo nefarius. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 15, 2. Cfr. ib. Ep. 17, 1.

Sardanapalus, rex Assyriae: eius epigramma, in quo gloriatur se omnes secum libidinum voluptates abstulisse, derisum ab Aristotele. de Finn. 2, 32, 106. — Sardanapalus, opulentissimus Syriae (al. ex coni. *Assyriae*) rex. Stultum eius epitaphium ab Aristotele reprehensum. Tuscul. 5, 35, 101. Cfr. *Sardanapal's Grabschrift von* I. G. Hubmann: *in* Jahn's *neuen Jahrb.* 3. *Supplementband* 1. *Heft*. 1835. p. 126. — Sardanapalus, rex Assyriorum: vitiis multo quam nomine ipso deformior. de Rep. 3. Fragmm. incert. N. 38. — De eo rege erudita est disputatio Baherii ad finem notarum in Tusculanas.

Sardes, urbs praecipua Lydiae, cuius incolae Sardiani. — Pactolus aurifer sub Sardibus. Varro Fr. p. 282. Bip. — Cato 17, 59. Fragmm. p. 472.

Sardi, incolae Sardiniae insulae in mari Ligustico. — Fallacissimum genus esse Phoenicum omnia monumenta vetustatis atque omnes historiae nobis prodiderunt. Ab his orti Poeni multis Karthaginiensium rebellionibus, multis violatis fractisque foederibus nihil se degenerasse docuerunt. A Poenis ad-

mixto Afrorum genere Sardi non deducti in Sardiniam atque ibi constituti, sed amandati et repudiati coloni. pro Scauro 2, 42. — Magnam Sardorum esse partem sine fide, sine societate et coniunctione nominis nostri res ipsa declarat. Quae est enim praeter Sardiniam provincia, quae nullam habeat amicam populo Romano ac liberam civitatem? Ibid. §. 44. — Sardorum mastrucca. Ibid. §. 45. pro Scauro Fragmm. p. 459. — Sardi venales; alius alio nequior; proverbium. ad Fam. 7, 24, 2. — Sardi venales. Varro Fr. p. 304. Bip. — Sardi pellibus vestiti. Varro RR. 2, 11, 11. — Eis, agris stipendioque multatis, virtute adipisci licet civitatem. pro Balbo 18, 41. — A Sardis rogatus C. Iulius Caesar (a. u. c. 651.) ad accusandum T. Albucium accessit. Divinat. 19, 63. — Patrocinii causa pro iis C. Iulius Caesar Strabo postulavit T. Albucium. de Off. 2, 14, 50.

Sardiani, Sardium incolae. ad Fam. 13, 55, 1.

Sardinia. Saturi (nunc) fimus (nos Romani) ex Africa et Sardinia. Varro RR. 2. Praef. 3. — Sardiniae et Corsicae rex Phorcys. Varro Fr. p. 358. Bip. — Sardiniam a. u. c. 705. Cotta tenebat. ad Att. 10, 16, 3. — Sardinia habet profecto quiddam ad recordationem praeteritae memoriae. ad Q. Fr. 2, 2, 1. — Sardinia nullam habet amicam populo Romano ac liberam civitatem. pro Scauro 2, 44.

Sardinianum tapete. Varro Fr. p. 283. Bip.

Sardinienses advenae in Sardiniam. pro Scauro Fragmm. p. 459.

Sardis Hercule procreatus, cum magna multitudine a Libya profectus Sardiniam occupavit et ex suo vocabulo insulae nomen dedit. Sal. Hist. 2. p. 200. Ed. Gerl. min.

Sardonius risus. ad Fam. 7, 25, 1.

Sarpedon, Iovis filius, a Patroclo occisus. de Divin. 2, 10, 25.

Sarranorum familia. Varro Fr. p. 355. Bip.

Sasernae, pater et filius, de agricultura scripserunt. Varro RR. 1, 2, 22. — Saserna de agricultura. Varro RR. 1, 16, 5. 1, 18, 2. — Duo Sasernae, pater et filius, agricolationem diligentius erudierunt. Columella 1, 1, 12.

Saserna alter, Antonianus. Philipp. 13, 13, 28. — Matius ac Postumius procuratores ludorum Octavii a. u. c. 710. mihi non placent. Saserna collega dignus. ad Att. 15, 2, 3.

C. Saserna: a Caesare Lepti relictus a. u. c. 707. Bell. Afric. 9 et 57.

P. Saserna, frater praecedentis, a Caesare Ruspinae relictus a. u. c. 707. Bell. Afric. 10.

Sassia, mater A. Cluentii Aviti, mulier scelerata, nubit genero A. Aurio Melino. pro Cluentio 5, 13. deinde Oppianico. Ibid. 9, 28. — Familiariter utitur Sex. Attio (al. Statio Albio). Ibid. 62, 175. — Filio insidiatur. Ibid. 63, 176. — Uxor generi, noverca filii, filiae pellex. Ibid. 70, 199.

Satricum, oppidum Latii antiqui ad viam Appiam. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 4.

Satrius, legatus C. Trebonii. Pseudobrut. Ep. 6.

M. Satrius, filius sororis L. Minucii Basili, atque ipse ab avunculo adoptatus postea L. Minucius Basilus, (ubi vide). — Patronus agri Piceni et Sabini. O turpem notam temporum Caesarianorum! de Off. 3, 18, 74.

P. Saturius, patronus Chaereae, qui pro eo contra Q. Roscium comoedum dixit. pro Rosc. Com. 1, 4. (a. u. c. 677.) Ibid. 6, 18. — Veterator. Ibid. 8, 22. — Index diligens et religiosus in causa Oppianici. pro Cluentio 38, 107. Ibid. 65, 182.

Satrius. Vide Caninius Satrius.

Saturnalia. in Catil. 3, 4, 10. ad Att. 5, 20, 1. — Secundis Saturnalibus. ad Att. 13, 51, 1. — Sollemnia in memoriam aureae aetatis celebrata a. d. XIV. Kal. Ian. Saturnalia secunda et tertia accipe de die secundo et tertio Saturnaliorum. Vide Gronov. ad Liv. 30, 36. Ern. Varro LL. 6, 3. p. 204. — Saturnalibus cerei superioribus mittuntur. Varro LL. 5, 10. p. 69.

Saturnia terra apud Ennium. Varro LL. 5, 7. p. 48.

Saturnia, antiquum oppidum in monte Saturnio. — Eius vestigia tria cet. Varro LL. 5, 7. p. 48. (cfr. p. 51.)

Saturnia porta, quam Iunius scribit, ibi, quam nunc vocant Pandanam. Varro LL. 5, 7. p. 48.

Saturnii versus: „*quos olim Fauni vatesque canebant.*" Ennius. Brut. 18, 71. — Saturnii carminis fragmentum. Varro LL. 7, 3. p. 329.

Saturninus. Vide Annius Saturninus.

L. Saturninus. Vide L. Appuleius Saturninus.

Saturnius, id est, Iuppiter. de Div. 2, 30, 64.

Saturnius mons, postea Tarpeius, postremo Capitolinus dictus. Varro LL. 5, 7. p. 48.

Saturnus, pater Iovis tertii, Cretensis. de Nat. D. 3, 21, 53. — Saturnus est appellatus, quod saturaretur annis. de Nat. D. 2, 25, 64. — Saturnus dictus, quia se saturat annis. de Nat. D. 3, 24, 62. — Saturnus a satu. Varro LL. 5, 10. p. 69. — Penes eum sationum omnium dominatus cet. Varro Fr. p. 224. Bip. — Eum volgo maxime colunt ad Occidentem. de Nat. D. 3, 17, 44. — Vetus haec opinio Graeciam opplevit, exsectum Caelum a filio Saturno, vinctum autem Saturnum ipsum a filio Iove. de Nat. D. 2, 24, 63. — Saturnus vinctus a filio Iove. de Nat. D. 3, 24, 62. — Saturnus et Ops, principes (dii) in Latio, iidem qui Caelum et Terra. Varro LL. 5, 10. p. 63. — Saturni stirps: agricolae soli ex ea reliqui. Varro RR. 3, 1, 5. Tim. Cap. 11. p. 508. — Saturni aedes propter pensuram trutinam habet positam. Varro LL. 5, 36. p. 182. — Saturni aedes ad forum. Varro Fr. p. 218. Bip. — Saturni fanum. Varro LL. 5, 7. p. 48.

Saturnus, stella. Stella Saturni Martisve ad ortus puerorum contraria. de Divin. 1, 39, 85. — Saturni stella φαίνων. de Nat. D. 2, 20, 52. Ibid. 46, 119. — Gaudeo nullum Saturni signum fuisse. ad Fam. 7, 23, 2.

Satyri: an dii? de Nat. D. 3, 17, 43.

Satyriscus. de Divin. 1, 20, 39.

Satyrus, Tarentinorum heros indiges, apud eos in aede Vestae colitur. Verr. Accusat. 4, 60, 135.

Satyrus, servus litteratus (Attici). ad Att. 12, 22, 2.

C. Saufeius, assecla Saturnini et Glauciae, cum his Capitolium armatus occupat. pro C. Rabirio perd. 7, 20.

L. Saufeius, eques Romanus, Epicureus, Attici familiaris, in studiis laboriosus. ad Att. 1, 3, 1. Ibid. 2, 8, 1. Ibid. 4, 6, 1. ad Att. 6, 9, 4. Ib. Lib. 7, 1, 1. — Saufeii (librum) legisse vellem. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 18, 4. Lib. 15, 4, 3.

M. Saufeius M. F. Post Milonem eadem lege Pompeia primus est accusatus M. Saufeius M. F., qui dux fuerat in expugnanda taberna Bovillis et Clodio occidendo. Accusaverunt eum L. Cassius, L. Fucinius C. F., C. Valerius. Defenderunt M. Cicero, M. Caelius, obtinueruntque, ut una sententia absolveretur. Repetitus deinde post paucos dies apud Considium quaestorem lege Plautia de vi. Accusaverunt C. Fidius, Cn. Apponius, Cn. F., M. Seius. Defenderunt M. Cicero, M. Terentius Varro Gibba. Absolutus est. Ascon. in Milon. p. 54.

Saxa. Vide L. Decidius Saxa.

Saxa rubra, locus inter Urbem et Veios prope Cremeram fluvium. Philipp. 2, 31, 77.

Saxum sacrum. Pro domo 53, 136. „Est rupes Aventini montis, quae Saxum dicebatur, ad quod fuit etiam Bonae Deae Subsaxanae templum, cuius meminit P. Victor regione XII. et describit Ovidius Fast. 5, 149.“ Graev.

Scaeva, servus Q. Crotonis. Scaevae, qui occidit L. Saturninum, libertas data est. pro C. Rabirio perd. 11, 31.

Scaeva Caesarianus. ad Att. 13, 23, 3. est Cassius Scaeva, de quo Appian. B. C. 2. p. 465. Florus 4, 2, 40. Mire nonnulli de Trebatio intellexerunt, alii, ut I. F. Gronovius, Tunstall. Epist. ad Middletonum p. 63. pro nomine corrupto habuerunt. — Scaevae, Tebassi, Frangones, Caesaris asseclae ex infima plebe, latrocinii auctores. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 10, 2. — Scuto ad Caesarem relato Scaevae centurionis inventa sunt in eo foramina CXX. Quem Caesar, ut erat de se meritus et de re publica, donatum milibus ducentis ab octavis ordinibus ad primum pilum se transducere pronuntiavit. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 53.

Scaevola. Vide in Muciis.

Scamander, libertus C. et L. Fabriciorum Aletrinatium, qui venenum dare voluerat Cluentio. pro Cluentio 16, 47. — Defensus a Cicerone adversus P. Cannutium. Ibid. 18, 50. — Condemnatus. Ibid. 20, 55.

P. Scandilius, eques Romanus, vexatus a C. Verre Syracusis. Verr. Accusat. 3, 58, 135 — 61, 142.

Scantia, muliercula, vexata a P. Clodio. pro Milone 27, 75. — In hoc nomine libri valde variant: alii *Sentia*, alii *Sanctia*; quorum illud probat Schottus in Nod. Cic. III. 25. *Scantiae* nomen frequenter occurrit in lapidibus Gruteri, al. Ern.

Scantia silva. de lege agr. 1, 1, 3. Ibid. 3, 4, 15. — In Campania fuit silva publica populi Romani, quam censores pecuariis locabant. *Aquae Scantiae* sunt apud Plin. H. N. 2, 107.

Scantinia lex. Ea M. Caelius Appium censorem postulavit a. u. c. 704. Caelius ad Fam. 8, 12, 3. Ibid. 14, 4.

Scantius. Varro Fr. p. 275. Bip.

M. Scaptius, M. Bruti familiaris; eius lis cum Salaminiis. ad Att. 5, 21, 10. seqq. — Appius Claudius eum habuerat praefectum. Cicero autem ei, ut negotiatori, praefecturam deferre noluit. Ibid. — Rursus Lib. 6, 1, 5. sqq. Ibid. Ep. 2, 7. Ep. 3, 5. — Matinius, Scaptius merae nugae. Ibid. §. 5. — ad Att. 15, 13, 4. Pseudocic. ad Brut. 1, 18. Idem 2, 4. — Male ex his locis duos Scaptios fratres fecerunt Ernestius et Schuetzius.

Scapula. — In Hispania bellum commotum a Scapula, postea confirmatum a (Sex.) Pompeio. ad Fam. 9, 13, 1. — Scapula Pompeianus, totius seditionis caput, ex proelio Mundensi Cordubam cum venisset, familiam et libertos convocavit, pyram sibi exstruxit, coenam afferri quam opimam imperavit, item optimis insternendam vestimentis: pecuniam et argentum in praesentia familiae donavit. Ipse de tempore coenavit, resinam et nardum identidem sibi infundit. Ita novissimo tempore servum iussit et libertum, qui fuisset eius concubinus, alterum se iugulare, alterum pyram incendere. Bell. Hispan. 33. — (Idem fortasse est Scapula. ad Att. 12, 38, 4. — Horti Scapulani. ad Att. 12, 40, 4.)

P. Scapula fenerator. Ei pecuniam C. Quintius debebat (a. u. c. 673.) pro Quint. 4, 17. — Scapulae sunt e Quinctiis. Vide Harduin. ad Plin. 7, 23. Itaque Scapulae, quibuscum decidit Quinctius, gentiles eius videntur fuisse. Ern.

Scatinii (alii tamen *Atinii*) ex Aricia. Philipp. 3, 6, 16.

Scato, homo sua virtute egens, Clodianus, e Marsis, sub cuius nomine P. Clodius aedes Q. Seii in Palatio nobilissimas emit. Pro domo 44, 116.

Scauri. Vide in Aemiliis Scauris et in Aureliis Scauris.

Sceleratus Vicus. Vide Vicus Sceleratus.

Scepsius, Tusc. 1, 24, 59. a Scepsi, Mysiae oppido.

Sciptones. Vide in Corneliis Scipionibus.

Scirpalus vel Scirtalus, praedonis famosi nomen fortasse substituendum *Harpali* nomini de Nat. D. 3, 34, 83.

Scopas, „fortunatus homo“; princeps Thessalus: eius avaritia in Simonidem vindicata. de Or. 2, 86, 352.

Scopas, eximius sculptor, natus in insula Paro, potissimum inter Olymp. XCVII. et CVII. floruit. Eius praestantia. de Divin. 1, 13, 23.

Scorpios Oriona occidit. Arat. v. 317. 678. de Nat. D. 2, 44, 113. — In Scorpio dies primus est hiemis. Varro RR. 1, 5, 9.

C. Scribonius Curio (avus), praetor a. u. c. 633. Consulatum adeptus non est. — Eius laudes. Sunt eius et aliae et pro Ser. Fulvio de incestu nobilis oratio. Nobis quidem pueris haec omnium optima putabatur, quae vix iam comparet in hac turba novorum voluminum. Brut. 32, 122. Cfr. Ibid. §. 124. — Eius oratio pro Fulvio. de Inv. 1, 43, 80. Male ibi al. *Curius*. cfr. Oudendorp ad l. l. et ad Suet. Caes. 9. — Eloquentissimus temporibus suis. de Orat. 2, 33, 98. — Curio aequalis C. Iulii Caesaris Strabonis et Cottae. Laus eloquentiae eius. de Orat. 2, 23, 98. — Contra M. Antonium oratorem apud centumviros pro fratribus Cossis dixit. Ibid.

C. Scribonius Curio (pater), cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., cum consulibus fuit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — C. Curio accusavit Q. Metellum Nepotem patrem (cos. a. u. c. 656.), reus postea factus a Q. Metello Nepote filio, sed pactio ab utroque firmata est. Ascon. in Cornel. p. 63. — Tribunus pl. fuit a. u. c. 661. — C. Scribonius Curio, consul cum Cn. Octavio a. u. c. 678., postea proconsul Macedoniae, Dardanos et Moesos proconsul subegit et primus Romanorum ducum ad Danubium usque pervenit. (Sex. Rufus Cap. 7. Epit. Liv.

Lib. 95.) Eius mortem (a. u. c. 701.) Cicero nuntiat C. filio. ad Fam. 2, 2. — Sal. Hist. 1, 17. — C. Scribonius Curio Dardaniam vastat. Sal. Hist. 2, 14. — Ex Macedonia triumphum de Dardanis egit a. u. c. 683. in Pison. 19, 44. — Ut Hortensius, consul designatus, domum reducebatur e Campo, C. Verri maxima voce gratulatus est. „Renuntio", inquit, „tibi, te hodiernis comitiis esse absolutum." Verr. Act. 1, 7, 18. — Male Curio, cum causam Transpadanorum aequam esse dicebat, semper autem addebat: „Vincat utilitas rei publicae!" de Off. 3, 22, 88. — C. Curio „summis vestris beneficiis, summo ingenio et prudentia praeditus"; favebat legi Maniliae. pro lege Manilia 23, 68. — P. Clodium in senatu iuvare frustra studet. a. u. c. 693. ad Att. 1, 14, 5. — Curio de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Consulatum Ciceronis ἀποθέωσιν vocabat. ad Att. 1, 16, 13. — Ei placuit meus consulatus. Philipp. 2, 5, 12. — Quid ei Cicero de filio suaserit: Ibid. 18, 45. — C. Curionem, perpetuum hostem improborum omnium, auctorem publici consilii, libertate tuenda maxime liberum cum filio principe iuventutis, cum re publica coniunctiore etiam, quam ab illa aetate postulandum fuit, L. Vettii indicio delere voluit P. Vatinius, tribunus pl. (a. u. c. 695.) in Vatinium 10, 24. — C. Curio, pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Cfr. Orationis in Clodium et Curionem reliquias passim. — Bonis adnumeratur a. u. c. 698. ad Q. Fr. 2, 3, 2. — Quomodo se gesserit in causa Ptolemaei Auletae (a. u. c. 698.): ad Fam. 1, 4, 1. — Curio pater, nobis privata in causa magna - -, cum coepisset respondere, subito assedit, cum sibi venenis ereptam memoriam diceret. Orat. 37, 129. — Eum quondam contio reliquit. Brut. 51, 192. Brut. 29, 110. Brut. 58, 210. — Varie reprehensus: Orator Latine non pessime loquebatur, sed erat indoctus, memoria nulla, actione ridiculus. Ibid. 59, 213. seqq. 60, 216. 217. 220. — (Eius liber adversus Caesarem. Ibid. §. 218.) Ibid. 66, 234. Ibid. 89, 305. — Eius virtus ac dignitas. Cornel. I. Fragmm. 2. p. 448. — Dicebat, se omnia, quae haberet amplissima, sine ullo munere adeptum esse. de Off. 2, 17, 59. — C. Curio honorifice in Vatiniana a Tullio nominatur, cum vehementer et aspere laceratus sit ab eodem in oratione, qua et ipsum et P. Clodium lacessivit. Schol. Bob. in Vatin. p. 320. — C. Curio pater defendit P. Clodium reum de incesto. Nam tres illis temporibus Curiones illustri nomine exstiterunt: Curio avus, qui Servium Fulvium incesti reum defendit; Curio pater, qui P. Clodio adfuit: et tertius ille Curio tribunicius, qui bello civili Pompeiano in Africa periit: cum enim esset partium Caesaris, oppressus est ab equitibus Iubae regis. Schol. Bob. in Clodium p. 330. — De Curione patre cfr. Quintil. 6, 3, 76. ibique Spalding. — Curio pater in Orationibus. Suet. Caes. 9.

C. Scribonius C. F. Curio. ad Fam. 8, 8, 5 et 6. — Ad eum sunt Epistolae 1 — 8. Lib. 2. ad Fam. — C. Curio ita facile soluteque verbis volvebat satis interdum acutas, crebras quidem certe sententias, ut nihil posset ornatius esse, nihil expeditius. A magistris parum institutus naturam habuit admirabilem ad dicendum. — Qui si me audire voluisset, ut coeperat, honores quam opes consequi maluisset. Brut. 81, 280. — Curio filius C. Curionis, ab hoc loquens inductus in libro, quo Caesaris res gestas reprehendit. Brut. 58, 210. Ibid. 60, 218. — C. Curio amator M. Antonii. Philipp. 2, 2, 3. Ibid. 18, 44. — Eius uxor Fulvia, nupta postea Antonio. Ibid. 5, 11. — Curionis filiola propter inpudicam cum M. Antonio consuetudinem vocatur admodum amare: „Barbatuli iuvenes, totus ille grex Catilinae, duce filiola Curionis, populum, ut antiquaret rogationem de Clodiana religione rogabant." (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 14, 5. Ibid. 15, 1. — Una spes est salutis Clodii, Caesaris, Pompeii inter ipsos dissensionis; cuius ego quaedam initia sensi ex Curione. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 7, 3. — Curio adolescens mirandum in modum *reges odisse superbos* (i. e. Caesarem, Pompeium, Crassum a. u. c. 695.) ad Att. 2, 8, 1. — Vettius index Caesari pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur cet. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 24, 2. (et per totam epistolam.) — Curio filius iratus P. Clodio tribunatum pl. petenti. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 12, 2. ubi: „Curio meus." — Ei

plausus, salutatio aliaque benevolentiae signa a bonis impertiuntur, quia Caesari et Pompeio adversatur. Ibid. Ep. 18, 1. — Caesar cum ludis Apollinaribus (a. u. c. 695.) venisset mortuo plausu, Curio filius est insecutus. Huic ita plausum est, ut salva re publica Pompeio plaudi solebat. Tulit Caesar graviter. ad Att. 2, 19, 3. — Axius non ita laudat Curionem (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 15, 3. — Eius oratio. Ibid. 20, 2. — Eius merita in Ciceronem tempore Clodiano. ad Fam. 2, 1, 2. — Ei pater decedit. (a. u. c. 701.) Ibid. Ep. 2. — Eius libertus Rupa excusatur, quod in funere patris ludos non promiserit. Ibid. Ep. 3, 1. — Eum Cicero ad studium summae laudis cohortatur. Ibid. Ep. 4. — Ei ex provincia in Italiam adventanti Milonis causa consulatum petentis commendatur. Ibid. Ep. 6. — Eius theatrum in funebri patris munere exstructum. ad Fam. 8, 2, 1. Cfr. Plin. H. N. 36, 15. — C. Curio tribunatum pl. petiit a. u. c. 703. in locum Servii (Polae) trib. pl. designati, condemnati. Caelius ad Fam. 8, 4, 2. (Pighius T. 3. p. 426.) — Eum non mediocriter valde (tunc) Caesar contempsit. — Nihil consilio facit. Ibid. Ead. §. Ibid. 5, 3. — Ei Cicero tribunatum plebis gratulatur. ad Fam. 2, 7, 1. — Petit pontificatum. Ibid. §. 3. — Eius auxilium exposcit, ne sibi provincia prorogetur. Ibid. §. 4. — Curioni nostro tribunatus conglaciat. Caelius ad Fam. 8, 6, 3. — Ferventissime concerpitur. Ibid. §. 4. — Levissime, quia de intercalando non obtinuerat, transfugit ad populum et pro Caesare loqui coepit: legemque viariam, non dissimilem agrariae Rulli, et alimentariam, quae iubet aediles metiri, iactavit. (a. u. c. 704.) Ibid. §. 5. cfr. Schubert *de Aedilibus* p. 167. Prius vero a. u. c. 703. „se contra Caesarem totum pararat.“ Ib. Ep. 8, 10. Ib. 9, 1 et 3. — Curionem video se dupliciter iactaturum; primum, ut aliquid Caesari adimat, inde ut aliquid Pompeio tribuat, quodvis quamlibet tenue munusculum. Ibid. 10, 3. — Eius actiones de agro Campano. Ibid. §. 4. — Curio Ciceronis cupidissimus, (prius) negabat se ullo modo pati posse decerni supplicationes. (a. u. c. 704.) Ibid. 11, 1. — Deinde de suarum actionum cursu Ciceronis causa deflexit. Ibid. §. 2. et per totam Ep. — Lautum intercessionis de provinciis exitum habuit. Ibid. 13, 2. Ibid. 14, 4. — C. Curionis amicitia me paullatim in hanc perditam causam (Caesarianam) imposuit. (a. u. c. 706.) Caelius ad Fam. 8, 17, 1. — Caesarem nunc (a. u. c. 704.) defendit Curio. Quis hoc putaret praeter me? Nam, ita vivam, putavi. ad Fam. 2, 13, 3. — Faveo Curioni, Caesarem honestum esse cupio, pro Pompeio emori possum. Ibid. 15, 3. — Curio de Memmio restituendo cogitabat. a. u. c. 704. ad Att. 6, 1, 23. Cfr. ibid. §. 25. — Ex actis urbanis intelligebam Curionis nostri constantia omnia potius actum iri quam de provinciis. Ibid. Ep. 2, 6. — Huc odiosa afferebantur de Curione. Ibid. Ep. 3, 4. — Curio cupidissimus Ciceronis a. u. c. 704. ad Fam. 15, 14, 5. — Senatum bonum putas (a. u. c. 704.), per quem sine imperio provinciae sunt? Nunquam enim Curio sustinuisset (intercedere), si cum eo agi coeptum esset. ad Att. 7, 7, 5. — Curionis litterae ad Furnium, quibus irridet L. Caesaris legationem. (a. u. c. 705.) Ib. Ep. 19. — Caesar minaces ad senatum et acerbas litteras misit, et Curio meus illum incitabat. Antonius quidem noster et Q. Cassius nulla vi expulsi ad Caesarem cum Curione profecti sunt. (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 11, 2. — Curio a. u. c. 705. praesidia, quae in Umbria et Tuscis erant, contraxit et ad Caesarem iter fecit. ad Att. 8, 12. C. 1. Caesar solebat dicere nihil Curionem se duce facere, quod non Cn. Pompeius Sulla duce fecisset. ad Att. 9, 14, 2. Ib. Ep. 15, 1. — Iamiam (si vicerit Pompeius) ipsum Curionem ad eum transiturum puto. ad Att. 10, 8, 2. — Natura, non patris culpa Curionem corrupit. ad Att. 10, 4, 6. — Eius colloquium cum Cicerone, in quo inter alia dicit, Caesarem sibi provinciam Siciliam assignasse sexque lictores concessisse. Ibid. §. 7. Ib. Ep. 7, 1. — Antonio vellem tam facili uti possem et tam bono in me quam Curione (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 8, 10. — Laudatur ad Att. 10, 10, 3. — Ego Curionem nactus omnia me consecutum putavi. Ib. Ep. 12, 1. — Et quidem ille ipse Curio suspectus. Ib. §. 5. — C. Scribonius Curio trib. pl. Caesaris causam dignitatemque defendendam suscepit. Bell. Gall. 8, 52. — C. Scribonius Curio trib. pl. cum collegis a. u. c. 705. sese ad Caesarem confert. Caesar Civ. 1, 5. — Iguvium re-

cipit. Ib. 12. — Propraetor a Caesare in Siciliam missus. Ib. 30. — C. Scribonius Curio a. u. c. 705. in Africam profectus ex Sicilia vincit Iubam regem; cui simultas cum Curione intercedebat, quod tribunus pl. legem promulgaverat, qua lege regnum Iubae publicaverat. Caesar Civ. 2, 23—25. — Imperator appellatur. Ad Uticam iterum vincit Iubam. Ibid. 26. — Cum centuriones Marsi duo ex castris Curionis cum manipularibus suis XII. ad P. Attium Varum perfugissent, Sex. Quintilius Varus Curionis milites hortatur, ut ab eo desciscant. Curionis contio. Milites cum eum confirmassent, confligit cum P. Attio Varo eumque fugat funditque. Ib. 27—35. — Uticam obsidere instituit. Ib. 36. — Subito oppressus a rege Iuba eiusque praefecto Sabura proelians interficitur. Ib. 37—43. Cfr. Lucan. 4, 7, 99. — De tribus Curionibus consule etiam Schol. Bob. in argumento Orationis in P. Clodium et C. Curionem p. 330.

(Scribonius) Largus. Dictum in eum. de Orat. 2, 59, 240.

(Scribonius) Largus, studiosus A. Caecinae. (a. u. c. 708.) ad Fam. 6, 8, 1.

L. Scribonius Libo, praetor a. u. c. 550. Puteal in foro construxit, cuius putealis in vicinia argentarii s. feneratores habebant tabernas suas. pro Sestio 8, 18.

L. Scribonius Libo, aedilis curulis a. u. c. 560. Ascon. in Cornel. p. 69.

L. Scribonius Libo. Vide, L. Libo ille, qui de Ser. Galba (rogationem tulit, quod praetor Lusitanos contra interpositam fidem occidisset,) Censorinone et Manilio (a. u. c. 605.) an T. Quintio, M'. Acilio (604.) coss. tribunus pl. fuerit. ad Att. 12, 5, 3. — Cfr. Liv. Epit. 49. ibique Dukerum. Val. Max. 8, 1, 2. — L. Scribonius Libo trib. pl. a. u. c. 605. rogationem in Ser. Sulpicium Galbam privilegii similem tulit. Brut. 23, 89. de Orat. 2, 65, 263. — Libonem non infantem video fuisse, ut ex orationibus eius intelligi potest. Brut. 23, 90. — Eius dictum. de Or. 2, 65, 263. — Eius (liber) annalis. ad Att. 13, 30, 3. Ib. Ep. 32, 3. Ib. Ep. 44, 3. — Vossio de Hist. Lat. 1, 6. idem tribunus pl. a. u. c. 605. videtur cum scriptore Annalium. Sed mirum est Ciceronem non facere eorum mentionem, ubi de eius dicendi ratione iudicium fert. Ern. Etiam Krause Hist. Lat. p. 158. pro uno eodemque habet.

L. Scribonius Libo, cuius filiam Sex. Pompeius Cn. F. uxorem habebat, quomodo (trib. pl.) se gesserit in causa Ptolemaei Auletae a. u. c. 698.: ad Fam. 1, 1, 3. (Consul fuit a. u. c. 720.) — L. Libo familiaris Ciceronis et Varronis. Acad. 1, 1, 3. — L. Libo amicus M. Marii et Ciceronis (a. u. c. 708.) ad Fam. 7, 4. — Libo, socer Sexti Pompeii, Caesarem fugit. a. u. c. 705. ad Att. 7, 12, 2. — Libo, Pompeianus a. u. c. 705. ad. Att. 8, 11. B., 2. — Quid tu Scipionem, quid Faustum, quid Libonem praetermissurum sceleris putas? Ib. Lib. 9, 11, 4. — Ad Libonem Caesar mittit Caninium Rebilum, ut eum de concilianda pace hortaretur. (a. u. c. 705.) Caesar Civ. 1, 26. — Eius colloquium cum Caesare Orici a. u. c. 706. habitum, quo M. Bibulum excusare studet. Caesar Civ. 3, 16. — Brundisium venit. Ib. 23. — A M. Antonio prohibitus, obsessionem Caesarianorum omittit. Ib. 24. — Libo, familiaris D. Bruti. ad Fam. 11, 7, 1. — Libo, debitor Ciceronis a. u. c. 709. ad Att. 12, 18, 3. Ib. Ep. 19, 2. — Libo a. u. c. 710. (Sex. Pompeii amicus.) ad Att. 16, 4, 1.

(C. Scribonius) Rupa, C. Curionis filii libertus. ad Fam. 2, 3, 1.

Scrofa. Vide Cn. Tremellius Scrofa.

Scylax Halicarnasseus, familiaris Panaetii, excellens in astrologia idemque in regenda sua civitate princeps, totum Chaldaicum praedicendi genus repudiavit. de Divin. 2, 42, 88.

Scylla, saxum simile formae celebratae procul visentibus. Sal. Hist. 4. p. 226. Ed. Gerl. min. Ib. p. 227. — pro Sestio 8, 18.

Scylla (notum monstrum) canibus succincta. Ei comparatur C. Verres. Verr. Accusat. 5, 56, 146. — Scylla canibus cincta. de Harusp. resp. 27, 59. de Nat. D. 1, 38, 108.

Scyllaeum fretum, tropice de angustiis aeris alieni dictum. pro Sestio 8, 18.

Scyron Epicureus, tempore Ciceronis; omnia meminit Epicuri dogmata. Acad. 2, 33, 106.

Scyrtus et Tarula, pessimi Sullae servi. Eorum divitiae. Sal. Hist. 1, 15.

Scyrus, insula maris Aegaei. ad Att. 5, 12, 1.

Scythae. More iustum est apud Scythas sexaginta annos natum occidere. Iulius Victor p. 213. Verr. Accusat. 5, 58, 150. Fragmm. p. 464.

Scythia. Quis hoc fecit ulla in Scythia tyrannus, ut eos, quos luctu afficeret, lugere non sineret? in Pison. 8, 18. de Nat. D. 2, 34, 88.

Scythicum mare. Eius haustus dulcis. Varro Fr. p. 365. Bip.

Sebosus, Catuli familiaris, molestus Ciceroni. ad Att. 2, 14. Ibid. 15, 3. Harduinus ad Plin. 9, 15. putat esse Statium Sebosum, cuius ibi fit mentio.

Sebusiani. Vide Segusiani.

Sedulius (al. *Fidulius*) de operis Clodianis. Pro domo 30, 79. Ibid. 31, 81.

Segavianus: nomen corruptum in Planci Ep. ad Fam. 10, 17, 3. Vide Annotatt. meas.

Segesta est oppidum perretus in Sicilia, quod ab Aenea fugiente a Troia conditum esse demonstrant. Itaque Segestani non solum perpetua societate atque amicitia, verum etiam cognatione se cum populo Romano coniunctos esse arbitrantur. Hoc quondam oppidum, cum illa civitas cum Poenis suo nomine ac sua sponte bellaret, a Karthaginiensibus vi captum atque deletum est; omniaque, quae ornamento urbi esse possent, Karthaginem sunt ex illo loco deportata; in primis Dianae simulacrum ex aere, Segestanis postea redditum a P. Scipione Africano minore. Verr. Accus. 4, 33, 72. seqq. — Ablatum est a C. Verre. Ibid. usque ad §. 69. — Segestana Diana. Orat. 62, 210. — Segesta, immunis civitas. Verr. Accusat. 3, 40, 92. — Segestana, civitas sine foedere immunis ac libera. Verr. Accusat. 3, 6, 13. — Segestana et Centuripina civitas cum officiis, fide, vetustate, tum etiam cognatione populi Romani nomen attingunt. Verr. Accus. 5, 32, 83.

Segestani: haec scriptura obtinet apud Ciceronem, cum altera Egestani in Codd. Cic. non reperiatur. Zumpt ad Verr. p. 393. Eckhel D. N. T. 1. p. 236.

Segulius Labeo. ad Fam. 11, 20, 1. Ibid. Ep. 21, 1. homo nequissimus, Octavianum Ciceroni iratum esse dicit.

Segusiani. pro Quint. 25, 80. populi Galliae Lugdunensis, Aeduis et Allobrogibus interiecti, ut intelligitur ex loco Ciceronis et Caesare Gall. 7, 64. Aliis dicuntur *Sebusiani*, item *Secusiani*, Hotomanus ad Caesarem probat *Segusiani*, ad Ciceronem *Sebusiani*. Oudendorp. ad Caes. Gall. 1, 10. praefert *Segusiani*, cum interim fateatur plerosque libros Mss. et vett. Edd. habere *Sebusiani*. Ern. Eorum civitas *Segusio*, *Segusium* hodie est *Susa*.

Seianum. ad Fam. 7, 1, 1. corrupta lectio pro *Misenum*.

Seius, homo perditus, Autonianus. Philipp. 12, 6, 14. Idem fortasse, qui Philipp. 13, 12, 26: *Viseius*.

Cn. Seius. pro Cluentio 38, 107. falsa lectio pro *Cn. Heius*.

M. Seius L. F. Ne M. quidem Seio vitio datum est, quod in caritate annonae asse modium populo dedit; magna enim se et inveterata invidia nec turpi iactura, quando erat aedilis (a. u. c. 680.), liberavit. de Off. 2, 17, 58. Plin. H. N. 15, 1. — M. Seium, qui ne equestrem quidem splendorem incolumem a calamitate iudicii retinere potuit, in aedilitate petenda populus praetulit M. Pupio Pisoni. pro Plancio 5, 12. — M. Seius a. u. c. 702. M. Saufeium accusavit de vi. Ascon. in Milon. p. 55. Varro RR. 3, 2, 7. Ibid. 10, 1. — Seius, familiaris Ciceronis, legunt nonnulli pro voc. corrupto Zeius ad Fam. 7, 12, 1. — Seius, amicus Ciceronis. ad Fam. 9, 7, 1. — Seius, Attici familiaris. ad Att. 5, 13, 2. — (Seium quidem h. l. memoratum pro liberto vel procuratore Attici habet Ernestius eo, quod iungatur cum Philogene. Verum res est incerta.) — Incendio Plaetoriano ambustus. Ib. Ep. 20, 8. — Eius mortem luget a. u. c. 709. ad Att. 12, 11.

M. Seius, familiaris et, ut videtur, legatus D. Bruti. ad Fam. 11, 7, 1. Praecedentis filium esse puto.

Q. Seius Postumus, eques Ro. Cum is P. Clodio domum vendere noluisset, ab eo veneno sublatus est. Pro domo 44, 115. Ibid. 50, 139. de Harusp. resp. 14, 30.

Selene (etiam Cleopatra dicta), filia Ptolemaei Physconis, soror Lathyri,

uxor Antiochi τοῦ Εὐσεβοῦς, a Tigrane a. u. c. 684. Seleuceae interempta. Eius filii duo fuere Antiochus Asiaticus et Seleucus Cybiosactes. Verr. Accus. 4, 27, 61. (ubi vide Zumptium.)

Seleucea Pieria. ad Att. 11, 20, 1. urbs Syriae ad Euphratem, de qua vide Polyb. 5, 59. Ern.

Seleucea, regia Parthorum. ad Fam. 8, 14, 1. — Seleucea, maxuma urbium, Arsacis erat. Sal. Hist. 4. p. 234. Ed. Gerl. min.

Seleuciana provincia. ad Att. 4, 18, 3. „plerique intelligunt vel Syriam vel Ciliciam; in utraque enim est urbs Seleucea." Ern. Sed est falsa lectio pro *Seliciana uncia*, a Q. Selicio, feneratore.

Seleucus Cybiosactes, filius Antiochi τοῦ Εὐσεβοῦς et Selenes, frater Antiochi. Verr. 4, 27, 61. Vide Antiochus.

Seleucus, servus s. libertus Q. Leptae. ad Fam. 6, 18, 1.

Selicia. ad Att. 15, 13, 4. Nonnulli, ut Corradus, Manutius, Schuetzius, ibi legunt *Servilia*.

Seliciana villa. ad Fam. 9, 16, 10.

Q. Selicius, fenerator. ad Att. 1, 12, 1. — (A. u. c. 700.) (mea) contemptio Selicianae unciae. ad Att. 4, 18, 3. — Q. Selicius, amicus P. Lentuli Spintheris; quo utebatur ad omnia Cicero in causa Ptolemaei Auletae. ad Fam. 1, 5. a., 3 et 4. — Estne idem nomen, quod apud Dionem Cass. 35, 5.: Σηκίλιος?

P. et C. Selii, familiares L. Luculli, docti homines, qui Philonem Romae audierant. Acad. 2, 4, 11.

Selius: malus orator, circa a. u. c. 703. — Trahantur per me pedibus omnes rei; sit vel Selius tam eloquens, ut possit probare se liberum: non laboro. ad Fam. 7, 32, 2.

Semele, Liberi mater. Tuscul. 1, 12, 28. de Nat. D. 2, 24, 62.

Sementivae Feriae. Varro LL. 6, 3. p. 207. — Sementivae feriae circa finem Ianuarii. Varro RR. 1, 2, 1.

Semiramis. Semiramin invidiose vocat A. Gabinium, ut mollitiem eius notet de prov. cons. 4, 9.

Semo. Varro Fragmm. p. 293. Bip.

Sempronia. Scipio Africanus minor repentina morte domi suae interceptus est non sine infamia C. Gracchi et uxoris suae Semproniae. Schol. Bob. pro Milone p. 283. Est Ti. Sempronii Gracchi censoris filia.

Sempronia, Tuditani filia, socrus P. Clodii, testimonium dixit in iudicio Miloniano a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 41. Cuius Tuditani filia fuerit, non satis constat, vix certe C. Sempronii Tuditani cos. a. u. c. 625., cuius neptis potius videtur fuisse. Eandem arbitror cum sequente Catilinaria.

Sempronia, Catilinaria, litteris Graecis atque Latinis docta; ceteri eius mores. Sal. Catil. 25. — Uxor D. Iunii Bruti cos. a. u. c. 677. Ibid. 40.

Semproniae leges. Verr. Accus. 5, 63, 163. — Declaravit L. Piso Frugi lege Sempronia (frumentaria) patrimonium publicum dissipari. Tuscul. 5, 20, 48. — Sempronia lex, a C. Graccho lata, ut provincias consulares necesse esset quotannis constitui per senatum. ad Fam. 1, 7, 10. Sal. Iug. 27. — Censoria locatio constituta est Asiae, lege Sempronia. Verr. Accusat. 3, 6, 12. — Sempronia lex, nunc Cornelia. pro Cluentio 56, 154. — Sempronia lex: iniussu populi non licebat quaeri de capite civis Romani. Schol. Gron. ad Catil. p. 412. — Desideratum est in senatu nomine publicanorum, ut cum iis ratio putaretur lege Sempronia. Schol. Bob. pro Plancio p. 259. Vide Indicem Legum.

A. Sempronius et Marcus eius frater. — Vargulae dictum in eos: „musca quaesturae." de Or. 2, 60, 247.

P. Sempronius Asellio. Ecce successere L. Caelio Antipatro Gellii, Clodius, Asellio; nihil ad Caelium, sed potius ad antiquorum languorem atque inscitiam. de Legg. 1, 2, 6. — Asellio sub P. Scipione Africano tribunus militum ad Numantiam fuit, resque eas, quibus gerendis ipse interfuit (a. u. c. 621.), conscripsit. Gell. N. A. 2, 13. — Cfr. Krause Fragmm. Hist. p. 216.

L. Sempronius Atratinus, consul cum L. Papirio Mugillano a. u. c. 310., cum eodem censor a. u. c. 312. ad Fam. 9, 21, 2.

L. Sempronius Atratinus pater. Eum de ambitu postulavit M. Caelius; absolutum iterum accusavit. pro Caelio 1, 1.

L. Sempronius Atratinus filius, accusator M. Caelii. pro Caelio 1, 1. —

Humanissimo atque optimo adolescenti, meo necessario, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis vel necessitatis vel aetatis. Ibid. §. 2. Ibid. 3, 7. — Disertus adolescens. Ibid. 7, 15. Sempronii Atratini erant patricii; ceteri Sempronii Aselliones, Gracchi, Longi, Rufi, Rutili, Tuditani plebeii.

(Sempronius) Gracchus insitivus, quem Q. Metellus Numidicus contra vim multitudinis incitatae censu prohibuit: pro Sestio 47, 101. est L. Equitius, qui se Ti. Gracchi filium simulabat, trib. pl. a. u. c. 655. una cum Saturnino interfectus. Vide Ed. min. Sestianae. — „Ille ex compedibus atque ergastulo Gracchus." pro C. Rabirio perd. 7, 20.

P. Sempronius Gracchus, pater Ti. Gracchi cos., avus T. et C. Gracchi, ceteroquin ignotus. de Div. 1, 18, 36.

Ti. Sempronius Gracchus P. F. bis consul (a. u. c. 577. et 591.) et censor (a. u. c. 585.) fuit; cuius est oratio Graeca apud Rhodios, quem civem tum gravem, tum etiam eloquentem constat fuisse. Brut. 20, 79. — Claudii invidiam Gracchi (collegae in censura) caritas deprecata est. de Rep. 6, 2, 6. — Eum populus Ro. ob id, quod insciente collega in censura nihil egisset, post censuram consulem fecit. de Inv. 1, 30, 48., ubi vide Interpretes. — Cum censor insciente collega quosdam senatu movisset et de eius facto dubitaretur, postea tamen eius factum populus approbavit; nam eum consulem fecit. Victorinus I. p. 96. — Tib. Sempronius Gracchus cos. iterum a. u. c. 591. cum P. Scipionem, C. Figulum coss. a. u. c. 592. crearet, vitio tabernaculum cepit: itaque vitio creati, senatus iussu, abdicaverunt. de Nat. D. 2, 4, 10. — Gracchus augur, posteaquam in Sardiniam venit, recordatus est, quid sibi in Campo Martio comitia consulum habenti contra auspicia accidisset. ad Q. Fr. 2, 2, 1. — Ti. Gracchus augur, cum tabernaculum cepisset imprudens, quod inauspicato pomoerium transgressus esset, comitia consulibus rogandis habuit cet. de Divin. 1, 17, 33. Ibid. 2, 35, 74. cfr. Plutarchi Marcell. C. 5. — Ti. Gracchus P. F., qui bis consul et censor fuit idemque et summus augur et vir sapiens civisque praestans, duobus anguibus domi comprehensis haruspices convocavit: qui cum respondissent, si marem emisisset, uxori (Corneliae) brevi tempore esse moriendum; si feminam, ipsi: aequius esse censuit se maturam oppetere mortem quam P. Africani filiam adolescentem. Feminam emisit; ipse paucis post diebus est mortuus. de Divin. 1, 18, 36. — Ti. Gracchus, pater, Scipionis Africani minoris socer. Lael. 27, 101. — Memoratur etiam de Inv. 1, 49, 91. — Rei publicae rector et consilii publici auctor. de Or. 1, 48, 211. — Homo prudens et gravis, haudquaquam eloquens, et saepe alias et maxime censor (a. u. c. 585.) saluti reip. fuit, libertinis in urbanas tribus translatis. de Or. 1, 9, 38. — Nemo censebit Ti. Gracchum patrem non beatiorem fuisse quam filium, cum alter stabilire rem publicam studuerit, alter evertere. de Finn. 4, 24, 65. — Ti. Gracchus P. F. pater, tamdiu laudabitur, dum memoria rerum Romanarum manebit; at eius filii nec vivi probabantur bonis et mortui numerum obtinent iure caesorum. de Off. 2, 12, 43. — Ti. Gracchus pater summam laudem est adeptus, quod tribunus pl. solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus ipsius et fratris eius Africani, iuravitque in contione, se in gratiam non redisse, sed alienum sibi videri dignitate imperii, quo duces essent hostium Scipione triumphante ducti, eodem ipsum duci, qui triumphasset. de prov. cos. 8, 18. — In proelio cum Lucanis, dolo circumventus a Flavio, Lucanorum praetore, cecidit. Tuscul. 1, 37, 89. Liv. 25, 16. — Brut. 46, 170.

Ti. et C. Sempronii Gracchi, exceptis L. Crasso et M. Antonio, omnium eloquentissimi, eloquentia civitatem dissipaverunt. de Or. 1, 9, 38. — Gracchi, Africani nepotes. Her. 4, 5, 7. Ibid. 31, 42. Ibid. 4, 54, 67. de Inv. 1, 4, 5. Ibid. 49, 91. — Nullum unquam in contione habebant conductum. pro Sestio 49, 105. — Eos agrariae contentiones perdiderunt. de Off. 2, 23, 80. — Etiam in Gracchorum ferocitate leges Aelia et Fufia vixerunt. in Vatinium 9, 23. — Venit mihi in mentem duos clarissimos, ingeniosissimos, amantissimos plebis Romanae viros, Ti. et C. Gracchos, plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. Non sum autem ego is consul, qui ut plerique

nefas esse arbitrer Gracchos laudare; quorum consiliis, sapientia, legibus multas esse video rei publicae partes constitutas. de lege agr. 2, 5, 10. — Campanus ager per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitit. de lege agr. 1, 7, 21. — Gracchi duo, qui de plebis Romanae commodis plurimum cogitaverunt, agrum Campanum attingere ausi non sunt. de lege agr. 2, 29, 81. — Nobilitas noxia Gracchorum actionibus obviam iit et primo Tiberium, deinde paucos post annos eadem ingredientem Caium, tribunum alterum, alterum triumvirum coloniis deducendis cum M. Fulvio Flacco ferro necaverat. Et sane Gracchis cupidine victoriae haud satis moderatus animus fuit. Sed bono vinci satius est quam malo more iniuriam vincere. Sal. Iug. 43.

Ti. Sempronius Gracchus Ti. F. P. N. Consule omnino Plutarchum in eius vita. — Ti. Gracchus M. Aemilium Lepidum Porcinam audire solitus est. Brut 25, 96. — Ti. Gracchus propter turbulentissimum tribunatum, ad quem ex invidia foederis Numantini (a. u. c. 617.) bonis iratus accesserat, ab ipsa re publica est interfectus. Brut. 27, 103. — Summus orator: atque hoc memoria patrum teste dicimus. Nam eius habemus orationes nondum satis splendidas verbis, sed acutas prudentiaeque plenissimas. — Diligentia Corneliae matris a puero doctus et Graecis litteris eruditus. — Eius magister Diophanes Mytilenaeus. Brut. 27, 104. Ibid. 86, 296. — Gracchi in contionibus multo faciliore et liberiore genere dicendi quam superiores. Ibid. 97, 333. — Ti. Gracchus convellit statum civitatis: qua gravitate vir, qua eloquentia, qua dignitate! nihil ut a patris avique Africani praestabili insignique virtute, praeterquam quod a senatu desciverat, deflexisset. de Harusp. resp. 19, 41. — A Ti. Gracchi aequitate et pudore longissime remotus es, P. Rulle. de lege agr. 2, 12, 31. — Ei P. Crassum et P. Scaevolam fratres aiunt auctores legum fuisse, alterum (Crassum), ut videmus, palam, alterum, ut suspicantur, obscurius. Acad. 2, 5, 13. Cfr. Ibid. §. 15. — Ti. Gracchus (iustus esse) perseveravit in civibus; sociorum nominisque Latini iura neglexit ac foedera. de Rep. 3, 29, 41. — Ti. Graccho invidia Numantini foederis, cui feriendo, quaestor C. Mancini consulis cum esset, interfuerat, et in eo foedere improbando senatus severitas dolori et timori fuit: istaque res illum, fortem et clarum virum, a gravitate patrum desciscere coëgit. de Harusp. resp. 20, 43. — Agrariam Ti. Gracchus legem ferebat. Grata erat populo: fortunae constitui tenuiorum videbantur. Nitebantur contra optimates, quod et discordiam excitari videbant et, cum locupletes possessionibus diuturnis moverentur, spoliari rem publicam propugnatoribus arbitrabantur. pro Sestio 48, 103. — In primis ei molestus fuit Q. Aelius Tubero, quod indicat Gracchi in hunc oratio. Sunt etiam in Gracchum Tuberonis. Brut. 31, 117. — Eum rem publicam vexantem a Q. Tuberone aequalibusque amicis derelictum videbamus. (Laelius est qui loquitur.) Lael. 11, 37. — Ti. Gracchus de M. Octavio detulit sitellam. de Nat. D. 1, 38, 106. — Ti. Gracchus collegae (Octavio) magistratum per seditionem abrogavit. pro Milone 27, 72. Ti. Sempronius Gracchus M. Octavio collegae suo magistratum abrogavit. Ascon. in Cornel. p. 71. — Ti. Gracchum non solum neglectus, sed etiam sublatus intercessor Octavius servaverat (i. e. servare potuisset). Quid enim illum aliud perculit, nisi quod potestatem intercedendi collegae abrogavit? de Legg. 3, 10, 24. Ibid. 11, 26. — Eum iniuria accepta fregit patientia M. Octavius. Brut. 25, 95. — Ti. Sempronius Gracchus legem agrariam tulit, ut ager publicus Romanae plebi divideretur. Schol. Bob. pro Sestio p. 303. Schol. Ambros. in Catil. 4. p. 370. — Iterum tribunus pl. fieri voluit. in Catil. 4, 2, 4. — Eum sequebantur C. Carbo, C. Cotta. Lael. 11, 39. — Regnum occupare conatus est, vel regnavit is quidem paucos menses. Ibid. 12, 41. — Ti. Gracchi tribunatus nihil iuris bonis viris reliquit. de Legg. 3, 9, 20. — Eius mors rhetorice narrata. Her. 4, 55, 68. — Eius conatus perditos vindicavit P. Scipio Nasica. de Off. 1, 30, 109. — Ex eius dominatu P. Scipio privatus in libertatem rem publicam vindicavit. Brut. 58, 212. — P. Scipio, pontifex maximus, Ti. Gracchum mediocriter labefactantem statum rei publicae, privatus interfecit. in Catil. 1, 1, 3. — Eum P. Nasica privatus interemit. de Off. 1, 22, 76. — Illi, qui cum (Ti.)

Graccho fuerunt deiecti ex Capitolio cet. pro Caecina 30, 87. — Scipioni Africano minori iure caesus videbatur. de Or. 2, 25, 106. — Ti. Gracchi mors approbata ab Africano minore. pro Milone 3, 8. — P. Mucius Scaevola arma, quae privatus P. Scipio sumpserat, ea Ti. Graccho interempto iure optimo sumpta esse defendit. pro Plancio 36, 88. — Remp. administrantem indigna prohibuit nex diutius in ea commorari. Her. 4, 22, 31. — Ille dies, quo Ti. Gracchus est caesus, ille, quo Caius, ille quo arma Saturnini oppressa sunt, etiam si e re publica, rem publicam tamen vulnerarunt. pro Milone 5, 14. — Mors Ti. Gracchi et iam ante tota illius ratio tribunatus divisit populum unum in duas partes. de Rep. 1, 19, 31. — Cum, Ti. Graccho occiso, magnorum periculorum metus ex ostentis portenderetur, P. Mucio, L. Calpurnio coss. (a. u. c. 621.) aditum est ad libros Sibyllinos, ex quibus inventum est, Cererem antiquissimam placari oportere. Tum ex amplissimo collegio decemvirali sacerdotes populi Romani, cum esset in urbe nostra Cereris pulcherrimum et magnificentissimum templum, tamen usque Hennam profecti sunt cet. Verr. Accusat. 4, 49, 108. — Memoratur etiam de Rep. 2, 27, 49. — Cornel. II. Fragmm. 4. p. 453. Philipp. 8, 4, 13. Vide P. Scipio Nasica. — Occiso Ti. Graccho, quem regnum parare aiebant, in plebem Romanam quaestiones habitae sunt. Sal. Iug. 31. — Cfr. *Die drei Volkstribunen Tib. Gracchus, M. Drusus und P. Sulpicius nach ihren politischen Bestrebungen dargestellt. Ein Beitrag zur römischen Geschichte von* E. A. J. Ahrens. *Leipzig* 1836. 8.

C. Sempronius Gracchus. Quo ingenio! quanta vi! quanta gravitate dicendi! ut dolerent boni omnes, non illa tanta ornamenta ad meliorem mentem voluntatemque esse conversa.* de Harusp. resp. 19, 41. — C. Gracchus vir et praestantissimo ingenio et flagranti studio et doctus a puero. - - Damnum illius immaturo interitu res Romanae Latinaeque litterae fecerunt. Utinam non tam fratri pietatem quam patriae praestare voluisset! cet. Brut. 33, 125 et 126. — Scipio Africanus minor repentina morte domi suae interceptus est non sine infamia C. Gracchi. Schol. Bob. pro Milone p. 283. — C. Gracchus quaesturam petiit a. u. c. 627. Eius somnium narratum a Caelio Antipatro. de Divin. 1, 26, 56. — Quaestor fuit M. Lepido et L. Oreste consulibus. Brut. 28, 109. — Eius tribunatus. Lael. 12, 41. — Eum mors fraterna, pietas, dolor, magnitudo animi ad expetendas domestici sanguinis poenas excitavit. de Harusp. resp. 20, 43. — C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium Romanorum iniussu vestro iudicaretur. pro C. Rabirio perd. 4, 12. — Cum fratre concordissime vixit. Ibid. 5, 14. — C. Gracchus legem ne quis iudicio circumveniretur tulit; eam legem pro plebe, non in plebem tulit. pro Cluentio 55, 151. — Is de magistratibus creandis legem in tribunatu promulgavit, ut ex confusis quinque classibus sorte centuriae vocarentur. Pseudosal. ad Caes. 2. p. 274. Gerl. — Frumentariam legem C. Gracchus ferebat. Iucunda res plebi Romanae; victus enim suppeditabatur large sine labore. Repugnabant boni, quod et ab industria plebem ad desidiam avocari putabant et aerarium exhauriri videbatur. pro Sestio 48, 103. Ibid. 67, 140. — C. Gracchus legem tulit, ut populus pro frumento, qui sibi publice daretur, in singulos modios senos (*sic*) aeris et trientes pretii nomine exsolveret. Schol. Bob. pro Sestio p. 300 et 303. — C. Gracchi frumentaria magna largitio (a. u. c. 631.) exhauriebat aerarium. de Off. 2, 21, 72. — C. Gracchus, cum largitiones maximas fecisset et effudisset aerarium, verbis tamen defendebat aerarium. Eius altercatio cum L. Pisone Frugi. — Lege orationes Gracchi, patronum aerarii esse dices. Tuscul. 3, 20, 48. — C. Gracchus, qui unus maxime popularis fuit, provincias consulares non modo non abstulit ab senatu, sed etiam, ut necesse esset quotannis constitui per senatum decretas, lege sanxit. Pro domo 9, 24. — C. Gracchus agrarios concitare conatus est in Catil. 4, 2, 4. — C. Gracchus runis et sicis iis, quas ipse se proiecisse in forum dixit, quibus digladiarentur inter se cives, omnem rei publicae statum permutavit. de Legg. 3, 9, 20. — Gracchus de P. Popillio tulit, ut ei aqua et igni interdiceretur. Pro domo 31, 82. — Ei cessit P. Popillius. Schol. Bob. post red. ad pop. p. 252. — P. Popillium vi C. Gracchi expulsum restituit L. Bestia a. u. c. 633. Brut. 34, 128. — Ei re-

stitit M. Scaurus. pro Sestio 47, 101. — Quae C. Gracchus rei publicae volnera imponebat, eadem M. Livius Drusus sanabat. de Finn. 4, 24, 66. — Tribunus iterum fractus est a M. Druso. Brut. 28, 109. — Ipse lator legis Semproniae iussu populi (?) poenas rei publicae dependit. in Catil. 4, 5, 10. — Ei occisio oblata est, quae virum reip. amantissimum subito de sinu civitatis eripuit. Her. 4, 22, 31. — Tumultus domesticos comparavit. Ibid. 4, 28, 38. — Decrevit quondam senatus, ut L. Opimius consul videret, ne quid res publica detrimenti caperet. Nox nulla intercessit: interfectus est propter quasdam seditionum suspiciones C. Gracchus, clarissimo patre, avo, maioribus; occisus est cum liberis M. Fulvius, consularis. in Catil. 1, 2, 4. — Interfectus a L. Opimio. Brut. 34, 128. Philipp. 8, 4, 14. Vide L. Opimius. — Iurene eum occiderit Opimius? Partitt. 30, 104 et 106. — C. Sempronius Gracchus in Aventino occisus. Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 347. — Post C. Gracchi et M. Fulvi caedem plebeii multi in carcere necati sunt. Sal. Iug. 31. Pseudoascon. in Divin. p. 103. — Exempla ab eo sumenda in artibus rhetoricis Latinis. Her. 4, 1, 2. — Eiusdem facultas oratoria. Ibid. 4, 2, 2. — Eius orationes. de Or. 1, 34, 154. — Fragmentum orationis habitae apud Censores, cum e quaestura Sardiniensi redux reus factus esset a M. Iunio Penno trib. pl. a. u. c. 627. Orat. 70, 233. — Agitatus a M. Penno. Brut. 28, 109. — Exstat oratio hominis (ut opinio mea fert) nostrorum hominum longe ingeniosissimi atque eloquentissimi, C. Gracchi; qua in oratione permulta in L. Pisonem (Frugi) turpia ac flagitiosa dicuntur. pro Fonteio 13, 29. — In L. Pisonem Frugi C. Gracchi exstat oratio maledictorum magis plena quam criminum. Schol. Bob. pro Flacco p. 233. — Fragmentum ex incerta eius oratione. de Or. 3, 56, 214. — Eius fistulator. Ibid. C. 60, 225. — Quid de patre, Ti. Gracchо cos., ad M. Pomponium scriptum reliquerit? de Divin. 1, 18, 36. Ibid. 2, 29, 62. — C. Fannii oratio in eum. Brut. 26, 99. et 100. cfr. Menelaus Marathenus. — Iulius Victor p. 212. — Oratio a C. Fannio adversus eum habita. Idem p. 224. p. 261. Brut. 29, 110. Cornel. II. Fragmm. 4. p. 453. — Luculentus locus ex eius oratione de legibus promulgatis exstat apud Schol. Bob. pro Sulla p. 365. — Graccus, non Gracchus, scribebat Varro. Varro Fr. p. 342. Bip.

Ti. Sempronius Longus cum P. Scipione Africano maiore cos. a. u. c. 560. Cornel. I. Fragm. 12. p. 449. Ascon. in Cornel. p. 69.

C. Sempronius Rufus. Scito, Rufum, mel ac delicias tuas (accusatum a M. Tuccio), calumniam maximo plausu tulisse. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 8, 1. — Εὐήθειαν Sempronii Rufi cognovi ex epistola tua Corcyraea. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 2, 10. — Sempronius laesus a Q. Cornificio (a. u. c. 710.) ad Fam. 12, 22, 4. et 25, 3 et 5. — Sempronianum senatus consultum, quo laedebatur Q. Cornificii dignitas. Ibid. 29, 2.

M. Sempronius Rutilus, sub Caesare in Gallia militat a. u. c. 702. Caesar Gall. 7, 90.

Sempronius Tuditanus affinis Catuli, insanus. Acad. 2, 28, 89. — Tuditanus cum palla et cothurnis nummos populo de Rostris spargere solebat. Philipp. 3, 6, 16. Valer. Max. 7, 8. ibique Perizonius. Tuditani huius filia mater fuit Fulviae, uxoris Antonii.

C. Sempronius C. F. Tuditanus, pater eius, qui proxime sequitur, proavus Hortensii oratoris. Eum plane non norat Cicero. ad Att. 13, 6, 4. — Unus ex decem Legatis L. Mummii, aut quaestor aut tribunus mil. cet. Ib. Ep. 33, 3.

C. Sempronius C. F. Tuditanus (filius). Videor audisse ex Hortensio (inter decem legatos L. Mummii fuisse) Tuditanum. Sed in Libonis annali XIV. annis post praetor est factus Tuditanus quam Mummius: non sane quadrat. ad Att. 13, 30, 3. — Praetor fuit P. Popillio, P. Rupilio coss. (a. u. c. 622.) Ib. Ep. 32, 3. — C. Sempronius Tuditanus consul a. u. c. 625. cum omni vita atque victu excultus atque expolitus, tum eius elegans est habitum etiam orationis genus. Brut. 25, 95. — C. Sempronius Tuditanus cos. cum M. Aquilio a. u. c. 625. Iis coss. sol geminatus: quo quidem anno P. Africanus sol alter exstinctus est. de Nat. D. 2, 5, 14. de Rep. 1, 9, 15. — C. Sempronius Tuditanus, historicus. Ascon. in Cornel. p. 76. — A Dionysio Halic. I. p. 9. inter λογιωτάτους τῶν Ῥωμαίων συγγραφέων cum Catone Cen-

sorio refertur. Cfr. Krause Fragmm. Hist. p. 178. seqq. Vide T. Livius.

M. Sempronius Tuditanus consul cum C. Claudio Centone a. u. c. 514. Brut. 18, 72. Tuscul. 1, 1, 3. Cato 14, 50.

P. Sempronius Tuditanus consul cum M. Cornelio Cethego a. u. c. 550. Brut. 15, 60. Cato 4, 10. Varro Fr. p. 259. Bipont.

Semurium, Philipp. 6, 5, 13. ager a Larentia populo Romano legatus. Vide Macrob. Saturn. Lib. 1. C. 10.

Senaculum supra Graecostasin. Varro LL. 5, 32. p. 155.

Senectus dea. de Nat. D. 3, 17, 44.

Senense proelium, id est, apud Senam, Etruriae oppidum, quo M. Livius Salinator cum collega C. Claudio Nerone coniunctus Hasdrubalem, Hannibalis fratrem, cecidit. (a. u. c. 547.) Brut. 18, 73. Cfr. Liv. 27, 34.

Seniae balneae fuerunt Romae et quidem publicae. pro Caelio 25, 61. Nonnulli legunt *Xeniae*. Veriorem lectionem e Codd. Mss. restituit Gruterus. Ern.

C. Sentius Saturninus. Modo (ante a. u. c. 684.) C. Sentium vidimus, hominem vetere illa ac singulari innocentia praeditum, propter caritatem frumenti, quae fuerat in Macedonia, permagnam ex cibariis pecuniam deportare. Verr. Accusat. 3, 93, 217. — C. Sentius praetor cum Denseletis tutatus est Macedoniam. in Pison. 34, 84. Oros. 5, 18. Vide Sertius.

Seplasia, platea Capuae, in qua unguentarii negotiari erant soliti. Asc. in Pison. p. 10. de lege agr. 2, 34, 94. pro Sestio 8, 19. in Pison. 11, 24. Varro Fr. p. 264. et 271. Bip. Varro Fr. p. 310. Bip.

Septem aquae. ad Att. 4, 15, 5. Est lacus agri Reatini, hodie *le sorgenti del fiume S. Susanna.*

Septem sapientes illi non suo, sed populorum suffragio omnium nominati sunt. de Finn. 2, 3, 8. — Septem sapientes omnes praeter Milesium Thalen civitatibus suis praefuerunt. de Or. 3, 34, 137. — Eos omnes paene video in media re publica esse versatos. de Rep. 1, 7, 12. — Eos, qui ista subtilius quaerunt, in numero sapientium non habent. Lael. 2, 7. Tuscul. 5, 3, 7.

Septem Triones. Arat. v. 28. de Nat. D. 2, 41, 104. Varro Fr. p. 255. Bip. — Unde dicti? Varro LL. 7, 4. p. 355. — Acad. 2, 20, 66. Septentriones tropice dicuntur argumenta clarissima latiore specie non ad tenue elimata.

Septimia, uxor, ut videtur, Siccae. ad Att. 16, 11, 1. — (Ad Fam. 9, 10, 2: *cum sophia Septimae* vel *Septimiae* videntur verba corrupta.)

Septimius, Camers, a Catilina in agrum Picenum dimissus. Sal. Catil. 27.

C. Septimius, praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni. Post red. in sen. 9, 23. — C. Septimius, augur a. u. c. 709. ad Att. 12, 13, 2. Ib. Ep. 14, 1. — „Pighius Scaevolae cognomen de coniectura (ex Cluent. 41, 115.) dedit. Mihi videtur idem esse cum eo, qui ad Fam. 8, 8, 5 et 6. in SCto M. Marcelli inter eos nominatur, qui scribendo affuerunt: C. Septimius T. F. Quirina. Ern.

C. Septimius, Bibuli consulis (a. u. c. 695.) scriba. ad Att. 2, 24, 2.

L. Septimius orator deridetur Varen. Fragm. 8. p. 443.

L. Septimius, tribunus militum, qui bello praedonum apud Pompeium ordinem duxerat, eum interfecit Pelusii a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 104.

P. Septimius Scaevola. Septimio senatore damnato, Q. Hortensio praetore (a. u. c. 682.), de pecuniis repetundis, lis aestimata est eo nomine, quod ille ob rem iudicandam pecuniam accepisset. (Ferebatur scil. a Cluentio corruptus Oppianicum condemnasse a. u. c. 680.). Verr. Act. 1, 13, 38. — Ei lis aestimata est, quod pecuniam ob rem iudicandam accepisset. pro Cluentio 41, 115. — Condemnatus aliis criminibus. Ibid. §. 116.

P. Septimius, testis in L. Flaccum. pro Flacco 4, 11. Ibid. 35, 88.

P. Septimius quaestor fuit M. Terentio Varroni. Varro LL. 7, 7. p. 388. — Ei tris libros de lingua Latina misit Varro LL. 5, 1. p. 12. — Uterque diversus videtur a P. Septimio Scaevola, senatore condemnato. Testis tamen in Flaccum idem esse potest cum P. Septimio Varronis.

Septimontium, dies festus. Varro LL. 6, 3. p. 206.

Q. Septitius, honestissimus eques Romanus. C. Verris in eum peculiare edictum. Verr. Accusat. 3, 14, 36.

L. Septumuleius, Anagninus. Ei pro C. Gracchi capite aurum repensum; salse derisus a Q. Mucio Scaevola augure, cum praefecturam ab eo in Asia peteret. de Or. 2, 67, 269.

Seprulla, corruptum vocabulum. ad Att. 1, 12, 3.

Sepyra, vicus Ciliciae in ea parte montis Amani, sub cuius radicibus arae Alexandri erant. ad Fam. 15, 4, 9.

Sequani permale pugnarunt cum Aeduis. (a. u. c. 694.) ad Att. 1, 19, 2.

Serapio. Vide in Corneliis Scipionibus Nasicis.

Serapio. Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti; ex quo quidem ego, quod inter nos liceat dicere, millesimam partem vix intelligo. ad Att. 2, 4, 1. — Valde Eratosthenes a Serapione reprehenditur. Ibid. 6, 1. Est Serapio Antiochenus, Geographicorum scriptor, qui contra Eratosthenem scripsit. Strabo 1. p. 14. 2. p. 133. 139. Commemoratur etiam a Plinio in Elencho scriptorum Libri IV.

Serapio, pictor scenicus, incertae patriae. Varro Fr. p. 341. Bip. Plin. 35, 10. S. 37.

Serapio, et Dioscorides, Aegyptii, a Caesare ad Achillan missi; quos hic corripi atque interfici iussit a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 110.

Serapio, servus vel libertus Attici. ad Att. 10, 17, 1.

Serapis et Isis, iidem qui Caelum et Terra. Varro LL. 5, 10. p. 63. — Serapis, Isis, Harpocrates. Varro Fr. p. 230. Bip. — Serapis et Aesculapius (ex volgi opinione) potest nobis praescribere per somnium curationem valetudinis. de Divin. 2, 59, 123. — Medicina a Serapi utor. Varro Fr. p. 276. Bip. — Nummo curat Serapis. Ibid. — Eius templum Syracusis. Verr. Accus. 2, 66, 160. Cfr. de Nat. D. 3, 19, 47.

C. Serenus pro Plancio 5, 12. falsa lectio pro C. (Atilius) Serranus.

Sergia tribus, in Sabinis, Marsis et Pelignis. — Nemo post Romam conditam praeter P. Vatinium tribulis quisquam tribum Sergiam perdidit. in Vatinium 15, 36. — Sergia tribus constabat ex Sabinis et Marsis et Pelignis. Schol. Bob. in Vatin. p. 323. Ascon. in Cornel. p. 81.

Sergius mimus. Ei equos vectigales tradidit M. Antonius. Philipp. 2, 25, 62.

Cn. Sergius, decumanus improbus. Verr. Accusat. 3, 43, 102. Quamquam hic manifesto fuit civis Romanus, tamen ibi appellari videtur *Venerius servus*. Sed *pactiones Menaenorum cum Venerio servo* sic interpretari possumus, ut Cn. Sergius ad pactiones illas faciendas ad Menaenos suo nomine miserit servum aliquem Veneris Erycinae.

L. Sergius, homo frugalissimus, scriba Ciceronis in quaestura Siciliensi. Verr. Accusat. 3, 78, 182.

L. Sergius, armiger Catilinae, stipator Clodii, signifer seditionis, qui Q. Metellum consulem, P. Clodii fratrem, lapidibus appetivit et percussit, eique se ad Cn. Pompeium interficiendum obtulit. Pro domo 5, 13. Ibid. 33, 89.

M. Sergius M'. F. Commentarium vetus anquisitionis M. Sergii Mani filii, quaestoris, qui capitis accusavit Rogum (al. *Rocum*). Varro LL. 6, 9. p. 268.

Q. Sergius, senator, inter sicarios damnatus est. pro Cluentio 7, 21.

L. Sergius Catilina legatus . . . . Sal. Hist. 1, 26. — L. Sergius Catilina temporibus Sullanis occidit Q. Caecilium, M. Volumnium, L. Tantasium; M. Marii Gratidiani caput abscisum per urbem sua manu tulit. Ascon. in tog. cand. p. 84. — Ex praetura Africam provinciam obtinuit: ex ea accusatus est repetundarum a P. Clodio adolescente. Defensus est, ut Fenestella tradit, a Cicerone; de quo tamen dubitat Asconius. Ibid. p. 85. — Catilina bis absolutus. in Pison. 39, 95. — Africam praetor obtinebat a. u. c. 688. Sequente anno causam de pecuniis repetundis dixit. Deinceps fuit annus, quo ego consulatum petivi; petebat Catilina mecum. pro Caelio 4, 10. — Habuit Catilina permulta maximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum. - - Flagrabant vitia libidinis apud illum: vigebant etiam studia rei militaris. Neque ego unquam fuisse tale monstrum in terris ullum puto tam ex contrariis diversisque inter se pugnantibus naturae studiis cupiditatibusque conflatum. Ibid. 5, 12. seqq. — Me ipsum, me, inquam, quondam paene ille decepit. Ibid. 6, 14. — L. Sergius Catilina patricius eodem tempore a P. Clodio factus erat reus repetundarum, cum provinciam

Africam obtinuisset. Ascon. in Cornel. p. 66. — Catilina competitor Ciceronis in consulatus petitione. (a. u. c. 690.) Ascon. in tog. cand. p. 82. — Catilina, si iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor (consulatus) ad Att. 1, 1, 1. — Catilinam, competitorem nostrum, defendere cogitamus. Ibid. 2, 1. — Catilina lege repetundarum absolutus accusante P. Clodio. Ascon. in Pison. p. 10. — Catilinae scelera et flagitia enumerantur a Q. Cicerone de Pet. C. 2, 9. seqq. — Eius amicissimi ex curia Curii et Annii, ab atriis Sapalae et Carvilii, ex equestri ordine Pompilii et Vettii. Ibid. 3, 10. — Eius voltus erat plenus furoris, oculi sceleris, sermo arrogantiae sic, ut ei iam exploratus et domi conditus consulatus videretur. pro Murena 24, 49. seqq. — Dixit duo corpora esse rei publicae, unum debile, infirmo capite, alterum firmum sine capite; huic, cum ita de se meritum esset, caput se vivo non defuturum. Ibid. 25, 51. Ibid. 37, 78. Ibid. 39, 83. — Eius facinus (a. u. c. 691.) in primis ego memorabile existumo sceleris atque periculi novitate. Sal. Catil. 4. — Eius ingenium atque mores. Cap. 5. et 14. — Patricius homo. Ibid. 31. — Eius coniuratio, L. Caesare, C. Figulo coss. Sal. Catil. 17. — Eius socii. Ibid. — De superiore coniuratione facta L. Tullo, M. Lepido coss. tradit Cap. 18. — Oratio apud coniuratos habita. Cap. 20. — Insidias parat Ciceroni. Ibid. 26. — Plautia lege interrogatus a L. Paullo. Idid. 31. — Venit in senatum; ubi Cicero in eum orationem habuit luculentam atque utilem rei publicae. Ibid. — Eius responsum. Ibid. — Omnes hostem atque parricidam vocare. Tum ille furibundus: „Quoniam quidem circumventus, inquit, ab inimicis praeceps agor, incendium meum ruina restinguam.“ Ibid. — Nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Cap. 32. — Litterae ab eo consularibus missae. Cap. 34. — Aliae longe diversae Q. Lutatio Catulo missae. Ibid. 35. — Hostis iudicatus. Ibid. 36. — Duas legiones instituit. Ibid. 56. — Modo ad Urbem, modo in Galliam vorsus castra movet. Ibid. — Servitia repudiabat. Ibid. — Plerique eius milites dilabuntur: reliquos Catilina magnis itineribus in agrum Pistoriensem abducit, eo consilio, uti per tramites occulte perfugeret in Galliam. Ibid. 57. — Statuit cum C. Antonio confligere. Ibid. — Eius contio militaris. Ib. 58. — C. Manlium in dextera, Faesulanum quendam in sinistra parte curare iubet: ipse cum libertis et colonis propter aquilam assistit, quam bello Cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. In proelio ipse strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. Postquam fusas copias seque cum paucis relictum videt, memor generis atque pristinae dignitatis, in confertissumos hostes incurrit ibique pugnans confoditur. Ib. 60. — Catilina longe a suis inter hostium cadavera repertus est, paullulum etiam spirans ferociamque animi, quam habuerat vivus, in voltu retinens. Ib. 61. — Catilina bis absolutus. ad Att. 1, 16, 9. — L. Manlius Torquatus reo de pecuniis repetundis Catilinae fuit advocatus, improbo homini, at supplici, fortasse audaci, at aliquando amico. Cui cum adfuit post delatam ad eum primam illam coniurationem, indicavit se audisse aliquid, non credidisse. pro Sulla 29, 81. — De priore eius coniuratione cum Cn. Pisone a. u. c. 689. inita vide etiam Cn. Calpurnius Piso. — Cfr. omnes quattuor Catilinarias. — Ille erat unus timendus ex omnibus coniuratis, sed tamdiu, dum moenibus urbis continebatur. Omnia norat, omnium aditus tenebat; appellare, tentare, sollicitare poterat, audebat; erat ei consilium ad facinus aptum; consilio autem neque lingua neque manus deerat. — Nihil erat, quod non ipse obiret, occurreret, vigilaret, laboraret: frigus, sitim, famem ferre poterat. — Homo acer, paratus, audax, callidus, in scelere vigilans, in perditis rebus diligens. in Catil. 3, 7, 16. — Quibus auxiliis Cicero oppresserit coniurationem Catilinae, exponit Philipp. 2, 7, 16. — Catilina, homo audacissimus, a nobis in senatu accusatus obmutuit. Orat. 37, 129. — Ego L. Catilinam caedem senatus, interitum urbis non obscure, sed palam molientem egredi ex urbe iussi cet. in Pison. 2, 5. — Nonnulla ad eius coniurationem spectantia leguntur etiam pro Sestio 3, 8. seqq. Ibid. 5, 12. — Locus in primis memorabilis de sententiis in P. Lentulum ceterosque coniuratos a Caesare et a Catone dictis, exstat ad Att. 12, 21, 1. — Barbatuli iuvenes, totus ille grex Catilinae, fa-

vebant P. Clodio (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 14, 5. — A Catilina P. Clodius pecuniam accepit, ut turpissime praevaricaretur. de Harusp. resp. 20, 42. — Catilina, amator Gabinii. Post red. in sen. 4, 10. — Quod sine L. Vargunteio Catilina facinus admisit? pro Sulla 6, 16. Ibid. 25, 70. Ibid. 27, 76. — Cum Catilina comparatur M. Antonius. Philipp. 4, 6, 15. — Parad. 4, 1, 27. — Eum de vi accusaturus erat L. Aemilius Paullus. Schol. Bob. in Vatin. p. 320. — C. Antonii damnatione sepulcrum L. Catilinae floribus ornatum, hominum audacissimorum ac domesticorum hostium conventu epulisque celebratum est, iusta Catilinae facta sunt. pro Flacco 38, 95. — Catilina habitu malus fuit, id est, malitiam industria sibi comparavit. Victorinus 1. p. 74, 83. — Feruntur orationes nomine Catilinae et C. Antonii (collegae Ciceronis in consulatu) editae, non ab ipsis scriptae, sed ab Ciceronis obtrectatoribus: quas nescio an satius sit ignorare. Ceterum Cicero consul omnium consensu factus est: Antonius pauculis centuriis Catilinam superavit, cum ei propter patris nomen paullo speciosior manus suffragata esset quam Catilinae. Ascon. in tog. cand. p. 95.

C. Sergius Orata s. Aurata. de Off. 3, 16, 67. — de Or. 1, 39, 178. — Omnium deliciosorum hominum magister Orata. de Finn. 2, 22, 70. — Homo amoenissimus, deliciosissimus. Fragmm. p. 484. — Varro RR. 3, 3, 10. Confer Columellam 8, 16, 5. atque in primis Augustinum de beata vita. C. 26. p. 308. Bened.

Seriphius quidam: quod responsum tulerit a Themistocle. Cato 3, 8.

Seriphus, parva insula in mari Aegaeo inter Cycladas. Eius lepusculi et volpeculae. de Nat. D. 1, 31, 89.

Serranus. Vide in Attiliis.

Cn. Sertius, eques Romanus. Verr. Accusat. 2, 48, 119. Zumptio *Sentius* legendum videtur.

Sertoriana tempora. Hispaniarum vectigal temporibus Sertorianis nullum fuit. de lege agr. 2, 30, 83.

Sertoriani milites. Verr. Accusat. 5, 28, 72. Ibid. 56, 146. Forum plenum et basilicas istorum hominum videmus, et animo aequo videmus. Civilis enim dissensionis et sive amentiae seu fati seu calamitatis non est iste molestus exitus, in quo reliquos saltem cives incolumes licet conservare. Ibid. 58, 152. — Ad Cn. Pompeium, occiso Perperna, permulti ex illo Sertoriano numero militum confugerunt. Quem non ille summo cum studio salvum incolumemque servavit? Ibid. §. 153.

Sertoriani duces. Classis magna et ornata, quae ducibus Sertorianis ad Italiam studio inflammata rapiebatur, a L. Lucullo superata. pro lege Manilia 8, 21.

Q. Sertorius (is qui bellum contra Sullanos, a quibus fuerat proscriptus, ab a. u. c. 677—682. sustinuit et viriliter administravit.) Omnium oratorum sive rabularum, qui aut plane indocti et inurbani aut rustici etiam fuerunt, solutissimum in dicendo et acutissimum iudico nostri ordinis Q. Sertorium, equestris C. Gargonium. Brut. 48, 180. — Sertorius magna gloria tribunus mil. in Hispania T. Didio imperante, magno usu bello Marsico paratu militum et armorum fuit cet. Sal. Hist. 1. p. 196. seqq. Ed. Gerl. min. Gellius 2, 37. — Sertorius Hispaniam citeriorem ad internecionem vastavit. Sal. Hist. 3. p. 215. — Ad eum in Hispaniam legatos ac litteras misit Mithridates. pro lege Manilia 4, 9. Cfr. pro Murena 15, 32. — Sertorianum bellum a senatu Pompeio privato datum est. Philipp. 11, 8, 18. Schol. Bob. pro Sestio p. 307. Schol. Gronov. ad Manil. p. 438.

Servaeus, de cohorte M. Fonteii vel portitor. pro Fonteio 5, 9.

Servilia lex. In suasione legis Serviliae L. Crassus summis ornat senatum laudibus. pro Cluentio 51, 140. — Eam suasit L. Crassus. Brut. 43, 161. Ibid. 44, 164. Ibid. 86, 296. Ibid. 87, 298. — Servilia lex acerbissima. pro Balbo 24, 54. de Or. 2, 55, 223.

Servilia, femina primaria, socrus Q. Hortensii. Verr. Accusat. 2, 8, 24.

Servilia, Catonis Uticensis soror, mater M. Bruti et Tertullae, uxoris C. Cassii. Cfr. Suet. Caes. 50. — Mulier timida. ad Fam. 12, 7, 1. — Indignatur Cicero Pontii Neapolitanum a matre tyrannoctoni possideri, donatum scilicet sibi a Caesare. ad Att. 14, 21, 3. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii et Ci-

ceronis colloquium. Ib. Lib. 15, 11, 1. — Servilia sublaturam ex S. C. se esse dicebat rem frumentariam. Ib. Ep. 12, 1. — Soror Catonis Servilia, quae mater M. Bruti fuit, apud Catonem maternam obtinebat auctoritatem. Ascon. in Scaur. p. 19. — Servilia prudentissima et diligentissima femina. Pseudocic. ad Brut. 1, 18. — Quod ad Att. 15, 13, 4. est Selicia, nonnulli leg. putant Servilia. — Tu facis ut omnia, quod Serviliae non dees, id est, Bruto. Ib. Epp. 17, 2. — Confer etiam ad Att. 5, 4, 1. Lib. 6, 1, 10. Lib. 13, 11, 2. Ep. 16, 2. Cfr. Plutarchi M. Brut. 1. Femina fuit non parvi momenti in rebus publicis, simul vero continuis Caesaris amoribus famosa.

Servilia, Cn. Caepionis, qui naufragio periit, filia, Claudii uxor. ad Att. 12, 20, 2.

Serviliae duae. Plutarchus in Cat. min. C. 24. aperte tradit duas fuisse Servilias eadem matre, qua Cato, genitas, Livia, Drusi sorore; quarum alteram dicit Caesarem adamasse, eaque mater est Bruti, teste eodem Plutarcho in Bruto C. 2 et 5.; alteram vero Lucullo nuptam ei filium, Bruti consobrinum, peperisse non modo ibidem testatur, sed etiam iterum in eodem Catone C. 54., ubi narrat in Asiam bello civili secum duxisse Serviliam sororem et ex ea natum Luculli filium. Garatonius ad Philipp. 10, 4, 8.

Servilii. Antiqui illi Servilii, qui gemini fuerunt, prorsus similes, ut dignosci vix possent. Acad. 2, 18, 56. Sunt P. Servilius Geminus (bis consul cum C. Cotta. a. u. c. 502. et 506.) et Q. Servilius Geminus. Ibid. 26, 84. Hoc cognomen etiam ad posteros propagatum est.

Servilii duo, interfectores Caesaris. — Cascas dicam, an Ahalas? Philipp. 2, 11, 27. Vide P. Servilius Casca.

Serviliorum sepulcra ad portam Capenam. Tuscul. 1, 7, 13.

Servilius lacus, a Servilio quodam dictus. — Multos caesos non ad Trasimenum lacum, sed ad Servilium vidimus. pro Sex. Roscio 32, 89. — Seneca de provid. C. 3.: Videant largum in foro sanguinem et supra Servilium lacum (id enim proscriptionis Sullanae spoliarium est) senatorum capita.

C. Servilius (Vatia?). L. Philoni (quaestori) in C. Servilium (praetorem suum) nominis deferendi potestas non est data. Divinat. 19, 63. Est fortasse pater P. Servilii Vatiae Isaurici, propraetor provinciae nescio cuius.

C. Servilius, civis Ro. e conventu Panhormitano, vetus negotiator in foro Lilybaei ad tribunal, ante pedes C. Verris, ad terram virgis et verberibus abiectus. Verr. Accusat. 5, 54, 140.

M. Servilius, Ruscae legem annalem dissuasit, quae a. u. c. 623. lata est. de Or. 2, 65, 261.

M. Servilius. — Is neque absolutus neque damnatus de repetundis saucius Pilio tradetur. (a. u. c. 703.) Caelius ad Fam. 8, 8, 3. — Orationem Q. (Metelli) Celeris mihi velim mittas contra M. Servilium. ad Att. 6, 3, 10. Trib. pl. a. u. c. 649. Brut. 77, 269.

M. Servilius, tribunus pl. a. u. c. 710. produxit Ciceronem in contionem, quo tempore Philippicam XI. dixit. ad Fam. 12, 7, 1. — M. Servilius. Pseudocic. ad Brut. 2, 7. — M. Servilius, vir fortissimus. Philipp. 4, 6, 16. Videtur is, cuius exstant nummi cum his inscriptionibus: 1) M. Servilivs leg. Q. Caepio Brvtvs Imp. 2) C. Cassei (*sic*) Imp. M. Servilivs. leg. Vide Eckhel D. N. 5. p. 311.

P. Servilius, eques Ro., magister scripturae Siciliensis. a. u. c. 684. Verr. Accusat. 3, 71, 167.

Sex. Servilius deprecatus est pro Catilio pirata. ad Fam. 5, 10, 1.

C. Servilius Ahala. L. Quinctii Cincinnati dictatoris iterum (a. u. c. 315.) iussu magister equitum Ahala Sp. Maelium regnum appetentem occupatum interemit. Cato 16, 56. — C. Servilius Ahala Sp. Maelium novis rebus studentem manu sua occidit. in Catil. 1, 1, 3. (Olim hic habebat *Quinti* praenomen.) — pro Milone 3, 8. — Eius offensio. de Rep. 1, 3, 6. (Cfr. Liv. 4, 21.) — M. Servilius Ahala, cum esset optime de re publica meritus, tamen populi incitati vim iracundiamque subiit. Pro domo 32, 86. (Declamator falsum ei *Marci* praenomen tribuit.) — Philipp. 2, 11, 27. Vide P. Servilius Casca. — Ubi φιλοτέχνημα illud tuum, quod vidi in Parthenone, Ahalam et Brutum? ad Att. 13, 40, 1. — Ahala, Ala, Axilla. Orat. 45, 153.

STEMMA SERVILIORUM CAEPIONUM.

(Cfr. Th. Reinesii Epistolas ad Casp. Hoffmannum, Christ. Ad. Rupertum, Lipsiae 1660. 4. p. 102.)

1. Cn. Servilius Cn. F. Cn. N. Caepio cos. a. u. c. 501.
2. Cn. Servilius Cn. F. Cn. N. Caepio cos. a. u. c. 551. pontifex.
3. Cn. Servilius Caepio, praetor a. u. c. 579. cos. a. u. c. 585.

4. Q. Fabius Maximus Servilianus, adoptatus a Q. Fabio Maximo, Verrucosi F., cos. a. u. c. 612., censor a. u. c. 619.

5. Cn. Servilius Cn. F. Caepio cos. a. u. c. 613. censor a. u. c. 628.

7. Q. Servilius Q. F. Cn. N. Caepio, praetor Hispaniam ulteriorem obtinuit a. u. c. 644., propraetore de Lusitanis triumphavit a. u. c. 646., consul a. u. c. 648. Contra Cimbros et Teutonos infeliciter pugnavit. Eius propterea (a. u. c. 659.) damnati bona iussione populi Romani publicata sunt. Liv. Epit. 63.

6. Q. Servilius Cn. F. Caepio cos. a. u. c. 614., censor a. u. c. 634.

8. Cn. Servilius Q. F. Cn. N. Cn. pronepos.

9. Q. Servilius, Cn. F. Q. N. quaestor a. u. c. 654. Contra M. Livium Drusum trib. pl. stetit pro equitibus a. u. c. 663. Florus 3, 17. Legatus Rutilii cos. occisus bello sociali a. u. c. 664. Ex uxore Livia Drusi sorore genuit

10. Servilia Claudii.

11. Q. Caepionem, qui obiit in Asia ante quaesturam. Plutarch. Cat. min. 11. Hic Q. Caepio est, qui sororis filium, M. Iunium Brutum, ideo Q. Caepionem Brutum appellatum, adoptavit.

12. 13. Servilia, M. Iunii Bruti uxor; Servilia L. Luculli uxor. Plut. Cat. min. 24. Manutius et Reinesius eandem putant.

14. Lucullus puer, cui tutor M. Cato Uticensis.

Cn. et Q. (Servilii) Caepiones. Patres nostri Cn. et Q. Caepionibus, L. et Q. Metellis testibus in Q. Pompeium, hominem novum, non crediderunt. pro Fonteio 7, 13. — Cn. et Q. Caepiones multum clientis consilio et lingua, plus auctoritate tamen et gratia sublevabant. Brut. 25, 97. (Orat. 48, 160.)

Cn. Servilius Caepio consul cum Q. Marcio Philippo (a. u. c. 585.) Brut. 20, 78.

Cn. Servilius Caepio, cos. a. u. c. 613. ad Att. 12, 5, 3. — Ei quaestio decreta est in L. Tubulum. de Finn. 2, 16, 54. — Censores a. u. c. 628. Verr. Accusat. 1, 55, 143.

Cn. Servilius Caepio. Velim me facias certiorem, Cn. Caepio, Serviliae Claudii pater, vivone patre suo naufragio perierit, an mortuo. ad Att. 12, 20, 2. — Confundit hunc cum consule a. u. c. 613. Schuetzius in Indice. Sed parum probabile est fieri saltem potuisse, ut hic consul vivo etiamtunc patre periret, sed videtur iunior aliquis fuisse, ut visum est etiam Reinesio in Stemmate N. 8.; quo de viro vix aliud notum fuerit, quam eum naufragio perisse.

Q. Servilius Caepio consul cum C. Laelio a. u. c. 614. Brut. 43, 161.

Q. Servilius Caepio cos. a. u. c. 648. vir acer et fortis, cui fortuna belli (Cimbrici) crimini, invidia populi (a Norbano in eum concitata) calamitati fuit. (damnatus enim de repetundis Smyrnae exsul vixit.) — In numero est habitus disertorum. Brut. 35, 135. — Caepionis lex iudiciaria. de Inv. 1, 49, 92. — Q. Servilius Caepio diripuit Tolosanum aurum. de Nat. D. 3, 30, 74. Cfr. Dionem Cass. Ed. Sturz I. p. 98. — *Τοὺς Τεκτοσάγας δέ φασι μετασχεῖν τῆς ἐπὶ Δελφοὺς στρατείας καὶ τούς τε θησαυροὺς τοὺς εὑρεθέντας παρ' αὐτοῖς ὑπὸ Καιπίωνος τοῦ στρατηγοῦ τῶν Ῥωμαίων ἐν πόλει Τολώσσῃ τῶν ἐκεῖθεν χρημάτων μέρος εἶναι φασί· προσθεῖναι δὲ τοὺς ἀνθρώπους καὶ ἐκ τῶν ἰδίων οἴκων ἀνιεροῦντας καὶ ἐξιλασκομένους τὸν θεόν· προσαψάμενον δ' αὐτῶν τὸν Καιπίωνα διὰ τοῦτο ἐν δυστυχήμασι καταστρέψαι τὸν βίον, ὡς ἱερόσυλον ἐκβληθέντα ὑπὸ τῆς πατρίδος· διαδόχους δ' ἀπολιπόντα παῖδας, ἃς συνέβη καταπορνευθείσας, ὡς εἴρηκε Τιμαγένης, αἰσχρῶς ἀπολέσθαι.* Strabo 4. p. 188. — Ab eo proconsule et Cn. Manlio

consule a. u. c. 649. adversum Gallos male pugnatum. Sal. Iug. 114. — Q. Servilius Caepio exercitum amisit adversus Cimbros pugnans a. u. c. 649. de Or. 2, 28, 124. — Ei populus, quia male adversus Cimbros rem gesserat, imperium abrogavit. Ascon. in Cornel. p. 78. — Eius defensio ad tribunos pl. de amissione exercitus. Her. 1, 14, 24. — Caepio turbulentius accusatus a C. Vibio Norbano. Partitt. 30, 105. — Q. Caepio accusatus a Norbano: laudatus a L. Crasso oratore, tunc consule a. u. c. 659. Brut. 44, 162. — Crudelitas tribunicia in Caepionis gravi miserabilique casu. de Or. 2, 47, 197. — L. Antistius Reginus tribunus pl. Caepionem in carcerem coniectum, quod illius culpa exercitus noster a Cimbris et Teutonis videbatur deletus, veteris artaeque amicitiae memor, publica custodia liberavit, nec hactenus amicum egisse contentus etiam fugae eius comes exstitit. Val. Max. 4, 7, 3. Cfr. eundem 6, 9, 13. Iustin. 32, 3. Gellius N. A. 3, 10. — Q. Caepio, damnatus, exul Smyrnae vixit eiusque civitatis factus est civis. pro Balbo 11, 28. — Prudentia ipsa hoc videt, non omnes bonos esse etiam beatos; multaque de M. Attilio, Q. Caepione, M'. Aquilio recordatur. Tusc. 5, 5, 14.

Q. Servilius Caepio quaestor urbanus a. u. c. 654. — Cum L. Saturninus legem frumentariam de semissibus et trientibus laturus esset, Q. Caepio, qui id temporis quaestor urbanus erat, docuit senatum aerarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decrevit, si eam legem ad populum ferat, adversus rem publicam videri eum facere. Saturninus ferre coepit. Collegae intercedere. Ille nihilominus cistellam detulit. Caepio, ut illum contra S. C. intercedentibus collegis vidit ferre, cum viris bonis impetum facit, pontes disturbat, cistas deiicit, impedimento est, quo secius feratur lex: arcessitur Caepio maiestatis. ad Her. 1, 12, 21. — A T. Betucio Barro Asculano accusatus defendit se oratione a L. Aelio scripta. Brut. 46, 169. Ibid. 56, 207. — M. Drusi tribuni pl. a. u. c. 663. inimicus, cui antea adeo fuerat familiaris, ut matrimonium cum eo commutaverit. — Nimis equestri ordini deditus a senatu dissedit. Brut. 62, 223. — Ei orationes scripsit L. Aelius. Brut. 56, 206. — Q. Servilius Caepio, inimicus M. Aemilii Scauri, principis senatus, cum eum accusasset, a Scauro coactus est, ut ipse prior causam diceret. Ascon. in Scaur. p. 21. — Q. Servilius Caepio M. Aemilium Scaurum patrem reum fecit lege Servilia (lata a C. Servilio Glaucia praetore a. u. c. 654.). pro Scauro 1, 2. Ibid. 2, 45. b. — Q. Servilius Caepio, inimicus M. Livii Drusi, tribuni pl. a. u. c. 663. Pro domo 46, 120. — Bello Marsico periit a. u. c. 664. — Avus L. Luculli pueri. de Finn. 3, 2, 8. — Nonnulli hunc Caepionem pro filio consulis a. u. c. 648. habent, sed est parum probabile, homini annos circiter 43. nato post sexennium filium fuisse tricenarium. Certe anno aetatis vigesimo eum generarit necesse est. — „De Finn. 3, 2, 8. de filio Luculli: *quamquam hoc quidem proprium tuum munus est* (Catonem alloquitur), *ut et patri* (L. Lucullo) *et Caepioni nostro* (h. e. M. Bruto) *et tibi tam propinquo respondeat* (scil. quia Cato erat frater Serviliae uxoris L. Luculli, ideoque avunculus eius filii, quem pater moriens in Catonis tutela esse voluerat.) *Laboro autem non sine causa; nam et avi eius memoria moveor* (*nec enim ignoras quanti fecerim Caepionem, qui, ut opinio mea fert, in principibus iam esset, si viveret, et Lucullus mihi versatur ante oculos.*) Hic primum illud moneo, verba *Caepioni nostro* non esse de alio Caepione quam de M. Bruto, qui saepius appellatur *Q. Caepio Brutus*, intelligenda. Erat enim adoptatus a Q. Servilio Caepione, fratre Serviliae matris suae. De reliquis autem audiendus est P. Manutius, qui totam hanc Caepionum seriem optime(?) expedivit. „Q. Servilius Caepio cos. a. u. 649. male cum Cimbris pugnavit. Eius filius Q. Caepio M. Scaurum accusavit, Druso tribuno plebis, qui paullo ante bellum Marsicum domi suae interfectus est, pro equitibus restitit, bello Marsico periit a. 664.“ (Sed vide supra, et in Stemmate N. 8 et 9. Hic Caepio ex Livia Drusi eius sorore, cum quo eum inimicitias gessisse diximus, suscepit Q. Caepionem et Serviliam, M. Catonis sororem, M. Bruti matrem, quam C. Caesar postea dictator adamavit. Caepionem tribunum mil. in bello Spartaci fuisse, obisse in Asia ante quaesturam (?) ait Plutarchus in Catone Uticensi C. 11., collato etiam C. 8. Servilia pri-

mum nupsit M. Bruto ei, quem interfectum a Pompeio magno Sullanis temporibus docet Valerius Maximus Lib. VI. C. 2. (Plut. Luc. 38. Cfr. tamen Serviliae et Stemmatis N. 12. 13.) Peperit ex eo M. Brutum, interfectorem postea C. Caesaris. Deinde uxor fuit, ut legimus in Plutarcho, L. Luculli, qui Mithridatem et Tigranem devicerat, post dimissam ab eo Clodiam, P. Clodii sororem, ex qua filium genuit L. Lucullum, quem pater moriens in tutela voluit esse M. Catonis, fratris Serviliae uxoris suae. Ideo dixit hic Cicero: *Tuum munus est, ut ita erudiatur — ut tibi tam propinquo respondeat.* Quaeri autem potest, qua ratione soror fuerit Servilia Catonis, qui erat e gente Porcia. In quo scire illud oportet. Caepionis Serviliae patris, quem decessisse bello Marsico diximus, uxorem fuisse Liviam, M. Livii Drusi filiam, eius, quem contra C. Gracchum in tribunatu pro senatu stetisse Plutarchus in vita Gracchorum ostendit; eius autem sororem, quem intra domesticos parietes ab occulto percussore necatum historiae narrant. Haec Livia cum ex eo Caepione genuisset, ut iam diximus, Caepionem et Serviliam, divortio facto, (non enim post obitum Caepionis putandum est, nam obiit Marsici belli tempore, aliquanto post alterum Liviae coniugium, quod ex Catonis Uticensis, Liviae filii, aetate constat; qui cum perierit Caesare et Lepido coss. natus a. XLVIII., ut ait Plutarchus, satis constat ante Marsicum bellum, id est ante Caepionis interitum esse natum) nupsit M. Catoni, ex quo genuit eum Catonem, qui se postea Uticae interemit. Patet igitur M. Catonis Uticensis uterinam sororem Serviliam uterinumque fratrem fuisse Caepionem, quem Catoni iucundissimum fuisse ex eodem Plutarcho cognoscitur, ex quo etiam constat Drusum Liviae patrem Catonis avum fuisse, ut appellatur a Cicerone de Finn. IV. 24. his verbis: *Conferam avum tuum Drusum cum C. Graccho eius fere aequali;* quod in Catone Plutarchus et Cicero in oratione pro Milone confirmant, Catonis avunculum Drusum appellantes, cum eius filium, qui senatus causam contra Gracchum tutatus est, sine dubio significent. — Sed quod ad verba *et avi eius memoria moveor* attinet, mihi quidem scrupulus, observata Ciceronis aetate, sane difficilis inicitur. Nam si Luculli pueri fuit avus Caepio, is, quem Italico bello anno urbis 664. vita excessisse diximus, vix fieri posse video, ut eum Cicero significet, cum ait: *non enim ignoras, quanti fecerim Caepionem.* Nam annus urbis 664. fuit annus Ciceronis aetatis XVII., ut adolescentulo Ciceroni vix annos pubertatis ingresso consuetudinem cum viro Caepione ullam fuisse credibile non sit. Accedit illud, quo etiam magis moveor, quod cum Cato commendatos Ciceroni a moriente Caepione liberos eius paullo post subiungit, repugnare videtur Ciceronis aetas annum agentis ut diximus XVII., cum Caepio vita excessit. Itaque interdum mihi venit in mentem suspicari, ne hic Caepio, quem Cicero observavit, cuiusque liberos ei commendatos esse a patre moriente Cicero dicit, filius fuerit eius, qui periit bello Marsico, pater autem eius, quem Catonis fratrem Plutarchus appellat et Serviliae, quae M. Brutum ex priore viro Bruto, Lucullum puerum ex posteriore L. Lucullo peperit. Quod si ita est, sororem Drusi posterioris Liviam eius Caepionis filio nupsisse credendum erit, qui cum fratre eius in equitum causa contenderat. Ita quattuor deinceps perpetuo cognationis ordine Caepiones erunt, omnes Quinti praenomine. Primus, qui consul cum Cimbris male rem publicam gessit; alter qui Scauro diem dixit, et bello sociali vel, ut alii appellant, Italico sive Marsico periit; tertius, qui quod equidem sciam nunquam nominatur, cur tamen eum fuisse credi possit, causas ostendi: quartus M. Catonis Uticensis frater, qui filiam, ut a Plutarcho scriptum animadverti, moriens reliquit, adoptato, ut diximus, sororis suae Serviliae filio M. Bruto." Hactenus P. Manutius. Non diffiteor tamen vel sic superesse aliquid scrupuli. Si legeretur in aliquo codice: *nam et avunculi eius memoria moveor*, nihil esset laborandum. Hic enim qui Brutum testamento adoptavit, potuit Ciceroni filiam suam commendare." Schuetz. — Ad Bruti C. 62, 223. Wetzelius haec disputat: „Adfuit supra Q. Servilius Caepio cos. a. u. c. 648., de quo dixi ad Brut. 35., cuius, quam consul tulit, legem de iudiciis cum senatu communicandis suasit Crassus C. 43.; a. u. c. 649. propraetor Galliae a Cimbris toto paene exercitu deleto, fugatur imperiumque

ei abrogatur (Freinsh. Suppl. Liv. 67, 1—13.); decem annis post cladem illam a Cimbris acceptam accusatus a Norbano, et quamvis defendente Crasso consule (Brut. 44.) damnatus (Brut. 35.) Smyrnam secessit in exsilium a. u. c. 659. Illum igitur eundem cum hoc (Brut. 62.) putat Ernestius in Clavi, quamvis omnia huic opinioni repugnent. Primum enim de illo Caepione cum iam Cap. 35. dixisset, quo tandem modo post tantum intervallum, post Crassum et Antonium, quibus maior is erat, iterum dicere potuisset, et quidem alio prorsus modo, nisi memoriam prorsus perdidisset; praesertim cum hicce locus eius aetati minime conveniat; quippe quem enumeret in iis, quos ipse Cap. 49. aetate paullo inferiores dicit, quam Iulium a. u. c. 664. aedilem. — Deinde ille equitibus, quos iudicia cum senatu communicare lex eius iusserat, adversus fuit, et equites ab eo abalienati proprium in eum odium propter iudicia ferebant, ut significat M. Antonius de Orat. 2, 48. et 49.: hic contra h. l. equestri ordini nimis deditus fuisse dicitur. Nec valet ratio, quam comminiscitur Ernestius, potuisse eum odio Drusi ad equitum partes transisse. Quam rationem vel potius coniecturam in nihilum recidere demonstrant duae potissimum rationes; partim, quod eo ipso anno 659., quo a Norbano accusatus et damnatus Caepio ille in exsilium perpetuum secessit, equites sibi infensos habuit; quod satis clare dicit Antonius de Orat. 2, 48 et 49.; ergo nunquam cum iis in gratiam redire potuit: partim, quod M. Drusus, tribunus plebi anni 663., cum illo quattuor iam annis ante (a. u. c. 659.) patria pulso inimicitias (quarum lepidam originem refert Plin. H. N. 33, 1. 25, 5. Gell. 17, 15. nimirum anulum, quem forte in auctione venalem insanis studiis simul licitabantur: *anulus - - origo socialis belli et exitii rerum;*) exercere non potuit. Pro domo 46. (Nisi vero hoc quoque in loco latet declamatoris error. Or.) — Huc et illud accedit, quod ille Caepio cos. a. u. c. 648. cum Druso anno demum 663. tribuno pl., ergo viginti certe annis iuniore, tamquam *aequali* matrimonium commutasse non commode dici possit Plinio. — Denique Caepio ille, qui cos. a. u. c. 648. fuerat, idem anno 654., (quem annum ipse Ernestius ex Herenn. 1, 12. statuit, quippe quo Marius consul VI. fuit et Saturninus tribunus pl., quaestor urbanus quomodo fuerit, equidem non video. Cui enim unquam fuit inauditum, sex annis post consulatum, honorum finem, ab aliquo petitam fuisse quaesturam urbanam? Satis igitur superque demonstrasse mihi videor duos esse Caepiones plane a se diversos, miro errore ab Ernestio confusos: maiorem consulem a. u. c. 648., et minorem, quaestorem urbanum a. u. c. 654.«

(Servilius) Caepio. ad Q. Fr. 1, 3, 7. videtur M. Iunius Brutus. Cfr. Q. Servilius Caepio Brutus.

Q. Servilius Caepio, affinis Appii Claudii Pulchri, cuius uxor erat Servilia, ceteroquin ignotus, nisi rursus est M. Brutus. (a. u. c. 704.) ad Fam. 3, 10, 2. Ibid. 11, 1. Ibid. 12, 4.

M. (Servilius) Caepio apud Ascon. in Milon. p. 36. videtur M. Brutus, Vide Q. (Servilius) Caepio Brutus.

Q. (Servilius) Caepio Brutus est M. Iunius Brutus τυραννοκτόνος, ita dictus, quia a Q. Servilio Caepione, Serviliae matris fratre germano, adoptatus fuerat iam a. u. c. 695. Philipp. 10, 11, 25. Item ad Att. 2, 24, 2. ad Fam. 7, 21. ad Q. Fr. 1, 3, 7. de Finn. 3, 2, 8. Vide M. Servilius Caepio.

(Servilius) Casca. Papinii (al. Pomponii) ἐπιγραμμάτιον in Cascam. Varro LL. 7, 3. p. 316.

P. Servilius Casca. Cascae nostri tribunatus. — Nos Octaviani voluntatem ante Idus Decembr. (a. u. c. 710.) perspiciemus in Casca. ad Att. 16, 15, 3. — Casca tribunus pl. a. u. c. 710. Philipp. 13, 15, 31. — Cottam (librum) mihi velim mittas. Libonem mecum habeo et habueram ante Cascam. ad Att. 13, 44, 3. — Casca, Caesaris interfector, male a Cicerone reprehensus. Pseudobrut. ad Attic. 1, 17. — Casca, Caesaris percussor. Pseudocic. ad Brut. 1, 18. — Caesaris interfectores laudans haec inter alia dicit Cic. Philipp. 2, 11, 27.: „Quid duos Servilios? Cascas dicam, an Ahalas?“ id quod recte interpretati sunt Manutius, Wesselingius Observ. 2, 16., Garatonius: „Servilii potius Ahalae quam Cascae videntur appellandi; cum Servilii illius Ahalae, qui Sp. Maelium occidit, virtutem sint imitati.“ Rem

declarat Appianus B. C. 2. C. 113., ubi narrat Cassium et Brutum ex suis amicis in consilii societatem pertraxisse duos fratres Caecilium et Bucolianum, praetera Rubrium Regem, Q. Ligarium, M. Spurium, *Servilium Cascam* (qui est Publius, tribunus pl.), Servium Galbam, Sextium Nasonem, Pontium Aquilam, ex Caesaris vero familiaribus, D. Brutum, *C. Cascam* (et teste etiam Plutarcho in Caesare p. 739. duo erant fratres Cascae inter coniuratos), Trebonium, Tillium Cimbrum, Minucium Basilum. Cfr. Suet. Caes. 82. Non satis recte Ernestius in v. *P. Servilius Casca* apud Appianum *P. Cascam* legendum esse censuit pro *C. Casca.*

Cn. Servilius Geminus, consul a. u. c. 537., occidit in proelio Cannensi. Tuscul. 1, 37, 89.

M. Servilius Geminus trib. pl. a. u. c. 694. (ad Attic. 6, 3, 10.) Brut. 77, 269. Vide M. Servilius.

C. Servilius Glaucia: longe post homines natos improbissimus, sed peracutus et callidus cum primisque ridiculus. Is praetor eodem die, quo Saturninus tribunus pl., Mario et Flacco coss. a. u. c. 654. publice est interfectus. Brut. 62, 224. — Homo simillimus Atheniensis Hyperboli. Ibid. — Glaucia solebat, homo impurus, sed tamen acutus, populum monere, ut, cum lex aliqua recitaretur, primum versum attenderet: si esset DICTATOR, CONSUL, PRAETOR, MAGISTER EQUITUM, ne laboraret; sciret nihil ad se pertinere: sin autem, QUICUNQUE POST HANC LEGEM, videret, ne qua nova quaestione alligaretur. pro Rab. Postumo 6, 14. — Servilius Glaucia tulit repetundarum legem. Ascon. in Scaur. p. 21. — C. Servilius Glaucia — occisus a. u. c. 654. Eius legem repetundarum e fragmentis disiectis compositam et illustratam edidit Klenzius. Vide Indicem Legum. — Glaucia primus tulit, ut comperendinaretur reus; antea vel iudicari primo poterat vel AMPLIUS pronuntiari. Verr. Accusat. 1, 9, 26. — Dictum eius in C. Sextium Calvinum. de Or. 2, 61, 249. — in Metellum Numidicum. Ibid. C. 65, 263. — Glaucia „stercus curiae“ putide dictus ab oratore aliquo. de Or. 3, 41, 164. — Religio C. Mario non fuit, quo minus C. Glauciam, de quo nihil nominatim erat decretum, praetorem occideret. in Catil. 3, 6, 15. — Interfectus una cum L. Appuleio Saturnino. pro C. Rabirio perd. 7, 20. in Catil. 1, 2, 4. Philipp. 8, 5, 15. de Harusp. resp. 24, 51. — Servilius Glaucia C. Marii iussu interfectus. Schol. Bob. pro Milone p. 277.

P. Servilius Globulus tribunus pl. a. u. c. 687. obstitit C. Cornelio collegae. Ascon. in Cornel. p. 57. — Affuit Cornelio in iudicio. Ibid. p. 61. — P. Servilius Globulus, Asiae praetor, Ciceronis necessarius. pro Flacco 32, 76. — P. Globulus, decessor Flacci in provincia Asia. Schol. Bob. pro Flacco p. 233 et 245. Priore loco male est *L. Servilii* pro *P. Servilii.*

L. Servilius Postumus (a. u. c. 711.) heres Q. Turii. ad Fam. 12, 26, 1.

P. Servilius Rullus. de lege agr. 1, 5, 16. cet. et omnes tres Agrarias. Tribunus pl. consule Cicerone (a. u. c. 691.), qui legem agrariam tulit, quam Cicero tribus orationibus dissolvit. Est e Serviliis. De patre eius vide Plinium H. N. 8, 51. — Princeps agrariae legis, truculentius se gerebat quam ceteri cet. Ibid. 2, 5, 13. — Eius epistola (fictitia) ad Cn. Pompeium missa. Ibid. 20, 53. — Eius legis agrariae non dissimilis erat viaria, a C. Curione (a. u. c. 704.) iactata. Caelius ad Fam. 8, 6, 5.

P. Servilius C. F. M. N. Vatia, qui postea Isauricus appellatus est. (Fast. Capitol.) — Nepos Q. Metelli Macedonici. Pro domo 47, 123. — P. Servilius Vatia Isauricus, gravissimus et sanctissimus civis. In novis fragmentis orat. pro Flacco. Scholiast. Cic. Vol. 2. p. 233. pro Flacco 40, 100. — — Cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., cum consulibus fuit. pro C. Rabirio perd. 7, 21. — P. Servilius Vatia quinquennium (a. u. c. 675—679.) exercitui cum praeesset et ista ratione innumerabilem pecuniam facere cum posset, non statuit sibi quidquam facere, quod non patrem suum, non avum Q. Metellum (Macedonicum), clarissimum hominem, facere vidisset. — Iudex Verris. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 3, 90, 21. „Olympum cepit, Phaselidem evertit, primus Romanorum per Taurum montem duxit exercitum et Isauros bello fractos in dicionem redegit.“ Zumpt. Cfr. Oros. 5, 23. — Agros Attalensium atque Olympenorum populo Ro. Servilii victoria

adiunxit. de lege agr. 1, 2, 5. — Quae Attalensium, quae Phaselitum, quae Olympenorum fuerunt, agerque Agerensis et Oroandicus et Gedusanus; haec P. Servilii imperio et victoria nostra facta sunt. de lege agr. 2, 19, 50. — Bellum in Cilicia gessit deque ea triumphavit capta Coryco, Olympo, Phaselide. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 173. — Unus plures praedonum duces vivos cepit P. Servilius quam omnes antea. Verr. Accusat. 5, 26, 66. — Niconem, nobilissimum piratam, P. Servilius, qua felicitate ceperat, eadem recuperavit. Ibid. 30, 79. — P. Servilius Vatia Isauricus cos. a. u. c. 675. Olympum vi, copiis, consilio, virtute cepit. Quae signa atque ornamenta ex urbe hostium belli lege atque imperatorio iure sustulit, ea populo Romano apportavit, per triumphum vexit, in tabulas publicas ad aerarium perscribenda curavit. — Iudex in causa C. Verris. a. u. c. 684. Verr. Accusat. 1, 21, 56. — P. Servilius, „cuius tantae res gestae terra marique exstiterunt, ut cum de bello deliberetis, auctor vobis gravior esse nemo debeat;“ favebat legi Maniliae. pro lege Manilia 23, 68. — Inter cetera Phaselida et Olympum subiecit, unde rebus bene gestis Isauricus cognominatus est. Schol. Gronov. in Act. II. in Verr. L. 1. p. 404. — Triumphavit a. u. c. 680. in Pison. 24, 58. — Servilius Isauricus, Ciliciae proconsul, usuras Graecorum, quas pactionibus ascripserant, servavit. ad Att. 6, 1, 16. — Quae fuerunt inimicitiae in civitate graviores quam Lucullorum atque Servilii? (sic e Cod. Bern. leg. pro *Serviliorum:*) quas in viris fortissimis non solum exstinxit res publica dignitasque ipsorum, sed etiam ad amicitiam consuetudinemque traduxit. de prov. cons. 9, 22. — Servilius Isauricus de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — P. Servilius, cum in universam rem publicam, tum etiam erga meam salutem, fide ac benevolentia singulari; quotiescunque ei locus dicendi ac potestas fuit, Gabinium et Pisonem non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitate esse notandos putavit. de prov. cons. 1, 1. seqq. — P. Servilius dixit opera mea rem publicam incolumem magistratibus deinceps traditam. Post red. ad Quir. 7, 17. — P. Servilius Q. Metellum Nepotem cum Cicerone reconciliavit. Post red. in sen. 10, 25. — P. Servilius pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Eius sententia in causa Ptolemaei Auletae. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 1, 3. — P. Servilius. de Harusp. resp. 1, 2. Ibid. 6, 12. — P. Servilius Isauricus, a Q. Cicerone Caesari commendatus. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 6, 20. — P. Servilius Vatia Isauricus pater laudavit M. Scaurum a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 28. — De Servilio tu, Tiro, videris, qui senectutem non contemnis. (a. u. c. 710.) ad Fam. 16, 23, 2. — P. Servilius Vatia Isauricus, mortuus a. u. c. 710. Philipp. 2, 5, 12. Cfr. Fragmm. p. 578. Sal. Hist. 1, 55.

P. Servilius Vatia Isauricus, praecedentis filius. — Aemulator Catonis. ad Att. 2, 1, 10. Cfr. L. 1, 19, 9. — Servilius filius bonis adnumeratur (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 3, 2. (Cfr. Ibid. Ep. 1, 1.) — Servilius, Isaurici filius, praetor a. u. c. 700. prohibiturum se minabatur triumphum C. Pomptinii. ad Q. Fr. 3, 4, 6. — Servilius praetor obviam it Pomptinio triumphare volenti. ad Att. 4, 16, 12. — P. Servilius P. Isaurici F. cos. cum Caesare 706. — Fractus a Cicerone in contentione de dignitate L. Planci. ad Fam. 10, 12, 3 et 4. — Aliae eius actiones. Ibid. 16, 1. — P. Servilius Vatia cos. a. u. c. 706. restitit M. Caelio Rufo praetori. Caesar Civ. 3, 21. — P. Servilius Vatia Isauricus procos. provinciae Asiae a. u. c. 708. Ad eum sunt Epp. 66—72. Lib. 13. ad Fam. — P. Servilius, Ciceronem consecutus, invectus est in Antonium (post Caesaris interitum.) ad Fam. 12, 2, 1. — Ei assentitur Cicero. Philipp. 7, 8, 27. — P. Servilius sepulchrum publice decernendum Ser. Sulpicio censuit, statuam non censuit. Philipp. 9, 6, 14. — L. Caesar volebat, ut P. Servilio privato tunc homini (a. u. c. 711.) bellum contra P. Dolabellam deferretur, improbante Cicerone. Philipp. 11, 8. 19. — Eius verissimis gravissimisque sententiis omni est non dico dignitate, sed etiam spe salutis spoliatus Antonius. Philipp. 12, 2, 5. Ibid. 7, 18. — Reprehenditur, ut nimis lenis in Antonium eiusque asseclas. Philipp. 14, 3, 7. Ibid. 4, 11. ad Att. 4, 15, 9. ad Att. 11, 5, 3. — P. Servilius dixit de Ventidio et ut Cassius persequeretur Dolabellam. Pseudocic. ad Brut. 1, 5. — P. Ser-

vilius (a. u. c. 711.) homo furiosus et insolens dicitur Pseudociceroni ad Brut. 2, 2.

Servius frater L. Papirii Paeti. ad Fam. 9, 16, 4. Vide Ser. Clodius.

Servius. Illud te non arbitror miratum Servium, designatum tribunum pl., condemnatum, cuius in locum C. Curio petit. a. u. c. 703. Caelius ad Fam. 8, 4, 2. Hunc Pighius T. 3. p. 426. putat eundem esse cum Ser. Pola. — ad Fam. 8, 12, 2.

Servius, grammaticus Latinus. Rufinus p. 191.

Servius Tullius. Vide Tullius.

L. (Vibius?) Sestius pater P. Sestii, a Cicerone defensi. — Cum is tribunus plebi primus inter homines nobilissimos temporibus optimis factus esset, reliquis honoribus non tam uti voluit, quam dignus videri. pro Sestio 3, 7.

L. Sestius, filius P. Sestii, ex C. Albinii filia. ad Fam. 13, 8, 1. Fuit consul suffectus a. u. c. 731. In Fastis Cap. vocatur *P. F. Vibi Nepos*. *Vibius* insolitum Romanis ipsis praenomen Italicum videtur fuisse. Vide P. Sestius.

L. Sestius Pansa. Eius postulationi restitit Q. Cicero, pro praetore Asiae. a. u. c. 700. ad Q. Fr. 2, 11, 2.

P. Sestius L. F., adolescens optimus. in Catil. 1, 8, 21. — (*Lucii filius* nominatur ad Fam. 5, 6. in inscriptione, quo distinguatur a P. Sestio P. F.) — P. Sestius (cfr. totam Sestianam.) Gener C. Albinii et postea L. Scipionis Asiatici (cos. a. u. c. 671.) Sest. 3. §§. 6 et 7. — Quaestor C. Antonii cos. a. u. c. 691. M. Aulanum et C. Marcellum, Catilinarios, Capua eiecit. Ibid. 4, 9. — Romam arcessitus a Cicerone. Ibid. §. 11. — Eius adventu reliquae coniurationis impetus et conatus sunt retardati. Ibid. 5, 11. — Postea cum suo exercitu summa celeritate est C. Antonium consecutus, eique stimulos admovit, adiutor M. Petreii. Ibid. §. 12. — Pro quaestore fuit in Macedonia. Eius integritas. Ibid. §. 13. — Eius tribunatus a. u. c. 697. Ibid. 6, 14. seqq. — Tribunus designatus iter ad C. Caesarem pro Ciceronis salute suscepit. Ibid. 33, 71. — Tribunus pl. concisus plurimis volneribus ab operis Clodianis. Ibid. 37, 79. — Meae salutis, vestrae auctoritatis, publicae causae defensor, propugnator, actor. Ibid. 69, 144. — P. Sestius quaestor cunctis suffragiis factus. in Vatinium 5, 11. — In re publica administranda T. Annio Miloni cum P. Sestio consiliorum omnis societas fuit. Ibid. 17, 41. — P. Sestius L. F. C. Antonii pro quaestore in Macedonia a. u. c. 692. Ei ad Fam. 5, 6. scribit se diligenter egisse in senatu, ne ei succederetur. Eius uxor Cornelia. Ibid. §. 1. — Eius promissa. (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 19, 2. — Eius rogatio de abroganda lege Clodia neque dignitatis satis habet nec cautionis, quia et nominatim (de Cicerone) ferre oportebat, et de bonis (Ciceroni restituendis) diligentius scribi. Ibid. 20, 3. — Eius lex mihi non placet. Ibid. 23, 4. — Me Pomponius et Sestius et Piso noster adhuc Thessalonicae retinuerunt. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 4, 2. — De novis tribunis pl. est ille quidem in me officiosissimus Sestius. Ibid. §. 3. et 5. — P. Sestius (a. u. c. 697.) furit, quod in senatu, cum de comitiis Clodii aediliciis ageretur, Metellus calumnia dicendi tempus eximeret, proscripsitque, si ista comitia fiant, se per omnes dies comitiales de caelo servaturum. ad Att. 4, 3, 3. — P. Sestius volneratus in turba a P. Clodio concitata. pro Milone 14, 38. — Amplissimae eius laudes propter merita in Ciceronem exulem. Post red. in Sen. 8, 20. Ibid. 12, 30. Post red. ad Quir. 6, 15. — A. d. IV. Id. Febr. (a. u. c. 698.) Sestius ab indice Cn. Nerio, Pupinia, de ambitu est postulatus: et eodem die a quodam M. Tullio de vi. Is erat aeger. Domum, ut debuimus, ad eum statim venimus eique nos totos tradidimus: idque fecimus praeter hominum opinionem, qui nos ei iure succensere putabant. ad Q. Fr. 2, 3, 5. — Sestius noster absolutus est a. d. V. Id. Mart. et, quod vehementer interfuit rei publicae, nullam videri in eiusmodi causa dissensionem, omnibus sententiis absolutus est. - - In defendendo moroso homini cumulatissime satisfecimus cet. Ibid. 4, 1. — P. Sestius laudatus a Cn. Pompeio. ad Fam. 1, 9, 7. — Praetor fuit a. u. c. 701. — Eius litterae ad Ciceronem missae a. u. c. 703. memorantur ad Att. 5, 17, 4. — Cupio Sestium expeditum videre. Ib. Lib. 6, 1, 23. — Pecuniam, quam L. Mescinius Rufus in fano deposuerat, abstulit. (a. u. c. 705.) ad Fam. 5, 20, 5.; ex quo intelligitur, eum Ciliciam pro

praetore obtinuisse. Cfr. Graev. ad Attic. 8, 7. — Accusavi mecum ipse Pompeium, qui, cum scriptor luculentus esset, tantas res atque eas, quae in omnium manus venturae essent (responsa ad mandata Caesaris a. u. c. 705), Sestio nostro scribendas dederit. Itaque nihil unquam legi scriptim σηστιωδέστερον. ad Att. 7, 17, 2. (Ex comico hoc adiectivo σηστιωδέστερον apparet praeferendam esse scripturam, quam plerumque etiam Codices praebent, *Sestius* alteri *Sextius.*) — Omnia omnium dicta, in his etiam Sestiana, in me conferri ais. ad Fam. 7, 32, 1. — (Sine dubio sunt dicta P. Sestii a Cicerone defensi, vel propter ἐπίθετον *nostri*, idque eo argumento confirmavit Ernestius, quod ex Ep. ad Fam. 5, 6. iocose a Cicerone ad eum scripta coniicere liceat Sestium ipsum facetum aut fuisse aut videri voluisse. Eadem fuerat iam Manutii opinio ad Fam. 7, 27., in eo tamen errantis, quod hanc ipsam Ep. 27. Lib. 7. ad P. Sestium missam arbitratus est, cum ad Fadium Gallum eam scripserit Cicero.) — Quia cum imperio est, ius habet (cum Pompeio) in Graeciam transeundi. (a. u. c. 705.) ad Att. 8, 15, 3. — Sestio non puto suos lictores esse concessos, sed a Caesare datos. Audio enim eum ea senatus consulta improbare, quae post discessum tribunorum facta sunt. ad Att. 11, 7, 1. — P. Sestius, Caesarianus a. u. c. 706. Bell. Alex. 34. — (A. u. c. 706.) — Sestius noster Ariarathen, Cappadociae regem, parochis publicis occupavit. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 2, 2. Ib. Ep. 7, 1. — „Quaestor circa tempus, quo haec epistola scripta est, fuit L. Sestius, qui M. Bruti post proquaestor in Macedonia et a. u. c. 731 consul fuit; fortasse etiam P. Sestius filius." Ern. Sed nihil in his prorsus inest, quod nos cogat de alio cogitare quam de P. Sestio a Cicerone defenso, praesertim eum eum nominet *nostrum*. — De Buciliano Sestium puto non moleste ferre. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 17, 2. — Eius luculenta navigia. Ib. Lib. 16, 4, 4. — Phameae causam receperam, ipsius quidem causa: - - is ad me venit dixitque iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sestio in consilium iri necesse erat. (a. u. c. 709.) ad Fam. 7, 24. 2. Hoc (ad Fam.) loco Cod. Medic. habet *P. Sentio*, sed in sequente παραλλήλῳ omnes Codd. habent *Sestio*, adiuncto solito ἐπιθέτῳ *nostro*. — Eo die, quo de Sestio nostro lege Pompeia (de ambitu) in consilium iri necesse erat cet. ad Att. 13, 49, 1. Lib. 14, 1, 2. — Eum quanti faciam, ipse optime scio; quanti autem facere debeam, et tu, (Rutili,) et omnes homines sciunt. Gener C. Albinii senatoris. (a. u. c. 709.) ad Fam. 13, 8, 1. — Litteras dedi ad Sestium scriptas πάνυ φιλοστόργως. Ille autem, quod Puteolos prosequitur, humane; quod queritur, iniuste. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 27, 1. — Pseudocic. ad Brut. 2, 7. — [Sestii insolentiam repressi. Pseudocic. in Sal. 4, 12.]

Sestius, amicus Trebiani s. Trebonii. ad Fam. 6, 10, 1. Incertum, an P. Sestius L. F.

P. Sestius P. F. (sic, non ut volgo *P. Sextius*, Cod. Medic.) diversus a P. Sestio L. F. Ad eum est ad Fam. 5, 17. „Cum autem in ipsa epistola multa ita dicantur, ut temporum notationem vehementer impediant atque perturbent, amplectar Bengelii sententiam, epistolae huius, quod ad historiam attinet, non dari explicationem certam statuentis p. 185. Neque de tribus iudiciis, de quibus multus est Ragazonius, res videtur ad liquidum perduci posse; ob invidiam annonae exsilio damnatum fuisse Pighius existimat Tom. 3. p. 368., qui anno 695. (696. Varr.) Sestium quaestorem alligat, unde sua hausit Ernestius. („Quaestor fuit a. u. c. 695., et post aedilis. Habuit enim, ut ex Ep. ipsa intelligi potest, annonae curam, quae est aedilium. Eum exulantem Cicero consolatur." Ern.) Ceterum, ut nunc est, de tempore Ragazonii ratio Manutiana potior mihi videtur, ut probabiliter existimandum sit scriptam fuisse epistolam a. u. c. 701. Glandorpium (Annott. in Cic. Epp. p. 144. et 167.) si audias, qui, discrimine inter hunc Sestium P. F. et illum alterum L. F., ad quem est Ep. 6., omni sublato, unum tantum admittit, ita, ut alterutrius Ep. inscriptio in praenomine paterno mendosa sit, referenda foret ad a. 704. Sed tamen et haec ratio multis incommodis laborat." Martyni-Laguna. — Publio tuo neque opera neque consilio neque labore neque gratia neque testimonio defui. Ibid. §. 2. Ern. haec intelligit de P. Sestio L. F. inde-

que colligit P. Sestium P. F. fratrem patruelem, certe propinquum fuisse P. Sestii L. F. Sed quidni fuerit hic Publius §. 2. filius P. Sestii P. F.?

Sestius, Pompeianus, diversus a Publio videbatur Manutio ad Att. 8, 15, 3. (Cfr. Lib. 11, 7, 1. notante Manut.)

T. Sestius (al. *Sextius*) Gallus, in primis honestus atque ornatus adolescens. In eius fundo primum volnus accepit P. Clodius. pro Milone 31, 86.

Setinus ager, a Setia, Latii oppido. de lege agr. 2, 25, 66.

Sextia tabula, argentarii cuiusdam Sextii. pro Quint. 6, 25. Ad eam auctiones et aliae res agebantur, in quibus tabulis et testibus opus erat. Ern.

Sextiana dicta. Vide in P. Sestio.

Sextilius, Etruscus, C. Iulii Caesaris Strabonis proditor. de Or. 3, 3, 10.

Sextilius Andro Pergamenus. pro Flacco 34, 84.

A. Sextilius, homo improbus. pro Flacco 15, 35. Videtur negotiator Acmonensis fuisse. Ern.

C. Sextilius, M. Lurconis sororis filius, homo et pudens et constans et gravis. pro Flacco 36, 89. — Idem fortasse est Sextilius praetor apud Varr. RR. 1, 1, 10.

C. Sextilius Rufus, necessarius P. Lentuli, quaestor Cypri a. u. c. 707. — Ad eum scripta est Ep. 48. Lib 13. ad Fam. — Sextilius Rufus a. u. c. 711. praeerat classi C. Cassii. ad Fam. 12, 13, 4. — Discrucior Sextilii fundum a verberone Curtilio possideri. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 6, 1.

P. Sextilius, quaestor a. u. c. 693. pro Flacco 13, 30.

P. Sextilius Rufus callida improbitate cepit hereditatem Q. Fadii Galli. de Finn. 2, 17, 55. „Est fortasse superioris illius pater.“ Ern. Res prorsus incerta.

Q. Sextilius, amicus Milonis; Clodii operae in eum concitatae, cum a Milone de vi accusatus Clodius esset. (a. u. c. 697.) ad Q. Fr. 2, 1, 3.

Sextius. Vide Sestius.

Sextius, quaestor L. Calpurnii Bestiae cos. a. u. c. 643. Sal. Iug. 29. Estne P. Sextius? ubi vide.

Sextius, C. Verris proximus lictor, carnifex crudelissimus. Verr. Accusat. 3, 67, 156. Accusat. 5, 45, 118. Ibid. 54, 142.

C. Sextius Calvinus, orator ingenio et sermone eleganti, valetudine incommoda: itaque consilio eius, cum volebant, homines utebantur, patrocinio, cum licebat. Brut. 34, 130. — Idem videtur cum C. Sextio, C. Caesaris Strabonis amico, qui luscus fuit. de Orat. 2, 60, 246. — Glauciae dictum in eum. Ibid. C. 61, 249. — Pighius eum putat, qui ex praetura, quam a. u. c. 655. gessit, Macedoniam obtinuit. in Pis. 34, 84. Sed ibi in melioribus libris non *Sextius*, sed *Sentius* legitur, quae nomina etiam in Codd. Catulli permutantur. Voss. ad Catull. p. 105. Ern.

P. Sextius, praetor designatus a. u. c. 654. accusante T. Iunio, damnatus est ambitus. Brut. 48, 180.

P. Sextius Baculus, primipili centurio, fortissimus vir. Caesar Gall. 2, 25. Lib. 3, 5. Lib. 6, 38.

Q. Sextius s. Sestius, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum, praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 55.

T. Sextius, Caesaris legatus. Caesar Gall. 6, 1.

T. Sextius (al. Sestius, Sergius) Gallus. pro Milone 31, 86. Vide T. Sestius Gallus.

Sibylla. Naturae vis Sibyllam incitabat. de Divin. 1, 36, 79. — Ad eius libros publice solemus redire, cum desideramus, quid faciendum sit nobis ex aliquo portento. Varro RR. 1, 1, 3. — Eius versus observamus, quos illa furens fudisse dicitur: quorum interpres (L. Cotta XVvir) nuper falsa quadam hominum fama, dicturus in senatu putabatur eum, quem re vera regem habebamus (Caesarem), appellandum quoque esse regem, si salvi esse vellemus. de Divin. 2, 54, 110. — Sibyllae ἀκροστιχίς. Ibid. §. 111. seq. — In foliis palmarum scribere solebat. Varro Fr. p. 358. Bip. — Pulsus regno Ptolemaeus Auletes dolosis consiliis (ut Sibylla dixit) Romam venit. pro Rab. Postumo 2, 4. — Sibyllae placere, ut Ptolemaeus Auletes sine multitudine reduceretur, homines religiosi dixerunt. ad Fam. 1, 7, 4. — Cum eius versibus responsa haruspi-

cum congruebant. de Divin. 1, 43, 97 et 98. — Sibyllae interpretes. de Nat. D. 3, 2, 5. — Sibylla Erythraea concitatione quadam animi futura praesensit. de Divin. 1, 18, 34. — Sibyllae decem et Sibyllini libri. Varro Fr. p. 216. Bip. — P. Lentulus Sura sermones habere solitus erat: „ex libris Sibyllinis regnum Romae tribus Corneliis portendi: Cinnam atque Sullam antea, se tertium esse, cui fatum foret Urbis potiri. Sal. Catil. 47. — Sibyllina fata. in Catil. 3, 4, 9. — Sibyllinae vaticinationes. de Nat. D. 2, 3, 10. — Sibyllini libri. Varro LL. 6, 3. p. 197. — Sibyllini libri consulti, Ti. Graccho occiso. a. u. c. 621. Verr. Accusat. 4, 49, 108. — Sibyllinis versibus furoris divinationem maxime contineri arbitrati, eorum decem interpretes delectos e civitate esse voluerunt maiores nostri. de Divin. 1, 2, 4.

Sicca, Ciceronis familiaris. Dixerat se mecum fore (a. u. c. 696.), sed Brundisio discessit. ad Fam. 14, 4, 6. — Sicca a L. Domitio Cn. Pompeio litteras attulit et mandata. ad Att. 8, 12. C. 4. — (A. u. c. 709.) ad Siccam scripsi, quod utitur L. Cotta. ad Att. 12, 23, 3. — Scripsi etiam ad Siccam. Tibi hoc oneris non impono. Nolo te illum iratum habere. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 19, 4. — Apud Siccam fui tamquam domi meae scilicet. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 6, 1. — Antonium perstringam sine ulla contumelia Siccae aut Septimiae. Ib. Ep. 11, 1. — Eius fundus ad Vibonem. ad Att. 3, 2. Ibid. Ep. 4. — Apud Plutarchum in Cic. p. 877. Wech. *Vibius Siculus* vocatur, si tamen de eadem re utrobique agitur. Ern.

Sicca, Numidiae oppidum, primum omnium post malam pugnam ad flumen Muthul a Iugurtha defecit a. u. c. 645. Sal. Iug. 56.

Sicilia. Siciliae laus in Accusationis secundo. Orat. 62, 210. — Sicilia insula Cereris, ubi primum fruges inventae esse dicuntur. Verr. Accusat. 5, 38, 99. — Vetus est opinio insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae consecratam. Verr. Accusat. 4, 48, 106. — Hennensium nemus umbilicus Siciliae. Ibid. — Sicilia tulit quondam multos et crudeles tyrannos. Verr. Accusat. 5, 56, 145. — Sicilia loquax. in P. Clodium 3, 2. — Neminem vestrum praeterit, iudices, omnem utilitatem opportunitatemque provinciae Siciliae, quae ad commoda populi Romani adiuncta sit, consistere in re frumentaria maxime; nam ceteris rebus adiuvamur ex illa provincia; hoc vero alimur et sustinemur. Verr. Accusat. 3, 5, 11. — Siciliae provinciae laudes insignes: — illud et rei frumentariae subsidium et receptaculum classibus nostris patet. Verr. Accusat. 2, 1, 2. — M. Cato Sapiens cellam penariam rei publicae nostrae, nutricem plebis Romanae Siciliam nominabat. Verr. Accusat. 2, 2, 5. — Quid est Sicilia, si ei agri cultionem sustuleris et si aratorum numerum ac nomen exstinxeris? Verr. Accusat. 3, 97, 226. — Cum bellis Karthaginiensibus Sicilia vexata est, et post, nostra patrumque memoria, cum bis in ea provincia magnae fugitivorum copiae versatae sunt, tamen aratorum interitio facta nulla est (ut C. Verre praetore.) Verr. Accusat. 3, 54, 125. — Siciliae civitatibus bello fugitivorum M'. Aquilius etiam mutuum frumentum dedit. de lege agr. 2, 30, 83. — Post illud bellum, quod M'. Aquilius confecit (a. u. c. 654.), sic accepimus nullum in Sicilia fugitivorum bellum fuisse. Verr. Accusat. 5, 2, 5. — Siciliae commune, τὸ κοινὸν τῆς Σικελίας. Verr. Accusat. 2, 46, 114. — Sicilia quinto quoque anno tota censetur. Verr. Accusat. 2, 56, 139. — Censores autem legibus fiebant delecti a suis civitatibus; quibus, si quid commisissent, poenae legibus erant constitutae. Ibid. §. 138. — Inter Siciliam ceterasque provincias in agrorum vectigalium ratione hoc interest, quod ceteris aut impositum vectigal est certum, quod stipendiarium dicitur, ut Hispanis et plerisque Poenorum, quasi victoriae praemium ac poena belli; aut censoria locatio constituta est, ut Asiae lege Sempronia: Siciliae civitates sic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem iure essent, quo fuissent; eadem condicione populo Romano parerent, qua suis antea paruissent. Perpaucae Siciliae civitates sunt bello a maioribus nostris subactae; quorum ager cum esset publicus populi Romani factus, tamen illis est redditus; is ager a censoribus locari solet. Foederatae civitates duae sunt, quarum decumae venire non soleant, Mamertina et Tauromenitana; quin-

que praeterea sine foedere immunes ac liberae, Centuripina, Halesina, Segestana, Halicyensis, Panhormitana. Praeterea omnis ager Siciliae civitatum decumanus est, itemque ante imperium populi Romani ipsorum Siculorum voluntate et institutis fuit. Verr. Accusat. 3, 6, 12. seqq. — En quod Tyndaritani libenter praedicent: Nos in septemdecim populis Siciliae numeramur. Verr. Accusat. 5, 47, 124. Cfr. Diodorus Sic. 4. §. 83. ἥ τε σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων εἰς τὰς τῆς θεοῦ τιμὰς φιλοτιμηθεῖσα τὰς μὲν πιστοτάτας τῶν κατὰ Σικελίαν πόλεων, οὔσας ἑπτακαίδεκα, χρυσοφορεῖν ἐδογμάτισε τῇ Ἀφροδίτῃ. — Sicilia tota Marcellorum nomini adiuncta est. Divinat. 4, 13. Verr. Accusat. 2, 14, 36. — Sicilia per triennium a C. Verre vastata, vexata ac perdita. Verr. Act. 1, 4, 12. — Siciliae reges antiqui, Hiero, Agathocles, Dionysius, Phalaris. Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 391. — Siciliae muraenae. Varro Fr. p. 254. Bip. — Sicilia frequentius epityro usa quam Italia. Varro LL. 7, 5. p. 364.

Siciliense fretum. de Nat. D. 3, 10, 24. — Siciliensis annus Ciceronis est annus, quo Lilybaei pro quaestore fuit a. u. c. 679. Brut. 92, 318.

Sicinius Dentatus. Varro Fr. p. 352. Bip.

Sicinius. Quae de Sicinio audisti, mihi probantur. ad Att. 5, 4, 3. — Nescio qui hic Sicinius. Sicinius in Plutarchi Crasso, quem Corradus hic commemorat, est Cn. Sicinius, de quo statim, sed is in tribunatu interfectus est. Manutius putat peritum fuisse conscribendorum edictorum provincialium. Ern.

C. Sicinius, Q. Pompeii (Rufi) illius, qui censor fuit, ex filia nepos, quaestorius mortuus est, probabilis orator, iam vero etiam probatus: ex hac inopi ad ornandum, sed ad inveniendum expedita Hermagorae disciplina. Brut. 76, 263.

Cn. Sicinius, trib. pl. a. u. c. 678., homo impurus, sed admodum ridiculus neque aliud in eo oratoris simile quidquam: eius iocus in C. Curionem. Brut. 60, 217. Cum omnes magistratus vexaret, M. Crassum tamen non attigit, quia metuebat. Plutarch. in Crasso C. 7. Vide L. Sicinius.

L. Sicinius L. F. Bellutus, primus tribunus pl. creatus cum L. Albinio C. F. Paterculo a. u. c. 260. Ascon. in Cornel. p. 76.

L. Sicinius primus (post Sullam) de potestate tribunicia loqui ausus, mussantibus plebeiis circumventus. Sal. Hist. 3, 22. — Primus Sicinius, tribunus pl., nec multo post Quinctius, et postremo Palicanus perfecerant, ut tribuniciam potestatem populo darent consules Cn. Pompeius Magnus et M. Licinius Crassus. Pseudoascon. in Divin. p. 103. Idem est, qui Ciceroni Cn. Sicinius. Cfr. Pigh. Ann. 3. pag. 294.

Sicula vocabula, λέποϱις, κάτινος. δωτίνη, μοῖτον. Varro LL. 5, 30. p. 103. 5, 25. p. 125. 5, 36. p. 175. et 178.

Siculi a Roma orti, ut Annales veteres nostri dicunt. Varro LL. 5, 20. p. 103. — Siculi acuta gens et controversa naturâ. Brut. 12, 46. — Nunquam tam male est Siculis, quin aliquid facete et commode dicant. Verr. Accusat. 4, 43, 95. — Siculi in facetiis excellunt. de Or. 2, 54, 217. — Siculi alicuius facetum dictum. de Or. 2, 69, 278. — Siculi oratores propter infractos concisosque numeros reprehensi. Orat. 69, 230. — Siculi hoc iure sunt, ut quod civis cum cive agat, domi certet suis legibus; quod Siculus cum Siculo non eiusdem civitatis, ut de eo praetor iudices ex P. Rupilii decreto, quod is de decem legatorum sententia statuit (a. u. c. 623.), quam illi legem Rupiliam vocant, sortiatur. Quod privatus a populo petit aut populus a privato, senatus ex aliqua civitate, qui iudicet, datur, cum alternae civitates reiectae sunt. Quod civis Romanus a Siculo petit, Siculus iudex datur; quod Siculus a civi Romano, civis Romanus datur: ceterarum rerum selecti iudices ex civium Romanorum conventu proponi solent. Inter aratores et decumanos lege frumentaria, quam Hieronicam appellant, iudicia fiunt. Verr. Accusat. 2, 13, 32. — Scis, quam diligam Siculos et quam illam clientelam honestam iudicem. Multa illis Caesar neque me invito: etsi Latinitas erat non ferenda. Ecce autem Antonius accepta grandi pecunia fixit legem a dictatore comitiis latam, qua Siculi cives Romani, cuius rei vivo illo nulla mentio. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 12, 1. — Siculorum

patroni, Marcelli, Scipiones, Metelli. Pseudoasconius in Divin. p. 100.

Siculum mel praestans. Varro RR. 3, 2, 12. — Siculum mel fert palmam. Varro RR. 3, 16, 10.

Sicura, Felicis servus. ad Q. Fr. 3, 9, 8.

Sicyon, una de septem civitatibus veteribus Graeciae in Peloponneso prope Isthmum. ad Fam. 13, 21, 1. — Quinquaginta annorum tyrannidem passa. de Off. 2, 23, 81. — Te arbitror, caesis apud Amaltheam tuam victimis, statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum. ad Att. 1, 13, 1.

Sicyonii sacrificant apud sepulcrum septimi sui regis Thurimachi. Varro Fr. p. 236. Bip. — Sicyonii in Attici aere alieno erant. ad Att. 1, 19, 9. Ibid. 20, 4. Ibid. 2, 1, 10. Tusc. 3, 22, 53.

Sicyonii calcei (molles ac pretiosi.) Her. 4, 3, 4. — de Or. 1, 54, 231.

Sicyonius magistratus. Eum nummos poposcit Verres. Verr. Accusat. 1, 17, 44.

Sida, urbs Pamphyliae. ad Fam. 3, 6, 1. Ibid. 12, 4. — Extrema regio provinciae Asiae. ad Fam. 12, 15, 5.

Sidicini (a Sidicino, colonia agri Campani) vexati a M. Antonio, quod C. Cassium et Brutos patronos adoptassent. Philipp. 2, 41, 107.

Sidon, urbs Phoenices. ad Att. 9, 9, 2.

Sigeum, Troadis promontorium, cum cognomine portu et oppido, in quo promontorio Achillis tumulus. pro Archia 10, 24. ad Fam. 5, 12, 7.

Sila silva in Bruttiis, ubi picariae. Caedes ibi facta. Brut. 22, 85. Sal. Hist. 4. p. 230. Ed. Gerl. min. — Erat apud Mamertinam urbem. Vide Interpretes ad Virg. Aen. 12, 715. Olim Brut. 22. falso legebatur *in silva sua*; veram lectionem *in silva Sila* ingenio repperit Turnebus Advv. 11, 1, 26. Ern.

Silanio, Atheniensis, Lysippi aequalis circa exitum Alexandri Magni. Sappho, Silanionis opus perfectum, elegans, elaboratum e prytanio Syracusano sublatum a C. Verre. Verr. Accusat. 4, 57, 125. Cfr. de eo Plin. 34, 8., qui *αὐτοδίδακτον* fuisse tradit.

Silanus. Vide in Iunius. In Codd. *Silanus* est fere *Syllanus*. Cfr. Ruhnk. ad Vellei. 2, 12, 2.

Silenus, Bacchi comes, hirsutis superciliis fingitur. Varro Fr. p. 282. Bip. — Fabula de Sileno a Mida capto, quem docet, quid sit optimum homini. Tuscul. 1, 48, 114. — Silenus regi Midae vaticinatur. Fragmm. p. 489.

Silenus Calatianus incertae aetatis historicus scripsit de rebus Siculis: eum sequitur Caelius Antipater: eius narratio de Hannibalis somnio. de Divin. 1, 24, 49. — Eius et Livius 36, 49. et multi alii mentionem fecere, quorum locos vide apud Voss. de Hist. Gr. L. III. p. 189. Ern. Cfr. Dionys. Halic. 1, 6.

A Silius a. u. c. 709. ad Att. 10, 13, 3. ad Att. 12, 18 a., 2. Ib. Ep. 22, 3. Ep. 24, 1. Ep. 25, 1. — Silius culcitas non habet. ad Att. 13, 50, 5. — Ab eo Cicero volebat hortos emere, in quibus monumentum Tulliae ponere posset.

P. Silius Nerva, propraetor Bithyniae et Ponti. a. u. c. 703. Ad eum scriptae sunt Ep. 47. et Epp. 61—65. Lib. 13. ad Fam. — (In provincia Bithynia administranda) valde se honeste gerit. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 1, 13. — Attici perfamiliaris. Ib. Lib. 7, 1, 8. — Eius causa (a. u. c. 710.) celebrata apud ICtos. ad Fam. 7, 21. Cfr. P. E. Huschke de causa Siliana. Rostochii 1824. 4. et in eiusdem *Studien, Breslau* 1830. Vol. I. p. 1. seqq., cuius disputationis summa haec est: „Hoc teneamus P. Silium a Turpilia heredem scriptum agnita ex edicto praetoris eorum bonorum possessione, cum eo iisve, qui corpora hereditaria tenebant, *Quorum bonorum* (Gaius 3, 44. 4, 144.) interdicere cogitasse, et, cum addubitaret, sponsionem ex interdicto tuto facere posset necne, iuris peritorum de ea re consilia sibi expetivisse. Formula haec fere erat: „Si bonorum Turpiliae possessionem Q. Caepio praetor ex edicto suo mihi dedit, quod de his bonis pro herede aut pro possessore possides, quodque dolo malo fecisti, uti desineres possidere, id si contra illius praetoris edictum mihi non restituisti, tot nummos dare mihi spondes?“ — Turpilia cum nulla praevia capitis deminutione testamentum fecisset, non sollemnitatem aliquam civili iure necessariam, praetorio inanem, neglexisse (quod Trebatius censuisset), sed omnino nullum et tam

praetorio quam civili iure inutile testamentum factionem non habuisse. Cfr. Popica C. 4. — Ad eandem causam referuntur hi loci: Silium exspectabam; cui ὑπόμνημα compositum. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 23. — Causam (Silii) composui; eum libellum tibi misi. Ib. Ep. 24.

T. Silius in Venetos missus. Caesar Gall. 3, 7.

Silus testis in Pisonem. de Or. 2, 70, 285. Est fortasse M. Sergius Orata Silus, quaestor provincialis a. u. c. 649. Est enim cognomen Sergiorum. Hoc loco confirmatur disputatio Drakenb. ad Liv. 32, 27. docentis cognomen Romanum esse non modo *Silo*, sed etiam *Silus*. Apud Tacitum Ann. 15, 59. est Domitius Silus in Cod. Medic. Ern.

Silva Scantia. Vide Scantia Silva.

Silvanus deus vexat mulieres post partum. Varro Fr. p. 231. Bip. — Eius melos (apud Accium.) de Nat. D. 2, 55, 89.

Silvanus. Vide M. Plautius Silvanus.

Simo, persona comica. Her. 1, 9, 14.

Simonides Ceus natus Olympiade sexta et quinquagesima: in loco dubio de Rep. 2, 10, 20. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Simonides non poëta solum suavis, verum etiam ceteroqui doctus sapiensque traditur. Eius sermo cum tyranno Hierone, cui, rogatus quid aut quale sit deus, post multorum dierum deliberationem respondit, quo diutius consideret, tanto sibi rem videri obscuriorem. de Nat. D. 1, 22, 60. — Eximia eius memoria. Tusc. 1, 24, 59. — Eum primum ferunt artem memoriae protulisse; occasionis narratio. de Or. 2, 86, 351. cfr. Ibid. 87, 357. — Simonides an quis alius Themistocli artem memoriae pollicitus, quod responsum tulerit? de Finn. 2, 32, 104. — Eius epigramma in Lacedaemonios, qui Thermopylis occiderunt. Tuscul. 1, 42, 101. — Ignotum quendam mortuum sepelit et ab eo per quietem monetur, ne naviget, quod somnium creberrime commemoratum est a Stoicis. de Divin. 1, 27, 56. Ibid. 2, 65, 134.

Simulans, fabula togata Afranii. pro Sestio 55, 118.

Sinnius Capito: quomodo interpretatus sit *interrogationem senatoriam?* Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 342. Cic. Fragmm. p. 457.

Sinope, Ponti oppidum. Verr. Accusat. 1, 34, 87. — Sinope atque Amisus, quibus in oppidis erant domicilia Mithridatis, a L. Lucullo capta. pro lege Manilia 8, 21. de lege agr. 2, 20, 53.

Sinuessa, oppidum et colonia Latii in finibus Campaniae trans Lirim fluvium. ad Att. 9, 15. A. Ibid. Ep. 16. Hinc Sinuessanum deversoriolum. ad Fam. 12, 20. ad Att. 14, 8, 1. Ibid. 15, 1. B., 1.

Sipontum, oppidum Apuliae, Σιποῦς, Σιπούντιοι, (Sipontini.) ad Att. 6, 2, 3. Lib. 9, 15, 1. Lib. 10, 7, 1. — Inde *Sipontina siccitas.* de lege agr. 2, 27, 71.

Sipylus in Magnesia; vetustum eius nomen Tantalis. Schol. Bob. pro Flacco p. 232. — Magnetes a Sipylo. ad Q. Fr. 2, 11, 2.

Siregius, nomen, ut videtur, corruptum ad Att. 15, 17, 1. (Gronovius: *a Sara regio* liberto vel servo Cleopatrae. Cfr. Sara.)

Sirenes. Earum cantus apud Homerum. Odyss. μ, 484.; quomodo haec fabula intelligenda: de Finn. 5, 18, 49.

Siro Epicureus. (melius scribitur Syro.) de Finn. 2, 35, 119.

Sisapo, Philipp. 2, 19, 48. urbs Hispaniae, in septentrionali Baeticae parte, sed duo erant oppida, Sisapo vetus et Sisapo novus. cfr. Strabo L. 3. p. 142. Ibi argenti et minii metalla, quae societates publicanorum exercebant. Vide Plin. 33, 7. Unde proverbium: „Tenes cum sociis tamquam Sisaponem.“ Cfr. Turneb. Adverss. X. 16. Hodie *Almaden* et *Guadalcanal.*

Sisenna. V. L. Cornelius Sisenna.

P. Siser (nomen fortasse corruptum). ad Att. 11, 13, 1.

Sisyphus versat saxum sudans nitendo neque proficit hilum. Tuscul. 1, 5, 10. — Eius prudentia. Ibid. 41, 98.

Sitelitergus Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 348.

Sittiana syngrapha. Caelius ad Fam. 8, 2, 2. Ibid. 4, 5. Ibid. 8, 10. Ibid. 9, 3. Ibid. 11, 4.

P. Sittius Nucerinus a P. Sulla in ulteriorem Hispaniam missus dicebatur, ut eam provinciam perturbaret: sed falso cet. pro Sulla 20, 56. — Vetus amicus et hospes Ciceronis. Ibid. §. 58. — P. Sittius Nucerinus, particeps consiliorum Catilinae. Is tum in Mauretania cum exercitu erat. Sal. Catil. 21. Appian. B. C. 4, 55. — Cfr. ad Att. 15, 17, 1. — P. Sittius, Caesarianus, et rex Bocchus, coniunctis suis copiis, Iubae regnum invadunt Cirtamque capiunt. a. u. c. 707. Bell. Afric. 25 et 30. — Ab eo Sabura eiusque copiae deletae. Bell. Afric. 93. — Afranium et Faustum Sullam vivos capit, qui paucis post diebus dissensione in exercitu orta interficiuntur. Ib. 95. — Ad Hipponem regium opprimit Scipionem Metellum, Damasippum, Torquatum et Plaetorium Rustianum. Ib. 96. (Saepe scribitur Sitius.)

Smaragdus, servile nomen. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 435.

Smyrna, urbs fidelissimorum antiquissimorumque sociorum. Philipp. 11, 2, 5. — Smyrnae et multi cives Romani sunt et ius a nostro magistratu dicitur. pro Flacco 29, 71. — Smyrna habet vites biferas. Varro RR. 1, 7, 6. Cfr. etiam Brut. 22, 85. de lege agr. 2, 15, 39. ad Att. 9, 9, 2.

Smyrnaei Homerum suum esse confirmant itaque etiam delubrum eius in oppido dedicaverunt. pro Archia 8, 19.

Socrates parens philosophiae iure dici potest. de Finn. 2, 1, 1. — Socrates fons et caput philosophiae. de Or. 1, 10, 43. — Socrates Apollinis iudicio sapientissimus iudicatus. Acad. 1, 4, 16. Lael. 2, 7. — Socrates omnium sapientissimus oraculo Apollinis iudicatus. Cato 21, 78. Boëthius de diis p. 394. — Socrates, id quod constat inter omnes, primus a rebus occultis et ab ipsa natura involutis, in quibus omnes ante eum philosophi occupati fuerunt, avocavit philosophiam et ad vitam communem adduxit. Acad. 1, 4, 15. — Ab antiqua philosophia usque ad Socratem, qui Archelaum, Anaxagorae discipulum, audierat, numeri motusque tractabantur et unde omnia orirentur quove reciderent; studioseque ab iis siderum magnitudines, intervalla, cursus anquirebantur et cuncta caelestia. Socrates autem primus philosophiam devocavit e caelo et in urbibus collocavit et in domos etiam introduxit et coëgit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere. Cuius multiplex ratio disputandi rerumque varietas et ingenii magnitudo, Platonis memoria et litteris consecrata, plura genera effecit dissentientium philosophorum. Tusc. 5, 4, 10 et 11. — Socrates omnem caelestium curam deposuit, eaque, quae de natura quaererentur, aut maiora quam hominum ratio consequi possit, nihil omnino ad vitam hominum attinere dixit. de Rep. 1, 10, 15. — Attamen in Platonis libris multis locis ita loquitur, ut etiam cum de moribus, de virtutibus, denique de re publica disputet, numeros tamen et geometriam et harmoniam studeat Pythagorae more coniungere. Ib. §. 16. — Scilicet, Plato, cum Socratem unice dilexisset eique omnia tribuere voluisset, leporem Socraticum subtilitatemque sermonis cum Pythagorae obscuritate et cum illa plurimarum artium gravitate contexuit. Ibid. — Illam Socraticam dubitationem de omnibus rebus reliquerunt Academici et Peripatetici. Ita facta est (quod minime Socrates probabat) ars quaedam philosophiae. Acad. 1, 4, 17. — Rerum obscuritas ad confessionem ignorationis adduxit Socratem. Acad. 1, 12, 44. — Consuetudo iudicium suum nullum interponendi ab eo tradita, quam tenent Academici. de Div. 2, 72, 150. — Ei nihil est visum sciri posse. Excepit unum tantum, *scire se nihil se scire*. Acad. 2, 23, 74. — Socrates nihil rerum naturalium sciri putat posse. Acad. 2, 39, 123. — Eius doctrina de immortalitate animorum: „Non tum hoc tum illud, ut in plerisque, sed idem dicebat semper, animos hominum esse divinos iisque, cum e corpore excessissent, reditum in caelum patere optimoque et iustissimo cuique expeditissimum.“ Lael. 4, 13. — Socrates et Socratici genus argumentandi, quod per inductionem sumitur, maxime tractarunt. de Inv. 1, 35, 61. — Ἐπαγωγῇ, inductione, plurimum est usus in sermonibus Socrates. Topic. 10, 42. — Hoc a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes insipientes esse non sanos. Tuscul. 3, 5, 10. — Eius somnium apud Platonem in Critone. de Divin. 1, 25, 53. — Cum paene in manu iam mortiferum illud poculum teneret, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in caelum vide-

retur ascendere. Tuscul. 1, 29, 71. Ibid. 30, 74. — Plato ad Pythagoreos profectus est, ut cum Socratem expressisset, adiungeret Pythagoreorum disciplinam eaque, quae Socrates repudiabat, addisceret. de Finn. 5, 29, 87. — Primum de virtute quaeri coeptum est a Socrate. de Finn. 5, 29, 88. — Socrates et Plato, ut rationem non redderent, auctoritate tamen hos minutos philosophos (Epicurum in primis) vincerent. de Divin. 1, 30, 62. — Nemo, si quid Socrates aut Aristippus contra morem consuetudinemque civilem fecerint locutive sint, idem sibi arbitretur licere. de Off. 1, 41, 147. — Eum doctum et sapientem virum fuisse memoriae proditum est. Parad. 3, 2, 23. — Socrates a Platone expressus, ita tamen, ut maius quiddam de illo suspicemur. de Or. 3, 4, 15. — Ab eo profecta Academia. de Nat. D. 1, 5, 11. — Socrates opposuit se Sophistis et subtilitate quadam disputandi refellere eorum instituta solebat urbanissime. Brut. 8, 31. — Ex eius uberrimis sermonibus exstiterunt doctissimi viri. Ibid. — Gorgiam et ceteros Sophistas ab eo lusos videmus cet. de Finn. 2, 1, 2. — Socrates stupidus, bardus, mulierosus iudicatus a Zopyro physiognomone. de Fato 5, 10. — Cum multa in conventu vitia collegisset in Socratem Zopyrus, qui se naturam cuiusque ex forma perspicere profitebatur, derisus est a ceteris, qui illa in Socrate vitia non agnoscerent, ab ipso autem Socrate sublevatus, cum illa sibi insita, sed ratione a se deiecta diceret. Tuscul. 4, 37, 80. — Socrates, calvus. Varro Fr. p. 308. Bip. — Socrates fidibus canere senex didicit. Cato 8, 26. — Socratem fidibus docuit nobilissimus fidicen. Is Connus vocitatus est. ad Fam. 9, 22, 3. — Socrates, cum XXX. tyranni essent, pedem porta non extulit. ad Att. 8, 2, 4. — Eius δαιμόνιον. de Divin. 1, 54, 122. seqq. — Eius familiare numen. Boëthius de diis p. 393. — Socrates, quod ad divinationem attinet, mansit in antiquorum philosophorum sententia. de Divin. 1, 3, 5. — Praeclare Socrates hanc viam ad gloriam proximam et quasi compendiariam dicebat esse, si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. de Off. 2, 12, 43. — Socrates dicere solebat, omnes in eo, quod scirent, satis esse eloquentes. de Or. 1, 14, 63. — A principe philosophiae Socrate satis dictum est de ubertatibus virtutis et copiis. de Nat. D. 2, 66, 167. — Socrates ait nihil esse utile, quod non honestum sit, nihil honestum, quod non utile sit. Victorin. I. p. 10. Iulius Victor p. 288. — Eum accepimus exsecrari solitum eos, qui primum honestum et utile natura cohaerentia opinione distraxissent. de Off. 3, 3, 11. — Socrates recte exsecrari eum solebat, qui primus utilitatem a natura seiunxisset; id enim querebatur caput esse exitiorum omnium. de Legg. 1, 12, 33. Ibid. 21, 56. — Socratis et C. Laelii aequabilitas in omni vita et idem semper voltus eademque frons. de Off. 1, 26, 90. — Xanthippe uxor praedicare in eo solita erat eodem semper voltu tranquillo et sereno se vidisse exeuntem illum domo et revertentem. Tuscul. 3, 15, 31. — Parvis contentus. Ibid. 23, 56. — De se ipse detrahens in disputatione plus tribuebat iis, quos volebat refellere. Ita cum aliud diceret, aliud sentiret, libenter uti solitus est ea dissimulatione, quam Graeci εἰρωνείαν vocant. Acad. 2, 5, 15. — De Graecis dulcem et facetum festivique sermonis atque in omni oratione simulatorem, quem εἴρωνα Graeci nominarunt, Socratem accepimus. de Off. 1, 30, 108. — Socrates in ironia dissimulantiaque longe lepore et humanitate omnibus praestitit. de Or. 2, 67, 270. — Ironiam illam, quam in Socrate dicunt fuisse, qua ille in Platonis et Xenophontis et Aeschini libris utitur, facetam et elegantem puto. Brut. 85, 292. — Socrates cum rogaretur, cuiatem se esse diceret, *Mundanum*, inquit: totius enim mundi se incolam et civem arbitrabatur. Tusc. 5, 37, 108. — Socrates, qui voluptatem nullo loco numerabat, dicebat cibi condimentum esse famem, potionis sitim. de Finn. 2, 28, 90. — Socratem ferunt, cum usque ad vesperam contentius ambularet quaesitumque esset ex eo, quare id faceret, respondisse, se, quo melius coenaret, opsonare ambulando famem. Tuscul. 5, 34, 97. — Socrates, in pompa cum magna vis auri argentique ferretur, *Quam multa non desidero!* inquit. Tuscul. 5, 32, 91. — Socrates Alcibiadi persuasit eum nihil hominis esse cet. Tuscul. 3, 32, 77. — Non sine causa, cum Orestem fabulam doceret Euripides, primos tres versus revocasse dicitur Socrates. Tusc.

4, 29, 63. — Socratem solitum aiunt dicere, perfectum sibi opus esse, si qui satis esset concitatus cohortatione sua ad studium cognoscendae percipiendaeque virtutis. de Or. 1, 47, 204. — Omnis eius oratio in virtute laudanda et in hominibus ad virtutis studium cohortandis consumebatur. Acad. 1, 4, 16. — Quomodo in iudicio capitis pro se ipse dixerit? de Or. 1, 54, 231. — Summa eius in morte obeunda constantia a Platone in Apologia celebrata. Tuscul. 1, 40, 97. seqq. — Item in Phaedone. Ibid. 43, 103. — Eius morti illacrimari soleo Platonem legens. de Nat. D. 3, 33, 82. — Socrates in exodio vitae. Varro Fr. p. 282. Bip. — Illius verae elegantisque philosophiae, quae ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit et idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici eorum controversias disceptarent, nulla fere sunt aut pauca admodum Latina monumenta. Tuscul. 4, 3, 6. — Socrates princeps fuit eorum, qui a rè civili animi quodam iudicio abhorrerent, dicendi exercitationem exagitarent atque contemnerent cet. de Or. 3, 16, 59. — Litteram nullam reliquit. Ibid. §. 60. — Dissociati a Socrate diserti a doctis et deinceps a Socraticis item omnibus, philosophi eloquentiam despexerunt, oratores sapientiam. de Or. 3, 19, 72. — Socrates in dialogo Aeschinis. de Inv. 1, 31, 51. — Socrates in Platonis Gorgia cavillatur oratorem. de Or. 3, 31, 122. — Eius indicium de Archelai falsa beatitudine in Platonis Gorgia. Tusc. 5, 12, 34. — Quid disputet in Platonis Phaedone. pro Scauro 2, 4. — Socrates, qui est in Phaedro Platonis cet. de Or. 1, 7, 28. — In Phaedro Sophistas λογοδαιδάλους appellat. Orat. 12, 39. — In eodem dialogo laudat Isocratem. Ibid. 13, 41. — Socrates apud Platonem sibi rem publicam ipse finxit. de Rep. 2, 1, 3. Ibid. 11, 22. Ibid. 29, 51. Ibid. 30, 52. — Socrates in Platonis Politia Lib. IX. p. 571. Steph. de Divin. 1, 29, 60. — Socrates cum Critobulo loquitur in Xenophontis Oeconomico. Cato 17, 59. — Socrates scurra Atticus dictus a Zenone Epicureo. de Nat. D. 1, 34, 93. — Homo sufflatus non quaerit Socratis vestigia. Varro Fr. p. 261. Bip. Tuscul. 5, 9, 26. de Nat. D. 2, 6, 18. Ibid. 3, 11, 26. de Offic. 3, 19, 77. Fragmm. p. 477. Fragmm. p. 481.

Socratica ratio contra alterius opinionem disserendi. Tuscul. 1, 4, 8.

Socratici philosophi. de Or. 3, 19, 72 et 73. — Eorum quasi familiae dissentientes inter se et multum disiunctae. de Or. 3, 16, 61 et 62. — Manent in antiquorum philosophorum sententia de divinatione. de Divin. 1, 3, 5. — Socraticorum libri. Acad. 1, 4, 16. — Urbanis et facetis dictis philosophorum Socraticorum libri referti sunt. de Off. 1, 29, 104. — Socratici in sermonis lepore maxime excellunt. de Off. 1, 37, 134. — Eos legunt omnes, etiam qui eorum doctrinam non probant. Tuscul. 2, 3, 8. — Socratici sermones. de Or. 3, 18, 67. — O Socrates et Socratici viri, nunquam vobis gratiam referam! ad Att. 14, 9, 1. de Inv. 1, 35, 61.

Sol, Sabinum vocabulum. Varro LL. 5, 10. p. 73. — Sol unde dictus? de Nat. D. 2, 27, 68. — Sol deus; eum Apollinem Graeci putant. de Nat. D. 3, 20, 51. — Sol, pater Circes, Pasiphaës, Aeetae, avus Medeae et Absyrti. de Nat. D. 3, 19, 48. — Sol et Luna (Dii consentes). Varro RR. 1, 1, 5. — Sol cultus a Germanis. Caesar Gall. 6, 21. — Sol in currum filium Phaëthontem sustulit. de Nat. D. 3, 31, 76. — Sol et Phaëthon. de Off. 3, 25, 94. — Sol princeps et moderator luminum reliquorum, mens mundi et temperatio. de Rep. 6, 17, 17. (Somn. Scip. C. 4.) — Solis circumvectio. Tim. Cap. 9. p. 505. — Eius cursus cet. de Nat. D. 2, 40, 102. — Solis proprietates. Tim. Cap. 9. p. 506. — Soles multi a theologis proferuntur. Unus eorum Iove natus, nepos Aetheris: alter Hyperione: tertius Volcano, Nili filio, cuius urbem Aegyptii volunt esse eam, quae Heliopolis appellatur: quartus is, † quem heroicis temporibus Acantho Rhodi peperisse dicitur, [pater] Ialysi. Camiri et Lindi: quintus, qui Colchis fertur Aeetam et Circem procreavisse. de Nat. D. 3, 21, 54.

Solentini. Vide Soluntini.

Soli, urbs Ciliciae, ubi Alexander deposuisse pecuniam dicitur. de Legg. 2, 16, 41. Postea etiam Pompeiopolis dicta est. Dio Cass. 36, 20.

Solitaurilia, aliis Suovetaurilia, sacrificia de sue, ove, tauro. Pseudoascon. in Divin. p. 103.

Solon, Atheniensis, qui et sapientissimus fuit ex septem et legum scri-

ptor solus ex septem, rem publicam duabus rebus contineri dixit, praemio et poena. Pseudocic. ad Brut. 1, 15. — Opinio est et Pisistratum et paullo seniorem etiam Solonem posteaque Clisthenem multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo. Brut. 7, 27. — Servio Tullio regnante viguit. Ibid. 10, 39. — Solo eloquens. de Or. 1, 13, 58. — In primis versutum et callidum factum Solonis, qui, quo et tutior vita eius esset et plus aliquanto rei publicae prodesset, furere se simulavit. de Off. 1, 30, 108. — Eius σεισάχθεια significatur de Rep. 2, 34, 59. — Solon orientem tyrannidem multo ante prospexit. de Divin. 1, 49, 111. — Solonis, Lycurgi et Draconis legibus Romanas praefert L. Crassus de Or. 1, 44, 197. — Solonis scripta ex Stoicorum sententia non erant leges. Acad. 2, 44, 136. — Ego vero Solonis legem negligam, qui capite sanxit, si qui in seditione non alterius utrius partis fuisset? ad Att. 10, 1, 2. — Solon primus constituit Areopagitas; comparatus cum Themistocle. de Off. 1, 22, 75. — De Solonis fere legibus translata sunt cetera, quae in XII. minuendi sunt sumptus lamentationisque funeris. de Legg. 2, 23, 59. Ibid. 25, 64. — Cum, ut scribit Phalereus, sumptuosa fieri funera et lamentabilia coepissent, Solonis lege sublata sunt. de Legg. 2, 25, 64. — Solon Atheniensibus leges scripsit, et quia norat multos in re publica esse corruptissimos, in exilium ultro profectus est. Victorin. p. 16. vers. 25. — Solon cum interrogaretur, cur nullum supplicium constituisset in eum, qui parentem necasset, respondit se id neminem facturum putasse. pro Sex. Roscio 25, 70. — Responsum ab eo datum Pisistrato. Cato 20, 72. — Eius elogium est, quo se negat velle suam mortem dolore amicorum et lamentis vacare. Ibid. §. 73. — Solon, Atheniensium legum scriptor, elegias composuit. Schol. Bob. pro Archia p. 358. — Duo eius versus in Latinum conversi. Tuscul. 1, 49, 117. — Solon versibus gloriatur se quotidie aliquid addiscentem senem fieri. Cato 8, 26. Ibid. 14, 50. — Memoratur etiam de Orat. 3, 15, 56. de Finn. 2, 27, 87. Tuscul. 1, 46, 110. de Legg. 1, 22, 57. de Rep. 2, 1, 2. — Solon et Dracon Atheniensibus leges scripserunt. Victorinus I. p. 16.

Solonium (al. *Selonium*) campus agri Lanuvini; ibi Q. Roscius educatus. de Divin. 1, 36, 79. — Ibi ad focum angues nundinari solent. Ibid. 2, 31, 66. ad Att. 2, 3, 3. — De scriptura vide Cluverii Ital. antiq. L. 3. p. 939 et 1028.

Soluntini (a Σολοῦς, Σολόεντος, Σολοεντῖνος, Σολουντῖνος) rectius quam *Solentini*. Verr. Accusat. 2, 42, 102. Vide Zumpt. p. 339. Verr. Accusat. 3, 43, 103.

Somnia, numina divina. de Nat. D. 3, 17, 44.

Sopater Halicyensis, homo domi suae cum primis locuples atque honestus, a C. Verre condemnatus. Verr. Accusat. 2, 28, 68.

Sopater, proagorus Tyndaritanorum, testis in Verrem, qui eum indignum in modum vexaverat. Verr. Accusat. 4, 39, 85.

Sophistae. Iis se opposuit Socrates. Brut. 8, 31. — Sophistae a Socrate apud Platonem illusi. Brut. 85, 292. — Sophistarum dicendi genus. Orat. 19, 65. — Sophistae in genere ἐπιδεικτικῷ elaborarunt. Orat. 11, 37.

Sophocles, incola Colonei loci. de Finn. 5, 1, 3. — Mollissimum eius carmen de Oedipode. Ibid. — Sophocles a filiis in iudicium vocatus, propter Oedipum Coloneum in iudicio recitatum a iudicibus liberatus. Cato 7, 22. — Sophocles, doctissimus homo, poëta quidem divinus: in somnio vidit Herculem dicentem, quis pateram suam auream surripuisset. de Divin. 1, 25, 54. — A Pericle collega in praetura reprehenditur, quod pulchrum puerum admiraretur. de Off. 1, 40, 144. — Eius dictum de rebus venereis. Cato 14, 47. — Pacuvius lamentationem Ulixi melius expressit quam Sophocles: apud hunc enim (in Niptris) perquam flebiliter Ulixes lamentatur in volnere. Tuscul. 2, 21, 49. — Eius versiculus κἂν ὑπὸ στέγῃ Πυκνᾶς ἀκούειν ψεκάδος εὐδούσῃ φρενί. ad Att. 2, 7, 4. — Alii ibid. 17, 2. — Sophoclis versus ex Aiace Loero a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 3, 29, 71. — Versus ex Trachiniis a Cicerone in Latinum conversi. Tuscul. 2, 8, 20. — Συνδείπνους Σοφοκλέους, quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi. ad Q. Fr. 2, 16, 3. Videtur Q. Cicero parodiam Sophoclis Συνδείπνων ἢ Ἀχαιῶν συλλόγου, dra-

matis satyrici in cohortem amicorum Caesaris composuisse, utique festivam, sed ideo Marco non probatam, quia verebatur, ne eiusmodi iocos aegre laturi essent illi, si volgasset. — Ex Orat. 1, 4.: „in poëtis non Homero soli locus est aut Archilocho aut Sophocli aut Pindaro": intelligi potest, Ciceronem Sophoclem pro principe Tragicorum habuisse. Ern. — Cfr. etiam opt. gen. or. 6, 18.

Sophocles Agrigentinus multa apud Cn. Pompeium consulem (a. u. c. 684.) homo disertissimus et omni doctrina et virtute ornatissimus pro tota Sicilia de aratorum miseriis graviter et copiose dixit. Verr. Accusat. 3, 88, 204.

Sophron mimographus, scribit μοῖτον ἀντὶ μοίτου. Varro LL. 5, 36. p. 178.

Sopolis pictor celebratissimus tempore Ciceronis. ad Att. 4, 16, 12. — Huius mentio etiam apud Plin. 35, 11. Sed ibi volgo *Sopylus* dicitur; et sic laudat Iunius in Catalogo p. 21. Ern. Contra Sillig. Catal. Art. p. 192. apud Plinium agnoscit *Sopolin.*

Sora, Romanorum colonia ad Lirim sita, Arpino vicina: incolae Sorani. de Or. 3, 11, 43. pro Plancio 9, 22. Vide Soranus.

Soracte (Sauracte) mons Hirpinorum in Flaminia situs. Ibi caprae ferae. Varro RR. 2, 3, 3. — Fons ibi miraculosus. Varro Fr. p. 367. Bip.

Soranus augur per irrisionem dictus App. Claudius Pulcher. de Divin. 1, 47, 105.

Soranus. Vide Valerius.

Sosia, servile nomen. Her. 4, 50, 63. — Persona Terentiana. de Inv. 1, 19, 27. Ibid. 1, 23, 33.

Sosippus et Epicrates fratres Agyrinenses: quomodo vexati a Verre. Verr. Accusat. 2, 9, 25.

Sositheus Entellinus, homo cum primis prudens et domi nobilis, ad iudicium Verrinum legatus publice cum Artemone et Menisco missus. Verr. Accusat. 3, 87, 200.

Sositheus. Puer festivus, anagnostes noster, Sositheus, decessit meque plus, quam servi mors debere videbatur, commovit. (a. u. c. 693.) ad Att. 1, 12, 4.

C. Sosius, quaestor M'. Lepidi. ad Att. 8, 6, 1. — C. Sosius praetor a. u. c. 705. primum Pompeianus, cum P. Lupo ad Caesarem transit Romaeque ius dicit. ad Att. 9, 1, 2. — Consul fuit a. u. c. 722. Cfr. Suet. Oct. 17.

Q. Sosius, splendidus eques Romanus ex agro Piceno, (Italico bello) tabularium incendit. de Nat. D. 3, 30, 74.

Sostratus, Numenius, Nymphodorus, fratres, Centuripini ab Apronio miserum in modum vexati. Verr. Accusat. 3, 23, 57.

Sosus, liber Antiochi contra Philonem sic inscriptus. Acad. 2, 4, 12.

Sotericus Marcius, libertinus homo, de quo L. Crassus Tusculanum emit. pro Balbo 25, 56. Fuit igitur Marcii cuiusdam liberti filius. Ex *libertino* apud Ern. et Schuetz miro casu factus est *Tiburtinus.* — Sotericum malum artificem memorat Seneca apud Gell. 12, 2. Ern.

Sparta. Apollo Pythius oraculum edidit, Spartam nulla re alia nisi avaritia esse perituram. de Off. 2, 22, 77. — Spartae pueri ad aram sic verberibus accipiuntur, ut multus e visceribus sanguis exeat, nonnunquam etiam, ut, cum ibi essem, audiebam, ad necem: quorum non modo nemo exclamavit unquam, sed ne ingemuit quidem. Tuscul. 2, 14, 34. Ibid. 20, 46. — Spartae rapere pueri et clepere discunt. de Rep. 4, 5, 5. de Nat. D. 3, 38, 91. — Spartae reges fuerunt Lycurgi legibus, ut prius Romae. de Rep. 2, 23, 43. — Vide Lacedaemon.

Spartacium bellum Cn. Pompeii adventu sublatum ac sepultum. pro lege Manilia 11, 30. — Spartacium bellum tangitur Verr. Accusat. 5, 2, 5.

Spartacus. Cum Spartaco minus multi quam quinquaginta primo fuerunt. ad Att. 6, 2, 8. — Cum eo comparatur M. Antonius. Philipp. 4, 6, 15. — Memoratur etiam Parad. 4, 2, 30. de Harusp. resp. 12, 26. Varro Fr. p. 250. Bip. — Plutarch. Crass. 8. Σπάρταχος, ἀνὴρ Θρᾷξ τοῦ Νομαδικοῦ γένους, οὐ μόνον φρόνημα μέγα καὶ ῥώμην ἔχων, ἀλλὰ καὶ συνέσει καὶ πρᾳότητι τῆς τύχης ἀμείνων καὶ τοῦ γένους Ἑλληνικώτερος. — Thrax, quem parem magis Hannibali quam similem dixeris, cum parva gladiatorum manu Capuâ profugus a. u. c. 680. s. potius 681. bellum servile commovit, varia fortuna extractum ac tertio demum anno a M. Crasso et Cn. Pompeio con-

fectum. Cfr. in primis Salustii *Fragm. Vatic.* a Kreyssigio et Maio accuratius edita (et Kreyssigii Ed. noviss. 1835. p. 18.) — „Spartaci lenitatem ac mansuetudinem Salustius, qui multo integrius et incorruptius quam Florus 3, 20. aliique Romani de gladiatorum principe iudicasse videtur, optime praedicavit." Kreyssig l. l. — Servi abdita a dominis aut ipsos trahebant ex occulto; neque sanctum aut nefandum quidquam fuit irae barbarorum et servili ingenio. Quae Spartacus nequiens prohibere, multis precibus cum oraret, celeritate praevertere, mittere nuntios. Salust. l. l. p. 29. Kreyss. sive Lib. 3. p. 222. Ed. Gerl. min. — Bellum cum eo gestum. cfr. Sal. Hist. 4. p. 225. Ed. Gerl. min.

Sparti, in agro Thebano nati. Varro Fr. p. 211. Bip.

Spartiatae fortes et duri. Tuscul. 1, 43, 102. — Spartiatae pueri non ingemiscunt verberum dolore laniati. Adolescentium greges Lacedaemone vidimus ipsi, incredibili contentione certantes pugnis, calcibus, unguibus, morsu denique, cum exanimarentur potius quam se victos faterentur. Tusc. 5, 27, 77. — Illi, qui Graeciae formam rerum publicarum dederunt, corpora iuvenum firmari labore voluerunt; quod Spartiatae etiam in feminas transtulerunt. Tuscul. 2, 15, 36. — Spartiatarum mora procedit ad tibiam nec adhibetur ulla sine anapaestis pedibus hortatio. Ibid. 16, 37. — Portentum iis oblatum ante pugnam Leuctricam. de Divin. 1, 34, 76. — Spartiatae Atheniensium potiti sunt. Her. 4, 25, 34. — Vide Lacedaemonii.

Spatale venerivaga. Varro Fr. p. 288. Bip.

Spes dea a Calatino consecrata est. de Legg. 2, 11, 28. de Nat. D. 2, 23, 61. (ubi *Fides* legebatur.) de Nat. D. 3, 18, 47.

Speusippus. Speusippum, sororis filium, Plato philosophiae quasi heredem reliquit. Acad. 1, 4, 17. — Speusippus, Platonem avunculum subsequens, deum vim quandam dicit, qua omnia regantur, eamque animalem. de Nat. D. 1, 13, 32. — Speusippus et Xenocrates, qui primi Platonis rationem acceperant, et post hos Polemo et Crates unaque Crantor in Academia congregati diligenter ea, quae a superioribus acceperant, tuebantur. Acad. 1, 9, 34. — Speusippus, Platonis sororis filius, et Xenocrates, qui Platonem audierat, et qui Xenocratem, Polemo et Crantor nihil ab Aristotele, qui una audierat Platonem, magno opere dissensit, copia fortasse et varietate dicendi pares non fuerunt. de Or. 3, 18, 67. — Speusippus, Aristoteles, Xenocrates, veteres Platonis auditores, deinde eorum Polemo, Theophrastus, satis et copiose et eleganter habuerunt constitutam disciplinam, ut non esset causa Zenoni, cum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret. de Finn. 4, 2, 3. — Memoratur etiam de Finn. 5, 1, 2. Ibid. 3, 7. de Legg. 1, 13, 38. Tuscul. 5, 10, 30. Ibid. 13, 39. Ibid. 31, 87.

Sphaerus Bosporanus, Zenonis discipulus non ultimus, homo in primis bene definiens, ut putant Stoici. Tusc. 4, 24, 53. Eius definitionibus Cicero ipse usus est l. l. Cfr. Diog. Laërt. 7, 177.

Spino, parvum flumen prope Romam. In augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum fl. videmus. de Nat. D. 3, 20, 52.

Spintharus, Ciceronis scriba. — Ne Tironi quidem dictavi, qui totas περιοχὰς persequi solet, sed Spintharo syllabatim. ad Att. 13, 25, 3.

Spinther. Vide P. Cornelius Lentulus Spinther.

Spoletum sive Spoletium, oppidum Umbriae, colonia Latina, in primis firma et illustris. — Populus Spoletinus non est fundus factus. pro Balbo 21, 48.

Spongia, iudex Clodianus corruptus (a. u. c. 693.), nomen, ut videtur, fictum, ioci causa homini nequam impositum. ad Att. 1, 16, 6.

Spurinna. Varro LL. 10, 2. p. 559.

Spurinna Vestricius haruspex (idem, qui Caesarem monuit, ut caveret Idibus Martiis). ad Fam. 9, 24, 2. — Spurinna haruspex Ciceronis aequalis, quid Caesari praedixerit. de Div. 1, 52, 119. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Caes. 81. Ubique duplici *n* scribitur, contra *Caecina*.

L. Staberius Pompeianus, Apollonia, cui praeerat, clam profugit. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 12.

STABIANUM, villa M. Marii ad Stabias, Campaniae oppidum. ad Famil. 7, 1, 1.

STAIENUS. Vide C. AELIUS STAIENUS.

STAPHYLUS primus docuit vinum aqua misceri. Sal. Hist. 3. p. 224. fragmentum subditicium ex Caec. Apul. de Orth. §. 12.

STASEAS Neapolitanus, nobilis Peripateticus. Eum multos annos habuit apud se M. Pupius Piso. de Finn. 5, 3, 8. — Assentiebat iis, qui multum in fortuna secunda aut adversa, multum in bonis aut malis corporis ponerent. Ibid. 25, 75. — Staseas, in illo suo genere (philosophandi) omnium princeps, vivebat cum M. Pupio Pisone Calpurniano circa a. u. c. 663. de Or. 1, 22, 104.

STATA dea. de Legg. 2, 11, 28.

STATANUS, deus. Varro Fr. p. 319. Bip.

STATIELLENSES, incolae oppidi Liguriae inter Dertonam et Vada Sabatia, quae dicebantur, Aquae Statiellae sive Aquae Statiellenses sive Aquae Statiellorum. ad Fam. 11, 11, 2.

STATILII, TAURI dicti a *tauris*. Varro RR. 2, 1, 11. Scilicet in una hac Statiliorum gente in usu erat *Tauri* praenomen. Cfr. Inscriptt. meas Lat. Vol. I. p. 476.

STATILINUS, deus. Varro Fr. p. 319. Bip.

STATILIUS, pessimus histrio (a. u. c. 677.) pro Rosc. Com. 10, 30.

L. STATILIUS, augur a. u. c. 709. ad Att. 12, 13, 2. Ib. Ep. 14, 1.

L. STATILIUS, Catilinarius. in Catil. 3, 3, 6. Ibid. 6, 14. — L. Statilius, ex equestri ordine, Catilinarius. Sal. Catil. 17. — Urbem incendere debebat. Ib. 43. Ad Ciceronem vocatus. Ibid. 46. 47. — Supplicium de eo sumptum in Tulliano. Ibid. 55.

STATIUS, servus Q. Ciceronis: ipsi propter fidelitatem (quam putabat) nimis acceptus et carus. Cfr. Q. Ciceronis Ep. ad Fam. 16, 16, 2. — Statius, Marco minime probatus. ad Att. 6, 2, 1. — Statius libertus Q. Ciceronis, molestus Marco, acriterque ab eodem reprehensus. ad Q. Fr. 1, 2, 1, 1. — Quinto erat ab epistolis. Ibid. 3, 8. — Statius Quinto dedecori est. ad Att. 12, 5, 1. — De Statio manumisso angor. ad Att. 2, 18, 4. Ibid. 19, 1. — Male alicubi editur *Stathius*; etenim est nomen servile Romanum.

STATIUS comicus. Vide CAECILIUS STATIUS.

STATIUS ALBIUS OPPIANICUS. Vide ALBIUS.

L. STATIUS MURCUS, Caesaris legatus a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 15. — Hic rumores Murcum perisse naufragio. (a. u. c. 708.) ad Att. 12, 2, 1. — L. Murcus et Q. Crispus, imperatores, viri fortes optimique cives, in Syria exercitus C. Cassio tradiderunt (a. u. c. 711.) Cassius ad Fam. 12, 11, 1. — Murcus legiones Syriacas tradidit C. Cassio. Pseudobrut. ad Cic. 2, 5. — L. Statius Murcus procos. Philipp. 11, 12, 30. Noris. Cenot. Pis. 2, 16. §. 3. Fabric. ad Dion. 47, 27. E praetura proconsul Asiae iubetur C. Cassio provinciam et exercitum tradere. Adde Vellei. 2, 70.; de eius exitu, Ibid. 77. Cfr. Wesseling. Obss. 1, 12. — (Eum C. Cassius in suas partes traduxit; mox falsis criminibus insimulatum Sex. Pompeius in Sicilia interfecit. MANUT.)

SEX. STATIUS, negotiator, necessarius Cn. Pompeii. Ei praefecturam negavit Cicero. ad Att. 6, 1, 6.

STATONIENSIS ager in Etruria. Varro RR. 3, 12, 1.

STATORIUS, nomen faustum in dilectu habendo, ut Valerius. Schol. Bob. pro Scauro p. 374.

STELLAS campus in mediterranea Campania, de quo adeundus Camillus Campan. Fel. Diss. II. C. 33. seqq. — Eum dividi iubebat P. Rullus. de lege agr. 1, 7, 20. — Altera forma: *Stellatis* ager. Ibid. 2, 31, 85. — Campum Stellatem maioribus consecratum dicit Suet. Caes. 20.

STEROPE, Pleias. Arat. v. 270.

STESICHORUS. Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Thermis erat Stesichori poëtae statua senilis incurva, cum libro, summo artificio facta; qui fuit Himerae, sed et est et fuit tota Graecia summo propter ingenium honore et nomine. Verr. Accusat. 2, 35, 87. — Stesichori versiculus: *Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος.* ad Att. 9, 13, 1. Ex eius *Παλινῳδίᾳ εἰς Ἑλέναν* tres versiculi supersunt: *Οὐκ ἔστ' ἔτυμος λόγος οὗτος· Οὐ γὰρ ἔβας νηυσὶν ἐυσέλμοις, Οὐδ' ἵκεο Πέργαμα Τροίας.* Vide Stesichori Himerensis Fragmenta, colle-

git Ottom. Frid. Kleine. Berolini 1828. 8. p. 92.

Sthenius Thermitanus a C. Verre vexatus et spoliatus. Verr. Accusat. 2, 34, 83. — In primis Siculorum in dicendo copiosus. Ibid. 36, 88. — Hospes C. Marii, propterea accusatus, a Cn. Pompeio absolutus. Ibid. 46, 113. — A Verre causa indicta capite damnatus. Verr. Accusat. 5, 42, 109. Ibid. 49, 128. — Memoratur etiam Verr. Accusat. 3, 7, 18.

Stigmatias Naevii. Varro LL. 7, 6. p. 386.

Stilpho, persona Terentiana. Orat. 47, 157.

Stilpo Megarensis, Zenonis Cittiei praeceptor, de quo vide Diog. Laërt. 2, 113. — Stilpo, Diodorus, Alexinus, molesti Academicis veteribus, sed minuti philosophi, quorum sunt contorta et aculcata quaedam σοφίσματα. Acad. 2, 24, 75. — Stilpo, Megaricus philosophus, acutus sane homo. Hunc scribunt ipsius familiares et ebriosum et mulierosum fuisse, - - vitiosam autem naturam ab eo sic edomitam et compressam esse doctrina, ut nemo unquam vinolentum eum, nemo in eo libidinis vestigium viderit. de Fato 5, 10.

Stoechades insulae. Schol. Bob. pro Sestio p. 293.

Stoici ab Antisthene. de Or. 3, 17, 62. — Stoici ex omnibus philosophis plurima novaverunt. de Finn. 3, 2, 5. — Vera elegansque philosophia ducta a Socrate in Peripateticis adhuc permansit et idem alio modo dicentibus Stoicis, cum Academici eorum controversias disceptarent. Tuscul. 4, 3, 6. Ibid. 5, 9. Ibid. 6, 12. — Stoici cum a Peripateticis et Academicis omnia transtulissent, nominibus aliis easdem res secuti sunt. de Finn. 5, 8, 22. — Stoici a Peripateticis et Academicis verbis magis quam sententiis differunt. Acad. 2, 5, 15. — Inter eos et Academicos est non de terminis, sed de tota possessione contentio. Acad. 2, 43, 132. — Stoici contendente Antiocho, cum Peripateticis re concinebant, verbis discrepabant. Hoc refutatur de Nat. D. 1, 7, 16. — Stoici maxime forti et, ut ita dicam, virili utuntur ratione atque sententia. Tuscul. 3, 10, 22. — Sunt Socratica pleraque mirabilia Stoicorum, quae παράδοξα nominantur. Acad. 2, 44, 136. — Percipiendi vis ita definitur a Stoicis, ut negent quidquam posse percipi nisi tale verum, quale falsum esse non possit. de Finn. 5, 26, 76. — Stoici multa falsa esse dicunt longeque aliter se habere ac sensibus videantur. Acad. 2, 31, 101. — Stoici iudicandi vias diligenter persecuti sunt ea scientia, quam διαλεκτικήν appellant; inveniendi artem, quae τοπική dicitur, - - - totam reliquerunt. Topic. 2, 6. — Cum duae sint artes, quibus perfecte ratio et oratio compleatur, una inveniendi, altera disserendi, hanc posteriorem et Stoici et Peripatetici, priorem autem illi (Peripatetici) egregie tradiderunt; hi (Stoici) ne attigerunt quidem. de Finn. 4, 4, 10. — Stoici soritem et ψευδόμενον plagas ipsi contra se texuerunt. Acad. 2, 48, 147. — Breviter adstringere solent argumenta. Tuscul. 3, 6, 13. — Stoici omnino irasci nequeunt; soli ex omnibus eloquentiam virtutem ac sapientiam esse dixerunt; irridentur de Or. 3, 18, 65 et seqq. — Stoici traducti a disputando ad dicendum plerumque inopes reperiuntur. Brut. 31, 118. — Eorum adstrictior est oratio aliquantoque contractior, quam aures populi requirunt. Ibid. §. 120. — Stoicorum obscuritas. de Finn. 4, 1, 2. — Stoicorum dumeta. Acad. 2, 35, 112. — Stoicorum laquei. Tuscul. 5, 27, 76. — Stoicorum pancratium (proverb.) Varro Fragm. p. 310. Bip. — Stoicorum ineptiae in notationibus vocabulorum. Cic. Fragmm. p. 488. — Nova verba fingunt; deserunt usitata. de Finn. 4, 3, 7. — Stoica haeresis nullum sequitur florem orationis neque dilatat argumentum, sed minutis interrogatiunculis quasi punctis quod proposuit efficit. Parad. Prooem. 2. — Eorum πρόνοια anus fatidica a Velleio Epicureo dicta atque irrisa. de Nat. D. 1, 8, 18. Ibid. §. 20. seqq. — Anile sane et plenum superstitionis fati nomen ipsum; sed tamen apud Stoicos de isto fato multa dicuntur. de Divin. 2, 7, 19. Ibid. 8, 21. Ibid. 9, 24. Ibid. 14, 33. Ibid. 17, 40. — Ex genere causarum ex aeternitate pendentium fatum a Stoicis nectitur. Topic. 15, 59. — Stoicorum arx (argumentum praecipuum): si divinatio est, dii sunt, et si dii sunt, est divinatio. de Divin. 1, 6, 10. — Eorum sententia de divinatione. de Divin. 1, 3, 5 et 6. — Eorum ratiocinatio de divinatione. de Divin.

1, 38, 82. Ibid. 2, 49, 101. — Eorum sententiae de divinatione passim refutatae. de Divin. 2, 19, 44. — Nimis superstitiosa eorum de divinatione sententia. Ibid. 48, 100. — Stoici negant quemquam nisi sapientem divinum (id est, *rerum futurarum praesagum*) esse posse. de Divin. 2, 63, 129. — Omnia fato fieri dicunt; unde iis consentaneum est oracula ceteraque, quae ad divinationem pertinere dicuntur, comprobare. de Fato 15, 33. — Ab iis genera divinandi artificiosa defenduntur, a Peripateticis improbantur. de Divin. 1, 33, 72. — Eorum sententia de extispicio. de Divin. 1, 52, 118. — Stoici dicunt hunc mundum esse sapientem, habere mentem, quae et se et ipsum fabricata sit et omnia moderetur, moveat, regat. Est eis persuasum etiam solem, lunam, stellas omnes, terram, mare deos esse, quod quaedam animalis intelligentia per omnia ea permanet et transeat: fore tamen aliquando, ut omnis hic mundus ardore deflagret. Acad. 2, 37, 119. — Stoici et deos esse et quattuor ex rebus omnia constare dixerunt cet. de Finn. 4, 5, 12. — Eis aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur. Acad. 2, 41, 126. — Stoici omnia solent ad igneam vim referre, Heraclitum, ut opinor, sequentes. de Nat. D. 3, 14, 35. — Stoici solent, cum artificium effingunt fabricamque divinam, quam sint omnia in hominis figura non modo ad usum, verum etiam ad venustatem apta, describere. de Nat. D. 1, 18, 47. — Placet Stoicis, quae in terris gignantur, ad usum hominum omnia creari, homines autem hominum causa esse generatos. de Off. 1, 7, 22. — Stoicum est, nec admodum credibile, nullum esse pilum omnibus rebus talem, qualis sit alius pilus, nullum granum. Acad. 2, 26, 85. — Stoicorum facilis conclusio est, ut cuius in potestate summum bonum, in eiusdem vita beata sit: ita fit semper vita beata sapientis. Tusc. 5, 28, 82. Ibid. 29, 83. — Stoicis finis consentire naturae, quod esse volunt e virtute, id est, honeste vivere; quod ita interpretantur, vivere cum intelligentia earum rerum, quae natura evenirent, eligentem ea, quae essent secundum naturam reiicientemque contraria. de Finn. 2, 11, 34. — Stoicorum finis: nihil bonum, nisi honestum. Tuscul. 5, 30, 84. — Stoici *praecipua* vel *producta* dicunt, quae *bona* Peripatetici. Tuscul. 5, 16, 47. — Facere omnia, ut adipiscamur quae secundum naturam sunt, etiam si ea non assequamur, id esse et honestum et solum per se expetendum et solum bonum Stoici dicunt. de Finn. 5, 7, 20. — Eorum doctrina de honesto. de Off. 3, 3, 11. — Stoici hoc uno vitio maxime premi videntur, quod se posse putant duas contrarias sententias obtinere. Quid enim tam repugnans quam eundem dicere, quod honestum sit, solum id bonum esse, qui dicat appetitionem rerum ad vivendum accommodatarum a natura profectam. de Finn. 4, 28, 79. — Stoici mihi in hoc iocari videntur interdum, cum ita dicunt, si ad illam vitam, quae cum virtute degatur, ampulla aut strigilis accedat, sumpturum sapientem eam vitam potius, cui haec adiecta sint, nec beatiorem tamen ob eam causam fore. de Finn. 4, 12, 30. — Pugnant Stoici cum Peripateticis. Alteri negant quidquam esse bonum, nisi quod honestum sit: alteri, plurimum se et longe longeque plurimum tribuere honestati, sed tamen et in corpore et extra esse quaedam bona. de Finn. 2, 21, 68. — Stoicorum et Peripateticorum controversiam de finibus bonorum solebat tamquam honorarius arbiter iudicare Carneades. Tuscul. 5. 41, 119. — Stoici negant fugere sapientes. Pseudocic. ad Brut. 1, 15. — Stoici et sapientem amaturum esse dicunt et amorem ipsum conatum amicitiae faciundae ex pulchritudinis specie definiunt. Tuscul. 4, 34, 72. — Stoici contortulis quibusdam ac minutis conclusiunculis nec ad sensus permanantibus effici volunt non esse malum dolorem. Tuscul. 2, 18, 42. (Cfr. Ibid. 12, 29.) — Stoici amorem negant stupri esse. (dicebant scil. amorem μὴ εἶναι συνουσίας, ἀλλὰ φιλίας. Diog. Laërt. 7, 130.) Tuscul. 4, 33, 70. — Stoici censent sapientes sapientibus etiam ignotis esse amicos. de Nat. D. 1, 44, 121. — Hoc a Socrate acceptum diligenter Stoici retinuerunt, omnes insipientes esse non sanos. Tuscul. 3, 5, 10. — Stoici omnes insipientes insanos esse dicunt. Tuscul. 4, 24, 54. — Iam proverbii locum obtinet, *hominem frugi omnia recte facere*, quod idem cum Stoici de sapiente dicunt, nimis admirabiliter nimisque magnifice dicere videntur. Tuscul. 4, 16, 36.

— Stoici dicunt, omnes esse divites, qui caelo et terra frui possint. ad Fam. 7, 16, 2. — Probe definitur a Stoicis fortitudo, cum eam virtutem esse dicunt propugnantem pro aequitate. de Off. 1, 19, 62. — Stoici urbanitatem virtutem esse rectissime putant. ad Fam. 3, 7, 5. — Definitiones perturbationum animi ab iis constitutae. Tusc. 4, 6, 11. seqq. usque ad Cap. 14, 33. — Placet Stoicis omnia peccata esse paria; at hoc Antiocho vehementissime displicet. Acad. 2, 43, 133. — In quaestione de officiis Cicero potissimum Stoicos sequitur. de Off. 1, 2, 6. — Nequaquam audiendi sunt Cynici aut si qui fuerunt Stoici paene Cynici, qui reprehendunt et irrident, quod ea, quae re turpia non sunt, verbis flagitiosa ducamus. de Off. 1, 35, 128. — Stoici contendebant scripta Lycurgi, Solonis, XII. Tabulas nostras non esse leges. Acad. 2, 44, 136. — Stoicorum doctrina magis gustata quam potata delectat. Tuscul. 5, 5, 13. Ibid. 7, 18. — Utrum poëtae Stoicos depravarint, an Stoici poëtis dederint auctoritatem, non facile dixerim; portenta enim ab utrisque et flagitia dicuntur. de Nat. D. 3, 38, 91.

Sex. Stola, primarius vir, iudex in L. Flacci causa. pro Flacco 20, 46.

Stolo. Vide Licinius Stolo.

Strabo. ad Att. 12, 17. augur fuisse videtur, quod Ciceronem excusavit, qui in coena augurali Appuleii non adfuerat. Ea autem excusatio non valebat nisi per augures minimum tres fieret. Ibid. Ep. 14, 1. — Corradus putat esse M. Lenium Strabonem, de quo supra in Leniis. Ern.

Strabo nescio qui, qui in scholis nominari solet, mille et octoginta stadia quod abesset, videbat. Acad. 2, 25, 81. (cfr. Davies.) Fragm. Libri Admirand. 6. p. 494. Ed. meae. — Strabo pervidebat CXXV. M. passuum. Varro Fr. p. 356. Bip.

Strato, Lampsacenus, Theophrasti auditor, quamquam fuit acri ingenio, tamen a disciplina Peripateticorum omnino semovendus est; qui cum maxime necessariam partem philosophiae, quae posita est in virtute et in moribus, reliquisset totumque se ad investigationem naturae contulisset, in ea ipsa plurimum discedit a suis. Acad. 1, 9, 34. — Strato negat opera deorum se uti ad fabricandum mundum; quaecunque sint, docet omnia effecta esse natura. Acad. 2, 38, 121. — Strato, Theophrasti discipulus, physicum se voluit. In quo etsi est magnus, tamen nova pleraque et perpauca de moribus. de Finn. 5, 5, 13. — Non audiendus Strato, is qui physicus appellatur, qui omnem vim divinam in natura sitam esse censet, quae causas gignendi, augendi, minuendi habeat, sed careat omni sensu et figura. de Nat. D. 1, 13, 35.

Strato, medicus, servus A. Rupilii medici. pro Cluentio 63, 176. — Domi furtum fecit et caedem. Ibid. 64, 179. — A Sassia in crucem actus exsecta lingua. Ibid. 66, 187.

Stratocles. Ut tu de Coriolano, sic Clitarchus, sic Stratocles de Themistocle finxit. Brut. 11, 42. Rhetor et historicus Graecus, de quo diligenter egit Ruhnkenius ad Rutil Lup. p. 32.

Stratonicus citharista: facetum eius dictum de Alabando deo. de Nat. D. 3, 19, 50. — Eius dicta faceta multa collegit Athenaeus Lib. 8. C. 41. seqq.

Stratorius. Vide Tratorius.

Stratus, Aetoliae oppidum, olim Acarnanum caput. in Pison. 37, 91.

Strenia dea. ad Att. 15, 26, 4. — Streniae sacellum ad caput Sacrae viae. Varro LL. 5, 8. p. 53.

Strobilus, persona Varroniana. Varro Fr. p. 271. Bip.

Styx. de Nat. D. 3, 7, 43.

Suada. Πειθώ quam vocant Graeci, Suadam appellavit Ennius. Brut. 15, 59. — Suadae medullam Ennius dixit M. Cethegum. Cato 14, 50.

C. Subernius (al. male *Suberinus*), Calenus, Ciceronis familiaris. Eum Dolabellae commendat. (a. u. c. 709.) ad Fam. 9, 13, 1.

Sublicius pons. Varro LL. 5, 15. p. 87.

Subura Suburam a pago Succusano dictam puto Succusam, (*quia in nota etiam*) nunc scribitur tertia litera *C*, non *B*. Varro LL. 5, 8. p. 53. De scriptura *Subura* cfr. Oudendorp. ad Suet. Caes. 46.

Suburana regio. Varro LL. 5, 8. p. 51.

Suburana tribus, urbana. Inter tribus XXXV. prima numerabatur. de

lege agr. 2, 29, 79. Notae eius in Inscriptt. sunt SVB. SVBVRA. SVC. (Sucusana). Cfr. Inscriptt. meas Vol. II. p. 17.

SUCRO fluvius Hispaniae, hodie *Xucar*. Inde Sucronense proelium acerrimum et maximum in bello Sertoriano a. u. c. 678. pro Balbo 2, 5.

SUESSA AURUNCA, Campaniae oppidum, inter Teanum Sidicinum et Minturnas. Philipp. 3, 4, 10. Philipp. 4, 2, 4. — Suessam, lautissimum oppidum, nunc municipum, honestissimorum quondam colonorum, fortissimorum militum sanguine implevit Antonius. Philipp. 13, 8, 18.

SUESSA POMETIA, urbs opulenta Volscorum, capta a Tarquinio Superbo. de Rep. 2, 24, 44.

L. SUETIUS, testis contra Verrem. Verr. Accusat. 1, 5, 14. — Memoratur etiam Verr. Accusat. 2, 12, 31. Verr. Accusat. 5, 47, 147.

SUFENAS. A. d. III. Non. Quint. (a. u. c. 700.) Sufenas et Cato absoluti, Procilius condemnatus. ad Att. 4, 15, 4. — Sufenas Pompeianus erat cum imperio a. u. c. 705. ad Att. 8, 15, 3. Est M. Nonius Sufenas praetor illius anni.

NUM. SUFFUCIUS, honestus homo et nobilis, Praenestinarum sortium inventor. de Divin. 2, 41, 85.

SULLA. Vide L. CORNELIUS SULLA.

SULMO, oppidum in Pelignis, hodie *Sermoneta*. — Sulmone C. Attius Pelignus aperuit Antonio portas a. u. c. 705. ad Att. 8, 4, 3. Ibid. Ep. 12. A., 1.

SULMONENSES M. Antonio a. u. c. 705. portas aperuerunt. Caesar Civ. 1, 18.

SULPICIUS patronus C. Sulpicii Olympi circa a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 48, 125.

C. SULPICIUS, praetor, Cicerone consule (a. u. c. 691.) in Catil. 3, 3, 7. — Aliunde haud notus, mihi suspectus.

P. SULPICIUS cum Sp. Tarpeio et C. Iulio legatus a patribus ad plebem missus. Ascon. in Cornel. p. 77.

SERV. SULPICIUS CAMERINUS consul cum M'. Tullio Longo a. u. c. 254. Brut. 16, 62. — Ad hunc et sequentem refertur locus pro Murena 7, 16.: „Non ex sermone hominum recenti, Ser. Sulpici, sed ex annalium vetustate eruenda est memoria nobilitatis tuae.“

C. SULPICIUS GALBA, Ser. F., P. Crassi Muciani gener, Brut. 26, 98. — Laudabant hunc patres nostri, favebant etiam propter patris memoriam, sed cecidit in cursu. Nam rogatione Mamilia, Iugurthinae coniurationis invidia, cum pro se ipse dixisset, oppressus est. Exstat eius peroratio, qui epilogus dicitur; qui tanto in honore, pueris nobis, erat, ut eum etiam edisceremus. Hic, qui in collegio sacerdotum esset, primus post Romam conditam iudicio publico est condemnatus. Ibid. 33, 127. Cfr. Ibid. 34, 128. de Or. 1, 56, 239.

P. (SULPICIUS) GALBA, iudex reiectus a C. Verre. (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 1, 7, 18. Idem videtur cum sequente: P. Sulpicius, index tristis et integer, magistratum ineat oportet Non. Decembribus a. u. c. 684. (Quem magistratum, non constat.) Verr. Act. 1, 10, 30. — P. Galba, competitor Ciceronis in consulatu a. u. c. 689.: P. Galbam et L. Cassium, summo loco natos, quis est qui petere consulatum putet? Q. Cic. de Pet. C. 2, 7. — Praepostera eius prensatio. ad Att. 1, 1, 1. — Superavi dignitate Catilinam, gratia Galbam. pro Murena 8, 17. — P. Sulpicius Galba (patricius) competitor Ciceronis in consulatus petitione, vir sanctus et sobrius. Ascon. in tog. cand. p. 82. — P. Galba, pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Galba, augur a. u. c. 705. ad Att. 9, 9, 3.

SERVIUS SULPICIUS GALBA, praetor a. u. c. 603., consul a. u. c. 610. — Divinus homo in dicendo, rudis in iure civili. de Or. 1, 10, 39. — Dicendi gloria praestitit. Ibid. 13, 58. — In dicendo atrocior acriorque Laelio. Lepida de eo narratio. Brut. 22, 86. — Elegantia in Laelio fuit; vis in Galba. Ib. 23, 89. — Lusitani ab eo propraetore a. u. c. 605. contra interpositam fidem interfecti; accusatus ideo a L. Scribonio Libone, trib. pl. Ibid. —. Quomodo absolutus sit. Ibid. §. 90. — Iudicium de eius orationibus. Ibid. §. 91. Ibid. 24, 93. — Ei cedebat Cato senior. Ibid. 97, 333. — Ser. Sulpicius Galba, reus factus a. u. c. 605. a L. Scribonio Libone trib. pl. propter Lusitanos contra interpositam fidem interfectos (Sueton. Galba 3. Valer. Max. 9, 6, 2.) populi misericordiam concitavit, C. Sulpicii Galli, propinqui sui

Q. pupillum filium ipse paene in humeros suos extollens. de Or. 1, 53, 227. — Ibid. C. 56, 239.: lepida de eo narratiuncula. — Contra eum M. Cato ad populum summa contentione dixit (a u. c. 605.) Brut. 20, 80. ad Attic. 12, 5, 3. — Cato Sapiens accusavit Sergium (l. Servium) Galbam pro direptis Lusitanis. Pseudoascon. in Divin. p. 124. (Corrigenda haec ex praecedentibus.) — Eum M. Catoni Censorio, incumbenti ad eius perniciem populus Romanus eripuit. (a. u. c. 605.) pro Murena 28, 59. — De absolutione Galbae et Catonis ea de re iudicio cfr. Frontonem Ed. Rom. p. 83. — Is princeps ex Latinis illa oratorum propria et quasi legitima opera tractavit; sed nescio quomodo huius, quem constat eloquentia praestitisse, exiliores orationes sunt et redolentes magis antiquitatem quam aut Laelii aut Scipionis aut etiam ipsius Catonis; itaque exaruerunt, vix iam ut appareant. — Oratio pro publicanis habita a. u. c. 616. Brut. 21, 82. Cfr. Ibid 33, 127. Cfr. Ibid. 86, 295. — Asperitatem habuit. de Or. 3, 7, 28. — Sulpicius nihil leniter dixit. Orat. 30, 106. — In dicendo lateribus et clamore contendebat. de Or. 1, 60, 255. — Doctum fuisse traditum est. Tuscul. 1, 3, 5. — Eum Laelius, quoad vixit, omnibus anteponebat. de Rep. 3, 30, 42. — Vicinus Ennii. Acad. 2, 16, 51. — Eius dictum. de Or. 2, 65, 263. de Or. 2, 2, 9. Her. 4, 5, 7.

Ser. Sulpicius Ser. F. Ser. N. Galba, praecedentis filius, consul a. u. c. 646., cum interficeretur Saturninus a. u. c. 654., pro salute communi arma cepit. pro C. Rabirio perd. 7, 21.

Ser. Sulpicius Galba (nepos Galbae, eloquentissimi hominis, proavus Galbae imperatoris) a. u. c. 696. a Caesare in Nantuates, Veragros Sedunosque missus. Caesar. Gall. 3, 1. — Eos fudit; sed tamen in Allobrogas exercitum reducit. Ibid. 6. — Ereptum ei consulatum anni 705. moleste ferebat Caesar. Bell. Gall. 8, 50. — Praelium Mutinense (a. u. c. 711.) exponit Ep. 30. ad Fam. Lib. 10. — Praeesse is solebat legioni Martiae. Ibid. §. 1. — Familiaris D. Bruti. ad Fam. 11, 18, 1. — Ser. Galba, fortissimus et constantissimus civis, de Caesaris percussoribus: „eodem pugione succinctus in castris“, obiiciente Antonio. Philipp. 13, 16, 33. — Ser. Sulpicius Galba sponsor pro Cn. Pompeio filio, homo in re familiari non parum diligens. ad Fam. 6, 18, 3. Cfr. Val. Max. 6, 2, 11. Sueton. Galba 3. Heindorf. ad Horat. Sat. 1, 2, 46.

C. Sulpicius Olympus: eius testamentum irritum factum a C. Verre praetore urbano a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 48, 125.

C. Sulpicius Gallus. Eius filius Q. Sulpicius Gallus praematura morte exstinctus. de Or. 1, 53, 228. — C. Sulpicius Gallus constanter filii pueri mortem tulit. Lael. 2, 9. Ibid. 6, 21. ad Fam. 4, 6, 1. — C. Sulpicius Gallus maxime omnium nobilium Graecis litteris studuit: isque et oratorum in numero est habitus et fuit reliquis rebus ornatus atque elegans. Brut. 20, 78. — Praetor a. u. c. 585. Ibid. — Brut. 23, 90. — C. Sulpicius Gallus, cos. a. u. c. 588. cum M. Claudio Marcello. — Doctissimus homo, astrologiae peritus. de Rep. 1, 14, 21. — In primis L. Aemilio Paullo Macedonico probatus; eius legatus in Macedonia. a. u. c. 587. Ibid. 15, 23. — Mori videbamus in studio dimetiendi caeli atque terrae C. Gallum, familiarem L. Aemilii Paulli. Quoties illum lux, noctu aliquid describere ingressum, quoties nox oppressit, cum mane coepisset! Quam delectabat eum defectiones solis et lunae multo nobis ante praedicere! Cat. 14, 49. Lael. 27, 101. — C. Sulpicius Gallus in astrologia multum operae curaeque posuit. de Off. 1, 6, 19. — Confer Liv. 44, 37. Plin. H. N. 2, 12. et quos ibi laudat Harduinus. Cfr. Pighium ad a. 587. et in primis ad a. 576. Ern. In Schuetzii Indice p. 208. male ad hunc C. Sulpicium Gallum refertur locus Topic. 12, 51.: „Nihil hoc ad nos, ad Ciceronem, inquiebat Gallus noster“: quem Ernestius recte rettulerat ad C. Aquillium Gallum.

Q. Sulpicius Gallus, filius C. Sulpicii Galli. de Or. 1, 53, 228. Brut. 23, 90.

C. . . . . . . Gallus (al. *Gallius*) senator, vir primarius, eduxit Q. Apronium, postulavit a L. Metello, ut ex edicto suo iudicium daret in illum; non potuit impetrare. Verr. Accusat. 3, 65, 152. — Incertum, utrum sit e Sulpiciis, an ex Aquilliis.

P. Sulpicius Rufus, natus a. u. c. 630., M. Livii Drusi trib. pl. a. u. c. 663. maxime familiaris, et in quo magnam tum spem (optimates) maiores natu dignitatis suae collocabant. de Or. 1, 7, 25. — Magnas in tribunatu pl. a. u. c. 666. turbas movit. Vellei. Pat. 2, 18. — Eius laudes. de Or. 1, 29, 131. — P. Sulpicius fortissimo animi impetu, verborum ea gravitate et copia, ut unus ad dicendum instructissimus a natura esse videretur. de Or. 3, 8, 31. — Eius tanta in dicendo gravitas, tanta iucunditas, tanta brevitas fuit, ut posset, vel ut prudentes errarent, vel ut boni minus bene sentirent, perficere dicendo. de Harusp. resp. 19, 41. — P. Sulpicius cum C. Cotta inter suos aequales facile primas tulit. Brut. 49, 183. — Maxime omnium grandis et tragicus orator. Ibid. 55, 203. — Crassum volebat imitari, Cotta malebat Antonium; sed ab hoc vis aberat Antonii, Crassi ab illo lepos. Ibid. — Sulpicii orationes, quae feruntur, eas post mortem eius scripsisse P. Canutius putatur. Ipsius Sulpicii nulla oratio est. Ibid. 56, 205. Ibid. 57, 207. Ibid. 86, 297. Ibid. 89, 304. Ibid. 306. — Sulpicii nullum exstat ardentis orationis exemplum. Or. 38, 132. — Iudicium de eius genere dicendi. de Or. 2, 21, 88. — Accusavit C. Norbanum quaestorem M. Antonii oratoris, a. u. c. 660. Ibid. §. 89. — Luxuries eius generis dicendi. Ib. Cap. 23, 96. — Eius eloquentiam accusatio illustravit, cum seditiosum et inutilem civem, C. Norbanum in iudicium vocavit. (a. u c. 660.) de Off. 2, 14, 49. — P. Sulpicius Rufus tribunus pl. capitali odio a Q. Pompeio, qui tum (a. u. c. 666.) erat consul (cum Sulla), dissidebat, quocum coniunctissime et amantissime vixerat. Lael. 1, 2. — Eum ab optima causa profectum Caioque Iulio Caesari Straboni consulatum contra leges petenti resistentem, longius, quam voluit, popularis aura provexit. de Harusp. resp 20, 43. — P. Sulpicius tribunus pl. a. u. c. 666. cum P. Antistio minus acute causam agebat contra C. Iulii Caesaris Strabonis consulatus petitionem extraordinariam. Brut. 63, 226. — Eius contentio cum C. Iulio Caesare a Mario occiso. Ascon. in Scaur. p. 24. — Sulpicius intercesserat, ne exsules reducerentur cet. Her. 2, 28, 45. — Etiam in contentione Sulpicii leges Aelia et Fufia vixerunt. in Vatinium 9, 23. — Eius tribunatus. Cornel. II. Fragmm. 4. p. 453. — Ei ad summam gloriam eloquentiae efflorescenti ferro erepta vita est et poena temeritatis non sine magno reip. malo constituta. de Orat. 3, 3, 11. — P. Sulpicium Rufum ne depellere quidem a se sine ferro potuit res publica. de Legg. 3, 9, 20. — Sulla cum Sulpicio de iure legum, quas per vim latas Sulla dicebat, bellum civile gessit. Philipp. 8, 2, 7. — Eum oppressit L. Sulla. in Catil. 3, 10, 24. — P. Sulpicius tribunus pl. a. u. c. 666. de libertinorum suffragiis legem tulit. Consulis (Sullae) armis iure oppressus esse visus est. Ascon. in Cornel. p. 6[illegible]. — Occisus. Brut. 63, 227. — P. Sulpicium, cui paullo ante omnia concedebant, brevi spatio non modo vivere, sed etiam sepeliri prohibuerunt. Herenn. 4, 22, 31. — Eius interfector facinus suum iussu consulum defendit. Her. 1, 15, 25.

P. Sulpicius Rufus, Caesaris legatus in Gallia a. u. c. 699. Caesar Gall. 4, 22. — Sulpicius legatus Caesaris in Hispania a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 74. — P. Sulpicius praetor a. u. c. 706. Vibone praeerat classi Caesarianae, quam aggressus est C. Cassius. Caesar Civ. 3, 101. — P. Sulpicius, legatus Caesaris, cum Vatinio in Illyrico rem gesserat (Scriptor Belli Afric. C. 10.), unde Imperator dictus a. u. c. 709. Ad eum est Ep. 77. Lib. 13. ad Famil.

Ser. Sulpicius Q. F. Lemonia Rufus (Philipp. 9, 7, 15.), iureconsultus illustrissimus. — Partim cum Scaevola, partim cum Cicerone comparatur. Brut. 0, 150. — Eloquentiae tantum assumpsit, ut ius civile facile posset tueri. Ibid. — Rhodum profectus, quo melior esset et doctior, et, inde ut rediit, videtur mihi in secunda arte (in iure civili) primus esse maluisse quam in prima secundus. Ibid. 41, 151. Cfr. seqq. §§. — L. Lucilio Balbo et C. Aquillio Gallo operam dedit. Ibid. 42, 154. — Exulem Sami audivit M. Brutus. Ibid. §. 156. — Ab eo uno nunc ius civile summa auctoritate et scientia sustinetur. de Legg. 1, 5, 17. — Quid responderit in causa Siliana: ad Fam. 7. 21. — Ser. Sulpicius quomodo v. *postliminium* explicarit: Topic. 8, 36.

Boëth. IV. p. 336. — Ei praetori sorte quaestio peculatus evenerat. In provinciam ire noluit. pro Murena 20, 42. — Ser. Sulpicius L. Murenam de ambitu accusavit. Lepide exagitatur a Cicerone. pro Murena 3, 7. seqq. — Eius pater equestri loco, avus nulla illustri laude celebratus. Ibid. 7, 16. — Cn. Pompeius ab interrege Ser. Sulpicio V. Kal. Mart. mense intercalario (a. u. c. 702.) consul creatus est. Asc. in Mil. p. 37. — Ser. Sulpicius, M. Marcellus. Iis Coss. (703.) renovatum foedus cum Rhodiis. ad Fam. 12, 15, 2. — Ser. Sulpicius consul cum M. Marcello. Caelius ad Fam. 8, 8, 5. — Nosti Marcellum, quam tardus et parum efficax sit; itemque Servius quam cunctator. Ibid. 10, 3. — Res Romana plurimum imperio valuit Ser. Sulpicio et M. Marcello coss. (a. u. c. 703.) omni Gallia cis Rhenum atque mare nostrum atque Oceanum perdomita. Sal. Hist. 1, 7. — Eius moderatione in certamine inter Caesarem et Pompeium contentus erat Atticus. (a. u. c. 704.) ad Att. 7, 3, 3. Ibid. Lib. 8, 1, 3. — Servium exspecto, nec ab eo quidquam ὑγιές. ad Att. 10, 12, 4. Ib. Ep. 13, 2. — Perturbatus metu. Ib. Ep. 14, 1. — Tardus est ad exeundum: multo se in suo lectulo malle, quidquid foret. Odiosus scrupulus de (eius) filii militia Brundisina. Ib. §. 3. Ib. Ep. 15, 1. (Cfr. Ferratium ad Philipp. 13, 13, 8.) — Erit immitissimus Servius, qui filium misit ad affligendum Cn. Pompeium aut certe capiendum, cum Pontio Titiniano. Etsi hic quidem timoris causa, ille vero? — ad Att. 9, 19, 2. Ib. Lib. 10, 3, 2. Ib. Ep. 7, 2. — Eius filius in Caesaris comitatu a. u. c. 705. ad Att. 9, 18, 2. — Questus erat cum Caesare quod non idem sibi, quod Ciceroni, remisisset. Lib. 10, 3, 2. — Sulpicii consilium etsi non tam gloriosum est quam Catonis, tamen et periculo vacuum est et dolore (a. u. c. 706.) ad Att. 11, 7, 4. Ib. Ep. 13, 1. — Illud παρὰ τὴν ἱστορίαν, tu praesertim: „me reliquum consularem.“ Quid? tibi Servius quid videtur? (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 10, 1. — Ser. Sulpicium Graeciae praefecit Caesar. ad Fam. 6, 6, 10. — Ser. Sulpicius, proconsul Achaiae (a. u. c. 709.) Habes, A. Torquate, (qui Athenis exulabatur) Ser. Sulpicium, quem semper unice dilexisti; qui te profecto et benevolentia et sapientia consolatur; cuius si essemus et auctoritatem et consilium secuti, togati potius potentiam, quam armati victoriam subissemus. ad Fam. 6, 1, 6. Cfr. Ibid. 4, 5. — Ciceronis Epistolae ad eum scriptae ad Fam. 13. Ep. 17 — Ep. 28. a. — Varronis ad eum epistola. Varro Fr. p. 199. Bip. — Ser. Sulpicius Ciceronem consolatur de obitu Tulliae (a. u. c. 709.) ad Fam. 4, 5. — Imitatus est celebratissimam hanc epistolam Ambrosius Epist. 2, 8. ad Faustinum. — Idem de M. Marcelli caede a P. Magio Cilone patrata Athenis a. u. c. 709. τὰ κατὰ μέρος perscribit Ciceroni ad Fam. 4, 12. — Ser. Sulpicius. pro Deiotaro 11, 32. — Censuit, ne qua tabula post Idus Martias ullius decreti Caesaris aut beneficii figeretur. Philipp. 1, 1, 3. — Servii orationem cognosco; in qua plus timoris video quam consilii. Sed quoniam perterriti omnes sumus, assentior Servio. ad Att. 14, 19, 4. — Servius proficiscens quod desperanter tecum locutus est, minime miror; neque ei quidquam in desperatione concedo. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 18, 3. — Ser. Sulpicius et summa auctoritate et optime sentiens. ad Fam. 12, 2, 3. — Eius morte magnum praesidium amisimus. Ibid. 5, 3. — Magnum damnum factum est in Servio. ad Fam. 10, 28, 3. — In legatione ad M. Antonium a. u. c. 711. mortuus: amplissimae eius laudes. Philipp. 9, 1, 1. seqq. — Mirifice maiorum continentiam diligebat: huius seculi insolentiam vituperabat. Philipp. 9, 6, 13. — Decretum honorificentissimum de statua pedestri aenea in Rostris ei ponenda cet. propositum a Cicerone. Philipp. 9, 7, 15. seqq. — Hic cum in legatione perisset, statuam ei populus Romanus pro Rostris posuit et hodieque exstat pro Rostris Augusti. Reliquit autem prope centum et octoginta libros. Sex. Pomponius de Orig. Iuris §. 44. Iam ex Ciceronis et Pomponii locis Octavius Boldonius confinxit inscriptionem, quae legitur apud Reinesium VII. XXX. p. 504. — Memoratur praeterea Philipp. 8, 7, 22. ad Fam. 3, 3, 1. ad Fam. 7, 31, 2. ad Att. 2, 5, 2. ad Att. 5, 4, 1. ad Att. 5, 21, 9. Victorinus 1. p. 5. — „Ser. Sulpicius nomine inter Caesarem et Pompeium medius, re Caesarianus.“ Martyni-Laguna Epp. Cic. p. 158. Cfr. Quaestionum de Servio Sulpicio Rufo Iurisconsulto Romano Specimen duplex.

Scripsit Robertus Schneider. Lipsiae 1834. 8.

Ser. Sulpicius Rufus, filius praecedentis, adolescens ingeniosus et bonus. Subscriptor accusationis L. Murenae. pro Murena 26, 54. Ibid. 27, 56. — A. u. c. 705. erat in Caesaris comitatu. ad Att. 9, 18, 2. Ibid. Ep. 19, 2. Ibid. 10, 14, 3. — Consobrinus D. Bruti. ad Fam. 11, 7, 1. Ibid. 24, 2. — Ser. Sulpicius filius. Philipp. 9, 5, 12. — „Servius noster" (ad patrem scribit). ad Fam. 4, 2, 1. — Eius laudes. Ibid. Ep. 4, 5. Vide Postumia. Idem est, qui apud Festum in v. *Municeps*, „Servius filius" dicitur. Cfr. supra p. 566. A. v. 33.

Summanus cum in fastigio Iovis opt. max., qui tum erat fictilis, e caelo ictus esset nec usquam eius simulacri caput inveniretur, haruspices in Tiberim id depulsum esse dixerunt; idque inventum est eo loco, qui est ab haruspicibus demonstratus. de Divin. 1, 10, 16. Varro LL. 5, 10. p. 79. — De Summano Ovid. Fast. 6. 731. negat se satis, qui sit, scire. Glossae: Summanus, Ἅιδης, Προμηθεύς. Plinius H. N. 2, 52. ei tribui dicit nocturna fulmina; quem sequitur Augustinus Civ. D. 4, 23. et alii; eoque pertinet Inscriptio apud Gruterum CXXI. N. 1. (ex Monum. Fratr. Arval.) Lapis antiquus, in quo Iuppiter Summanus exhibetur, illustratur in libro Benedictini Monachi *Explication de divers monumens singuliers* p. 334. Ern. — Deus est et Etruscus et Romanus, regnator caeli nocturni, ut diurni Iuppiter. Cfr. Müller *Etrusker* 2, 60. 167. 249.

Sunium. Atticae promontorium. ad Att. 13, 10, 3. — Quodsi δήμους oppida volumus esse, tam est oppidum Sunium quam Piraeeus. ad Att. 7, 3, 10. — Vide etiam Adnotatt. meas ad locum corruptum de Legg. 2, 2, 5.

Suovetaurilia. Populus Romanus cum lustratur suovetaurilibus, circumaguntur verres, aries, taurus. Varro RR. 2, 1, 10. Vide Solitaurilia.

Sura ad Fam. 5, 11. incertum, utrum sit Lentulus aliquis Sura (Glandorp.), an libertus, ut volt Schuetzii Index.

Suthul, Numidiae oppidum, ubi Iugurthae thesauri erant, obsessum ab A. Postumio Albino a. u. c. 644. Sal. Iug. 37.

Sybaritana praeda. Varro Fr. p. 215. Bip.

Sybaritanus ager: eius fertilitas. Varro RR. 1, 44, 2.

Sybaris, qui nunc Thurii dicuntur. Varro RR. 1, 7, 6. — Eo pervenit Pythagoras. de Rep. 2, 15, 28.

Sybota, insulae tres prope Corcyram. ad Att. 5, 9, 1. Cfr. Schol. Thucyd. ad 1, 47.

Syllus (nomen fortasse corruptum) Academicus ignotus, tempore Zenonis Epicurei. de Nat. D. 1, 34, 93. — Pythagoreus hoc nomine fuit. Sed is huius loci non est. Loquitur enim Cicero de Academicis. Sed de Syllo Academico nihil reperio. Ern.

Symmachus Venerius, decumanus. Verr. Accusat. 3, 40, 92.

Synephebi, Menandri et Caecilii Statii fabulae. Tuscul. 1, 14, 31. Opt. gen. or. 6, 18. de Finn. 1, 2, 4. de Nat. D. 1, 6, 13. Ibid. 3, 29, 72.

Synnada sive Synnas, oppidum Phrygiae Salutaris, celebratum propter marmor. ad Fam. 3, 8, 5. ad Att. 5, 15, 2. Ib. Ep. 20, 1. — Synnadense forum. Ib. Ep. 21, 9. ad Fam. 15, 4, 2.

Syphax, rex Numidarum, primo Romanorum, deinde Karthaginiensium socius. Victus in triumpho ductus est. Liv. 30. extr. — In senatu et in consilio de Syphace diu deliberatum est. de Inv. 2, 34, 105. — Syphax (in codd. Salustii etiam *Sufax*). Eius in Africa magnum atque late imperium valuit. Sal. Iug. 5.

Syra area (al. *Cyrea*, *Cyri* e coni.) nomen, ut videtur corruptum. ad Q. Fr. 2, 10, 3.

Syracusae, Siciliae urbs primaria. Earum laudes atque accurata descriptio. Verr. Accusat. 4, 52, 117. seqq. — Syracusarum laudes. Tuscul. 5, 20, 57. — Earum laudes a Timaeo celebratae de Rep. 3, 31, 43. — Nulla ibi fuit res publica, cum essent tyranni. Ibid. et 33, 45. — Syracusarum situs. Orat. 62, 210. — Syracusae, urbs, cuius hic situs atque haec natura esse loci caelique dicitur, ut nullus unquam dies tam magna ac turbulenta tempestate fuerit, quin aliquo tempore eius diei solem homines viderint. Verr. Accusat. 5, 10, 26. — Acta Syracusana est litus in Insula Syracusis post Arethusae fontem propter ipsum introitum atque ostium portus amoeno sane et arbitris remoto

loco. Verr. Accusat. 5, 31, 80. — M. Marcellus, cuius virtute captae, misericordia conservatae sunt Syracusae, habitare in ea parte urbis, quae insula est, Syracusanorum neminem voluit. Hodie quoque in ea parte Syracusanum non licet. Verr. Accusat. 5, 32, 84. — Lautumias Syracusanas omnes audistis; plerique nostis. Opus est ingens, magnificum, regum ac tyrannorum; totum est e saxo in mirandam altitudinem depresso et multorum operis penitus exciso: nihil tam clausum ad exitum, nihil tam saeptum undique, nihil tam tutum ad custodiam nec fieri nec cogitari potest. Verr. Accus. 5, 27, 68. — Carcer a crudelissimo tyranno Dionysio factus Syracusis, quae lautumiae vocantur. Ibid. 55, 143. — Latomiae Syracusis. Varro LL. 5, 32. p. 151. — Plena sunt monumenta Graecorum, quemadmodum sapientissimi viri regna tulerint vel Athenis vel Syracusis. ad Fam. 9, 16, 6. — Syracusis lex est de religione, quae in annos singulos Iovis sacerdotem sortito capi iubeat, quod apud illos amplissimum sacerdotium putatur; cum suffragiis tres ex tribus generibus creati sunt, res revocatur ad sortem. Verr. Accusat. 2, 51, 126. De amplitudine illius sacerdotii, secundum quod anni a Syracusanis, usque dum coloni populi Ro. fierent et Latinitatis ius acciperent, numerabantur, vide Diodorum 16, 70. Vocabatur ἡ ἀμφιπολία Διὸς Ὀλυμπίου ipsique flamines ἀμφίπολοι. *tria genera* puto de tribus urbis partibus intelligendum esse, quoniam ne in quarta parte, Insula, cives Syracusani habitarent, interdictum erat.“ Zumpt. — Brut. 16, 63. — Syracusanae mensae a Platone (Ep. 7.) graviter vituperantur. de Finn. 2, 28, 92. — Syracusiae Italicaeque mensae a Platone reprehensae. Tuscul. 5, 35, 100.

Syracusani, homines periti et humani. Verr. Accusat. 5, 28, 71. — Apud Syracusanos sacerdotium Iovis honos est amplissimus. Verr. Accusat. 4, 61, 137. — Mos est Syracusis, ut, si qua de re ad senatum referatur, dicat sententiam, qui velit: nominatim nemo rogatur; et tamen, ut quisque aetate et honore antecedit, ita primus solet sua sponte dicere, idque a ceteris ei conceditur; sin aliquando tacent omnes, tum sortito coguntur dicere. Verr. Accusat. 4, 64, 142. — Principum (i. e. eorum, qui primi aliquid suaserint), sententiae in senatus consultis perscribi solent. Ibid. §. 143. — Eorum tyrannus Dionysius. de Divin. 1, 20, 39. (H. l. est forma *Syracusii.*)

Syri et Aegyptii: firmiores videas apud eos opiniones esse de bestiis quam apud nos de sanctissimis templis et simulacris deorum. de Nat. D. 1, 29, 81. — Syri piscem venerantur. de Nat. D. 3, 15, 39. — Syri et Iudaei, nationes natae servituti. de prov. cons. 5, 10. — Syrorum ac Persarum barbari reges solent plures uxores habere; his autem uxoribus civitates attribuere cet. Verr. Accus. 3, 33, 76. — Syri venales: ut quisque optime Graece sciebat, ita erat nequissimus. de Orat. 2, 66, 265. de Divin. 2, 46, 96. — „Nemo queritur Syrum nescio quem de grege noviciorum factum esse consulem“, contumeliose de Pisone. in Pison. 1, 1.

Syria Tyrosque parentes Veneris quartae sive Astartes. de Nat. D. 3, 23, 59.

Syria: in ea Chaldaei. de Divin. 1, 41, 91. — Quid nos Syriae rura, quid omnia transmarina vectigalia iuvabunt, tenuissima suspicione praedonum aut hostium iniecta? de lege agr. 2, 29, 80. — Eunuchi ex Syria. Cornel. II. Fragment. 8. p. 453. — Syria teterrime administrata ab A. Gabinio. (a. u. c. 698.) de prov. cons. 4, 9. in Pison. 17, 41. — Magnum in Syria bellum. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 4, 1. — Difficile est in Asia, Cilicia, Syria ita versari vestrum imperatorem, ut nihil aliud quam de hoste ac de laude cogitet. pro lege Manilia 22, 64. — Syriae reges, Antiochus et Seleucus. Verr. Accus. 4, 27, 61. — Syria pro Assyria. Tusc. 5, 35, 101. Cfr. Interpretes ad Suet. Caes. 22. — ad Fam. 9, 15, 4.

Syriaci publicani. ad Q. Fr. 2, 13, 2.

Syriacum vocabulum *camelus.* Varro LL. 5, 20. p. 102.

Syro Epicureus, Ciceronis amicus. ad Fam. 6, 11, 2. de Finn. 2, 35, 119.

Syrtes duae. Sal. Iug. 19. — Ab tractu (ἀπὸ τοῦ σύρειν) nominatae. Earum τοποθεσία. Ibid. C. 78.

Syrtis patrimonii, tralatum vitiosum. de Or. 3, 41, 163.

Syrus mercator. Orat. 70, 232.

Syrus, servus litteratus (Attici). ad Att. 12, 22, 2. ad Att. 15, 17, 1.

Syspira, al. Syrpia, vocabulum corruptum. ad Att. 2, 4, 2. Nonnulli acceperunt de Syspirietide, regione Armeniae magnae, propter aurifodinas celebrata.

Tabellariae leges quattuor, Gabinia, Cassia, Papiria, Caelia. de Legg. 3, 16, 35. seqq.

Tabulae XII. In iis antiquitatis effigies. de Or. 1, 43, 193. — Bibliothecas omnium philosophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus et auctoritatis pondere et utilitatis ubertate superare. de Or. 1, 44, 195. — Duodecim tabulae ab omni iudicio poenaque provocari licere indicant compluribus legibus. de Rep. 2, 31, 54. — Tabulae duodecim declarant condi iam tum solitum esse carmen; quod ne liceret fieri ad alterius iniuriam, lege sanxerunt. Tuscul. 4, 2, 4. — Duodecim tabulae usucapionem intra quinque pedes esse noluerunt. de Legg. 1, 21, 55. — Si in ius vocat. Ibid. 2, 4, 9. — Quae in XII. minuendi sunt sumptus lamentationisque funeris, translata de Solonis fere legibus sunt. de Legg. 2, 25, 59. Cfr. Ibid. 25, 64. — Hominem mortuum in urbe ne sepelito neve urito. de Legg. 2, 23, 58. — Si furiosus escit. Tuscul. 3, 5, 11. Fragmenta earum: de Or. 3, 39, 158. de Legg. 2, 23, 59. et 24, 60. de Off. 1, 12, 37. — *Arcera* etiam in duodecim tabulis appellatur. Varro LL. 5, 31. p. 142. — Cfr. de Rep. 4, 8, 8. Ibid. 10, 12. de Legg. 3, 19, 43. pro Tullio §. 47. seqq. pro Milone 3, 9. Varro LL. 6, 2. p. 187. Varro LL. 7, 3. p. 336. Varro Fr. p. 205. Bip.

Tabulae censoriae. Orat. 46, 156. — Tabularum censoriarum fragmentum. Varro LL. 6, 9. p. 262.

Tadius. ad Att. 1, 5, 6. Ibid. 8, 1.

P. Tadius, argentarius. Verr. Accusat. 1, 39, 100. — P. Tadius, Verris legatus, homo honestus, non ita multum cum illo fuit. Verr. Accusat. 2, 20, 49. Verr. Accusat. 5, 25, 63. — Cfr. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 187. Videtur negotiatus esse Athenis, post Verris legatus in Sicilia. Ern.

Q. Tadius, propter sarta tecta pecuniam dedit C. Verri, praetori urbano a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 49, 128. — Q. Tadius etsi propinquus Verris, testis contra eum. Verr. Accusat. 4, 13, 31. Ernestio videtur idem.

Tages quidam dicitur in agro Tarquiniensi, cum terra araretur, extitisse repente cet. Ab eo haruspicinae disciplina tradita. de Divin. 2, 23, 50. Ovid. Metam. 15, 553. Censorin. de die nat. C. 4. Io. Lydus de Ostentis p. 6. — De eo vide Demster. Etrur. Regal. III. 1., ubi etiam de eius libris, qui Acherontici dicti: et Bonarotam in Addend. §. 17.

Tagrus mons in Lusitania. Varro RR. 2, 1, 19.

Talassio. Varro Fr. p. 357. Bip.

Talna. Vide in Iuventius Talnis.

Tamelastis. Fragmm. p. 570.

Tamisius. Vide Mustela Tamisius.

Tana, Numidiae flumen. Sal. Iug. 90.

Tanagra, oppidum Boeotiae. Pro domo 43, 111.

Tanaquil; eadem dicta Caia Caecilia. Varro Fr. p. 358. Bip.

Tantalidae: eorum internecio. de Nat. D. 3, 38. 90.

Tantalis civitas, quam terra consumpsit hiatu scilicet interceptam, ibique postea oppidum constitutum, cui Sipylo nomen inditum. Schol. Bob. pro Flacco p. 232.

Tantalus, avus Thyestae. Tantalo prognatus sive nepos est Thyestes. Tuscul. 3, 12, 26. — Poëtae impendere apud inferos saxum Tantalo faciunt *Ob scelera animique impotentiam et superbiloquentiam.* Tuscul. 4, 16, 35. — Mors, quasi saxum Tantalo semper impendet. de Finn. 1, 18, 60. — Tantalus mento summam aquam attingens cet. Tuscul. 1, 5, 10. de Off. 3, 21, 84.

L. Tantasius occisus a L. Catilina temporibus Sullanis. Ascon. in tog. cand. p. 84.

Tanusii. Titiniorum ac Nanniorum ac Tanusiorum capita Galli demetebant, quibus Sulla Catilinam praefecerat. Q. Cic. de Pet. C. 2, 9. — Palermus coniiciebat legendum *Tantasius*, quod Asconius inter eos, quos in proscriptione Sullana interfecerat Catilina, L. Tantasium quendam commemorat. Ern.

Taraso. Vide Tharaso.

Tarcondarius Castor trecentos equites ex Gallograecia adduxit Pompeio a. u. c. 705. Caesar Cic. 3, 4.

Tarcondimotus, regulus partis Ciliciae, fidelissimus socius trans Taurum amicissimusque populi Romani existimatur. (a. u. c. 703.) ad Fam. 15, 1, 2. — „Civili bello contra Caesarem pro Pompeio pugnavit, eique postea victor Caesar ignovit. Post interitum Caesaris copias pro reip. partibus comparante C. Cassio cum eo se coniunxit, Cassio mortuo secutus Antonium cum Octaviano dimicantem ab Agrippa navali proelio caesus est. Dio 41, 63.; 47, 26.; 50, 14. Strabo 14, 18. Florus 4, 2, 5. Manut. *Tarcondimotus* autem scribendum esse, non *Tarcondomotus*, confirmat nummus a Masseo editus in Antiquitatt. Aquitanicis. Ern.

Tarentilla Pacuvii. Varro LL. 7, 6. p. 387.

Tarentina cera. Varro Fr. p. 327. Bip. — Tarentina ostrea. Varro Fr. p. 301. Bip. — Tarentinae et Atticae oves pellitae. Varro RR. 2, 2, 18.

Tarentini. Quid arbitramini Tarentinos merere velle, ut Europam in tauro amittant? ut Satyrum, qui apud illos in aede Vestae est? Verr. Accusat. 4, 60, 135. — „Satyrum heroa indigetem, unde Tarentum *Satyrium* vel *Saturium* vocatur apud Virgil. Georg. 2, 197.; quod nunc fere *saturum* Tarentum pro pingui explicant. Cfr. Cluveri Ital. antiq. p. 1237." Zumpt. — de Finn. 1, 3, 7. pro Archia 3, 5. ad Att. 5, 19.

Tarentinus ager optimum fert mel. Varro Fr. p. 207. Bip. — Varro RR. 1, 14, 4.

Tarentum, urbs Calabriae celeberrima, recepta a Q. Fabio Cunctatore cos. quintum a. u. c. 545. Cat. 4, 11. Ibid. 12. Brut. 18, 72. de Orat. 2, 67. pro Cluentio 9, 27. ad Fam. 7, 12, 4. Ib. 11, 27, 4. ad Att. 9, 15, 1.

Tarichea, oppidum Galilaeae munitissimum. ad Fam. 12, 11, 2.

Tarpeia, virgo Vestalis ab Sabinis necata armis et sepulta. Varro LL. 5, 7. p. 48.

Tarpeia et Aternia lex. de Rep. 2, 35, 60.

Tarpeium saxum. Varro Fr. p. 351. Bip.

Tarpeius mons, Romae, in quo Capitolium, dictus a virgine Vestali Tarpeia, prius Saturnius, postea Capitolinus; etiamnunc eius rupes Tarpeium appellatur saxum. Varro LL, 5, 7. p. 48. Her. 4, 32, 43.

Sp. Tarpeius et A. Aternius coss. a. u. c. 299. gratam illam rem (al. *legem*) de multae sacramento tulerunt. de Rep. 2, 35, 60. — Sp. Tarpeius cum C. Iulio et P. Sulpicio legatus a patribus ad plebem missus. Ascon. in Cornel. p. 77.

Tarquenna, anagnostae nomen. Varro RR. 1, 2, 27.

Tarquiniense municipium. pro Caecina 4, 11.

Tarquiniensis ager in Etruria. In eo Tages exstitit. (scil. exaratus.) de Divin. 2, 23, 50. Varro RR. 3, 12, 1.

Tarquinii, urbs Etruriae florentissima, (hodie *Corneto.*) de Rep. 2, 19, 34. cfr. Müller *Etrusker* 1. p. 346.

Tarquinii omnes eiecti. Varro Fr. p. 209. Bip.

L. Tarquinius Priscus. Eius res gestae. de Rep. 2, 20, 15. seqq. — Eius interitus. Ibid. 21, 38. — Ab aquila apex ei impositus. de Legg. 1, 1, 4. — Tarquinius Priscus, Demarati Corinthii filius, qui fugiens dominationem Cypseli, in Italiam se Tarquinios contulerat. Schol. Bob. pro Sulla p. 363. pro Scauro p. 374. — Eo regnante floruit Attius Navius augur clarissimus. de Divin. 1, 17, 31. — Etrusco alicui locavit effigiem Iovis in Capitolio dicandam. Varro Fr. p. 353. Bip. (cfr. Sillig *Catal.* p. 484.) — Tarquinius Priscus et Sibylla Cumana. Varro Fr. p. 217. Bip. — L. Tarquinius rex aedem Saturni ad forum faciundam locavit. Varro Fr. p. 218. — Schol. Bob. pro Plancio. p. 256. Vide Latinae Feriae.

L. Tarquinius Superbus, Prisci filius. Eius res gestae copiose expositae. de Rep. 2, 24, 44. seqq. Cfr. Ibid. 30, 52. — Significatur Brut. 14, 53. — L. Tarquinius Superbus, Pythagorae aequalis. de Rep. 2, 15, 28. — Ab eius uxore Tullia Vicus Sceleratus. Varro LL. 5, 32. p. 159. — Eius somnium, de quo in Bruto Accii loquitur ipse. de Divin. 1, 22, 44. — Omnes reges nostri pares inter se praeter Superbum. Parad. 1, 2, 11. — Tarquinius

superbissimus atque crudelissimus rex. pro C. Rabirio perd. 4, 13. — Omnibus exosus. Lael. , 28. — Unius importunitate et superbia Tarquinii nomen huic populo in odium venit regium. — Tarquinio exacto, mira quadam exultavit populus insolentia libertatis, tum exacti in exilium innocentes cet. de Rep. 1, 40, 62. Ibid. 41, 64. — Tarquinius ille, quem maiores nostri non tulerunt, non crudelis, non impius, sed superbus est habitus et dictus: quod nos vitium in privatis saepe tulimus, id maiores nostri ne in rege quidem ferre potuerunt. Philipp. 3, 4, 9. — Supplicia in cives Romanos nulla Tarquinii accepimus. Ibid. §. 10. — Sapiens rectius appellabitur rex quam Tarquinius, qui nec se nec suos regere potuit. de Finn. 3, 22, 75. — L. Tarquinius Superbus exactus. Philipp. 2, 34, 87. — Male Tarquinius, qui Porsenam, qui Octavium Mamilium contra patriam (excitavit). ad Att. 9, 10, 3. — Tarquinium Brutus bello est persecutus: qui tum rex fuit, cum esse Romae regem licebat. Philipp. 2, 44, 114. — Tarquinius Superbus, cum restitui in regnum nec Veientium nec Latinorum armis potuisset, Cumas se contulisse dicitur inque ea urbe senio et aegritudine esse confectus. Tuscul. 3, 12, 27. — Eum dixisse ferunt, tum se intellexisse, quos fidos amicos habuisset, quos infidos, cum iam neutris gratiam referre posset. Lael. 15, 53. Tuscul. 1, 36, 88.

Sex. Tarquinius vim attulit Lucretiae. de Rep. 2, 25, 45. de Legg. 2, 4, 10.

L. Tarquinius Collatinus, Lucretiae maritus. de Rep. 2, 25, 45. — Quomodo iudicandum de imperio ei a Bruto abrogato? Id erat ita honestum, ut etiam ipsi Collatino placere deberet. de Off. 3, 10, 40. — Significatur Brut. 14, 53.

L. Tarquinius quidam Catilinarius M. Crassum coniurationis cum Catilina insimulat. Sal. Catil. 48.

Tarquitius servus Perpernae. Sal. Hist. 3. p. 216. Ed. Gerl. min.

L. Tarquitius. ad Att. 6, 8, 4. — Popma putat esse eum, cuius apud Plinium in Catal. Auctor. Libri 2. libri de disciplina Etrusca commemorantur. Ern. Res est prorsus incerta. De Tarquitio Ostentarii scriptore cfr. Müller *Etrusker* 2. p. 36.

Tarracina, Latii oppidum ad mare, prius (Volsco nomine) Anxur dictum. de Or. 2, 59, 240. — ad Fam. 7, 23, 3. Ibid. 8, 11. ad Att. 7, 5, 3.

Tarraco, urbs Hispaniae citerioris. pro Balbo 11, 28.

Tarsenses, pessimi socii, et Laodiceni, multo amentiores a. u. c. 711. arcessiverunt Dolabellam. C. Cassius ad Fam. 12, 13, 4. ad Att. 5, 21, 7.

Tarsus, Ciliciae caput. ad Fam. 2, 17, 1. ad Att. 5, 20, 3.

Tartarinum corpus, a Tartaro dictum. Varro LL. 7, 3. p. 323.

Tartessia muraena. Varro Fr. p. 301. Bip.

Tartessii. Eorum rex Arganthonius. Cato 19, 69.

Tartessius ad Att. 7, 3, 11. est L. Cornelius Balbus Gaditanus. — Tartessius a Tartesso, quae est urbs Baeticae Hispaniae ad ipsa Baetis ostia, alio nomine Carteia, ut volgo Geographi tradunt. Sed Valesius ad Exc. Peiresc. p. 72. docet Carteiam esse Calpen; Tartessus quae fuerit non liquere. Ern. Ex loco Catonis 19, 69. satis patet Tartessum eandem esse urbem, quae alias Gades dicitur. Cfr. Salustii Hist. 2. p. 202. et Avieni Orae maritimae v. 89: *Hic Gadir urbs est dicta Tartessus prius.*

Tartessus, Hispaniae civitas, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadir habent. Sal. Hist. 2. p. 202. Ed Gerl. min.

Tarula, pessimus Sullae servus. Eius divitiae. Sal. Hist. 1, 15.

L. Tarutius Firmanus, familiaris Ciceronis, in primis Chaldaicis rationibus eruditus, urbis Romae natalem diem repetebat ab iis Parilibus, quibus eam a Romulo conditam accepimus, Romamque, in iugo cum esset Luna, natam esse dicebat nec eius fata canere dubitabat. de Divin. 2, 47, 98.

Tatianus, rhetor. Iulius Victor p. 195.

Tatienses, Ennio auctore, a Tatio nominati. Varro LL. 5, 9. p. 61. — Tatiensium, Ramnium, Lucerum tribus in agro Romano. Varro LL. 5, 9, p. 61. — Omnia haec vocabula Tusca, Volnio (al. Volumnio) auctore. Ibid. Cfr. 5, 14. p. 86. — Cfr. Pseudo-

ascon. in Act. II. Verr. p. 159. Vide Luceres et Titienses.

T. Tatius, rex Sabinorum, in versu Enniano Her. 4, 12, 18. — Cum eo Curetes (= Quirites) Curibus venerunt Romam. Varro LL. 5, 8. p. 57. — Post bellum ob Sabinas raptas Romulus cum eo foedus icit. de Rep. 2, 7, 13. (Ex eo Titienses. Ibid. 8, 14. — Varro LL. 5, 32. p. 61.) — Sabinorum linguam olent, quae Tatii regis voto sunt Romae dedicata cet. Varro LL. 5, 10. p. 79. — Tatius rex, ab Laurentibus interfectus, sepultus Romae in Laureto. Varro LL. 5, 32. p. 151. — Eius statua in Capitolio. Ascon. in Scaur. p. 30. Vide Romulus. — Varro LL. 6, 7. p. 244. — Tatius rex corruptus in Latinum regem. Varro LL. 5, 8. p. 51. — Varro Fr. p. 351. Bip.

Taurea Iubellius, Campanus. in Pison. 11, 24. cfr. Liv. 26, 15. Vide Iubellius.

Tauri in Axino, Galli, Poeni homines immolare et pium et diis immortalibus gratissimum esse duxerunt. de Rep. 3, 9, 15.

Tauri Pylae ad Att. 5, 20, 2. angustiae, per quas iter patet ex Cappadocia in Ciliciam. Curt. 3, 2.

Taurii ludi. Varro LL. 5, 32. p. 154. Varro Fr. p. 373. Bip.

Tauriscus, histrio Graecus, Theophrasto memoratus. (Mihi videtur diversus a Taurisco grammatico, Cratetis auditore, cuius mentionem facit Sextus Empir. adv. Mathem. 1, 248. p. 268. Fabr.) de Or. 3, 59, 221.

Taurius; nomen a *tauro*. Varro RR. 2, 1, 10.

Tauromenitani, quorum est civitas foederata, homines quietissimi, Verris evertere statuam non dubitaverunt. Verr. Accusat. 2, 66, 160. Ibid. 3, 6, 13. Verr. Accus. 5, 19, 49. — Rectior scriptura *Tauromenitani* quam *Taurominitani*. Cfr. Zumpt. ad Verr. p. 396. Tauromenium, oppidum Siciliae, hodie *Taormina*.

Taurus caelestis. Arat. v. 536.

Taurus. Cum summa offensione Minotauri, id est, Calvisii et Tauri. ad Fam. 12, 25, 1. — Taurus est is, quem a. u. c. 717. consulem suffectum fuisse putant, L. Statilius Taurus. Videtur legatus Calvisii Sabini fuisse, qui ex sortitione Antonii Africam petebat, cum eam Cornificius ex SCto obtineret. Cfr. Minotaurus. Cum autem provinciam Calvisius eam non obtinere posset, eius legatus tamen Taurus fuit a. u. c. 716. Ern.

Taurus, servi nomen. Iulius Victor p. 206.

Taurus mons Asiam paene totam mediam percurrens usque ad Syriam. Varro RR. 2, 1, 8. — Taurus mons dividit Asiam et Syriam. Schol. Gronovian. ad Deiotar. p. 423. — Taurus mons propter nives ante mensem Iunium transiri non potest. ad Att. 5, 21, 14. ad Fam. 2, 15, 5. — Tarcondimotus fidelissimus socius trans Taurum. ad Fam. 15, 1, 3. Ibid. 2, 2.

M. Taurus, vicinus Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 4. Nihil praeterea de eo constat.

Taygete, Pleias. Arat. v. 269.

Taygetus, mons Graeciae a mari per totam Laconicam procurrens usque ad Arcadiam. — Ex monte Taygeto terrae motu extrema montis quasi puppis avulsa est. de Divin. 1, 50, 112.

Teanum Apulorum prope Larinum. ad Att. 7, 12, 2. Ib. Ep. 13b., 7. — Teanum Apulum abest a Larino XVIII. milia passuum. pro Cluentio 9, 27. — Hodie *Civitare*.

Teanum Sidicinum in Campania non procul a Calibus, hodie *Teano*, diversum a Teano Apulo. ad Att. 8, 11 B., 2. — De hoc item Teano accipiendus est locus Philipp. 12, 11. item de lege agraria 2, 31, 86. Ib. 35, 96.

Tebassi, Scaevae. Frangones, Caesaris asseclae ex infima plebe, latrocinii auctores. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 10, 2.

Technicus Naevii. Varro LL. 7, 6. p. 386.

Tecmessa, Aiacis uxor, apud Pacuvium (in Teucro) quasi furibunda mariti mortem deplorat. de Divin. 1, 36, 80.

Sex. Tedius, senator, corpus P. Clodii sustulit et lectica sua Romam ferri iussit. Ascon. in Mil. p. 33.

Tegeatae, incolae urbis Tegeae in Arcadia. Responsum iis datum a Pythio Apolline. de Divin. 1, 19, 37.

Telamo Pacuvianus. de Or. 2, 46, 193. — Telamo Ennii. de Nat. D. 3, 32, 79. Item Tuscul. 3, 13, 28. Ibid.

18, 39. et 43. Ib. 19, 44. Ibid. 24, 58. Ib. 29, 71.

Telephus, rex Mysorum. Longe a Tiberi ad Caïcum; quo in loco etiam Agamemno cum exercitu errasset, nisi ducem Telephum invenisset. pro Flacco 29, 72.

Tellumo. Pontifices faciunt rem divinam Telluri, Tellumoni, Altori, Rusori. Varro Fr. p. 226. Bip.

Tellus non movetur, infima est, et in eam feruntur omnia nutu suo pondera. de Rep. 6, 17, 17. (Somn. Scip. C. 4.) — Tellus, terra mater. Varro RR. 1, 1, 5. — Tellus: Ops, Mater Magna, Proserpina, Vesta. Varro Fr. p. 227. Bip. — Tellus aeviterna hominum domus. Varro Fr. p. 303. Bip. — Tellus an dea? de Nat. D. 3, 20, 52. — Tellus dea. Varro Fr. p. 222. Bip. — Telluri et Cereri porca praecidanea suscipienda ab herede. Varro Fr. p. 247. Bip. — Eius aedes Romae. ad Att. 16, 14, 1. — Sp. Cassii domus eversa atque in eodem loco aedes posita Telluris. Pro domo 38, 101. Val. Max. 6, 3, 1. — Ad Telluris aedem tuam statuam locavi. ad Q. Fr. 3, 1, 4, 14. — Telluris armamentarium Romae sublatum ab Appio Claudio Pulchro, P. Clodii fratre. de Harusp. resp. 14, 31. ad Attic. 4, 2.

Telmessus in Caria est, qua in urbe excellit haruspicum disciplina. de Divin. 1, 41, 91. Ibid. 42, 94. Incolae Telmesses, *Τελμισσεῖς*. Drakenborch. ad Liv. 37, 16. *Telmissus* scribendum censet. Ern.

Temenites Apollo. Signum Apollinis, qui Temenites vocatur, pulcherrimum et maximum. Verr. Accusat. 4, 53, 119. Stephanus Byz. *Τέμενος τόπος Σικελίας ὑπὸ τὰς Ἐπιπολὰς πρὸς ταῖς Συρακούσαις, οὗ οἰκήτωρ Τεμενίτης.* Suet. Tib. 74: „Supremo natali suo Apollinem Temeniten et amplitudinis et artis eximiae (unde facile intelligas hoc ipsum signum esse, quod Verres deportare non potuerat) advectum Syracusis, ut in bibliotheca templi novi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, non posse se ab ipso dedicari.“

Temnitae, incolae Temni, urbis Aeolidis ad Hermum fl. pro Flacco 18, 42. — Forma eius civitatis. Ibid. 19, 44.

Tempe Reatinorum ad Att. 4, 15, 5. dicitur pro regione amoenissima.

Tempestates populi Romani ritibus consecratae sunt. de Nat. D. 3, 20, 51.

Tempsa (*Τέμψα*, olim *Τεμέση*) oppidum Bruttiorum occupatum a Spartaci reliquiis et expilatum. Hinc Tempsanum incommodum. Verr. Accusat. 5, 15, 39. — Aes Temesaeum. Vide Interpretes ad Ovid. Met. 15. init. Ern.

Tenea, vicus maritimus Achaiae inter Corinthum et Mycenen. — Tenea, Aliphera, Tritia Peloponnesi oppida *νεόκτιστα*· idque *τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ* confirmabat Dionysius (Grammaticus), ubi mentio non fit istorum. ad Att. 6, 2, 3.

Tenebrae deae. de Nat. D. 3, 17, 44.

Tenedii. Tenediorum libertas securi Tenedia praecisa est; cum eos praeter me et Bibulum et Calidium et Favonium nemo defenderet. ad Q. Fr. 2, 11, 2. (Sic M. Aurelius Caesar ad Frontonem p. 20. Ed. Rom.: „Securim Tenediam, quam minaris, abde aliquo.“) — Significat Tenem regem, a quo insula nomen accepit, qui leges sanxit, si quis adulterum deprehendisset, ut eum securi interficeret, idque servavit ita diligenter, ut etiam de filio suo deprehenso interrogatus quid fieri oporteret, respondisse dicatur, id fieret, quod lex iuberet. Heraclides *ἐν τῷ περὶ πολιτειῶν*. Man. — In nummis Tenediorum est securis. Ern.

Tenedus, insula Asiatica ad oram occidentalem agro Troiano opposita, in qua oppidum eiusdem nominis. — Pugna navalis apud Tenedum, L. Lucullo dimicante. pro Archia 9, 21. — Pugna navalis ad Tenedum, cum contento cursu, acerrimis ducibus hostium classis Italiam spe atque animis inflata peteret. pro Murena 15, 33.

Tenes (Graecis fere *Τέννης*) a patre Cycno, Neptuni filio, qui Colonis imperitabat in Troade, propter suspicionem amoris novercae expulsus parvam civitatem Tenediorum condidit. Pausan. 10, 14. Diod. Sic. 5, 83. Steph. Byz. in v. *Τένεδος*. — Tenedo Tenem ipsum, qui apud Tenedios sanctissimus deus habetur, qui urbem illam dicitur condidisse, cuius ex nomine Tenedus nominatur: hunc ipsum, inquam, Tenem pulcherrime factum, Verres abstulit magno cum gemitu civitatis. Verr. Accusat. 1, 19, 49. —

Tenes heros pro deo Tenedi cultus. de Nat. D. 3, 15, 39.

Terentia: nomen fictum in formula, ut videtur, subditicium vel potius corruptum ex Titia. Her. 1, 11, 18.

Terentia, Ciceronis uxor. Ad eam sunt Epistolae omnes Lib. 14. ad Fam. — Eius soror Fabia Vestalis. Ascon. in tog. cand. p. 93. — L. Iulio Caesare, C. Marcio Figulo coss. (designatis a. u. c. 689.) filiolo me auctum scito, salva Terentia. ad Att. 1, 2, 1. — Articulorum dolores habet. Ibid. 5, 8. — Terentiae saltum perspeximus. Quid quaeris? Praeter quercum Dodonaeam nihil desideravimus, quo minus Epirum ipsam possidere videamur. ad Att. 2, 4, 5. — Terentia fidelissima atque optima coniux (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 3, 3. — Ego te quam primum, mea vita, cupio videre et in tuo complexu emori. (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 4, 1. — Ego maximo cum fletu legi, quemadmodum a Vestae ad tabulam Valeriam ducta esses. ad Fam. 14, 2, 2. — Rogatur a Cicerone, ne fundum vendat. ad Fam. 14, 1, 5. — De provincia decedens a. u. c. 704. suavissimam et optatissimam eam nominat ad Fam. 14, 5, 2. — Simul cum coniuge e provincia rediens Brundisium introiit. ad Fam. 16, 9, 2. — Terentia eodem tempore ad portam Brundisinam venit, quo ego in portum, mihique obvia in foro fuit. (a. u. c. 704.) ad Att. 7, 2, 2. — Gener est suavis mihi, Tulliae, Terentiae. (eodem anno.) Ib. Ep. 3, 12. Ep. 12, 6. Ep. 13 a., 3. Ep. 22, 2. — Terentia te, (Tironem,) facit plurimi. ad Fam. 16, 9, 2. — Angitur Ciceronis adversa valetudine. (a. u. c. 705.) ad Fam. 14, 7, 1. — Terentia minus belle se habuit, sed certum scio iam convaluisse eam. (a. u. c. 706.) Dolabella ad Cic. Fam. 9, 9, 1. — A Cicerone dimissa est a. u. c. 708. — Cum Camillo communica, ut Terentiam moneatis de testamento. Tempora monent, ut videat, ut satisfaciat, quibus debet. Auditum ex Philotimo est eam scelerate quaedam facere. Credibile vix est. Sed certe, si quid est, quod fieri possit, providendum est. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 16, 5. — Tulliam matri eram remissurus. Ib. Ep. 17, 1. Ib. Ep. 21, 1. — Querelae de Terentia. Ib. Ep. 24, 3. — Ego huius miserrimae fatuitate confectus conflictor. Ib. Ep. 25, 3. — De eius testamento: Ib. Lib. 12, 18 a., 2. Cfr. ib. Ep. 19, 3. Ib. Ep. 21, 3. — De Terentia, quod mihi omne onus imponis, non agnosco tuam in me indulgentiam. Ista enim sunt ipsa vulnera, quae non possum tractare sine maximo gemitu. (a u. c. 709.) ad Att. 12, 22, 1. Ibid. Ep. 23, 2. — Acerbe notatur his verbis ad Fam. 4, 14, 3: „Novarum me necessitudinum (Publiliae) fidelitate contra veterum perfidiam muniendum putavi.“ (a. u. c. 708.) — Terentiae vero, quid dicam? etiam ante diem solvas, si potes. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 6, 3. — Ne Terentiae quidem adhuc, quod solvam, expeditum est. (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 15, 5. Pseudosal. in Cic. 2, 3.

Terentia et Cassia lege frumentum aequabiliter emi ab omnibus Siciliae civitatibus oportet. Verr. Accusat. 5, 21, 52. — Memoratur etiam Verr. Accusat. 3, 70, 163. Ibid. 75, 173.

Terentianus Maurus, grammaticus Latinus. Rufinus p. 191. 192.

Terentina tribus. pro Plancio 8, 21. Ibid. 16, 38. ad Fam. 8, 8, 5.

Terentinae nuces et Terentii a *terento*, quod est Sabinorum lingua *molle*. Varro Fragm. p. 253. Bip.

Terentini ludi Diti Patri et Proserpinae facti. Varro Fr. p. 250. Bip.

Terentius, poëta comicus. Iudicium Ciceronis de eo. Fragmm. p. 566. — Eius fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a C. Laelio scribi. ad Att. 7, 3, 10. — Terentius in Latina lingua mediocritatis exemplum, iudice Varrone. Varro Fr. p. 345. Bip. — Terentius egregie ἤθη servavit. Varro Fr. p. 190. Bip. — Terentius in ethesi poscit palmam, in argumentis Caecilius, in sermonibus Plautus. Varro Fr. p. 300. Bip. — Terentii Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri. Varro Fr. p. 345. — Terentii Heautontimorumenos. Varro RR. 2, 11, 11. Tuscul. 3, 27, 65. — Eius Adelphi. Cato 18, 65. — Eius Chremes. de Finn. 1, 1, 3. — Andria. Ibid. 2, 4. Opt. gen. or. 6, 18. — Memoratur etiam Opt. gen. or. 1, 3. Varro LL. 7, 5. p. 362. — Versiculi ex Adelphis: pro Caelio 16, 38. Varro LL. 6, 7. p. 246. — Versiculi ex Andria: de Inv. 1, 19, 27. Ibid. 23, 33. de Or. 2, 40, 172. Ibid. 80, 327. ad Fam. 9, 7, 1. Ibid. Lib. 12, 25, 5. Lael. 24, 89. — Versiculi ex Eunu-

cho: ad Fam. 1, 9, 19. de Nat. D. 2, 25, 60. de Nat. D 3, 19, 27. Lael. 25, 93. 26, 99. de Off. 1, 42, 150. Tuscul. 4, 35, 76. — Versiculi ex Heautontimorumeno: de Finn. 2, 4, 14. Ibid. 5, 10, 28 et 29. ad Att. 12, 6, 2. ad Fam. 7, 10, 4. de Off. 1, 9, 30. de Legg 1, 12, 33. — Versiculi ex Phormione: de Nat. D. 3, 30, 73. ad Att. 2, 19, 1. — Terentius laudatur a Pseudoasconio p. 101. 102. 119. 157. 186. 188. 212. 215. — Victorinus I. p. 56. 57. 62. 92. 124. Iulius Victor p. 244. Schol. Bob. pro Sestio p. 305.

Terentius, tribunus plebis a. u. c. 700. ad Att. 4, 16, 6. Credo fuisse A. Terentium Varronem.

Terentius. Terentii nullum vestigium agnovi. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 1, 13. Pro servo fugitivo Attici habent.

Terentius Vespa. Illud in Titium, qui cum studiose pila luderet et idem signa sacra noctu frangere putaretur gregalesque, cum in campum non venisset, requirerent, excusavit Vespa Terentius, quod eum *brachium fregisse* diceret. de Orat. 2, 61, 253.

Cn. Terentius, senator. Ei Coeparius in liberam custodiam datus. Sal. Catil. 47.

Cn. Terentius scriba invenit libros XII. Numae regis. Varro Fragmm. p. 206. et 233. Bip.

L. Terentius. L. Terentium discessisse ex Africa scimus Paestumque venisse. Dicitur per Nasidium emissus esse. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 17, 3.

Q. Terentius Culleo, pontifex minor. (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Cum eo, cum tribunus plebi esset, locutus erat Atticus de privilegio in Ciceronem lato (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 15, 5. — Culleo discessit a M. Antonio ad Lepidum. (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 34, 2. — Confer etiam ad Q. Fr. 2, 2, 1. ad Att. 8, 12, 5.

P. Terentius Hispo, Ciceronis necessarius, operas in portu et scriptura Asiae pro magistro dedit a. u. c. 707. ad Att. 11, 10, 1. — P. Terentius Hispo, qui operas in scriptura pro magistro dat (id est, promagister erat societatis publicanorum Bithyniae), commendatur P. Silio. ad Fam. 13, 65, 1.

Terentius Varro primus sic dictus a cognomine hoste in Illyrico occiso. Varro Fr. p. 355. Bip.

Terentius Varro, consobrinus frater Hortensii, reus ex Asia apud L. Furium praetorem primo de pecuniis repetundis, deinde apud P. Lentulum Suram est accusatus, absolutus autem fraude Q. Hortensii. Pseudoascon. in Divin. p. 109. — Accusatus est ab Appio Claudio. Ibid. — Varro consobrinus Hortensii. Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 398.

A. Terentius Varro Murena, testis in causa A. Caecinae. pro Caecina 9, 25. — A. Varro, amantissimus Ciceronis; ei Tironem commendaverat (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 12, 6. — A. Terentius Varro, Pompeianus a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 19. — Varro Murena magno opere T. Manlii causa volt omnia. (a. u. c. 708.) ad Fam. 13, 22, 1. — Quaestorem a. u. c. 691. (692.) facit Pighius. — Eius filium putat esse Manutius, eum, qui consul fuit cum Augusto a. u. c. 731.

C. Terentius Varro, consul a. u. c. 538., in proelio Cannensi occisus. Brut. 19, 77. — C. Terentii Varronis in Cannensi ignominia temeritatem luit collega L. Paullus. Cato 20, 75.

M. Terentius Varro Gibba a. u. c. 702. M. Saufeium accusavit de vi. Ascon. in Milon. p. 55. — M. Terentius Varro Gibba, quaestor M. Bruti, propraetoris Galliae Cisalpinae. (a. u. c. 708.) Multis nominibus commendatur M. Bruto. ad Fam. 13, 10, 1. — Velim M. Varronis (mortui ante a. u. c. 709.) et Lollii mittas laudationem. ad Att. 13, 48, 2.

M. Terentius Varro Lucullus, frater germanus L. Luculli, cos. a. u. c. 681.: quo eodem anno in Macedoniam profectus est, testis in Verrem. Verr. Accusat. 2, 8, 24. Verr. Accusat. 1, 23, 60. Vide in Liciniis.

M. Terentius Varro, ad quem sunt ad Fam. Lib. 9. Ep. 1—8., omnes praeter octavam, cuius annus est 709., a. u. c. 708., civili bello et quidem illo ferme tempore scriptae, quo Caesar contra reliquias Pompeianas in Africa pugnavit, Romae natus a. u. c. 638., decem annis Cicerone maior, L. Aelium praeceptorem habuit, virum, ut Ciceronis verbis utar, omnino egregium et equitem Romanum cum primis honestum

eundemque eruditissimum et Graecis litteris et Latinis, antiquitatisque Romanae et in inventis rebus et in actis scriptorumque veterum litterate peritum. Quam scientiam Varro acceptam ab illo auctamque per sese, vir ingenio praestans omnique doctrina, pluribus et illustrioribus litteris explicavit. In philosophia Antiochum audivit, philosophum Academicum. In re publica versatus cum tribunatu functus esset, piratico bello Pompeii classibus praefuisset (Plin. 3, 11. 7. 30.) eiusdemque deinde bello civili exorto in Hispania ulteriore exercitum et provinciam rexisset, indeque a Caesare depulsus ad Pompeium se in Graeciam contulisset eiusque partes strenue tueri conatus esset ac post cladem demum Pharsalicam belli finem fecisset, tandem Caesari victori se permisit et ab eo in gratiam receptus (occupata tamen antea ab Antonio, cum Caesar bello Alexandrino a. u. c. 707. detineretur, et direpta villa eius Casinate) ab eo bibliothecis Graecis et Latinis comparandis ac dirigendis praefectus (Suet. Caes. 44.) in litterato otio delituit totumque se scribendis libris tradidit. Fuit, ut Quintilianus 10, 1, 95. ait, iudex, si quis alius, idoneus, „vir Romanorum eruditissimus, qui plurimos libros et doctissimos composuit, peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et rerum Graecarum nostrarumque, plus tamen scientiae collaturus quam eloquentiae." Hinc Gellius 19, 14: „Aetas M. Ciceronis et C. Caesaris doctrinarum multiformium variarumque artium, quibus humanitas erudita est, columina habuit M. Varronem et P. Nigidium." Et alio loco (4, 9.): „Nigidius, homo, ut ego arbitror, iuxta Varronem doctissimus." — Septuagenario maior ab Antonio una cum Cicerone a. u. c. 711. proscriptus, evasit quidem, attamen direptis suis bibliothecis gravem iacturam passus est. Gell. 14, 7. Appianus B. C. 4, 47. proscriptos a Triumviris enumerans: Varro, inquit, erat φιλόσοφός τε καὶ ἱστορίας συγγραφεύς, ἐστρατευμένος τε καλῶς καὶ ἐστρατηγηκώς, καὶ ἴσως διὰ ταῦτα ὡς ἐχθρὸς μοναρχίας προὐγράφη. Reliquum iam vitae tempus, nulla interpellante vi, totum peregit in litteris plurimaque composuit, ita ut ipse duodecimam annorum hebdomadem, hoc est, septuagesimum et octavum aetatis annum ingressus memoret se septuaginta hebdomadas librorum, hoc est, 490. libros conscripsisse. Gell. 3, 10. Diem obiit supremum prope nonagenarius. (anno enim 88. aetatis adhuc scripsisse traditur a Plinio 29, 4.) a. u. c. 727., aut, ut Valerius Max. 8, 7, 3. refert, centenarius. Wetzel. — M. Terentius Varro Ciceroni et studiis eisdem et vetustate amicitiae coniunctus. Acad. 1, 1, 1. — Antiochum audivit philosophum Academicum. Ibid. 3, 12. — Varro, homo acutissimus; eius libri de humanis et divinis rebus. Fuit Tullius M. Varroni coauditor et condiscipulus sub doctore Antiocho, partim Stoico, partim Academico. Boëth. de diis p. 392. (Hoc quidem, condiscipulum eum fuisse, neutiquam verum, cum X. annis natu maior fuerit.) — Varro antiquitatis nostrae scientiam acceptam a L. Aelio auctamque per sese, vir ingenio praestans omnique doctrina, pluribus et illustrioribus litteris explicavit. Brut. 56, 205. — Varro satisfacit nobis. ad Att. 2, 20, 1. Ibid. 21, 6. — Multa per Varronem nostrum agi possunt cet. Ibid. 22, 4. 25, 1. — (Favebat Ciceroni in periculo a P. Clodio metuendo.) — Mirabiliter moratus est, sicut nosti, ἑλικτὰ καὶ οὐδὲν (quibus verbis eius tergiversationem reprehendit.) ad Att. 2, 25, 1. Ibid. 3, 8, 3. — De Cicerone exsule bene meretur. Ibid. 15, 1. Ibid. §. 3. Ibid. 18, 1. Ibid. 4, 2, 5. — Varro, familiarissimus Appii Claudii Pulchri. ad Fam. 3, 7, 4. — M. Terentius Varro legatus Cn. Pompeii in Hispania a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 38. — Primum diffidens Pompeianis rebus, amicissime de Caesare loquebatur, postea spe erectus se quoque ad motum fortunae movere coepit. Ib. 2, 17. — Eius incepta. Ib. 18, seqq. — Tandem omni interclusus itinere ad Caesarem mittit paratum se esse legionem, cui iusserit, transdere: Cordubam ad Caesarem venit. Ib. 20. — M. Varro ante bellum profectus erat in Hispaniam. ad Fam. 9, 13, 1. Suet. Caes. 34. — M. Varro et M. Cato in bello Pharsalico Dyrrhachii erant. Ibi Varro, vir doctus, perterritus est vaticinio Rhodii cuiusdam remigis. de Divin. 1, 33, 68. — M. Varro, sanctissimus atque integerrimus vir. In eius fundum Casinatem advolavit M. Antonius. Philipp. 2, 40, 103. — Quae in illa villa antea dicebantur! quae cogitabantur! quae litteris mandabantur!

iura populi Romani, monumenta maiorum, omnis sapientiae ratio omnisque doctrinae. Ibid. 41, 105. Frgmm. p. 470. — Varronis bibliotheca. ad Att. 4, 14, 1. — Varronis Antiquitatum libri. Varro LL. 6, 3. p. 195. et 200. — Menippeas suas satiras adolescens scripsit, quas Menippum imitatus, non interpretatus, quadam hilaritate conspersit, in iis multa admixta ex intima philosophia, multa dicta dialectice: — laudationes: antiquitatum prooemia. Acad. 1, 2, 8. — Nos in nostra urbe peregrinantes errantesque tamquam hospites tui libri quasi domum deduxerunt, ut possemus aliquando, qui et ubi essemus, agnoscere. Tu aetatem patriae, tu descriptiones temporum, tu sacrorum iura, tu sacerdotum; tu domesticam, tu bellicam disciplinam; tu sedium, regionum, locorum; tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina genera, officia causas aperuisti, plurimumque poëtis nostris omninoque Latinis et litteris luminis attulisti et verbis; atque ipse varium et elegans omni fere numero poëma fecisti philosophiamque multis locis inchoasti, ad impellendum satis, ad edocendum parum. Acad. 1, 3, 9. — „Tu, Varro, bene etiam meriturus mihi videris de tuis civibus, si eos non modo copia rerum auxeris, ut effecisti, sed etiam verborum." Acad. 1, 7, 26. — Varro includetur in aliquem locum, si modo erit locus. Sed nosti genus dialogorum meorum. ad Att. 4, 16, 2. Lib. 5, 11, 3. — Postquam coepi haec φιλολογώτερα (scribere), iam Varro mihi denuntiaverat magnam sane et gravem προςφώνησιν, (Libros significat de analogia linguae Latinae.) Biennium praeteriit (a. u. c. 709.), cum ille Καλλιππίδης assiduo cursu cubitum nullum processerit. Illam Ἀκαδημαϊκὴν ad Varronem transferamus. Etenim sunt Ἀντιόχεια, quae iste valde probat. ad Att. 13, 12, 3. — Totam Academiam ab hominibus nobilissimis abstuli transtulique ad nostrum sodalem. Ib. 13, 1. Ergo Cicero ad eum scripsit Academica posteriora, quorum exstat liber primus; eosque libros ad Varronem cum epistola misit, quae est ad Fam. 9, 8. (a. u. c. 709.) ad Att. 14, 2. — Homo πολυγραφώτατος nunquam me lacessivit (scripto aliquo.) Ib. Ep. 18. cet. — Est, ut scis, δεινὸς ἀνήρ· τάχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόῳτο. Ib. Ep. 25, 3. Ep. 33, 4. 35, 2. — Varronis διάλογον exspecto. ad Att. 15, 13, 3. — Πεπλογραφίαν Varronis tibi probari non moleste fero. Ib. Lib. 16, 11, 3. — Varro laudat Hegesiae oratoris genus (frequentibus incisis insigne). ad Att. 12, 6. 1. — Varronis liber de aestuariis. Varro LL. 9. 19. p. 473. — Varro, diligentissimus investigator antiquitatis, vitam Naevii producit ultra annum u. c. 550. Brut. 15, 60. — Varro -- fundum vocat, quem possim mittere funda. Fragmm. p. 571. — Terentius Varro ait esse artem extrinsecus unam, aliam intrinsecus. Victorinus I. p. 19. — Ad numerum cubicum XXVII., ut Varroni placet, lunaris cursus congruit revolutio, quae in XXVII. diebus omne tanti sideris lumen exhaurit. Eulogius p. 407. — M. Terentius Varro historiam Erechthei eiusque filiarum exposuit libro humanarum secundo. Schol. Bob. pro Sestio p. 299. — M. Terentius Varro „in libro III. de vita populi Romani" refert, quam gratus fuerit erga bene meritos. Ascon. in Pison. p. 13. — Terentius Varro de numeris scripsit. Rufinus p. 191. — Varronis thesauri: proverbium. „Non si Varronis thesauros haberem, subsistere sumptui possem." D. Brutus ad Fam. 11, 10, 5. (Vocab. suspectum. Fuerunt, qui de *Crassi thesauris* cogitarent. — Fuitne index satirae Menippeae Varronis, grammaticis haud memoratae?)

Tereus, Accii tragoedia. ad Att. 16, 2, 3. Ib. Ep. 5, 1. — De Tereo, rege Thracum sceleratissimo, vide Ovid. Met. 6, 455. seqq.

Terineus, Tusc. 1, 48, 115. a Terina, oppido in Bruttiis, Crotoniatarum colonia, a qua sinus Terinaeus dictus est. Gr. *Τέρινα*.

Terminalia antiquitus dies anni extremus. (VII. Kal. Mart.) Varro LL. 6, 3. p. 195. — Philipp. 12, 10, 24. ad Att. 6, 1, 1.

Terminus deus. Varro LL. 5, 10. p. 79.

M. Terpolius trib. pl. D. Bruto et M. Lepido Coss. (a. u. c. 677.) contemptissimum nomen ex iis, qui tribuni pl. fuerunt. Cornel. II. Fragmm. 7. p. 453. collato Ascon. in Cornel. p. 81.

Terra. Terram Lunae cursus proxime ambit. Tim. Cap. 9. p. 505. — Terra dea. Tim. Cap. 11. p. 508. —

Terra dea (v. Caelum.) Varro LL. 5, 10. p. 62. — Terra a vi feminea dicta Tellus, a vi masculina Tellumo. Varro Fr. p. 226. Bip. — Terra et Caelum, ut Samothracum initia docent, sunt dei magni. Varro LL. 5, 10. p. 65. — Terra mater. Varro RR. 3, 1, 5.

Terracina. Vide Tarracina.

T. Terrasidius, dux Caesarianus in Gallia a. u. c. 696. Caesar Gall. 3, 7.

Terreus murus, locus prope Suburam. Varro LL. 5, 8. p. 53.

Tertia. Vide Aemilia. (de Divin. 1, 46, 103. Ibid. 2, 40, 83.) Observent tirones, quod volgo putatur Tertiae nomen esse nomen ordinis vel numeri filiarum, id aeque falsum esse, ac si quis diceret Quintum significare quintum numero filium. Ern.

Tertia, Scaevolae filia, uxor primum Cn. Pompeii Magni, postea M. Aemilii Scauri. Ascon. in Scaur. p. 19. Vide Mucia Tertia.

Tertia, M. Bruti soror, C. Cassii uxor. — Tertia aderit, modo ne Publius (qui sit, non constat) rogatus sit. ad Fam. 16, 22, 1. — Pseudobrut. ad Cic. 2, 5. Pseudocic. ad Brut. 2, 6. — Eadem ὑποκοριστικῶς appellatur Tertulla. — Serviliae, Tertullae, Porciae, Bruti, Cassii, Favonii et Ciceronis colloquium de legatione frumentaria Bruti et Cassii. a. u. c. 710. ad Att. 15, 11, 1. — Tertullae nollem abortum. Tam enim Cassii sunt iam quam Bruti serendi. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 20, 2. — A. u. c. 775. Iunia sexagesimo quarto post Philippensem aciem anno supremum diem explevit, Catone avunculo genita, Gai Cassii uxor, M. Bruti soror. Testamentum eius multo apud volgum rumore fuit, quia in magnis opibus, cum ferme cunctos proceres cum honore nominavisset, Tiberium omisit. Tac. Ann. 3, 76. D. Iunius Silanus, qui consul cum L. Licinio Murena, uxorem habuit Serviliam, sororem M. Catonis. Ex iis nata haec Iunia, soror M. Bruti per matrem (nam Bruti pater fuit M. Iunius Brutus), Tertia vel Tertulla cognomento; de qua notus Ciceronis iocus apud Suet. Iul. 50: *Tertia deducta est*. Diversa igitur ab hac illa Iunia, de qua Vellei. 2, 68: *M. Lepidus iuvenis, Lepidi eius, qui IIIvir fuerat R. C., filius, Iunia Bruti sorore natus.* Nam haec uxor Lepidi fuit; nisi si ante Cassii, quod non opinor. Lipsius.

Tertia, Isidori mimi filia, item mima, a Verre vi abducta a Rhodio tibicine, deducta ad Docimum, ut esset eius maritus, nomine certe ac specie. Huius Tertiae plus etiam quam Pipae, plus quam ceterarum ac prope dicam tantum apud Verrem in Siciliensi praetura auctoritas potuit, quantum in urbana Chelidonis. Verr. Accusat. 3, 34, 78. Verr. Accusat. 5, 12, 31. Ibid. 16, 40.

Tertulla. Vide Tertia N. 3.

Testa. Vide C. Trebatius Testa.

Testius Penarius. de Orat. 2, 66, 266. falsa lectio pro T. Pinarius, ubi vide.

Tetrica, mons ad fines agri Piceni. Varro RR. 2, 1, 5.

Tetrilius Rogus (al. *Tertilius*, *Tetrinius*, *Terrinius*, *Tertinius*. Gulielm: *C. Raecilius*) familiaris L. Luculli, doctus homo, qui Philonem Romae audierat (ceteroquin ignotus.) Acad. 2, 4, 11.

P. Tettius accensus C. Neroni, propraetori Asiae provinciae, homo ordinis sui frugalissimus. (a. u. c. 675.) Verr. Accusat. 1, 28, 71. Ibid. 51, 135. Ibid. 52, 137.

Tettius Damio. Discessit in vestibulum Tettii Damionis Cicero operarum Clodianarum vim et insidias vitaturus: ad Att. 4, 3, 3.

Teucer, Telamonis regis Salaminii filius, a patre Salamine pulsus Cyprum navigavit ibique alteram Salamina condidit. — Teucer in morte Aiacis. Her. 1, 11, 18. — Teucer Livii Andronici post annos XII. a suis qui sit ignoratur.. Varro LL. 7, 1. p. 284. — (Tecmessa) *in tumulis Teucrum commemorans suum*, Pacuvii versiculus de Divin. 1, 36, 80: ubi, mire sane, Teucrum pro Aiace dictum volunt. Sed videndum ne iungendum sit: *in tumulis Teucrûm*, id est, Teucrorum, Troianorum ab Aiace occisorum, suum coniugem commemorat Tecmessa. — Teucer Pacuvii. de Orat. 1, 58, 246 et 2, 46, 193. — Teucri vox (apud Pacuvium): Patria est, ubicunque est bene. Tuscul. 5, 37, 108.

Teucris. *Τεῦκρις* illa lentum sane negotium. ad Att. 1, 12, 1. Ibid. 13, 6. — *Τεῦκρις* promissa patravit. Ibid. 14,

7. Ficto hoc nomine volgo C. Antonium, Ciceronis in consulatu collegam, designari putant. Sed potius videtur mulier designari, Antonii fortasse necessaria, quae pecuniam Ciceroni se soluturam promiserat, sed tardius promissa patravit.

Teutoni, a C. Mario devicti. pro lege Manilia 20, 60.

Thais Menandria. Varro Fr. p. 290. Bip.

Thala, Numidiae oppidum magnum atque opulentum. Sal. Iug. 75.

Thales Milesius, physicus. de Divin. 2, 27, 58. — Thales primus philosophus. Fragmm. p. 480. — Thales inter septem sapientes solus civitati suae non praefuit. de Or. 3, 34, 137. — Thales omnem oleam in agro Milesio, cum eius ubertatem praevideret, aliquando coëmisse dicitur cet.; idem primus defectionem solis, quae Astyage regnante facta est, praedixisse fertur. de Divin. 1, 49, 111. — Thales, unus e septem, cui sex reliquos concessisse primas ferunt, ex aqua dixit constare omnia. At hoc Anaximandro, populari et sodali suo, non persuasit. Acad. 2, 37, 118. — Ex eius sententia aliquod fuit principium generandi animalium. Varro RR. 2, 1, 3. — Thales, qui primus de physicis quaesivit, aquam dixit esse initium rerum, deum autem eam mentem, quae ex aqua cuncta fingeret. de Nat. D. 1, 10, 25. Ibid. 33, 91. — Is, qui sapientissimus in septem fuit, dixit homines existimare oportere omnia, quae cernerent, deorum esse plena. de Legg. 2, 11, 26. — Sphaera solida atque plena (quae opponitur vacuae Archimedis) a Thalete primum est tornata. de Rep. 1, 14, 22. — Primus vidit solem lunae oppositum solere deficere. Ibid. 16, 25. — In otio vixit. de Or. 3, 34, 137.

Thallumetus, servus Attici. Meos cum Thallumeto nostro pervolutas libros cet. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 12, 2.

Thalna. Vide Iuventius Thalna.

Thapsus. Pugna ad Thapsum mense Aprili a. u. c. 707. commissa, in qua a Caesare devicti sunt Scipio Metellus, Pompeii socer, et Iuba rex. Bell. Afric. 79. seqq. — Incolae Thapsitani.

Tharaso nomen corruptum liberti C. Curionis, pro: *Thraso*. ad Fam. 2, 7, 5.

Thasus insula Graeca ad Thraciae oram. in Pison. 36, 89. — Her. 4, 54, 68.

Thaumas, Iridis pater, quae inde Thaumantias a poëtis dicitur. de Nat. D. 3, 20.

Thebae Boeotiae, vetustissimum oppidum Graecum, conditum a rege Ogyge, ante cataclysmon Ogygi. Varro RR. 3, 1, 2. — Thebis crassum caelum, itaque pingues Thebani et valentes. de Fato 4, 7. — Thebae inde dictae, quod Aeoleis Boeotii sine afflatu vocant colles *Tebas*. Varro RR. 3, 1, 6. — Thebae dirutae ab Alexandro. de Inv. 1, 50, 93.

Thebani oratores nulli, nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet. Brut. 13, 50.

Thebani et Elei. — Apud eos in amore ingenuorum libido etiam permissam habet et solutam licentiam. de Rep. 4, 4, 4. — Thebani de Lacedaemoniis bello superatis aeneum statuerunt tropaeum. Accusantur apud Amphictyonas. de Inv. 2, 23, 69. — Thebani Spartiatas superavere. Her. 4, 25, 34. de Inv. 1, 22, 32. Ibid. 1, 33, 55.

Thebe, Alexandri Pheraeorum tyranni uxor, eum interfecit. de Inv. 2, 49, 144. Item de Offic. 2, 7, 25.

Thectamenes Lacedaemonius, quam fortiter mortem contempserit: Tuscul. 1, 42, 100.

Thelxinoe, Aoede, Arche, Melete, Musae primae quattuor, natae Iove altero et Neda. de Nat. D. 3, 21, 54.

Themista Lampsacena, Epicurea, Leontis cuiusdam uxor, ad quam scripsit non semel Epicurus. in Pison. 26, 63. de Finn. 2, 21, 68. — Ad eam duas ab Epicuro scriptas epistolas Diog. Laërt. 10, 5 et 14. memorat.

Themistagoras et Thessalus, Lampsaceni, tumultum concitarunt contra C. Verrem. (a. u. c. 675.) Verr. Accusat. 1, 33, 85.

Themistocles. Eius res gestae referuntur a Schol. Bob. pro Sestio p. 311. (et quidem ex Aemilio Probo.) — Themistocles, ut apud nos, perantiquus; ut apud Athenienses, non ita sane vetus cet. — Aequalis Coriolani. Brut. 10, 41. quocum in seqq. comparatur. — Noctu ambulabat in publico Themistocles, quod somnum capere

non posset: quaerentibusque respondebat Miltiadis tropaeis se e somno suscitari. Tuscul. 4, 19, 44. Ibid. 25, 55. — Themistoclem illum conservatorem patriae non deterruit a re publica defendenda nec Miltiadi calamitas, qui illam civitatem paullo ante servarat, nec Aristidi fuga, qui unus omnium iustissimus fuisse traditur. pro Sestio 67, 141. — Eum constat cum prudentia tum etiam eloquentia praestitisse. Brut. 7, 28. — Thucydidis de eo iudicium. ad Att. 10, 8, 7. Etsi is erat, ut ait Thucydides, qui τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἔτι προεώρα μάλιστα, tamen non vidit, nec quomodo Lacedaemoniorum nec quomodo suorum civium invidiam effugeret nec quid Artaxerxi polliceretur. Ibid. — In re publica propter ancipitem faciendi dicendique sapientiam floruit. de Or. 3, 16, 59. — Themistocles patria, quam liberaverat, pulsus atque proterritus non in Graeciae portus per se servatos, sed in barbariae sinus confugit, quam afflixerat. de Rep. 1, 3, 5. — Themistocles Athenas reliquit. Fluctum enim totius barbariae ferre urbs una non poterat. At idem Pericles non fecit, annum fere post quinquagesimum, cum praeter moenia nihil teneret. ad Att. 7, 11, 3. — Recte Themistocles, qui mori maluit, (quam auxilium petere ab hostibus). ad Att. 9, 10, 3. — Ei et Coriolano adiutor contra patriam inventus est nemo: itaque mortem sibi uterque conscivit. Lael. 12, 42. — In omnibus monumentis Graeciae quis invenitur, cum ab Aiace fabulisque discesseris, praeter Atheniensem Themistoclem, qui se ipse morte multavit? pro Scauro 2, 3. — Ficta narratio de eius morte apud Clitarchum et Stratoclem: vera apud Thucydidem. Brut. 11, 42. — Cuius studium in legendo non erectum Themistoclis fuga redituque? ad Fam. 5, 12, 5. Mirum σφάλμα μνημονικόν. Lallemand *Alcibiadis* substituere voluit. — Herodotus Themistoclem praedicavit. Ibid. §. 7. — Themistocles fertur incredibili quadam magnitudine consilii atque ingenii fuisse; quid responderit cuidam docto homini, cum is sibi artem memoriae tradere vellet: de Or. 2, 74, 299. Cfr. Ibid. 86, 351. — Themistocli cum Simonides an quis alius artem memoriae polliceretur, oblivionis, inquit, mallem cet. de Finn. 2, 32, 104. Ibid. 35, 116. — Quod ad calliditatem attinet, Graeci Themistoclem et Pheraeum Iasonem ceteris anteponunt. de Off. 1, 30, 108. — Themistocles omnium civium perceperat nomina. Cato 7, 21. — Memoriam fuisse in Themistocle, quem facile Graeciae principem ponimus, singularem ferunt. — Facetum eius responsum. Acad. 2, 1, 2. — Cum in epulis recusasset lyram, habitus est indoctior. Tuscul. 1, 2, 4. Ibid. 15, 33. — Responsum ab eo Seriphio cuidam datum. Cato 3, 8. — Eius dictum de filia collocanda. de Off. 2, 20, 71. — Themistoclis colloquium cum Aristide de classe Lacedaemoniorum incendenda. de Off. 3, 11, 49. — Themistocles comparatus cum Solone. de Off. 1, 22, 75. — (Quamquam bene meriti de patria) Themistoclis liberi eguerunt. Pseudocic. ad Brut. 1, 15. — Cfr. etiam Tuscul. 1, 46, 110. de Off. 2, 5, 16. Schol. Bob. pro Flacco p. 236.

Theodectes, Phaselites, auditor Aristotelis atque Isocratis, in primis (ut Aristoteles saepe significat) politus scriptor. Orat. 51, 172. cfr. Ibid. 57, 194. — Eximia eius memoria. Tuscul. 1, 24, 59. Quintil. 11, 2, 50. — Theodectis iudicium de paeane. Orat. 64, 218. — Theodectes de numeris scripsit. Rufinus p. 191. — Eius calliditas in griphis solvendis. Athen. 10, 75. p. 1001. Dind. Cfr. Diog. Laërt. 5, 24. Cfr. Märcker Comm. de Theodecte. Lipsiae 1836. 8.

Theodorus Byzantius, sophista. Orat. 12, 39. — Praefractior nec satis rotundus. Ibid. 13, 40. (confusus cum Thucydide.) — Theodorus in arte subtilior Lysia, in orationibus autem ieiunior. Brut. 12, 48. — De numeris scripsit. Rufinus p. 191. — Floruit Socratis temporibus; a Platone in Phaedro p. 266. E. vocatur λογοδαίδαλος. Cfr. Quintil. 3, 1, 11. Apud Diog. Laërt. 2, 104. civilibus orationibus clarus dicitur. Aliis orationes scripsit. Ern.

Theodorus Cyrenaeus, philosophus non ignobilis; magnanimum eius responsum Lysimacho, Pergami regi, datum. Tuscul. 1, 43, 102. Ibid. 5, 40, 117. — Theodorus Cyrenaicus et Diagoras Melius nullos esse omnino deos putaverunt. de Nat. D. 1, 1, 2. — Theodorus posterior Diagorae. Ibid. 23, 63. Ibid. 42, 117. — Deos esse negavit, unde ἄθεος dictus et cum Athe-

nis, tum Cyrenis eiectus est. Vide Diog. Laërt. 2, 86. 101. Mortem crudelem contempsit, quam ei rex Lysimachus minatus erat propter libertatem linguae. Ad eum missus erat a Ptolemaeo, Lagi filio, apud quem diu moratus est. Diog. L. Ibid. 102. Ab eo dicuntur Theodorii. Cave confundas cum Theodoro Cyrenaico, geometra, quo Plato praeceptore usus est, cuius mentionem etiam Xenophon facit in Memorabil. 4, 2, 10. Ern.

Theodorus, Hennensium legatus, testis in Verrem. Verr. Accusat. 4, 51, 113.

Theodosius Chius, Hermarchi adversarius, legatus ad senatum missus, per P. Clodium sica percussus. de Harusp. resp. 16, 34.

Theomnastus, C. Verris adiutor in sceleribus committendis. Verr. Accus. 2, 21, 50. Ibid. 51, 127. — Theomnastus, homo ridicule insanus, quem Syracusani Theoractum (*a deo perculsum*) vocabant. Ibid. 4, 66, 149.

Theophanes Mitylenaeus sive Lesbius. — Cn. Pompeius Theophanem, scriptorem rerum suarum, in contione militum civitate donavit. pro Archia 10, 24. — Hinc posteri eius Pompeiorum nomine Romae fuere. Vide Ryckium ad Tac. Ann. 6, 8. — Familiarissimus Pompeio et particeps consiliorum eius. ad Att. 2, 5, 1. Ep. 12, 2. Ep. 17, 3. — Valet auctoritas eius apud Cn. Pompeium plurimum. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 11, 3. — Odia improborum rursus in nos incendamus et Lucceii consilia ac Theophani persequamur. Ib. Lib. 9, 3. — Cum eo et L. Lucceio communicare de maximis rebus Pompeius consueverat. (a. u. c. 706.) Caesar Civ. 3, 18. — Theophanes adoptavit L. Cornelium Balbum. pro Balbo 25, 57. ad Att. 7, 6, 16. Lib. 8, 12, 5. — Sermones eius minaces. Lib. 9, 11, 3. Cfr. Plutarch. in Pompeio passim. Manutius in Argumento or. pro Balbo libertum Pompeii facit, refutatus a Fabretto ad Inscriptt. ant. p. 478. Vide Burmann. ad Vellei. 2, 18. Ern.

Theophilus de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 9.

Theophilus, M. Marcelli libertus. ad Fam. 4, 9, 1. Ibid. 10, 1.

Theophrastus divinitate loquendi nomen invenit. Orat. 19, 62. (Nam antea Tyrtamus appellabatur.) — Eius auditor fuit Demetrius Phalereus. de Finn. 5, 19, 54. — Fuit magister Demetrii Phalerei. Brut. 9, 37. — Ab anicula quadam Atheniensi *hospes* appellatur. Brut. 46, 172. — Contra eum scribere ausa est Leontium, meretricula, Epicurea. de Nat. D. 1, 33, 93. — Theophrastus moriens accusasse naturam dicitur, quod cervis et cornicibus vitam diuturnam, quorum id nihil interesset, hominibus, quorum maxime interfuisset, tam exiguam vitam dedisset. Tuscul. 3, 28, 69. — Rhetores ab Aristotele et Theophrasto profecti. de Inv. 1, 35, 61. — Genus argumentandi per ratiocinationem summe frequentavit. Ibid. ibid. — Theophrastus et Aristoteles cum Academia vetere re congruentes, genere docendi paullum differentes. de Legg. 1, 13, 38. — Quid? Theophrastus mediocriterne delectat, cum tractat locos ab Aristotele ante tractatos? de Finn. 1, 2, 6. — Theophrastus, vir et oratione suavis et ita moratus, ut prae se probitatem quandam et ingenuitatem ferat, fregit quodammodo auctoritatem veteris disciplinae (Peripateticae). Spoliavit enim virtutem suo decore imbecillamque reddidit, quod negavit in ea sola positum esse beate vivere. (In libro περὶ τῆς θείας εὐδαιμονίας.) Acad. 1, 9, 33. — Eius auditor Strato. Ibid. §. 34. — Nervos virtutis incidit. Ibid. 10, 35. — Theophrastus eloquens et in dicendo suavis atque ornatus. de Or. 1, 11, 49. — Quis Theophrasto dulcior? Brut. 31, 121. — Theophrastus itemque Aristoteles cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerunt. de Divin. 2, 1, 4. — Theophrastus quartum numerat in orationis laudibus ornatum illud, suave et affluens. Orat. 24, 79. — Theophrastus Theodectesque de paeane eadem dicunt atque Aristoteles. Orat. 57, 191. — Eius doctrina de numero oratorio. Orat. 51, 172. — Theophrasti iudicium de paeane. Or. 64, 218. — Iudicium de numero. Or. 68, 228. — Theophrastus putat orationem politam non adstricte, sed remissius numerosam esse oportere, cui opinioni obloquitur Cicero sub L. Crassi persona. de Or. 3, 48, 184. — Quid de dithyrambo tradiderit. Ibid. §. 185. — Quomodo Theophrasto placet, verecunda sit tralatio. ad Fam. 16, 17, 1. — Vereor, ne Zeno virtuti plus tribuat, quam natura patiatur, praesertim Theophrasto multa diserte copioseque di-

cente. Et hic metuo ne vix sibi constet; qui, cum dicat esse quaedam et corporis et fortunae mala, tamen eum, qui in his omnibus sit, beatum fore censet, si sapiens sit. Acad. 2, 43, 134. — Theophrastus cum fortuna, cum dolore, cum cruciatu coniungi beatam vitam nullo modo posse putavit. de Finn. 5, 26, 77. — Magna controversia est Dicaearcho, familiari tuo, cum Theophrasto, amico meo, ut ille tuus *τὸν πρακτικὸν βίον* longe omnibus anteponat, hic autem *τὸν θεωρητικόν*. ad Att. 2, 16, 3. — Theophrastus multa de magistratibus quaesivit subtiliter. de Legg. 3, 5, 14. — Institutus ab Aristotele habitavit in eo genere rerum (civilium). Ibid. 6, 14. — Locum de re publica tractavit uberrime. de Divin. 2, 1, 3. — Theophrasti libri complures, qui inscribuntur *φυτῶν ἱστορίας* et alteri, *φυτικῶν αἰτίων*, non tam idonei iis, qui agrum colere volunt, quam qui scholas philosophorum. Varro RR. 1, 5, 1. cfr. Ibid. 1, 7, 6. — Theophrastus cum statuisset verbera, tormenta, cruciatus, patriae eversiones, exsilia, orbitates magnam vim habere ad male misereque vivendum, non est ausus elate et ample loqui, cum humiliter demisseque sentiret. Tuscul. 5, 9, 24. — Eius liber *de vita beata*. Ibid. ead. §. — Vexatur idem Theophrastus et libris et scholis omnium philosophorum, quod in Callisthene suo laudarit illam sententiam: *Vitam regit fortuna, non sapientia*. Ibid. §. 25. — Eius de beata vita liber; in quo multum admodum fortunae datur. de Finn. 5, 5, 12. — Idem liber memoratur de Finn. 5, 28, 85. Ibid. 29, 86. — Theophrastus in eo libro, quem de divitiis scripsit, multa, illud absurde. Est enim multus in laudanda magnificentia et apparatione popularium munerum taliumque sumptuum facultatem fructum divitiarum putat. de Off. 2, 16, 56. — Theophrastus stirpium naturas omniumque fere rerum, quae e terra gignerentur, causas atque rationes persecutus est. — Omnium fere civitatum ab eo leges cognovimus. — Idem quae essent in re publica rerum inclinationes et momenta temporum, quibus esset moderandum, utcunque res postularet, exposuit. Eius dialectica, rhetorica, ethica cet. Vitae autem degendae ratio maxime quidem Aristoteli et Theophrasto placuit quieta in contemplatione et cognitione posita rerum. de Finn. 5, 4, 10. seqq. — Eius libri *ἐξωτερικοί* et *ἀκροαματικοί*. Ibid. 5, 12. — *Θεοφράστου περὶ φιλοτιμίας* affer mihi de libris Q. fratris. ad Att. 2, 3, 3. Ibid. 9, 2. — Tunstallus Ep. ad Middleton. p. 141. malebat, sed parum probabiliter, *περὶ πολιτείας*, qualem librum ab eo scriptum testis est Diog. Laërt. 5, 45. — Eius *τέχνη ῥητορική* s. liber *περὶ λέξεως* maximopere una cum Aristotelis commendatus a Peripateticis. de Orat. 1, 11, 43. (confer Ibid. 13, 55.) — Theophrastus de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8. — Saepe ab Aristotele, a Theophrasto mirabiliter et laudata per se ipsa rerum scientia. de Finn. 5, 25, 73. — Caeli pulchritudo etiam in terris patritam illam et avitam (ut ait Theophrastus) philosophiam, cognitionis cupiditate incensam excitavit. Tuscul. 1, 19, 45. — Theophrastus interitum deplorans Callisthenis sodalis sui, rebus Alexandri prosperis angitur: itaque dicit Callisthenem incidisse in hominem summa potentia summaque fortuna, sed ignarum, quemadmodum rebus secundis uti conveniret. Tuscul. 3, 10, 21. — Recte ab eo laudata est hospitalitas. Laus ab eo tributa Cimoni. de Off. 2, 18, 64. — Theophrasti iudicium de Herodoto et Thucydide. Or. 12, 39. — Eius testimonium de Hiceta, Syracusio. Acad. 2, 39, 123. — Quid rettulerit de Taurisco actore. de Or. 3, 59, 221. — Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo reprehensum est? ad Att. 6, 1, 18. — Theophrastus auctor haud deterior (meliorem multi nominant) Timaeo, adversus hunc affirmat Zaleucum fuisse. de Legg. 2, 6, 15. — Confer etiam Acad. 2, 35, 113. de Finn. 4, 2, 3. Tusc. 5, 37, 107. — Varro RR. 1, 37, 5. 1, 40, 1. Rufinus p. 185. Iulius Victor p. 231.

Theopompus rex. Nec Ephori Lacedaemone a Theopompo oppositi regibus nec apud nos consulibus tribuni. de Legg. 3, 7, 15. — Eo regnante (tempore belli Messeniaci) Spartae quinque ephori constituti. de Rep. 2, 33, 58. Cfr. Plutarch. Lycurg. 7. K. F. Lachmann *die spartanische Staatsverfassung*. Breslau 1836. p. 209. seqq.

Theopompus Chius, scripsit Historiam libris XII., initio facto, ubi Thu-

cydides desiit, complexus annos XVII. Cfr. Diod. Sic. 14. p. 305. — Isocrates dixit de Ephoro et Theopompo: „alter (Theopompus) frenis eget, alter (Ephorus) calcaribus. ad Att. 6, 1, 12. — Isocratem in acerrimo ingenio Theopompi et lenissimo Ephori dixisse traditum est, alteri se calcaria adhibere, alteri frenos. Brut. 56, 204. — Quomodo institutus ab Isocrate? de Or. 3, 9, 36. — Quid Theopompo acrius? Fragmm. p. 479. — Theopompus et Ephorus praestantes ingenio ab Isocrate magistro compulsi se ad historiam contulerunt; causas omnino nunquam attigerunt. de Or. 2, 13, 57. Ibid. Cap. 23, 94. — Theopompus elatione atque altitudine orationis suae officit Philisto et ipsi Thucydidi. Brut. 17, 66. — Theopompum, Isocratis discipulum, quidam reprehendunt, quod concursum vocalium tanto opere effugerit. Orat. 44, 151. — *Συμβουλευτικὸν* (librum ad Caesarem) saepe conor: nihil reperio; et quidem mecum habeo et *Ἀριστοτέλους* et *Θεοπόμπου πρὸς Ἀλέξανδρον*. Sed quid simile? Illi et, quae ipsis honesta essent, scribebant et grata Alexandro. ad Att. 12, 40, 2. Ib. Lib. 13, 28, 2. — *Ἀνέκδοτα*, quae tibi uni legamus, Theopompio genere aut etiam asperiore multo pangentur. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 6, 2. — Eius narratio de Bardyli, Illyrico latrone. de Off. 2, 11, 40. — Eius fragmentum: „ut quotidiano in forum mille hominum cum palliis conchylio tinctis descenderent." de Rep. 6, 2, 2. — Apud Herodotum et apud Theopompum sunt innumerabiles fabulae. de Legg. 1, 1, 5. — Theopompeus mos. Orat. 61, 207. Rufinus p. 184.

Theopompus, familiaris Caesaris a. u. c. 709. ad Att. 13, 7, 1. — Idem videtur cum sequente, ex sententia etiam Victorii Var. Lectt. 17, 3. Diversus contra ille, qui memoratur in Epp. ad Q. Fr.

Theopompus expulsus a Trebonio, confugit Alexandriam. Philipp. 13, 16, 33.

Theopompus, unus de cohorte amicorum Q. Ciceronis in Asia provincia. (a. u. c. 695.) ad Q. Fr. 1, 2, 3, 9. ad Q. Fr. 2, 12, 4.

Theoractus. Vide Theomnastus.

Theramenes Atheniensis, propter ancipitem faciendi dicendique sapientiam in rep. floruit. de Or. 3, 16, 59. — Theramenes secundae aetatis orator: de eo audivimus (scripta nonnulla exstitisse). de Or. 2, 23, 93. (Ergo Ciceronis tempore nulla eius scripta exstabant.) — Eius et aequalium dicendi genus. Brut. 7, 29. — Theramenes cum coniectus in carcerem triginta iussu tyrannorum venenum ut sitiens obduxisset, reliquum sic e poculo eiecit, ut id resonaret; quo sonitu reddito arridens, *Propino*, inquit, *hoc pulchro Critiae*, qui in eum fuerat taeterrimus cet. Tuscul. 1, 40, 96. Cfr. Xenoph. Hist. Gr. 2, 3, 56.

Thericlia pocula „nomen habent a Thericle, figulo Corinthio. Illum enim Salmasius ait in Exercitatt. Plin. p. 734. Aristophanis poëtae aequalem, calices facere solitum ex nigra terra, sed postea pocula ad fictilium illorum imitationem facta, sive ex terebintho aliove ligno, sive ex argento vitrove essent, vocata esse Thericlia. De eodem Thericle et eius aetate cfr. Bentleium Opuscc. philol. p. 11 et 216. sq." Zumpt. ad Verr. Accusat. 4, 18, 38. — Apud Ioseph. Arch. 11, 1. sunt *Θερίκλεια χρύσεα* inter vasa, quae Cyrus Iudaeis reddidit. Thericlis mentio etiam apud Lucian. Lexiph. C. 7. et Athenaeum 9. p. 470. E. Ern.

Thermae, Siciliae oppidum prope Himeram, cuius incolae Thermitani. Verr. Accusat. 2, 34, 85. seqq.

Thermitani. Verr. Accus. 3, 42, 99.

Thermopylae, angustus transitus per praeruptos montes, silvis impervios, ex Thessalia in Boeotiam et Locridem, Leonidae praesertim suorumque et virtute et morte clarus. — Apud Thermopylas M'. Acilius Glabrio cos. a. u. c. 563. depugnavit cum Antiocho Magno. Cato 10, 32. de Finn. 2, 30, 97. Tuscul. 1, 42, 101. de Off. 1, 18, 61.

Thermus. Vide Minucius.

Theseus, Neptuni filius. de Nat. D. 3, 18, 45. — Theseus, amicitiae exemplum. de Finn. 1, 20, 65. — Theseus haudquaquam iratus Marathonii tauri cornua comprehendit. Tuscul. 4, 22, 50. — Theseus Atticos demigrare ex agris et in astu quod appellatur omnes se conferre iussit. de Legg. 2, 2, 5. — Theseus Hippolytum perdidit, cum ter optandi a Neptuno patre habuisset potestatem. de Nat. D. 3, 31, 76. — The-

seus Hippolytum perdidit. de Off. 1, 10, 32. — Theseus et Hippolytus. de Off. 3, 25, 94. — Theseus Euripidis fabula. Tuscul. 3, 14, 29. de Rep. 2, 1, 2.

Thespiades Musae, a L. Mummio Romam deportatae atque ad aedem Felicitatis collocatae. Verr. Accusat. 4, 2, 4. Varro Fr. p. 305. Bip. — Earum unam amavit eques Ro. Iunius Pisciculus. Varro Fr. p. 354. Bip. Vide Musae.

Thespiae, Boeotiae oppidum sub Helicone ad sinum Crissaeum, Musis sacrum, quae inde Thespiades dicuntur. ad Fam. 13, 22, 1. — Praxiteles Cupidinem fecit illum, qui est Thespiis, propter quem Thespiae visuntur; nam alia visendi causa nulla est. Verr. Accusat. 4, 2, 4.

Thespienses. Quid arbitramini Thespienses merere velle, ut Cupidinis signum, propter quod unum visuntur Thespiae, amittant? Verr. Accusat. 4, 60, 135.

Thesprotia, regio Epiri, ad sinum Ambracium. — Tu, quem videbitur, praeficies Thesprotiae et Chaoniae, (rebus tuis Epiroticis curandis). ad Att. 6, 3, 2.

Thessalia vexata a L. Pisone. in Pison. 40, 96. de Or. 2, 86, 352. pro Flacco 26, 63.

Thessalici equi nobiles. Varro RR. 2, 7, 6.

Thessalonica, urbs Macedoniae, ad sinum Thermaicum. Confer: Historia Thessalonicae res gestas usque ad a. Chr. 904. complectens. Scripsit Th. Lud. Frid. Tafel. Tubingae 1835. 4. — ad Q. Fr. 1, 4, 2.

Thessalonicenses a Denseletis arcem munire coacti. in Pison. 34, 84. — Thessalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum et arcem munire coacti, L. Pisone Macedoniam obtinente. (a. u. c. 698.) de prov. cons. 2, 4.

Thessalus et Themistagoras Lampsaceni, tumultum concitarunt contra C. Verrem. (a. u. c. 675.) Verr. Accusat. 1, 33, 83.

Thetin *Thelim* dicebant antiqui. Varro RR. 3, 9, 19. Varro LL. 7, 5. p. 364.

Theudas, libertus Trebiani vel Trebonii. ad Fam. 6, 10, 1.

Thirmida, Numidiae oppidum, ubi interfectus est Hiempsal. Sal. Iug. 12.

C. Thoranius, quaestor Varinii. Sal. Hist. 3. p. 220. Ed. Gerl. min. — Hunc C. Thoranium quaestorem a Q. Caecilii Metelli legato, quem Plutarchus Sertor. C. 12. *Θωράνιον*, sed Florus 3, 22. *Thorium* vocat, et Thoranio mangone, quem Suet. Octav. 69. commemorat, haud dubie diversum, posthac Octaviani tutorem fuisse, a triumviris proscriptum, a filio C. Thoranio, triumvirum partes secuto, iis proditum atque eorum iussu interfectum (a. u. c. 712.) Bimardus et Brossius recte existimaverunt. Cfr. Appian. B. C. 4, 12. Valer. Max. 9, 11, 5. Oros. 6, 18. — Eum, qui Pompeii partes secutus atque exul erat, a. u. c. 709. consolatur Cicero ad Fam. 6. Epp. 20 et 21. — Scriptura *Thoranius* firmatur a Plutarcho l. l. et antiquissima scheda, in qua repertum est illud Salustii fragmentum. Apud Cic. scribitur *Toranius*, *Torannius*. Vide etiam Turanius.

Thoria lex. de Or. 2, 70, 284.

Thorius, Torius, Turius, Taurius. Cfr. de his nominibus Schneiderum ad Varronem p. 396.

L. Thorius Balbus, Lanuvinus, unde in nummo eius apud Eckhel D. N. 5. p. 324. caput I. S. M. R. (*Iunonis Sispitae magnae reginae.*) — Is ita vivebat ut nulla tam exquisita posset inveniri voluptas, qua non abundaret cet. de Finn. 2, 20, 63. (Distinguendus sane a L. Turio, qui Brut. 67, 237. memoratur: quamquam utrumque confundit Pigh. Ann. a. u. c. 673.)

Sp. Thorius Balbus satis valuit in populari genere dicendi, is, qui agrum publicum vitiosa et inutili lege agraria vectigali levavit. (a. u. c. 647.) Brut. 36, 136. — Eius lex. de Or. 2, 70, 284. ubi consule Turnebum et Henrichsenium. — Appian. B. C. 1, 27. *Σπούριος Θόριος δημαρχῶν εἰσηγήσατο νόμον, τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ κατατίθεσθαι καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν εἰς διανομάς.*

T. Thorius Italicensis Cn. Pompeio se Hispaniam recuperare velle dictitabat tempore proelii Pharsalici. Bell. Alex. 57. 58.

Thoth. Sic Aegyptii appellant Mercurium quintum, qui eis leges et litteras tradidit; eodemque nomine anni primus mensis apud eos vocatur. de Nat. D. 3, 22, 56. Platoni in Philebo.

p. 75. et in Phaedro p. 376. *Θεῦθ* appellatur.

Thraces. Thracibus ac Dardanis L. Piso proconsul Macedoniae pacem maxima pecunia vendidit. pro Sestio 43, 94. — Macedonia per M. Fonteium a Thracum adventu ac depopulatione defensa fuit. pro Fonteio 16, 34.

Thracia. In Thracia *σειροῖς* utuntur ad condendum frumentum. Varro RR. 1, 57, 2. — In ea boves perferi. Varro RR. 2, 1, 5.

Thraecia castra. Talibus via illa nostra, quae per Macedoniam est usque ad Hellespontum militaris, distincta ac notata, L. Pisone Macedoniam obtinente. (a. u. c. 698.) de prov. cons. 2, 4.

Thraecidica, Philipp. 7, 6, 17. sunt arma gladiatorum, qui Thraeces vel Thraces dicebantur ab armaturae genere.

Thraex, gladiator. Philipp. 6, 5, 13. Cfr. Oudendorp. ad Suet. Calig. 35.

Thrasybulus. Q. Mucius Scaevola in Cinnae dominatione dicere solebat: „Se id fore videre, quod factum est; sed malle quam armatum ad patriae moenia accedere." Aliter Thrasybulus et fortasse melius. ad Att. 8, 3, 6.

Thrasymachus Chalcedonius, sophista, inter primos tractavit orationis artificia. Orat. 12, 39. — Concisus minutis numeris. Ibid. 13, 41. — Thrasymachus, Gorgias, Isocrates minus in ipsa rep. versabantur, sed tamen oratoriae scientiae doctores erant. de Or. 3, 16, 59. — Eius omnia nimis etiam exstant scripta numerose. Orat. 52, 175. — Quid de Prodico Ceo, quid de Thrasymacho Chalcedonio, de Protagora Abderita loquar? quorum unus quisque plurimum temporibus illis (Socratis aetate) etiam de natura rerum et disseruit et scripsit. de Or. 3, 32, 128. — Thrasymachus Chalcedonius ceterique sophistae a Socrate impugnati. Brut. 8, 30. — Thrasymachus de numeris scripsit. Rufinus p. 191. Cfr. Stallbaum ad Plat. de Rep. 1. p. 8. et 35. — Eius epitaphium est apud Athen. 10, 81. p. 1009. Dind. *Τοὔνομα θῆτα, ῥῶ, ἄλφα, σάν, ῦ, μῦ, ἄλφα, χῖ, οὖ, σάν. Πατρὶς Χαλκηδών· ἡ δὲ τέχνη σοφίη.*

Thraso Tyndaritanus. Ei patellam abstulit C. Verres. Verr. Accusat. 4, 22, 48.

Thraso, C. Curionis filii libertus. ad Fam. 2, 7, 3.

Threicius. Barbarus compunctus notis Threiciis cet. de Off. 2, 7, 25. — Threiciae notae sunt stigmata, quibus Thraces satellites corpora notabant.

Thucydides rerum gestarum pronuntiator sincerus et grandis etiam fuit. — Orationes autem quas interposuit, eas ego laudare soleo; imitari neque possim, si velim, nec velim fortasse, si possim. Brut. 83, 287. — Ipse Thucydides si posterius fuisset, multo maturior fuisset et mitior. Ibid. §. 288. — Thucydides res gestas - - narrat graviter sane et probe, sed nihil ab eo transferri potest ad forensem usum et publicum. Orat. 9, 30. — Rerum explicator prudens, severus, gravis — nunquam numeratus orator. Ibid. 9, 31. — Amplissimae eius laudes. de Or. 2, 13, 56. — Eum ad primam oratorum Graecorum aetatem refert Cic. de Or. 2, 22, 93. — Ante Periclem et Thucydidem littera nulla est, quae quidem ornatum aliquem habeat et oratoris esse videatur. Brut. 7, 27. — Eius dicendi genus. Ibid. §. 29. — Eius genus dicendi. Ei officit Theopompus. Brut. 17, 66. — Vide Philistus, qui ad Q. Fr. 2, 13, 4. dicitur „paene pusillus Thucydides." — Quid Thucydide gravius? Fragmm. p. 479. — Thucydides et Herodotus si apte numeroseque dixerunt, ea non numero quaesito, sed verborum collocatione ceciderunt. Orat. 65, 219. — Thucydides Herodotusque longissime a sophistarum - - ineptiis afuerunt. — Thucydides incitatior fertur et de bellicis rebus canit etiam quodammodo bellicum. Orat. 12, 39. — In eo orbem modo orationis desidero; ornamenta comparent. Orat. 71, 234. — Thucydides nihil ad eum oratorem, quem quaerimus. Opt. gen. or. 5, 15. — Thucydides non effugit vocalium concursionem, ut fecerunt Isocrates et Theopompus. Orat. 44, 151. — Sed haec fuerit, ut ait Thucydides, *ἐκβολὴ λόγου* non inutilis. ad Att. 7, 1, 6. — Eius testimonium de Antiphonte Rhamnusio. Brut. 12, 47. — Eius iudicium de Themistocle. ad Att. 10, 8, 7. — Thucydides, summo loco natus summusque vir vera tradidit de Themistoclis morte. Brut. 11, 43.

Thucydidium genus, Opt. gen. or. 6, 16.

Thucydidii oratores, novum quoddam imperitorum et inauditum genus. Orat. 9, 30.

Thurii et Thurium (sic est ad Att. 3, 5., nisi ibi pro *Thurii* legendum *Thuriis*), urbs Calabriae, olim Sybaris dicta, quo nomine propter summas incolarum voluptates inclaruit. De scriptura nominis vide Duker ad Liv. 38, 9. et Interpretes Orat. pro Tullio §. 14. ad Att. 9, 19, 3.

Thurimachus, septimus Sicyoniorum rex. Varro Fr. p. 236. Bip.

Thurinus ager, in Lucania. pro Tullio §. 14.

Thurium. ad Att. 3, 5. Vide Thurii.

Thyamis Epirotes fluvius. de Legg. 2, 3, 7. — Thyamis fluvius, qui Thesprotiam Cestrinamque discriminat. ad Att. 7, 2, 3.

Thyestea exsecratio. in Pis. 19, 43.

Thyestes, Tantalo prognatus, Pelope natus. Tuscul. 3, 12, 26. Ibid. 18, 39. — Thyestes, ultima Ennii tragoedia. Brut. 20, 78. Item Orat. 55, 184. Confer etiam de Nat. D. 3, 27, 68. Tuscul. 1, 44, 107. Tuscul. 4, 36, 77.

Thyone et Nisus parentes Dionysi quinti. de Nat. D. 3, 23, 58. Apud alios est nomen Semelae inter deos receptae. Apollod. 3, 5, 3.

Thyreum, Acarnaniae oppidum prope mare et urbem Leucadem. ad Fam. 16, 5, 1.

Tibarani (Lamb. *Tibareni*): finitimi Eleutherocilicibus pari scelere et audacia; ab his obsides accepi. (a. u. c. 704.) ad Fam. 15, 4, 10.

Tiberina decursio: de Finn. 5, 24, 70. „Erat festus ille dies in honorem Fortunae celebratus VIII. Kal. Septbr. quotannis tum ad ripam Tiberis pedibus, tum in flumine cymbis decursione facta. Ovid. Fast. 6, 775.“ Otto.

Tiberinus deus. Varro LL. 5, 5. p. 45. — Rex Latinorum. Ibid. p. 46. — In augurum precatione Tiberinum, Spinonem, Almonem, Nodinum, alia propinquorum fluminum nomina videmus. de Nat. D. 3, 20, 52.

Tiberis fluvius, unde dictus? Varro LL. 5, 5. p. 46. — Tiberis optimum fert piscem. Varro Fr. p. 207. Bip. — Tiberis ambit Martium campum et Urbem. Varro LL. 5, 5. p. 44. — Eum ducere secundum montes Vaticanos cogitabat Caesar a. u. c. 709. ad Att. 13, 33, 4. — Habeo etiam dicere, quem T. Roscius Capito contra morem maiorum minorem annis LX. de ponte in Tiberim deiecerit. pro Sex. Roscio 35, 100.

Tiberius. Q. Volusium, tui, (Attice,) Tiberii generum cet. ad Att. 5, 21, 6. Quis fuerit, latet.

Tiburs ager mediocris. Varro RR. 1, 9, 6.

Tiburs Sibylla, Albunea. Varro Fr. p. 217. Bip.

L. Tiburtius a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 19.

L. Ticida, eques Ro. vide Q. Cominius. (Bell. Afric. 44 et 46.)

P. Ticinius Mena primus e Sicilia Italiam adduxit tonsores a. u. c. 454. Varro RR. 2, 11, 10.

C. Tidius Strabo. Vide Titius.

(M.) Tigellius, Sardus, „musicae artis peritissimus et vocis eximiae C. Iulio Caesari dictatori familiaris fuit et post Cleopatrae acceptus maxime, Octaviano quoque Caesari amicissimus, eo quod dulce caneret et urbane iocaretur, adeo ut inter familiares et domesticos haberetur.“ Schol. Cruq. ad Horatii Sat. 1, 2, 2. Recte Kirchner in Quaestionibus Horatianis. Lipsiae 1834. 4. p. 42. docet duos fuisse homines diversos hunc Tigellium Sardum maiorem, a Cicerone aliquoties memoratum, sed semper sine *Hermogenis* cognomine, et Tigellium Hermogenem minorem, itidem cantorem, illius fortasse discipulum, postea filium adoptivum vel heredem; illum mortem obisse a. u. c. 714.; hunc, non illum, Horatii obtrectatorem fuisse; ad maiorem referri Hor. Sat. 1, 2, 3. Sat. 1, 3, 3.; ad minorem Sat. 1, 3, 129. Sat. 1, 4, 72. Sat. 1, 9, 25. Sat. 1, 10, 18: 80: 90. De locis autem Tullianis sic idem: „Ciceroni a. u. c. 709. id mali evenit, ut cantoris illius adversam voluntatem sibi mereret, quod avi aut patrui eius Phameae causam facile procrastinandam die praestituta agere non potuerat, quia de Sestio ei in consilium eundum fuerat (ad Att. 13, 49, 1.: *Tigellius μέμψιν ἀναφέρει μοι quandam iniquissimam, me Phameae defuisse, cum eius causam recepissem.* Cfr. Ibid. Ep. 50, 3. Ibid. Ep. 51, 2. ad Fam. 7, 24, 1.: *Olim, cum regnare*

existimabamur non tam ab ullis, quam hoc tempore observor a familiarissimis Caesaris omnibus praeter Tigellium. Id ego in lucris pono non ferre hominem pestilentiorem patria sua: eumque addictum iam tum puto esse Calvi Licinii Hipponacteo praeconio cet. Phamea autem, qui sciret et nepotem bellum tibicinem habere et sat bonum unctorem (cantorem Manut.) *discessit a me, ut mihi videbatur, iratior. Habes Sardos venales, alium alio nequiorem. Cognosti meam causam et istius salaconis iniquitatem.*) Significat Cicero choliambum illum a Porphyrione ad Horat. Sat. 1. 3, 1. servatum: *Sardi Tigelli putidum caput venit*, et in ipsa hac voce *Tigelli caput venit* facete ludens eum tamquam in auctione mancipium praeconis voce licitanti quasi addictum ait. Tigellium igitur iamdudum Licinius Calvus poëta, Catulli amicus, Bioneo sale perfricuerat aut odio in Caesarianos omnes aut propria aliqua iniuria ab illo accepta." — Quod autem Kirchner putat *Sardus* stabile fuisse Tigellii cognomen, ut sunt *Antias*, *Cimber*, *Hirpinus*, *Soranus*, aliter mihi videtur; nam contemptim nationis illius nomen ei appositum a Licinio, Cicerone, Horatio arbitror.

Tigranes, rex Armeniae, gener Mithridatis. Cum eo bellum gessit Arsaces, rex Parthorum. Sal. Hist. 4. p. 231. Ed. Gerl. min. in Ep. Mithridatis ad Arsacen. — Tigranes „mea dicta sero probavit." Mithridates in Ep. ad Arsacen apud Sal. Hist. 4. p. 232. Ed. Gerl. min. — Tigranes adiunxit se Mithridati. pro Murena 15, 33. — Tigranes Mithridatem excepit perditumque recreavit. pro lege Manilia 9, 23. — Tigranem magnis copiis minitantem Asiae Cn. Pompeius retardavit. Ibid. 15, 45. — Tigranes a Lucullo pulsus animo tamen hostili cum reliquis suis copiis in pristina mente mansit. Hunc Cn. Pompeius, cum in suis castris supplicem abiectum vidisset, erexit cet. pro Sestio 27, 58. — P. Clodius legationem ad Tigranem cupiebat. (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 4, 2. Ibid. 7, 2. pro lege Manilia 2, 4. Schol. Gronov. ad Manil. p. 440. Dio Cass. 36, 35.

Tigranes, filius superioris, obses Romae aufugit. (a. u. c. 696.) Tigrane neglecto, sublata sunt omnia. ad Att. 3, 8, 3. Cfr. Manutium. — Tigranes filius a Cn. Pompeio in catenis depositus apud Flavium praetorem a. u. c. 696. dimissus a P. Clodio. Ascon. in Milon. p. 47. — Obses Romae per fraudem emissus a P. Clodio. Schol. Bob. pro Milone p. 284. Cfr. Dio Cass. Lib. 36. p. 27. Lib. 38. p. 78.

Tigurini, Helvetiae populus. a. u. c. 647. interfecerunt L. Pisonem legatum L. Cassii cos. Caesar Gall. 1, 12.

Tigurinus ager. In Fragmentis Ernestianis Orationis pro Tullio falsa lectio pro *Thurinus ager*.

L. Tillius Cimber, de interfectoribus Caesaris, cum ante acerrimus partium Caesarianarum propugnator fuisset. Seneca de Ira 3, 30. — An L. Tillius Cimber me est auctorem secutus? quem ego magis fecisse illam rem sum admiratus, quam facturum putavi. Admiratus sum autem ob eam causam, quod immemor beneficiorum, memor patriae fuisset. Philipp. 2, 11, 27.; (quo in loco *patriae* vocabulum ironice interpretatur Weichert Poët. Lat. p. 242.) — Tillius Cimber a. u. c. 710. classem in Bithynia comparavit. ad Fam. 12, 13, 3., utique paullo post Caesaris interitum. Illam enim provinciam a Caesare etiamtunc vivo acceperat, in eamque, interfecto Caesare, clam abiit. — Ab Satrio, legato C. Trebonii, reddita est mihi epistola, a Tillio et Deiotaro Dolabellam caesum fugatumque esse. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6. — De illa C. Caesaris caede tam creditum est Tillio Cimbro quam C. Cassio. Cassius tota vita aquam bibit. Tillius Cimber et nimius erat in vino et scordalus. In hanc rem iocatus est ipse: „Ego", inquit, „quemquam feram, qui vinum ferre non possum?" Seneca Ep. 83. Falso in Edd. olim appellabatur *Tullius*, quod tamen praefert Oudendorp. ad Caesar B. C. 3, 42. et ad Suet. Caes. 82. De eo vide praeter Manutium et Graevium ad l. l. Periz. Animadvv. Hist. p. 431. seqq.

Timaeus, Echecrates, Acrio, Pythagorei Locris. de Finn. 5, 29, 87. — Cum eo multum fuit Plato. de Rep. 1, 10, 16.

Timaeus, Tauromenitanus, Siculus, regnante Agathocle vixit eruditissimus et eloquentissimus historicus. — Iudicium de eius historia. de Or. 2, 14, 58. — Concinnum eius dictum de Alexandri ortu et Dianae Ephesiae templo, quod eadem nocte deflagravit. de Nat.

D. 2. 27, 69. Quod Ciceroni hic concinnum videtur, id Plutarchus in Alexandro 3. frigidum ac puerile iudicat. — Timaeus Pyrrhi bellum separatim scripsit. ad Fam. 5, 12, 2. — Timoleontem praedicavit. Ibid. §. 7. — Timaeus Zaleucum negat ullum fuisse, refutatus a Theophrasto. de Legg. 2, 6, 15. — Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo, tuo familiari, reprehensum est? ad Att. 6, 1, 18. — Timaeus Lysiam quasi Licinia et Mucia lege repetit Syracusas. Brut. 16, 63. — Timaeus Syracusas ait Graecarum urbium maximam, omnium autem esse pulcherrimam. de Rep. 3, 31, 43. — Timaeus scribit a Graecia antiqua tauros vocatos esse ἰταλοὺς, atque inde dictam Italiam. Varro RR. 2, 5, 3. — Timaei Reliquias collegit Fr. Goeller *de situ et origine Syracusarum.* Lipsiae 1828. 8.

Timaeus Platonis. de Nat. D. 1, 8, 18. Acad. 2, 39, 123. de Finn. 2, 5, 15. Tuscul. 1, 25, 63. Cfr. Cic. Timaeum.

Timagoras Epicureus negat sibi unquam, cum oculum torsisset, duas ex lucernula flammulas esse visas. Acad. 2, 25, 80.

Timanthes, pictor Sicyonius (Eusth. ad Iliad. ω, 163.) vel, ut Quintil. 2, 13. opinabatur, Cythnius, Zeuxidis et Parrhasii aequalis fuit, unde circa Olymp. XCVI. vixit. Cfr. Plin. 35, 10, 36. — Non est usus plus quam quattuor coloribus; eius formas et lineamenta laudamus; nondum tamen in eo iam perfecta omnia. Brut. 18, 70. — Eius Iphigenia. Orat. 22, 74.

Timarchides libertus et accensus C. Verris, homo improbus; eius epistola missa ad Q. Apronium. Verr. Accusat. 3, 66, 154. — Scelerum Verris transactor et administer. Verr. Accusat. 2, 28, 69. — Timarchides, Verris libertus nequam. Verr. Accusat. 2, 53, 133. Ibid. 54, 134. seqq. — Pactiones sepulturae cum iis faciebat, quos C. Verres capite damnarat. Verr. Accusat. 5, 45, 120. Verr. Accusat. 4, 10, 22. Verr. Accusat. 5, 31, 81.

Timavus fluvius, ab accolis mare nominatur. Varro Fr. p. 366. Bip.

Timocles, Autobulus, Athamas, formosi fratres, teneri L. Pisonis saltatores. in Pison. 36, 89.

Timocrates, frater Metrodori Epicurei; eum Epicurus, quia nescio quid in philosophia dissentiret, totis voluminibus concidit. de Nat. D. 1, 33, 93. Diog. Laërt. 10, 23. — Accusat Metrodorus Timocratem fratrem suum, quod dubitet omnia, quae ad beatam vitam pertineant, ventre metiri. de Nat. D. 1, 40, 113. — Timocrates et Amynomachus heredes Epicuri. de Finn. 2, 31, 101. — Lampsacenus an Atheniensis fuerit, aeque ut de fratre disputatur apud Ionsium 1, 20, 3. et Menag. ad Diog. Laërt. 10, 22.

Timoleon, imperator Corinthius, cuius vita est apud Aemilium Probum, a Timaeo laudatus. ad Fam. 5, 12, 7.

Timomachus. Eius Aiax et Medea apud Cyzicenos. Verr. Accusat. 4, 60, 135. (Vide Zumptium et Sillig. in Catal. Artif. p. 450.)

Timon Atheniensis, μισάνθρωπος. Ea asperitate fuit et immanitate naturae, congressus ut hominum fugeret atque odisset. Lael. 23, 87. Tuscul. 4, 11, 25 et 27. Cfr. Luciani Timonem.

Timotheus, Milesius, musicus. Lacedaemon illa severa nervos iussit, quos plures quam septem haberet, in Timothei fidibus demi. de Legg. 2, 15, 39. — Rem paullo aliter narrat Athenaeus 14, 40. ex Artemone περὶ Διονυσιακοῦ συστήματος. Cfr. Leopard. Emendd. 3, 14., ubi decretum Lacedaemoniorum in hunc Timotheum emendatur et explicatur. Ern. Decretum hoc subditicium esse probabilibus argumentis demonstravit Müller in Doriensibus Tom. 2. p. 324.

Timotheus, Cononis praestantissimi imperatoris filius, summus ipse imperator homoque doctissimus, institutus ab Isocrate. de Or. 3, 34, 139. — Cum belli laude non inferior fuisset quam pater, ad eam laudem doctrinae et ingenii gloriam adiecit. de Off. 1, 32, 116. — Timotheus, clarus homo Athenis et princeps civis. Eum, cum coenavisset apud Platonem eoque convivio admodum delectatus esset vidissetque eum postridie, dixisse ferunt: *Vestrae quidem coenae non solum in praesentia, sed etiam postero die iucundae sunt.* Tuscul. 5, 35, 100.

Timotheus, libertus Terentiae, ad Att. 6, 5, 2. tecte describitur, qui sit ὁμώνυμος τῷ Κόνωνος πατρί.

T. Tinca Placentinus, homo facetissimus cum Q. Granio praecone dicacitate certabat: eum Granius obrue-

hat nescio quo sapore vernaculo. Brut. 46, 172.

Tirenus pons, qui est Minturnis (fortasse in fluvio Liri vel in Maricae paludibus). ad Att. 16, 13. a., 1. (al. *Tiretius pons.*)

Tiresias et Amphiaraus, clari et praestantes viri, avibus et signis admoniti futura dicebant. De Tiresia etiam apud inferos Homerus ait, *solum sapere*, *ceteros umbrarum vagari modo*. de Divin. 1, 40, 88. — Tiresias, oculis captus. Ibid. 2, 3, 9. — Augurem Tiresiam, quem sapientem fingunt poëtae, nunquam inducunt deplorantem caecitatem suam. Tuscul. 5, 39, 115. — Mopsum, Tiresiam, Amphiaraum, Calchantem, Helenum augures fabulae adsciverunt. de Nat. D. 2, 3, 7.

Tiro, Ciceronis libertus. Vide M. Tullius Tiro.

M. Tiro, centurio, a Caesare ignominiae causa ab exercitu remotus a. u. c. 707. Bell. Afric. 54.

Tiro Numisius de sicariis M. Antonii. Philipp. 12, 6, 14. Philipp. 13, 2, 3. Philipp. 8, 9, 26. Vid. Numisius Tiro.

Tisamenus, servus Ciceronis. ad Att. 12, 10.

Tisias et Corax Syracusani, artis rhetoricae inventores et principes; ne mediocriter quidem diserti. de Or. 1, 20, 91. — Sublatis in Sicilia tyrannis (post eiectum Thrasybulum, Syracusarum tyrannum. Olymp. 78, 3.) primi teste Aristotele, artem et praecepta Corax et Tisias (illius discipulus) conscripserunt. Brut. 12, 46. — Tisias princeps atque inventor artis rhetoricae. de Inv. 2, 2, 6. — Tisias et Corax, Siculi, primum artem et praecepta (eloquentiae) conscripserunt. Brut. 12, 46. — Tisias et Corax artes primi oratorias apud Graecos scripsisse dicuntur. Victorinus II. p. 120.

Tisidium, Numidiae oppidum. Sal. Iug. 62.

Tissenses (*Τίσσαι*, Plinio 3, 14. *Tissinenses:*) perparva et tenuis civitas Siciliae. Verr. Accusat. 3, 38, 86.

Titan, id est, Sol. Arat. v. 294. de Nat. D. 2, 44, 112.

Titanes. Cum Titanis (Ern. *Titanibus*) et cum Gigantibus dii bella gesserunt. de Nat. D. 2, 28, 70. Tuscul. 2, 10, 23.

Titanis Trivia apud Ennium Diana. Varro LL. 7, 2. p. 301.

Tithonus, Laomedontis filius, Aurorae maritus, de quo nota est fabula. Ei Aristo Chius tribuit sermonem de senectute. Cato 1, 3. *Ceus* legit Klotz.

Titia lex non iure rogata sublata decreto collegii Augurum. de Legg. 2, 12, 31. pro Murena 8, 18. Schol. Bob. in Vatin. p. 316. de Legg. 2, 6, 14.

Titienses. de Rep. 2, 20, 36. — Titiensium, Ramnium, Lucerum singulae tribus milia singula militum mittebant. Varro LL. 5, 16. p. 91. cfr. p. 93. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 159. Vide Luceres.

Tities iidem qui Titienses. Varro LL. 5, 15. p. 86.

Titii Sodales dicti a titiis avibus. Varro LL. 5, 15. p. 89.

Titii duo, Hispani, Caesariani, a. u. c. 707. a C. Vergilio Thapsi capti et ad Scipionem missi, sunt interfecti. Qui cum ducerentur ad necem, petisse dicitur maior Titius a centurionibus, uti se priorem quam fratrem interficerent, idque ab eis facile impetrasse atque ita esse interfectos. Bell. Afr. 28.

Titinia, Cottae uxor, defensa a Cicerone contra Ser. Naevium. Brut. 60, 217.

Titinianus. Vid. Pontius Titinianus.

Titinii. Titiniorum ac Nanniorum ac Tanusiorum capita Galli demetebant, quibus Sulla Catilinam praefecerat. Q. Cic. de Pet. C. 2, 9.

Titinius et Terentius, poëtae comici. *Ἤθη* nulli alii servare convenit, quam Titinio et Terentio. Varro Fr. p. 190. Bip.

Cn. Titinius, C. Flavius Pusio, C. Maecenas, (equites Romani) illa robora populi Romani, fortiter restiterunt M. Druso, tribuno pl. pro Cluentio 56, 153. (Hoc quidem et superiore loco duplici *n* scribitur *Titinnius*, in ceteris simplici, ut in nummis.)

M. Titinius. Fragm. Epistolae ad eum. Fragmm. p. 461.

Q. Titinius frater germanus (id est, ex eadem matre) C. Fannii, equitis Romani, iudex Verris. Verr. Accusat. 1, 49, 128. — Fenus exercet. ad Att. 2, 4, 1. — Has a nostro Q. Titinio sordes (L. Tullium legatum) accepi-

mus. ad Att. 5, 21, 5. — Q. Titinius negat se viaticum habere, Caesarem fugiens a. u. c. 705. ad Att. 7, 18, 4. — Eius filius in Caesaris comitatu a. u. c. 705. ad Att. 9, 18, 2. (Ib. Ep. 19, 2.)

Q. Titinius filius cum Caesare erat. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 6, 6. Ib. Ep. 9, 1. Cfr. supra.

Titius et Titia, fictarum personarum nomina apud ICtos, restituenda fortasse ad Her. 1, 12, 20. Vid. C. Titius.

Titius praetor. Varro Fr. p. 354. Bipont.

Titius pila vehementius delectabatur. de Or. 3, 23, 88.

Titius derisus a Vespa Terentio. de Or. 2, 62, 253.

Titius, cum Gellio et Firmidio dux operarum Clodianarum. pro Sestio 52, 112. Pro domo 9, 21. de Harusp. resp. 27. 59.

Titius. Titium, cui benevolentissimum atque amicissimum sese profitetur, interitum liberorum acerbissime maerentem, non mediocri ipse animi dolore consolatur Cicero ad Fam. 5, 16. (a. u. c. 707.?) Incertum, utrum sit C. Titius L. F. Rufus (ad Famil. 13, 58.) praetor urbanus a. u. c. 704., an T. Titius, Pompeii legatus (ad Fam. 13, 75.), an alius denique. Vid. P. Titius.

C. Titius, nomen ficticium apud ICtos. de Inv. 2, 42, 122. (ibi scil. leg. *Tum mihi C. Titius secundus heres esto.*)

C. Titius, eques Romanus (circa a. u. c. 660.): eo pervenisse videtur, quo potuit fere Latinus orator sine Graecis litteris et sine multo usu pervenire. Huius orationes tantum argutiarum, tantum exemplorum, tantum urbanitatis habent, ut paene Attico stilo scriptae esse videantur. Easdem argutias in tragoedias satis ille quidem acute, sed parum tragice transtulit. Brut. 45, 167. Cfr. Weichert de Poët. Lat. p. 372. — C. Titius, vir aetatis Lucilianae, in oratione, qua legem Fanniam suasit cet. Macrob. Saturn. 2, 12. p. 394. Zeune.

C. Titius, legatus Dolabellae. a. u. c. 711. ad Fam. 12, 15, 5.

L. Titius; ei C. Verris iussu anulus de digito detractus est. Verr. Accusat. 4, 26, 58.

L. Titius, tribunus militum in legione vernacula a. u. c. 706. Bell. Alex. 57.

P. Titius, tribunus pl. a. u. c. 711. ad Fam. 10, 12, 3. Ibid. 21, 5. — Hunc Corradus putat esse eum, ad quem Ep. 16. Lib. 5. scripta est. Ex epistola intelligitur, illum Titium bene de re publica sensisse et Pompeianis partibus favisse; quod vix in P. hunc convenit, qui in toto tribunatu Ciceroni aliisque huius sectae adversatus est, P. Cascae collegae tribunatum abrogavit et legem per vim tulit de triumviris rei publicae constituendae in quinquennium creandis cet. Vide Pighium ad a. u. c. 710. (711.) Ceterum hic est Titius, qui Appium minorem reum fecit de vi. ad Fam. 8, 8., nam vocatur emissarius Servilii. Ern. Scilicet ad Fam. 8, 8, 3. in Ernestii Ed. est *Titio*, pro quo nos *Sex. Tettio.*

Q. Titius, a Caesare in Epirum rei frumentariae causa missus a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 42. Huius fortasse est nummus descriptus ab Eckhelio D. N. 5. p. 325.

Sex. Titius, trib. pl. a. u. c. 655. legem agrariam tulit. — Seditiosus civis et turbulentus. Ei restitit M. Antonius orator. de Or. 2, 11, 48. — Sex. Titius, Saturninum et Glauciam consecutus, seditiosus tribunus pl. Homo loquax sane et satis acutus, sed tam solutus et mollis in gestu, ut saltatio quaedam nasceretur, cui saltationi *Titius* nomen esset. Brut. 62, 225. — Sex. Titius se Cassandram esse dicebat, quod vera diceret nec fidem inveniret. de Or. 2, 66, 265. — Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae condemnatus est. pro C. Rabirio perd. 9, 24. — Nescio an hic sit qui de Orat. 2, 62. 3, 23. nimis studiose pila lusisse et signa sacra noctu fregisse dicitur. Non dubitat Corradus ad Brut. p. 341. Ern.

T. Titius, T. F. legatus s. praepositus rei frumentariae (sub Cn. Pompeio, a. u. c. 702.) Ad eum scripta est Ep. 75. ad Fam. Lib. 13.

T. Titius. ad Q. Fr. 2, 7.

C. Titius L. F. Rufus: praetor urbanus a. u. c. 704. Ad eum est Ep. 58. Lib. 13. ad Fam.

C. Titius Strabo (sic potius leg. cum Manutio, quam Tidius), vir bonus et

optime de re publica sentiens, cupidissimus C. Cassii. ad Fam. 12, 6, 1.

L. Titius Strabo, eques Ro. commendatur M. Bruto. (a. u. c. 708.) ad Fam. 13, 14, 1. — Hunc Manutius putabat eundem esse, qui ad Fam. 12, 6. *Tidius* appellatur. Sed quoniam is sive *Tidius* sive *Titius* in magistratu fuit, ante quam haec epistola scripta est, (etenim Pighius eum inter provinciales praetores refert ad a. u. c. 700.), idem cum hoc Titio esse non potest, propterea quod hunc Cicero equitem Romanum appellat. Non autem puto moris fuisse, qui essent ex equestri ordine, eos, cum magistratibus usi essent, simpliciter equites appellare. Ern.

Tituriius legatus Q. Metelli Pii. Sal. Hist. 2. p. 203. Ed. Gerl. min. Fortasse idem cum sequente.

Titurius Tolosae quaternos denarios in singulas vini amphoras portorii nomine exegit. pro Fonteio 5, 9.

Q. Titurius Sabinus, legatus Caesaris in Gallia a. u. c. 696. Caesar Gall. 2, 5. — Eius mors. Lib. 5, 41.

M. Titurnius Rufus commendatur Acilio. ad Fam. 13, 39.

Tlepolemus. Vide Cornelius Tlepolemus.

Tmolitae. pro Flacco 2, 5. — Tmolites vicanus. Ibid.

Tmolus, Alco, Melampus, Atrei filii, tertii Dioscuri. de Nat. D. 3, 21, 53.

Tmolus (s. poëtica inflexione *Tymolus*, non *Timolus*), nomen montis et urbis Lydiae. pro Flacco 19, 45. (ubi consule Garatonium.)

Tolosa, oppidum Galliae Narbonensis. pro Fonteio 5, 9.

Tolosanum aurum a Q. Servilio Caepione cos. a. u. c. 648. e templo Tolosano direptum. de N. D. 3, 30, 74. Strabo 4. p. 188. Dio Cass. Ed. Sturz. Vol. I. p. 98. Vid. Q. Servilius Caepio.

Tolumnius, rex Veientium (a. u. c. 315.) quattuor legatos populi Romani Fidenis interemit; quorum statuae steterunt usque ad meam memoriam in Rostris. Philipp. 9, 2, 4. Fuerunt Tullus Cluilius, L. Roscius, Sp. Antius et C. Fulcinius. Ibid. §. 5.

Tongilius, iuvenis perditus, alioquin ignotus. Eum, quem amare in praetexta ceperat, L. Catilina eduxit. in Catil. 2, 2, 4.

Toranius. Vide Thoranius.

Torquatus. Vide in Manlius Torquatis.

Q. Trabea poëta comicus, circa a. u. c. 620. Eius versiculi: de Finn. 2, 4, 13. Tusc. 4, 15, 35. Ibid. 31, 67. de Finn. 2, 4, 14. ad Fam. 2, 9, 2. ad Fam. 9, 21, 1. — Trabea et Atilius et Caecilius πάθη facile moverint. Varro Fr. p. 190. Bip.

Trachiniae, Sophoclis tragoedia. Tuscul. 2, 8, 20.

Tragicorum Graecorum versiculi: — πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλός. ad Att. 6, 5, 1. — ποῦ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν; Ib. Lib. 7, 3, 5. — Τίς δ' ἐστὶ δοῦλος τοῦ θανεῖν ἄφροντις ὤν; ad Att. 9, 2. a., 2. — Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τόνδ' ἀπωθοῦνται ψόγον; ad Att. 14, 22, 2. — Ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεοπρόπε; ad Att. 15, 11, 3.

Tragicorum Latinorum versiculi: de Or. 3, 26, 102. de Or. 3, 41, 166. Topic. 16, 61. pro Scauro 2, 3. pro Rab. Postumo 10, 28. Ibid. 11, 29. pro Deiotaro 9, 25. ad Fam. 7, 16, 1. ad Fam. 9, 22, 1. ad Att. 1, 18, 1. ad Att. 2, 19, 3. ad Att. 7, 26, 1. ad Att. 15, 11, 3. Tuscul. 1, 5, 10. Tuscul. 1, 39, 94. Tuscul. 2, 15, 36. Tuscul. 4, 16, 35. Tuscul. 4, 23, 52. de Finn. 2, 6, 18. de Finn. 2, 22, 71. de Finn. 5, 22, 63. de Divin. 2, 56, 115. de Divin. 1, 31, 67. Ibid. 50, 114. de Nat. D. 3, 25, 65.

Tralles, urbs Lydiae nobilis in radicibus montis Mesogis, ex volgari opinione ad Maeandrum fluvium, quam dubiam reddidit Wesseling ad Hieroclem p. 659. — Trallibus et multi cives Romani sunt et ius a nostro magistratu dicitur. pro Flacco 29, 71. — Tralles et Pergamus una epistola Mithridatis moveri impellique potuerunt, ut amicitiam populi Romani, fidem suam, iura omnia officii humanitatisque violarent. pro Flacco 24, 57. de lege agr. 2, 15, 39. ad Fam. 3, 5, 1. ad Q. Fr. 1, 1, 6, 17. ad Att. 5, 14, 1.

Tralliani, Trallium incolae. pro Flacco 22, 52. Philipp. 3, 6, 15. Orat. 70, 234.

Transalpina bella. de Off. 2, 8, 28. pro lege Manil. 10, 28. in Catil. 3, 2, 4.

Transalpina materis, id est, Galli. Her. 4, 32, 43.

Transalpinae gentes: eas oleam et vitem serere non sinimus, quo pluris sint nostra oliveta nostraeque vineae. de Rep. 3, 9, 16. Philipp. 8, 6, 18.

Transalpinus, id est, Gallus, — immanis. Her. 4, 33, 45. — Transalpini sanguinis cognatio materna tribuitur Pisoni Or. post red. in Sen. 7., quia Calventii, hominis Transalpini, qui Placentiae consederat, filia mater Pisonis Caesonini fuit.

Transpadanae coloniae a Cn. Pompeio Strabone deductae. Ascon. in Pison. p. 3. Vide: Cn. Pompeius Strabo.

Transpadani Galli. — A. u. c. 703. erat rumor de Transpadanis, eos iussos IIII. viros creare. Quod si ita est, magnos motus timeo. ad Attic. 5, 2, 2. — Illi rumores de comitiis Transpadanorum Cumarum tenus; Romam cum venissem, ne tenuissimam quidem auditionem de ea re accepi. Caelius ad Fam. 8, 1, 2. Scil. Pompeius a. u. c. 703. voluit Transpadanos, qui ius Latinitatis haberent, accipere ius municipiorum, ut Romam venire et suffragia ferre possent. Inde Cic. ait rumorem esse eos iussos Quattuorviros Iuri Dicundo creare, qui scilicet municipiorum magistratus erant. — Transpadanorum causa: (qui data Cispadanis civitate sibi quoque eam deberi putabant tandemque a Caesare dictatore obtinuerunt. Suet. Caes. 8.) Ea causa impugnata a C. Scribonio Curione, patre. de Off. 3, 22, 88. — Transpadani, amici Caesaris (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 12, 4. — Transpadani, clientes C. Cassii, mirifice coniuncti cum causa rei publicae a. u. c. 710. ad Fam. 12, 5, 2. — Transpadani alarii sunt equites auxiliarii trans Padum lecti, quibus Cicero se uti negaverat in bello contra Parthos, quod instare putabatur. ad Fam. 2, 17, 7.

Trasimenus lacus in Etruria prope Perusiam, hodie *lago di Perugia*. Ad eum bello Punico secundo exercitus po. Ro. interiit. de Nat. D. 2, 3, 8. de Divin. 2, 8, 21. — Melior haec est scriptura quam *Thrasimenus*, cum Graecis sit *Τρασιμένη λίμνη*.

Tratorius (nomen ut videtur corruptum. Alii Stratorius, al. Statorius). Q. Cornificii familiaris. (a. u. c. 710.) ad Fam. 12, 23, 1. Ibid. 30, 5.

C. Trebatius Testa, postea tribunus pl. a. u. c. 707. iurisconsultus fortunas in Gallia augere per Caesarem constituerat a. u. c. 700. eamque in rem a Cicerone ad Fam. 7, 5. Caesari fuerat commendatus. Epicureus ibi factus (Ep. 12, 1.) operam et laborem omnem fugisse videtur et paullo immodestius maiora et citiora commoda a Caesare exspectasse (Ep. 7, 2. 17, 1.) adeo, ut et tribunatum militarem, dempto praeterea militiae labore, contemneret (Ep. 8, 1.). Epistolae ipsae salis, leporis facetiarumque plenae, ordine, quo volgo sese excipiunt, perturbatae, hoc ordine sunt legendae: a. u. c. 700.: 6. 7. 8. 17. 9. 10. 16. a. u. c. 701.: 11—13. 15. 18. 14. a. u. c. 710.: 19. 20. 21. anni incerti: 22. — Cfr. Suet. Caes. 78. Menagii Amoen. I. C. Cap. 14. Interpretes ad Horatii Sat. 2, 1. — Trebatium quod ad se miserim, persalse et humaniter etiam gratias mihi agit Caesar. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 15, 3. Ibid. 3, 1, 3, 9. — Trebatius homo plenus officii; familiaris C. Matii. ad Fam. 11, 27, 1. Ibid. 28, 8. ad Fam. 4, 1, 1. — Ad eum Topica scribit Cicero. Topic. 1, 1. — Neque tu is es, quem nihil nisi ius civile delectet. Ibid. 19, 72. — Trebatius scribit se a Caesare IX. Kal. Febr. (705) rogatum esse, ut scriberet ad me, ut essem ad urbem; nihil ei me gratius facere posse. Illud admiror, non ipsum ad me scripsisse, non per Dolabellam, non per Caelium egisse: quamquam non aspernor Trebatii litteras, a quo me unice diligi scio. ad Att. 7, 17, 3. — Trebatii et Matii epistola ad Cic. ad Att. 9, 15. A. Cfr. ib. Ep. 17, 1. — Trebatius bonus vir et civis. Ib. Lib. 10, 1, 3. — Vir plane et civis bonus. Ib. Ep. 11, 4. ad Att. 13, 23, 3. — Trebatius nihil bene sperat de bello civili. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 9, 4. Ib. Lib. 11, 8, 1. ad Fam. 14, 17.

Trebianus, Pompeianus post pugnam Pharsalicam exsul, a Caesare restitutus. *Trebiano* inscribitur in Cod. Mediceo ad Fam. 6. Ep. 10 et 11., pro quo est *Trebonio* in Epitome Taurinensi. De Cuevae et Corradi coniectura inde *L. Torquatum* fecit Martyni-Laguna.

A. Trebellius, eques Romanus Astensis, Pompeianus ad Caesarem transfugit. a. u. c. 709. Bell. Hisp. 26.

L. Trebellius, tribunus pl. a. u. c. 687. Eo perseverante intercedere A. Gabinii legi, qua Cn. Pompeio bellum adversus piratas datum est (nam senatui promiserat moriturum se ante, quam illa lex perferretur:) intro vocare tribus Gabinius coepit, ut Trebellio magistratum abrogaret. Et aliquamdiu Trebellius ea re non perterritus aderat perstabatque in intercessione, quod minari magis quam perseveraturum esse Gabinium arbitrabatur: sed postquam VII. et X. tribus rogationem acceperunt, remisit intercessionem Trebellius. Ascon. in Cornel. p. 71. — Diversus utique a sequente L. Trebellio, trib. pl. a. u. c. 707.

L. Trebellius, Antonii assecla, homo perditus. — M. Antonius L. Trebellium valde iam diligit: oderat tum, cum ille tabulis novis adversabatur; iam fert in oculis, postquam ipsum Trebellium vidit sine tabulis salvum esse non posse cet. Philipp. 6, 4, 11. — Trebellius iam cum tabulis novis redit in gratiam. Philipp. 10, 10, 22. — Trebellium ultae videntur Furiae debitorum; vindicem enim tabularum novarum novam tabulam vidimus. Philipp. 11, 6, 14. Philipp. 12, 8, 20. Philipp. 13, 2, 2. — Trebellius, Fidei patronus, fraudator debitorum. Ibid. 13, 12, 26. — Referuntur loci illi ad a. u. c. 707., quo L. Trebellius, tribunus pl., adversatus erat P. Dolabellae tabulas novas proponenti. Cfr. Liv. Epit. 113. „Cum seditiones Romae a P. Dolabella, trib. pl., legem ferente de novis tabulis excitatae essent et ex ea causa plebs tumultuaretur, inductis a M. Antonio magistro equitum in Urbem militibus octingenti e plebe caesi sunt." — Hora ante praesidium meum Pollentiam venit quam Trebellius (dux partium Antonianarum) cum equitibus. (a. u. c. 707.) D. Brutus ad Fam. 11, 13, 4.

M. Trebellius (a. u. c. 673.) Sex. Naevii amicus. pro Quint. 5, 21.

M. Trebius Gallus, sub Caesare militavit in Gallia a. u. c. 696. Caesar Gall. 3, 7.

Trebonius. *Trebonio* inscribitur in Fragm. Cod. Taurinensis, cuius solius origo differt a Mediceo, ad Fam. 6. Ep. 10 et 11.; in Med. *Trebiano:* ex quo de Cuevae et Corradi coni. Martyni-Laguna fecit: *L. Torquatum:* parum probabiliter. *Trebanius* volebat Ursinus.

A. Trebonius, Publii frater, proscriptus. Verr. Accusat. 1, 47, 123.

A. Trebonius, eques Romanus, negotiator. Eum Cicero P. Lentulo Spintheri commendat ad Fam. 1, 3.

C. Trebonius, pater Caii Trebonii sequentis, civis acerrimus. ad Fam. 10, 28. 1. — Splendidus eques Romanus. Philipp. 13, 10, 23.

C. Trebonius C. F. — Cum Cicerone inimicitias communicavit, eum contionibus suis defendit, quaestor in illius atque in publica causa consulum partes suscepit, tribuno pl. quaestor non paruit, cui eius praesertim collega pareret cet. (Trebonius legi Herenniae de traducendo ad plebem Clodio adversatus videtur a. u. c. 694. L. Afranio, Q. Caecilio Metello Celere coss.) ad Fam. 15, 21, 2. — Hic legem Treboniam tulit in tribunatu a. u. c. 699., ut Pompeius duas Hispanias, M. Crassus Syriam in quinquennium et Caesar Galliam in aliud quinquennium obtinerent. Dio Cass. 39, 33. ad Att. 4, 8. b., 2. — Trebonium meum a te amari teque ab illo pergaudeo. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 3, 9. — Caesaris legatus in Gallia a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 24. Ib. 6, 40. — Eum ad oppugnationem Massiliae relinquit a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 36. Lib. 2. 1. — Fama est Afranium in Pyrenaeo cum Trebonio pugnasse, pulsum Trebonium. (a. u. c. 705.) ad Att. 8, 3, 7. — C. Trebonius, praetor urbanus a. u. c. 706. Eius humanitas: iis temporibus clementer et moderate ius dicendum existimabat. Caesar Civ. 3, 20. — Eum de tribunali deturbavit M. Caelius Rufus, praetor. Ib. 21. — C. Trebonius pro consule Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 64. — Scribat ad Caesarem me, quidquid fecerim, de sua sententia fecisse. (a. u. c. 706.) ad Att. 11, 6, 3. — A. u. c. 709. consul suffectus Caesari. Pigh. Ann. 3. p. 458. — M. Antonium Narbone consilium interficiendi Caesaris cum C. Trebonio cepisse notissimum est et ob eius consilii societatem, cum interficeretur Caesar, a Trebonio sevocatus est. Philipp. 2, 14, 34. — Quod a te, viro optimo, Idibus Martiis seductus est Antonius tuoque beneficio adhuc vivit haec pestis, interdum tibi subirascor. ad Fam. 10, 28, 1. — An C. Trebonio ego persuasi? cui ne suadere quidem ausus essem. Quo etiam maio-

rem ei res publica gratiam debet, qui libertatem populi Romani unius amicitiae praeposuit depulsorque dominatus quam particeps esse maluit. Philipp. 2, 11, 27. — Trebonius itineribus deviis proficiscitur in provinciam. a. u. c. 710. ad Att. 14, 10, 1. — Ad eum sunt Epistola 28. Lib. 10. ad Fam. Ep. 16. L. 12. Epp. 20 et 21. L. 15. — Eius liber de dictis Ciceronis. ad Fam. 15, 21, 1. — Loquitur de suis versiculis, ad Lucilii exemplum compositis. ad Fam. 12, 16, 3. (Satiram fuisse putat Ernestius in Antonium eiusque asseclas.) ad Att. 11, 20, 1. — C. Trebonius; optimus civis moderatissimusque homo: eius crudelis et miserabilis mors. Philipp. 11, 1, 1. — Dolabellae collocutiones familiarissimae cum Trebonio; dexterae, quae fidei testes esse solebant, perfidia sunt et scelere violatae; nocturnus introitus in Smyrnam; oppressus Trebonius, traditus Samiario exsuli, carnifici tortorique. Ibid. 2, 5. — Per biduum cruciatus. Ibid. 4, 8. (Dio Cassius 47, 30.) — Quis bonus non luget mortem Trebonii? quis non dolet interitum talis et civis et viri? At sunt, qui dicant, dure illi quidem, sed tamen dicunt: „Minus dolendum, quod ab homine impuro nefarioque non caverit." Philipp. 12, 10, 25. — Contrarium M. Antonii iudicium de morte Trebonii, quem sicarium et filium scurrae appellat. Philipp. 13, 10, 22. — Ille tamen Antonium Idibus Martiis a debita peste seduxerat. Ibid. — Et Trebonii pater splendidus fuit eques Romanus. Ibid. §. 23. — Trebonius nefarie a Dolabella (a. u. c. 711.) occisus. ad Fam. 12, 12, 1. Ibid. 14, 5. Ibid. 15, 4. — Trebonii interfectio. Pseudobrut. ad Cic. 2, 3. Idem 2, 5. — Eius legatus, Satrius. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6.

P. Trebonius, miles, quem bello Cimbrico C. Lusius tribunus mil. stuprare conatus est. Schol. Bob. pro Milone p. 279.

P. Trebonius. Eius testamentum irritum factum a Verre praetore urbano a. u. c. 680. Verr. Accusat. 1, 47, 123.

Trebulanum. ad Att. 5, 2, 1. Ib. Ep. 3, 1. Lib. 7, 2, 2. — Est praedium Pontii in agro Trebulano; a Trebula, oppido Campaniae citra Volturnum. H. l. de oppido Campaniae, non de Trebula Sabinorum accipiendum esse intelligitur ex ipso Cicerone, qui dicit, se cogitasse eo die, quo ista scripserit, tantum ex Pompeiano ad Trebulanum Pontii, reliquis diebus se iusta itinera facturum. Epistola sequens est e Trebulano: quomodo autem tam exiguo tempore potuisset Trebulam Sabinorum venire? Alterum citra Volturnum fuisse docet Livius 23, 29. Ern.

Trebulanus ager circa Trebulam Sabinorum. de lege agr. 2, 25, 66. ad Fam. 11, 27, 3. — Trebula Mutuesca Aboriginum fuit oppidum, ut ait Dionys. Halic. 1, 14.

Treca terra in fragm. Ennii. Varro LL. 5, 2. p. 25.

C. Tremellius Scrofa, quaestor, avus Tremellii, amici Varronis, cur primus *Scrofa* dictus? Varro RR. 2, 4, 1.

Cn. Tremellius Scrofa, homo summa religione et diligentia, tribunus militaris designatus a. u. c. 684., iudex in causa Verrina. Verr. Act. 1, 10, 30. — Pighius ad a. 676. putat esse eum, qui praetor post fuit et de re rustica scripsit. — Cn. Tremellius Scrofa, collega M. Varronis in vigintiviratu ad agros dividundos Campanos cet. Varro RR. 1, 2, 10. — Exercitum duxit in Gallia transalpina. Ibid. 1, 7, 8. — Unde Scrofae cognomen ortum sit, quod huius avus primus tulit, ipse sic narrat apud Varronem RR. 2, 4, 1: „Avus meus primum appellatus est Scrofa, qui quaestor cum esset Licinio Nervae praetori in Macedonia provincia relictus (a. u. c. 612.), qui praeesset exercitui, dum praetor rediret, hostes arbitrati occasionem se habere victoriae, impressionem facere coeperunt in castra. Avus, cum cohortaretur milites, ut caperent arma atque exirent contra, dixit celeriter se illos ut scrofa porcos disiecturum; id quod fecit. Nam eo proelio hostes ita fudit ac fugavit, ut eo Nerva praetor imperator sit appellatus, avus cognomen invenerit, ut diceretur Scrofa. Itaque proavus ac superiores de Tremelliis nemo appellatus Scrofa nec minus septimus sum deinceps praetorius in gente nostra." Aliam eius cognominis rationem narrat Macrobius Sat. 1, 6. p. 232. Zeune, quae tamen facetior videtur quam verior. „Trebellius", inquit, „Scrofa cognominatus est eventu tali. Is Tremellius cum familia atque liberis in villa erat; servi eius, cum de vicino scrofa erraret, surreptam conficiunt. Vicinus advocatis

custodibus omnia circumvenit, ne qua efferri posset, isque ad dominum appellat restitui sibi pecudem. Tremellius, qui ex villico rem comperisset, scrofae cadaver sub centonibus collocat, super quos uxor cubabat. Quaestionem vicino permittit. Cum ventum est ad cubiculum, verba iurationis concipit nullam esse in villa sua scrofam, nisi istam, inquit, quae in centonibus iacet; lectulum monstrat. Ea facetissima iuratio Tremellio Scrofae cognomentum dedit." — Attici familiaris. ad Att. 5, 4, 2. Ib. 6, 1, 13. Ib. 7, 1, 8.

Tremellius Scrofa, filius, ut videtur praecedentis. — Audio laudabilia de Scrofa: εὐγενέστερος est etiam quam pater. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 21, 7.

Q. Tremulus. Vide Q. Marcius Tremulus.

Tres Tabernae. ad Att. 1, 13, 1. Locus in via Appia, cuius in descriptione itineris Paulini (Act. Apost. 28, 15: ἦλθον εἰς ἀπάντησιν ἡμῖν ἄχρις Ἀππίου φόρου καὶ Τριῶν ταβερνῶν·) mentio fit; ad quem locum diverti viatores et cibo vinoque se reficere poterant.

Treviri, Galliae populus. — Treviros vites (Trebati) censeo: audio capitales esse; mallem auro aere argento essent. ad Fam. 7, 13, 2. Iocus inter Treviros Gallos, IIIviros capitales et IIIviros A. A. A. F. F.

Triarius. Vide in Valeriis Triariis.

Tribuni Aerarii dicti, quibus attributa erat pecunia, ut militi redderent. Varro LL. 5, 36. p. 180.

Tricipitinus, Lucretiae pater. de Rep. 2, 25, 45. de Legg. 2, 4, 10. Vide in Lucretiis.

Trieterides a Dionyso quinto constitutae putantur. de Nat. D. 3, 23, 58.

Triginta viri Athenis. de Legg. 1, 15, 42.

Trinummus Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 340. Ib. 7, 4. p. 357.

Triocalinus ager. Verr. Acc. 5, 4, 10. Oppidum Siciliae Τριόκαλα Diodoro, Stephano Byz. Τρίκαλα sive Τρίκαλον, Silio 14, 27. *Triocala* secunda syllaba longa ob metri necessitatem. Situm erat inter Selinuntem et Heracleam. Ibi servorum rex, Trypho, sedem habuerat. Diod. Sic. 36. p. 57. Dindorf. Ed. minor.

Triptolemus hominibus semen largitus est. Her. 4, 6, 9. — Eius signum Hennae. Verr. Accusat. 4, 49, 110. — Confer etiam Tuscul. 1, 41, 98. Varro Fr. p. 304. Bip. Est notus ille auctor et inventor agriculturae in Graecia, de quo est in fabulis. Ern.

Tritannus, vir eximiis viribus praeditus, memoratus Lucilio apud Cic. de Finn. 1, 3, 9. Varroni Fragm. p. 355. Bip. Plinio H. N. 7, 19. Solin. Cap. 4.

Tritia (Achaiae), Tenea, Aliphera Peloponnesi oppida νεόκτιστα· idque τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ confirmabat Dionysius (Grammaticus), ubi mentio non fit istorum. ad Att. 6, 2, 3.

Triton, (semideus) ille maritimus, pingitur natantibus invehens beluis adiunctis humano corpori. de Nat. D. 1, 28, 78. Ibid. 2, 35, 89. — Tritones piscinarum. ad Att. 2, 9, 1. (Iocose sic dicuntur Lucullus aliique locupletes, qui piscinis nimirum delectabantur. Ern.)

Tritopatores ex incerta Hemsterhusii coniectura memorantur de Nat. D. 3, 21, 53.

Triumphalis porta. in Pison. 23, 55.

Trivia Titanis apud Ennium Diana. Varro LL. 7, 2. p. 301.

Troas sive Troades, Q. Ciceronis tragoedia. ad Q. Fr. 3, 5, (aliis 6,) 7. — Fritzsche in Euphrosynes I. 1. p. 50. totum locum ita emendat: *et* ἔλεον *quaeris, cum Electram et Troilum scripseris?*

Troezen, oppidum Argolidis. Ibi bello Persico depositae Atheniensium mulieres et liberi. de Off. 3, 11, 48.

Trogini falsa lectio pro Trogmis.

Troglodytae: apud eos, ut scribitur, ante solstitium Canicula exoritur. de Divin. 2, 44, 93. Sunt populi Africae varii in speluncis habitare soliti. Errant enim, qui unum certum populum hoc nomine dici putant.

Trogmi. Trogmorum tetrarchia a Caesare erepta et Mithridati Pergameno data. de Divin. 2, 37, 79.

Trogus. Vide T. Quinctius Trogus.

Troia, urbs Troadis in Asia minore. Her. 4, 30, 41.

Troia Italiae. Troianum praedium Phameae vicinum agro Antiati, quod Cicero emere cogitabat. ad Attic. 9, 13, 6.

Troiani. Eorum ferocitas. de Divin. 2, 39, 82. — Troianis Helena causa belli. Philipp. 2, 22, 55. — Troiani oraculum a Dodonaeo Iove acceperunt. Varro Fr. p. 215. Bip. de Inv. 1, 22, 32. — Urbem Romam condidere atque habuere initio Troiani, qui Aenea duce profugi vagabantur cumque his Aborigines. Sal. Catil. 6.

Troianus equus, ad Fam. 7, 1, 2. Ibid. Ep. 16, 1. pro Caelio 28, 67: fabulae Cn. Naevii nomen. Admodum incertum est, utrum Livii quoque Andronici fuerit fabula huius argumenti. Cfr. Osann *Zeitung für Alterthumsw.* 1836. p. 967.

Troica tempora. Brut. 10, 40.

Troilus, Priami filius ab Achille interfectus. — Non male ait Callimachus, multo saepius lacrimasse Priamum quam Troilum. Tuscul. 1, 39, 93.

Tromentina, in loco corrupto ad Att. 4, 16, 6. tribus populi Romani rusticana, a campo Tromento. Festus.

Trophoniana narratio, a Dicaearcho conscripta. ad Att. 6, 2, 3. — Est narratio de eo, qui in antrum Trophonii descendit, quod in Boeotia fuit. Scilicet Dicaearchus in libro *περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως* loquentem Chaeronem induxerat et de alicuius descensu in illud antrum narrantem.

Trophonius. de Nat. D. 3, 19, 49. Vide: Amphiaraus. — Mercurius alter, Valentis et Coronidis filius, is, qui sub terris habetur idem Trophonius. de Nat. D. 3, 22, 56. — Prope Lebadiam ei sacra fiebant, ubi notum illud antrum Trophonii fuit. Alius ab hoc est sequens.

Trophonius et Agamedes cum Apollini Delphis templum exaedificassent, subitam mortem, summi praemii loco deus iis concessit. Tuscul. 1, 47, 114.

Truculentus Plauti. Varro LL. 7, 3. p. 350. Cat. 14, 50.

Truentinum castrum ad Att. 8, 12. B., 1. in agro Piceno oppidum ad ostium fluvii Truenti, unde nomen accepit.

Trypho Caecilius, libertus. ad Att. 3, 8, 3.

Tubilustrium. Varro LL. 6, 3. p. 197.

Tuberones. Vide in Aeliis.

Tubertus. Vide in Postumiis.

L. Tubulus. Vide L. Hostilius Tubulus.

M. Tuccius C. Sempronium Rufum (a. u. c. 703.) reum lege Plotia de vi fecit. Caelius ad Fam. 8, 8, 1. Drakenborch ad Liv. Epit. 20.

Tuditanus. Vide in Semproniis.

Cn. Tuditius, senator, favebat A. Cluentio. pro Cluentio 70, 198.

M. Tugio. De aqua nostra Tusculana (Crabra) M. Tugionem potius quam C. Aquillium Gallum consulebamus. pro Balbo 20, 45. Videtur ei iuris parti se maxime dedisse, quae est de iure aquaeductuum. Vel simpliciter fuit praediator, ut Furius et Cascellius ibidem memorati.

L. Tulleius legatus Ciceronis a. u. c. 703. ad Fam. 15, 4, 9. Sed videtur scribendum *L. Tullius*, ut est aliquoties in Epp. ad Attic. Vide L. Tullius.

Tullia Antonia lex, quam consules C. Antonius et Cicero sanxerunt, ut praeter ea, quae veteribus legibus (Cornelia Baebia et Calpurnia) constituta erant, crimine ambitus damnati etiam exilio multarentur. Schol. Bob. pro Sulla p. 362.

Tullia, Tarquinii Superbi uxor. Varro LL. 5, 32. p. 159.

Tullia (interdum *ὑποκοριστικῶς* Tulliola) Ciceronis et Terentiae filia. Ei, una cum matre Terentia inscribuntur Epistolae 1—4. 14. 18. Lib. 14. ad Fam. — Eius valetudo. Ibid. Ep. 9. Ep. 19. — Tulliola, deliciolae nostrae. ad Att. 1, 8, 3. Ibid. 10, 6. — Tullia effigies oris, sermonis, animi mei. ad Q. Fr. 1, 3, 3. — Tulliolam C. Pisoni L. F. Frugi despondimus. (a. u. c. 687.) ad Att. 1, 3, 3. — De nostra Tullia spero cum Crassipede nos confecisse. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 4, 2. — Dederam ad te litteras antea, quibus erat scriptum Tulliam nostram Crassipedi pridie Non. April. esse desponsam. Ibid. 5, 1. — A. d. VIII. Id. Apr. sponsalia Crassipedi praebui. Ibid. 6, 1. — Tullia desponsa Furio Crassipedi. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 7, 11. — De Tulliae condicione, quid mihi placeret, scripsi ad Terentiam. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 4, 2. — Scilicet de Tullia in matrimonium ducenda cum Cicerone egerat Ti. Nero, Tiberii imperatoris pater: sed Terentia totam rem occupans, eam P. Dolabellae despondit, ut colligere licet ex Ep. ad Att. 6, 6, 1. — Velim mihi Tulliaeque

meae prospere evenire ea, quae me insciente facta sunt a meis. ad Fam. 3, 12, 2. — Eius nuptiae cum Dolabella. ad Fam. 2, 15, 2. Ibid. 16, 5. — Gener est suavis mihi, Tulliae, Terentiae; quantumvis vel ingenii vel humanitatis. (a. u. c. 704.) ad Att. Lib. 7, 3, 12. Ib. Ep. 12, 6. — De Tullia et Terentia, cum mihi barbarorum adventus proponitur, omnia timeo; cum autem Dolabellae venit in mentem, paullum respiro. (a. u. c. 705.) Ib. Ep. 13 a., 3. Ib. Ep. 14, 3. Ep. 16, 2. Ep. 17, 3. — IIII. Non. Febr. (705) mulieres nostrae Formias venerunt. Ib. Ep. 18, 1. Ib. Ep. 23, 2. — Ad me saepe mea Tullia scribit orans, ut, quid in Hispania geratur, exspectem. Ib. Lib. 10, 8, 1. — Tulliae virtus mirifica. Quomodo illa fert publicam cladem! quomodo domesticas tricas! quantus autem animus in discessu nostro! Sit στοργῆς licet summa σύντηξις, tamen nos recte facere et bene audire volt. Ib. §. 8. — Tullia mea peperit XIIII. Kal. Iun. (a. u. c. 705.) puerum ἑπταμηνιαῖον. Quod ηὐτόκησεν, gaudeo. Quod quidem est natum, perimbecillum est. ad Att. 10, 18, 1. — Tulliae meae morbus et imbecillitas corporis me exanimat. (a. u. c. 706.) Ib. Lib. 11, 6, 4. — In miseriis una est prae omnibus, quod istam miseram patre, patrimonio, fortuna omni spoliatam relinquam. Ib. Ep. 9, 3. — Ex Tulliae virtute, humanitate, pietate non modo eam voluptatem non cepi, quam capere ex singulari filia debui; sed etiam incredibili sum dolore affectus, tale ingenium in tam misera fortuna versari idque accidere nullo ipsius delicto, summa culpa mea. Matri eam eram remissurus. (a. u. c. 707.) Ib. Ep. 17, 1. — Eius discidium cum Dolabella. Placet mihi nuntium remitti. (a. u. c. 707.) Ib. Ep. 23, 3. — Tulliae partus alter, ex quo decessit. (a. u. c. 709.) ad Fam 6, 18, 5. — Post prius illud discidium Dolabella cum Tullia in gratiam redisse, sed, cum gravida esset, divortium cum ea fecisse videtur. Cfr. etiam Ciceronis Epistolam ad Dolabellam de Tulliae morte missam. ad Fam. 9, 11. — Cicero filiam post mortem Pisonis generi P. Lentulo collocavit, apud quem illa ex partu decessit. Ascon. in Pison. p. 5. Vide Ge. Fabricii Hist. Cic. p. 91. Ed. meae. Or. — De ea consecranda (sive de eius ἀποθεώσει) cogitat ad Att. 12, 12, 1. — Fanum ei exstructurus erat. Ib. Ep. 18, 1. de loco semper ambigens. Ib. Ep. 19, 1. — Fanum fieri volo: neque hoc mihi erui potest. Sepulchri similitudinem effugere non tam propter poenam legis studeo; quam ut maxime assequar ἀποθέωσιν. ad Att. 12, 36, 1. — De obitu Tulliae (a. u. c. 709.) M. patrem consolatur Ser. Sulpicius. ad Fam. 4, 5. Cfr. de Tullia etiam ad Fam. 7, 23, 4. ad Att. 4, 16, 4. Ib. Lib. 6, 1, 10.

Tullianum, locum in Carcere. Eius descriptio. Sal. Catil. 54. — Tullianum in Carcere, additum a Tullio rege. Varro LL. 5, 32. p. 150.

P. Tullio, Syrus, amicus P. Clodii. de Harusp. resp. 1, 1.

Tullius, nomen fictum in formula, ut videtur, subditivum vel corruptum ex Titius. Her. 1, 11, 18.

Tullius, tribunus pl. a. u. c. 505. diem dixit perduellionis P. Claudio Pulchro cos. Schol. B. in Clod. p. 337.

Tullius, familiaris aliquis Appii Claudii Pulchri, ceteroquin ignotus. ad Fam. 3, 11, 5.

L. Tullius, eques Ro., magister scripturae Siciliensis a. u. c. 684. Verr. Accusat. 3, 74, 167.

L. Tullius, legatus Ciceronis in provincia Cilicia. ad Att. 5, 4, 2. Ib. Ep. 11, 4. — Attici amicus. Ib. Ep. 14, 2. — Eius sordes. Ib. Ep. 21, 5. — Has a nostro Q. Titinio sordes acceptimus. Ibid. Cfr. ad Fam. 15, 4, 9., ubi est L. Tulleius.

L. Tullius Montanus cum M. Cicerone F. profectus. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 52, 1. Ib. Ep. 53. (Lib. 14, 16, 4. Ep. 17, 6. Ad eundem fortasse pertinet *Tullianum caput* Lib. 15, 26, 3. Ep. 29, 1.)

M. Tullius, pro quo est Ciceronis oratio a Maio primum reperta (a. u. c. 683.), homo cum Cicerone coniunctus non minus animo quam nomine. pro Tullio §. 4.: ceterum nulla sanguinis proximitate cum Cicerone coniunctus, diversus a M. Tullio Decula cos. a. u. c. 673. et a M. Tullio Albinovano (in Vatin. 1, 3.). Cfr. Huschkii *Anal. crit.* p. 88. — A Cicerone defensus. Victorinus I. p. 63. Iulius Victor p. 240. Schol. Bob. pro Milone p. 278.

Servius Tullius. Eius res gestae atque instituta copiose enarrantur de Rep. 2, 21, 37. seqq. — Eo regnante

viguerunt Solo et Pisistratus. Brut. 10, 39. — Caput ei arsisse dormienti quae historia non prodidit? de Divin. 1, 53, 121. — Servius Tullius potius sapiens quam eloquens. De Or. 1, 9, 37. — Exquiliae excultae a rege Tullio. Varro LL. 5, 8. p. 54. — Ab eo Tullianum. Varro LL. 5, 32. p. 151. — Servius Tullius rex fanum Fortis Fortunae secundum Tiberim extra urbem Romam dedicavit Iunio mense. Varro LL. 6, 3. p. 200. — Ab eo nundinae institutae. Varro Fr. p. 371. Bip. — Servius Tullius nummum argenteum primus conflavit. Varro Fr. p. 252. Bip. — Servius Tullius rex, memoratus in Accii Bruto. pro Sestio 58, 123. — Varro Fr. p. 206. et p. 358. Bip.

M. Tullius, necessarius Ciceronis. ad Att. 8, 11. B., 4.

M. Tullius, eques Romanus duorum cubitorum. Varro Fr. p. 355. Bip.

Tullius Albinovanus. Ariminum Albinovanus Sullae prodiderat dux ipse Marianus. Pseudoascon. p. 168.

M. Tullius Albinovanus quidam (a. u. c. 698.) de vi postulavit P. Sestium. ad Q. Fr. 2, 3, 5. in Vatinium 1, 3. — Accusator P. Sestii, immissus a P. Clodio. Schol. Bob. pro Sestio p. 292.

M. Tullius Decula consul cum Cn. Cornelio Dolabella (a. u. c. 673.) de lege agr. 2, 14, 35. — M. Tullius, aedilitate praeteritus, consul est factus. pro Plancio 21, 51.

M. Tullius Laurea, Ciceronis scriba. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 4, 1. — ad Att. 13, 22, 4. Cfr. d'Engelbronner Disp. de M. Tullio Tirone p. 5. Idem fortasse est sequens.

M. Tullius, Ciceronis scriba. ad Fam. 5, 20. 1. Ibid §. 8 et 9.

M. Tullius Lepta. Vide Q. Lepta.

M'. Tullius (non *Tullus*) Longus patricius cum Serv. Sulpicio Camerino consul anno decimo post exactos reges. (a. u. c. 254.) neutiquam inter Ciceronis maiores referendus. Brut. 16, 62.

Ti. Tullius Caesaris clementiam implorat a. u. c. 709. Bell. Hispan. 17.

Tullius Rufus, quaestorius, Pompeianus, interfectus in proelio ad Thapsum a. u. c. 707. Bell. Afric. 85.

L. Tullius Cicero, patruus oratoris, a. u. c. 651. cum M. Antonio oratore in Ciliciam profectus una decesserat. De Or. 2, 1, 2. — Filius huius est:

L. Tullius Cicero L. F. „frater noster cognatione patruelis, amore germanus:“ — una cum M. Cicerone Athenis audiebat Antiochum. de Finn. 5, 1, 1. — L. Cicero, M. et Q. frater patruelis. Verr. Accusat. 4, 61, 137. — Senatus Syracusanus decrevit, ut cum eo hospitium publice fieret. Ibid. 65, 145. Verr. Accusat. 4, 11, 25. — Eius mortem (a. u. c. 686.) dolet ad Att. 1, 5, 1. — Pseudoascon. p. 125.

M. Tullius Cicero, avus M. et Q. Ciceronum, vir singulari virtute in Arpinati municipio, quoad vixit, restitit M. Gratidio, cuius in matrimonio sororem aviam nostram habebat, ferenti legem tabellariam: laudatus ideo a M. Aemilio Scauro cos. a. u. c. 639. de Legg. 3, 16, 36. — Eius dictum. de Or. 2, 66, 265.

M. Tullius Cicero, pater oratoris. de Or. 2, 1, 2. — Pater nobis decessit a. d. IIII. Kal. Decembres. ad Att. 1, 6, 2. (Epistola scripta est a. u. c. 686.) — Eius uxor Helvia. — Mater nostra lagenas etiam inanes obsignabat, ne dicerentur inanes aliquae fuisse, quae furtim essent exsiccatae. Q. Cicero ad Fam. 16, 26, 2.

M. Tullius M. F. M. N. Cicero natus a. u. c. 648. C. Acilio Serrano Q. Servilio Caepione coss. (Brut. 43, 161.) a. d. III. Nonas Ian. („Ita ad urbem III. Nonas, natali meo." ad Att. 7, 5, 3. „Diem meum scis esse III. Non. Ian." ad Att. 13, 42, 2.) in villa Arpinati. de Legg. 2, 1, 3. — Itaque duas censebat sibi esse patrias, unam naturae (Arpinum), alteram civitatis (Romam); sive alteram loci, alteram iuris. de Legg. 2, 2, 5. — Hinc igitur ortus est stirpe antiquissima, loco equestri (de petit. cons. 4, 13.), familia autem plebeia, quae in tribu Cornelia censebatur, Brut. 16, 62., ubi memorat saepe in laudationibus mortuorum scripta esse, quae facta non essent, „genera etiam falsa et ad plebem transitiones, cum homines humiliores in alienum eiusdem nominis infunderentur genus; ut, si ego me a M'. Tullio esse dicerem, qui patricius cum Servio Sulpicio consul anno X. post exactos reges fuit."

A. u. c. 663. aetatis XVI. Cicero sumpta virili toga in forum venit. — — „Me cupidissimum audiendi (oratores) primus dolor percussit, Cotta cum est expulsus. Reliquos frequenter audiens acerrimo studio tenebar,

quotidieque et scribens et legens et commentans oratoriis tamen exercitationibus contentus non eram." Brut. 89, 305.

A. u. c. 665. aet. XVIII. iuris civilis studio multum operae dabat Q. Scaevolae Q. F. auguri. Brut. 89, 306. ad quem a patre ita erat deductus, ut quoad posset et liceret ab eius senis latere nunquam discederet. Lael. 1, 1. — Eum vidit bello Marsico, cum esset summa senectute et perdita valetudine, quotidie facere omnibus sui conveniendi potestatem. Philipp. 8, 10, 31. — In bello Marsico tiro fuit in Cn. Pompeii consulis exercitu. Philipp. 12, 11, 27.

A. u. c. 666. „Sulla consule et Pompeio P. Sulpicii in tribunatu quotidie contionantis totum genus dicendi penitus cognovimus; eodemque tempore, cum princeps Academiae Philo cum Atheniensium optimatibus domo profugisset Romamque venisset, totum ei me tradidi, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus." Brut. 89, 306. cfr. de Nat. Deor. 1, 3, 6. Tusc. 2, 3, 9. — Hoc fere tempore a Cicerone „admodum adolescentulo" carmina Arati (Phaenomena et Prognostica) e Graeco in Latinum conversa sunt. de Nat. Deor. 2, 41, 104. 2, 63, 159. Acad. 2, 20, 66. de Legg. 2, 3, 7. de Divin. 1, 18, 13. 2, 5, 14.

A. u. c. 667. aet. XX. „Moloni Rhodio Romae dedimus operam et actori summo causarum et magistro." Brut. 89, 307.

A. u. c. 668. aet. XXI. Hoc fere tempore Cicero scripsit libros Rhetoricos, e quibus supersunt libri de Inventione. Eos ait de Orat. 1, 2, 5. puero aut adolescentulo sibi ex commentariolis suis inchoatos ac rudes excidisse. Per hoc triennium a. u. c. 668—670. quibus Sulla absens bellum Mithridaticum gessit, Marii autem et Cinnae factione civitas erat oppressa, „hoc tempore omni noctes et dies in omnium doctrinarum meditatione versabar. Eram cum Stoico Diodoto: qui cum habitavisset apud me mecumque vixisset, nuper est domi meae mortuus. A quo cum in aliis rebus, tum studiosissime in dialectica exercebar. Huic ego doctori et eius artibus variis atque multis ita eram tamen deditus, ut ab exercitationibus oratoriis nullus dies vacuus esset. Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) saepe cum M. Pisone et cum Q. Pompeio aut cum aliquo quotidie; idque faciebam multum etiam Latine, sed Graece saepius, vel quod Graeca oratio plura ornamenta suppeditans consuetudinem similiter Latine dicendi afferebat, vel quod a Graecis summis doctoribus, nisi Graece dicerem, neque corrigi possem neque doceri." Brut. 90, 309. — Quare etiam in ep. ad Titinnium scripsit se memoria tenere, se puero primum Latine docere coepisse L. Plautium quendam, ad quem cum fieret concursus, doluisse sibi idem non licere; sed continebar, inquit, doctissimorum hominum auctoritate, qui existimabant Graecis exercitationibus ali melius ingenia posse. Sueton. de clar. rhet. 2. — Eodem tempore Cicero Xenophontis Oeconomicum in Latinum convertit: „Has res commodissime Xenophon Socraticus persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur: quem nos, ista fere aetate cum essemus, qua es tu nunc, e Graeco in Latinum convertimus." de Offic. 2, 24, 87. — Aliquanto post composuit poëma de Mario, non tamen demum post Sullae mortem (a. u. c. 676.), cum certe Scaevola augur, qui aliquot ante Sullam annis, initio belli civilis, mortem obiit, Ciceronis Marium laudasse dicatur de Legg. 1, 1, 2. Commemoratur hoc poëma etiam de Divin. 1, 47, 106.

A. u. c. 673. aet. XXVI. recuperata per Sullam re publica „primum nos ad causas et privatas et publicas adire coepimus." Brut. 90, 311. — Et hoc anno causam privatam pro Quinctio apud Aquillium Gallum iudicem dixit.

A. u. c. 674. aet. XXVII. Cicero Sex. Roscium Amerinum filium parricidii reum defendit. „Prima causa publica pro Sex. Roscio dicta tantum commendationis habuit, ut non ulla esset, quae non digna nostro patrocinio videretur. Deinceps inde multae, quas nos diligenter elaboratas et tamquam elucubratas afferebamus." Brut. 90, 312. — „Maxime et gloria paritur et gratia defensionibus, eoque maior, si quando accidit, ut ei subveniatur, qui potentis alicuius opibus circumveniri urgerique videatur: ut nos et saepe alias et adolescentes contra L. Sullae dominantis opes pro Sex. Roscio Amerino fecimus, quae, ut scis, exstat oratio." de Offic. 2, 14, 51. — Eodem tempore Moloni dedimus operam: dictatore enim

Sulla legatus ad senatum de Rhodiorum praemiis venerat." Brut. 90, 312. — Hoc anno defendisse videtur etiam Varenum sicarium, qui tamen condemnatus est.

A. u. c. 675. aet. XXVIII. „Ego hanc adolescentulus causam, cum agerem contra hominem disertissimum nostrae civitatis, Cottam, probavi. Cum Arretinae mulieris libertatem defenderem et Cotta decemviris religionem iniecisset, non posse nostrum sacramentum iustum iudicari, quod Arretinis adempta civitas esset, et ego vehementius contendissem civitatem adimi non potuisse; decemviri prima actione non iudicaverunt: postea re quaesita et deliberata sacramentum nostrum iustum iudicaverunt, atque hoc et contra dicente Cotta et Sulla vivo iudicatum est." pro Caecina 33, 97. — „Erat eo tempore in nobis summa gracilitas et infirmitas corporis, procerum et tenue collum: qui habitus et quae figura non procul abesse putatur a vitae periculo, si accedit labor et laterum magna contentio. Eoque magis hoc eos, quibus eram carus, commovebat, quod omnia sine remissione, sine varietate, vi summa vocis et totius corporis contentione dicebam. Itaque cum me et amici et medici hortarentur, ut causas agere desisterem: quodvis potius periculum mihi adeundum, quam a sperata dicendi gloria discedendum putavi. Sed cum censerem remissione et moderatione vocis et commutato genere dicendi me et periculum vitare posse et temperatius dicere; ut consuetudinem dicendi mutarem, ea causa mihi in Asiam proficiscendi fuit. Itaque cum essem biennium versatus in causis et iam in foro celebratum meum nomen esset, Roma sum profectus. Cum venissem Athenas, sex menses cum Antiocho, veteris Academiae nobilissimo et prudentissimo philosopho, fui, studiumque philosophiae nunquam intermissum a primaque adolescentia cultum et semper auctum hoc rursus summo auctore et doctore renovavi. Eodem tamen tempore Athenis apud Demetrium Syrum, veterem et non ignobilem dicendi magistrum, studiose exerceri solebam." Brut. 91, 313—315. — Athenis audiebat etiam Zenonem et Phaedrum Epicureos, quo magis hanc doctrinam perciperet, partim etiam Attici sui gratia; nam ibidem simul erant Q. frater et T. Pomponius et L. Cicero frater patruelis. de Finn. 1, 5, 16. 5, 1, 1. — Ibidem et ipse et Atticus Eleusiniis mysteriis initiati sunt. de Legg. 2, 14, 36. — „Post a me Asia tota peragrata est cum summis quidem oratoribus, quibuscum exercebar ipsis lubentibus; quorum erat princeps Menippus Stratonicensis meo iudicio tota Asia illis temporibus disertissimus. Assiduissime autem mecum fuit Dionysius Magnes; erat etiam Aeschylus Cnidius, Adramyttenus Xenocles. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Quibus non contentus Rhodum veni meque ad eundem, quem Romae audiveram, Molonem applicavi, cum actorem in veris causis scriptoremque praestantem, tum in notandis animadvertendisque vitiis et instituendo docendoque prudentissimum. Is dedit operam (si modo id consequi potuit), ut nimis redundantes nos et superfluentes iuvenili quadam dicendi impunitate et licentia reprimeret et quasi extra ripas diffluentem coërceret." Brut. 91, 315. seq. — Ibi etiam Posidonium philosophum audivit, teste Plutarcho, quem ideo familiarem suum vocat de Finn. 1, 2, 6. et magistrum de Fato 3, 5. Cfr. de Nat. D. 1, 3, 6.

Biennio post a. u. c. 677. aet. XXX. recepit se Romam „non modo exercitatior, sed prope mutatus. Nam et contentio nimia vocis resederat, et quasi deferverat oratio, lateribusque vires et corpori mediocris habitus accesserat." Brut. 91, 316. — Ad hunc annum referenda videtur oratio pro Q. Roscio Comoedo, a quo Cicero in actionis arte institutus erat.

A. u. c. 678. aet. XXXI. quaesturam petiit et causas nobiles egit. Brut. 92, 318. — „Me quaestorem cunctis suffragiis populus Romanus faciebat." in Pison. 1, 2.

A. u. c. 679. aet. XXXII. „Interim me quaestorem Siciliensis excepit annus." Brut. 92, 318. — Cum autem bini quaestores in Sicilia singulis praetoribus essent, Lilybaetanus et Syracusanus, Cicero Lilybaetanus quaestor fuit, praetore Sex. Peducaeo. Pseudoascon. p. 100. — „Ego quaestor ignoratum ab Syracusanis, cum esse omnino negarent, saeptum undique et vestitum vepribus et dumetis indagavi Archimedis sepulcrum." Tusc. 5, 23, 64. — „Sic obtinui quaesturam in Sicilia provincia, ut omnium oculos in

me coniectos esse arbitrarer; ut me quaesturamque meam quasi in aliquo terrarum orbis theatro versari existimarem; ut semper omnia, quae iucunda esse videntur, ea non modo his extraordinariis cupiditatibus, sed etiam ipsi naturae ac necessitati denegarem." Verr. 5, 14, 35. — „Non vereor, ne quis audeat dicere, ullius in Sicilia quaesturam aut clariorem aut gratiorem fuisse. Vere mehercule hoc dicam: sic tum existimabam, nihil homines aliud Romae nisi de quaestura mea loqui. Frumenti in summa caritate maximum numerum miseram, negotiatoribus comis, mercatoribus iustus, mancipibus liberalis, sociis abstinens, omnibus eram visus in omni officio diligentissimus: excogitati quidam erant a Siculis honores in me inauditi." pro Planc. 26, 64.

A. u. c. 680. aet. XXXIII. E provincia Sicilia „hac spe decedebam, ut mihi populum Romanum ultro omnia delaturum putarem. At ego cum casu diebus iis, itineris faciendi causa, decedens e provincia, Puteolos forte venissem, cum plurimi et lautissimi in iis locis solent esse: concidi pene, iudices, cum ex me quidam quaesisset, quo die Roma exissem, et num quidnam esset novi. Cui cum respondissem, me mea provincia decedere: *Etiam mehercule*, inquit, *ut opinor, ex Africa.* Huic ego iam stomachans fastidiose: *Immo ex Sicilia*, inquam. Tum quidam quasi qui omnia sciret: *Quid? tu nescis*, inquit, *hunc quaestorem Syracusis fuisse?* Quid multa? destiti stomachari et me unum ex iis feci, qui ad aquas venissent. Sed ea res haud scio an pluris mihi fuerit, quam si mihi tum essent omnes gratulati. Nam postea quam sensi populi Romani aures hebetiores, oculos autem esse acres atque acutos, destiti quid de me audituri essent homines cogitare; feci, ut postea quotidie praesentem me viderent; habitavi in oculis, pressi forum, neminem a congressu meo neque ianitor meus neque somnus absterruit. Ecquid ego dicam de occupatis meis temporibus, cui fuerit ne otium quidem unquam otiosum? Nam quas tu commemoras, Cassi, legere te solere orationes, cum otiosus sis: has ego scripsi ludis et feriis, ne omnino umquam essem otiosus." pro Planc. 26, 65. — 27, 66. „Cum e Sicilia me recepissem, iam videbatur illud in me, quidquid esset, esse perfectum et habere maturitatem quandam suam." Brut. 92, 318.

A. u. c. 684. aet. XXXVII. „Me aedilem priorem cunctis suffragiis populus Romanus faciebat." in Pis. 1, 2. — „Nunc sum designatus aedilis: habeo rationem, quid a populo Romano acceperim: mihi ludos sanctissimos maxima cum cura et caerimonia Cereri, Libero Liberaeque faciendos, mihi Floram matrem populo plebique Romanae ludorum celebritate placandam, mihi ludos antiquissimos, qui primi Romani appellati sunt, cum dignitate maxima et religione Iovi, Iunoni Minervaeque esse faciundos, mihi sacrarum aedium procurationem, mihi totam urbem tuendam esse commissam: ob earum rerum laborem et sollicitudinem fructus illos datos, antiquiorem in senatu sententiae dicendae locum, togam praetextam, sellam curulem, ius imaginis ad memoriam posteritatemque prodendae." Verr. 5, 14, 36. — „Cum essem in plurimis causis et in principibus patronis quinquennium fere versatus, tum in patrocinio Siciliensi maxime in certamen veni designatus aedilis cum designato consule Hortensio." Brut. 92, 319. — Scilicet hoc anno C. Verres a Siculis, qui praetor in ea provincia erat libidinose, avare crudeliterque versatus repetundarum postulatus est; eaque accusatio ad Ciceronem delata. Cum autem Q. Caecilius Niger, Siculus, qui quaestor Verris fuerat, se potius accusatorem constitui oportere contenderet, Cicero eum oratione, quae *divinatio in Q. Caecilium* dicitur, vicit. Tum cum sibi inquirendi causa C et X dies in Siciliam postulasset (Verr. Act. 1, 2, 6.) et una cum L. Cicerone fratre patruele totam provinciam colligendis litteris in Verrem et denuntiandis testimoniis peragrasset, Romam reversus, cum videret id agi, ut Siculorum causa a M'. Acilio Glabrione, qui h. a. praetor erat et quaesitor de repetundis, ceterisque qui tum erant iudicibus, in annum proximum differretur, ubi alius praetor, alii iudices, consulesque futuri essent Hortensius et Metellus, qui Verri favebant, hanc rationem iniit, ut perpetua oratione praetermissa Verrem tabulis, testibus, privatis publicisque litteris auctoritatibusque accusaret, singulaque crimina testes interrogando argumentis et brevi oratione firmaret. Qua

ratione Verres, cum Hortensius ipse nihil quod contra diceret inveniret, ita convictus est, ut ipse sua sponte in exilium abiret. Haec dicitur prima actio in Verrem, cuius prooemium habemus. Secundae actionis, numquam habitae, quasi Verres post primam actionem iterum defensus esset, libros quinque Cicero conscripsit, ut primo eius quaesturam, legationem et quaestoriam in Asia procurationem, (cum Malleolo quaestore Dolabellae occiso ab eo pro quaestore iussus esset esse) denique praeturam urbanam exagitaret; secundo iurisdictionem Verris Siciliensem, tertio eius furta in omni frumenti genere, quarto furta in signis et reliquis ornamentis Siciliae publicis privatis, sacris profanis exponeret; quinto denique de bello fugitivorum et belli cum Spartaco gesti reliquiis nato, de maritimo bello contra praedones et piratas gesto, denique de atroci Verris in Siculos crudelitate iniustisque suppliciis in cives Romanos statutis ageret.

A. u. c. 685. aet. XXXVIII. „Trinos ludos aedilis feceram." pro Murena 19, 40. — „Pro amplitudine honorum, quos cunctis suffragiis adepti sumus, nostro quidem anno, sane exiguus sumptus aedilitatis fuit." de Off. 2, 17, 59.

A. u. c. 686. aet. XXXIX. mortuus est L. Cicero M. Tullii Ciceronis frater patruelis, cuius mortem deplorat epist. ad Att. 1, 5.

A. u. c. 687. aet. XL. „Me praetorem primum cunctis suffragiis populus Romanus faciebat." in Pison. 1, 2. — „Cum propter dilationem comitiorum (cfr. ad Att. 1, 10, 6. 1, 11, 2.) ter praetor primus centuriis cunctis renuntiatus sum, facile intellexi, Quirites, et quid de me iudicaretis, et quid aliis praescriberetis." pro lege Manil. 1, 2. — „Praetor primus et incredibili populi voluntate sum factus. Nam cum propter assiduitatem in causis et industriam, tum propter exquisitius et minime volgare orationis genus animos hominum ad me dicendi novitate converteram." Brut. 93, 321.

A. u. c. 688. aet. XLI. Cicero praetor quaestioni de pecuniis repetundis praefuit. pro Rabir. Post. 4, 9. pro Cornelio 1, 1. pro Cluentio 53, 147. — Apud eum C. Licinius Macer accusatus et damnatus est. ad Att. 1, 4, 2. — Eodem anno C. Manilius tribunus plebis legem promulgavit, ut Pompeio, qui tum in Cilicia belli maritimi reliquias persequebatur, bellum Mithridaticum committeretur. Eam legem Cicero praetor suasit oratione *pro lege Manilia* sive *de imperio Cn. Pompeii.* — Eodem anno *A. Cluentium Avitum* defendit apud collegam in praetura Q. Voconium Nasonem, oratione quae exstat.

A. u. c. 689. aet. XLII. Cicero C. Cornelium maiestatis reum duabus orationibus defendit, quarum fragmenta quaedam servavit Asconius. cfr. Orator 67, 225. 70, 232. — Hoc anno Cicero se accingebat ad consulatum anno sequente petendum. ad Att. 1, 1, 1. sq.

A. u. c. 690. aet. XLIII. „L. Iulio Caesare C. Marcio Figulo consulibus filiolo me auctum scito salva Terentia." ad Att. 1, 2, 1. — „Hoc tempore Catilinam competitorem nostrum defendere cogitamus. Iudices habemus, quos voluimus, summa accusatoris voluntate. Spero, si absolutus erit, coniunctiorem illum nobis fore in ratione petitionis: sin aliter acciderit, humaniter feremus." ad Att. 1, 2, 1. — „Tulliolam C. Pisoni L. F. Frugi despondimus." ad Att. 1, 3, 3. — Hoc anno Cicero consulatum petiit, qua in petitione competitores habuit P. Sulpicium Galbam, L. Sergium Catilinam, C. Antonium, L. Cassium Longinum, Q. Cornificium et C. Licinium Sacerdotem. Q. Cic. de petit. cons. 2, 7. seqq. pro Murena 8, 17. Ascon. p. 81. — „Cum in dies licentia ambitus augeretur propter praecipuam Catilinae et Antonii audaciam, censuerat senatus, ut lex ambitus aucta etiam cum poena ferretur; eique rei Q. Mucius Orestinus tribunus plebis intercesserat. Tum Cicero, graviter senatu intercessionem ferente, surrexit atque in coitionem Catilinae et Antonii invectus est (oratione *in toga candida*) ante dies comitiorum paucos." Ascon. p. 83. — „Me cuncta Italia, me omnes ordines, me universa civitas, non prius tabella quam voce priorem consulem declaravit." in Pison. 1, 3. cfr. de lege agr. 2, 1, 3. seqq. — Hoc anno Cicero Q. Gallium ambitus reum defendit.

A. u. c. 691. aet. XLIV. Cicero consulatum gessit cum M. Antonio. „Ego qualem Kalendis Ianuariis acceperim rem publicam, Quirites, intelligo: plenam sollicitudinis, plenam timoris: in qua nihil erat mali, nihil adversi, quod

non boni metuerent, improbi exspectarent. Omnia turbulenta consilia contra hunc rei publicae statum et contra vestrum otium partim iniri partim nobis coss. designatis inita esse dicebantur. Sublata erat de foro fides, non ictu aliquo novae calamitatis, sed suspicione ac perturbatione iudiciorum, infirmatione rerum iudicatarum; novae dominationes, extraordinaria non imperia sed regna quaeri putabantur." de lege agr. 2, 3, 8. — „Atque ego de Antonio (collega) nihil dico praeter unum: nunquam illum in illo summo timore ac periculo neque communem metum omnium neque propriam nonnullorum de ipso suspicionem aut infitiando tollere aut dissimulando sedare voluisse." — Itaque Cicero eum indulgentia quadam usus ita sustinuit ac moderatus est, ne quid auderet in rem publicam ipse moliri. pro Sestio 3, 8. — Iam anno superiore a. u. c. 690. P. Servilius Rullus trib. plebis cum IV. Id. Dec. magistratum iniisset, promulgaverat legem agrariam, ut tribunus plebis qui eam legem tulerit per XVII. tribus decemviros crearet agris dividundis, quibus in comitiis curiatis tribueretur imperium militare; ut liceret eis vendere omnia, de quibus vendendis SCta facta sint M. Tullio Decula Cn. Cornelio Dolabella coss. (a. u. c. 673.) quique agri, quae loca, quae aedificata aliudve quid extra Italiam, quod publicum populi Romani factum sit a. u. c. 666. aut postea; ut liceret eis vectigalia in lege nominata omnesque agros publicos extra Italiam vendere, aut iis vectigal imponere, cum hac tamen exceptione, ne vectigal imponeretur agro in Sicilia Recentorico, neve ii agri venderentur, de quibus foedere cautum esset, et ut cognitio decemvirum sit, qui publici, qui privati; ut, quam pecuniam decemviri coëgissent, ea pecunia agros quo plebes deduceretur, ab iis, qui vendere vellent, emerent, ab invitis nihil tangerent; eos autem agros in Italia emerent, qui arari et coli possent; et ut quae in municipia, quasque in colonias vellent, colonos quos vellent, deducerent, iisque agros assignarent, quibus in locis vellent, et ut Capuam in coloniam deducerent quinque colonorum milia iisque et agrum Campanum et Stellatem agrum dividerent cet. Hanc Rulli legem agrariam Cicero consul primum in senatu dissuasit Kalendis Ianuariis, deinde aliquot diebus post in oratione pro Rostris ad Quirites habita demonstravit, nihil aliud hac lege agraria agitari et agi, nisi ut decem reges aerarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius rei publicae, regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini constituerentur legis agrariae simulatione atque nomine. In tertia oratione item ad populum habita Cicero breviter calumniam refutat, qua tribuni plebis animos auresque populi compleverant, cum dicerent Ciceronem gratificantem Sullanarum assignationum possessoribus agrariae legi et commodis plebis obsistere. Ita Cicero perfecit, ut lex agraria a Rullo promulgata perferri non posset, quippe cum Cicero L. Caecilio, ut huic legi intercederet, persuasisset. pro Sulla 23, 65. — Paullo post cum L. Roscius Otho trib. pl. a. u. c. 687. legem tulisset, qua sancitum est, ne quis in quattuordecim gradibus orchestrae, in qua senatores sedebant, proximis sederet, nisi qui eques et equestri censu esset, et Cicerone consule plebs Roscium in theatro sibilis insectata esset, Cicero eam in aedem Bellonae evocatam mitigavit, effecitque, ut plebs notatam se discrimine sedis aequo animo ferret. Deinde habuit illam, quae exstat, sed mutilata, orationem pro C. Rabirio perduellionis reo. Pison. 2, 4. qua de causa vid. Onomast. s. v. C. Rabirius. — Tum cum olim Sulla dictator proscriptorum filios lege lata petendorum honorum iure privasset, hique petiissent, ut lege illa Cornelia abrogata capessendorum honorum sibi potestas fieret, Cicero oratione habita, ut ait in orat. in Pisonem 2, 4., adolescentes bonos et fortes, sed usos ea condicione fortunae, ut, si essent magistratus adepti, rei publicae statum convolsuri viderentur, suis inimicitiis, nulla senatus mala gratia comitiorum ratione privavit. Haec oratio non magis exstat quam illa, qua provinciam in contione deposuit. — Cum enim senatus consulibus lege Sempronia provincias decrevisset Macedoniam et Galliam Cisalpinam, et illam quidem Cicero, hanc Antonius sortitus esset, Cicero Antonio Macedoniam concessit, ipse Galliam accepit, sed hanc ipsam in contione deposuit. — Tum cum L. Sergius Catilina, ut in proximum annum consul designaretur, multa moli-

retur, nihilque intentatum relinqueret, Cicero ex SCto legem tulit ad populum, ut ad poenam ambitus crimini constitutam decem annorum exsilium adderetur; simul hac lege vetitum est biennio, quo quis petat, petiturusve sit, gladiatores dare, nisi ex testamento praestituta die. in Vatin. 15, 37. — — Tum cum comitia consularia indicta essent in ante diem XII. Kal. Nov., Cicero pridie de coniuratione Catilinae ad senatum rettulit. Factum est SCtum: viderent consules, ne quid res publica detrimenti caperet. Comitiis consularibus Catilina iterum repulsam tulit, consulibus creatis D. Iunio Silano et L. Licinio Murena. Catilina coniuratos noctu in M. Laecae domo adesse iussit; ibi distribuit partes Italiae; statuit quo quemque proficisci placeret; delegit quos Romae relinqueret, quos secum educeret, descripsit urbis partes ad incendia; confirmavit se ipsum iam esse exiturum; dixit paullulum sibi esse etiam tum morae, quod Cicero viveret. Reperti sunt duo equites Romani, qui sese illa ipsa nocte paullo ante lucem Ciceronem in suo lectulo interfecturos pollicerentur. Cicero per Fulvium de eo consilio certior factus, domum suam maioribus praesidiis firmavit, exclusit eos, quos Catilina ad eum mane salutatum miserat. Catil. 1, 3, 7. seqq. — A. d. VI. Idus Novembr. senatu in aedem Iovis Statoris convocato, cum eodem Catilina quoque venisset, Cicero habuit *primam* quae exstat *orationem in Catilinam*, qua omnia eius consilia sibi cognita esse ostendit, eumque ex urbe exire suosque omnes aut certe quam plurimos educere iussit. Itaque Catilina cum trecentis armatis proxima nocte in Malliana castra profectus est. Postridie Cicero *secundam* habuit orationem *in Catilinam*, ad Quirites, qua eum urbe excessisse nuntiat, populoque gratulatur, eum ex occultis insidiis in apertum latrocinium esse coniectum. Paullo post senatus Catilinam et Mallium hostes iudicavit, decrevitque ut consules delectum haberent, Cicero urbi praeesset, Antonius exercitu Catilinam persequeretur. Interim cum Murena cos. designatus a Ser. Sulpicio, M. Catone et Cn. Postumio de ambitu accusatus esset, defenderunt eum Q. Hortensius, M. Crassus, et Cicero consul oratione *pro Murena*, quae exstat. Paullo post cum Cicero comperisset P. Lentulum Suram legatos Allobrogum belli Transalpini et tumultus Gallici excitandi causa sollicitasse, eosque in Galliam ad suos cives, eodemque itinere cum litteris mandatisque ad Catilinam esse missos, itemque iis adiunctum esse Volturcium atque huic datas esse ad Catilinam litteras, Cicero L. Valerio Flacco et C. Pomptinio praetoribus imperavit, ut legatos Allobrogum ad pontem Mulvium comprehenderent. Itaque a. d. IV. Non. Decembr. tertia fere vigilia exacta, cum iam pontem legati Allobrogum ingredi inciperent, unaque Volturcius, fit in eos impetus, litterae, quaecunque erant in illo comitatu, integris signis, praetoribus traduntur, ipsi deprehensi ad consulem deducuntur. Ita patefacta horum indiciis coniuratione, eius principes Cicero ad se venire iussit, senatum in aedem Concordiae vocavit; rem omnem introductis indicibus exposuit, senatumque consuluit, de summa re publica quid fieri placeret. Tum ex SCto Lentulus, Cethegus, Statilius, Gabinius et Caeparius in custodiam traditi, Ciceronis autem nomine supplicatio diis decreta est, quod urbem incendiis, caede cives, Italiam bello liberasset. Quas res ita gestas sub noctem Cicero populo in contione exposuit, oratione *tertia Catilinaria*. — Nonis Decembr. cum Cicero intelligeret paratos esse qui Lentulum et Cethegum e custodia eriperent, ad senatum convocatum de ea re rettulit consuluitque, quid de iis fieri placeret, qui in custodiam traditi erant. Cum duae essent sententiae, una D. Silani cos. des., qui censuit eos morte multandos esse, altera C. Iulii Caesaris, qui eos publicatis bonis in vinculis habendos esse censuit, Cicero surrexit et de utraque sententia quid sibi videretur exposuit, oratione quae *quarta* numeratur *in Catilinam*. Ac vicisset profecto Caesaris sententia, nisi M. Porcius Cato vehementi oratione in coniuratos habita extremo eos supplicio dignos esse senatui persuasisset. Facto igitur in eius sententiam SCto supplicium de Lentulo, Cethego, Statilio, Gabinio, Caepario in carcere sumptum est. Illae sunt Nonae illae Decembres, toties a Cicerone celebratae; ut ad Fam. 1, 9, 12. ad Att. 10, 1, 1. — Pridie Kal. Ian. Q. Metellus Nepos novus trib. pl. Ciceronem in contione dicere prohibuit

quae constituerat, eique tantum ut iuraret permisit. Itaque Cicero sine ulla dubitatione iuravit, rem publicam atque urbem sua unius opera esse salvam. — Tullius ipse breviter consulatum suum exposuit ita: „Ego Kalendis Ianuariis senatum et bonos omnes legis agrariae maximarumque largitionum metu liberavi; ego agrum Campanum, si dividi non oportuit, conservavi, si oportuit, melioribus auctoribus reservavi; ego in C. Rabirio, perduellionis reo, XL annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi; ego adolescentes bonos et fortes, sed usos ea condicione fortunae, ut, si essent magistratus adepti, rei publicae statum convolsuri viderentur, meis inimicitiis, nulla senatus mala gratia, comitiorum ratione privavi; ego Antonium collegam, cupidum provinciae, multa in re publica molientem, patientia atque obsequio meo mitigavi; ego provinciam Galliam, senatus auctoritate exercitu et pecunia instructam et ornatam, quam cum Antonio communicavi, quod ita existimabam tempora rei publicae ferre, in contione deposui, reclamante populo Romano; ego L. Catilinam, caedem senatus, interitum urbis, non obscure sed palam molientem, egredi ex urbe iussi, ut, a quo legibus non poteramus, moenibus tuti esse possemus; ego tela extremo mense consulatus mei intenta iugulis civitatis, de coniuratorum nefariis manibus extorsi; ego faces iam accensas ad huius urbis incendium comprehendi, protuli, exstinxi. Me Q. Catulus, princeps huius ordinis et auctor publici consilii, frequentissimo senatu parentem patriae nominavit. Mihi hic vir clarissimus, L. Gellius, his audientibus, civicam coronam deberi a re publica dixit. Mihi togato senatus non, ut multis, bene gestae, sed, ut nemini, conservatae rei publicae singulari genere supplicationis deorum immortalium templa patefecit. Ego cum in contione abiens magistratu dicere a tribuno plebis prohiberer, quae constitueram, cumque is mihi tantummodo, ut iurarem, permitteret, sine ulla dubitatione iuravi, rem publicam atque hanc urbem mea unius opera esse salvam. Mihi populus Romanus universus illa in contione non unius diei gratulationem, sed aeternitatem immortalitatemque donavit, cum meum iusiurandum tale atque tantum iuratus ipse una voce et consensu approbavit: quo quidem tempore is meus domum fuit e foro reditus, ut nemo, nisi qui mecum esset, civium esse in numero videretur. Atque ita est a me consulatus peractus, ut nihil sine consilio senatus, nihil non approbante populo Romano egerim; ut semper in Rostris curiam, in senatu populum defenderim; ut multitudinem cum principibus, equestrem ordinem cum senatu coniunxerim." in Pison. 2, 4. seqq. — De orationibus, quas Cicero consul habuit, ipse haec scripsit: „Fuit mihi commodum curare, ut meae quoque essent orationes, quae *consulares* nominarentur. Quarum una est in senatu Kalendis Ianuariis; altera ad populum *de lege agraria;* tertia *de Othone;* quarta *pro Rabirio;* quinta *de proscriptorum filiis;* sexta, cum provinciam in contione deposui; septima, qua Catilinam emisi; octava, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit; nona in contione, quo die Allobroges involgarunt; decima in senatu, Nonis Decembribus. Sunt praeterea duae breves, quasi ἀποσπασμάτια legis agrariae." ad Att. 2, 1, 3.

A. u. c. 692. aet. XLV. „in senatu Kalendis Ianuariis sic cum eo (Metello) de re publica disputavi, ut sentiret sibi cum viro forti et constanti esse pugnandum. A. d. III. Nonas Ianuarias cum agere coepisset, tertio quoque verbo orationis suae me appellabat, mihi minabatur: neque illi quidquam deliberatius fuit, quam me, quacunque ratione posset, non iudicio neque disceptatione, sed vi atque impressione evertere. Huius ego temeritati si virtute atque animo non restitissem; quis esset, qui me in consulatu non casu potius existimaret quam consilio fortem fuisse?" ad Fam. 5, 2, 8. — Ei Cicero opposuit orationem *Metellinam* (ad Att. 1, 13, 5.) s. orationem contra Metelli *contionem*, quae aetatem non tulit. Quibus de rebus cum Q. Metellus Q. F. Celer procos. litteris ad Ciceronem scriptis (ad Fam. 5, 1.) questus esset, fratrem suum tribunum plebis ob dictum („ei, qui in alios animadvertisset indicta causa, dicendi ipsi potestatem fieri non oportere") capite ac fortunis ab eo oppugnari: respondit ei Cicero docuitque, se non oppugnavisse fratrem eius, sed ab ipso oppugnatum ei re-

pugnasse. ad Fam. 5, 2, 10. — Ceterum hoc anno C. Antonius, cum Catilina ab eius legato M. Petreio praelio victus esset, imperator salutatus, profectus est in Macedoniam provinciam, cui per triennium praefuit. Et cum Pompeius Magnus litteris publice ad senatum missis de rebus in bello Mithridatico gestis rettulisset, Cicero ei gratulatus est, simul autem significavit, se ob res a se in consulatu gestas aliquam in eis litteris gratulationem exspectasse; quam ab eo praetermissam esse arbitratur, quod Pompeius vereretur, ne cuius animum offenderet (ut Crassi aut Caesaris). Itaque eum scire volt, quae pro salute patriae gesserit, orbis terrae iudicio ac testimonio comprobari. ad Fam. 5, 7, 3. — Extremo hoc anno P. Clodius Appii fil. cum veste muliebri deprehensus est domi C. Caesaris (h. a. praetoris et pontificis max.) cum pro populo fieret, et per manus servulae servatus est et eductus; quam rem esse insigni infamia Cicero scribit ad Atticum 1, 12, 3.

A. u. c. 693. aet. XLVI. P. Clodii facinus, mentione eius in senatu a Q. Cornificio facta, cum res e SCto ad Pontifices delata esset, a Pontificibus nefas esse decernitur. Caesar uxori nuntium remittit. Clodius incesti crimine accusatur a Lentulo, Cic. Harusp. 17, 37. vel ut Valerius 4, 2. tradit, a tribus Lentulis. Vid. ad Att. 1, 13, 3. — In ea causa Cicero, qui initio Lycurgus fuisset, quotidie ait se mitigari. Ibid. — Postea vero cum Clodius nomine suo in contionibus ad invidiam uteretur, vehementius invectus, contraxit tamen vela, cum videret inopiam iudicum, nihilque aliud pro testimonio dixit, quam quod erat ita notum atque testatum, ut non posset praeterire. ad Att. 1, 16, 2. — Nimirum cum Clodius iudicibus se probaturum affirmasset, quo die in sacris Bonae deae deprehensus diceretur, eo die Interamnae apud C. Cassinium Scholam fuisse, Cicero contra testatus est, eo ipso die se Clodium domi convenisse et allocutum esse. Clodio tamen ob iudicum egestatem ac turpitudinem absoluto, eius absolutionis causas Cicero narrat ad Att. 1, 16, 3—5. — Quae postea egerit ad minuendum rei publ. detrimentum ex nefario hoc iudicio metuendum exponit ad Att. 1, 16, 6. seqq. — Frangit Clodium in senatu cum oratione perpetua tum altercatione. ad Att. 1, 16, 8. seqq. — A Pompeio valde diligi videtur. ad Att. 1, 16, 10. — Concordiam equitum cum senatu conservare cupiens illorum iniqua postulata defendit. ad Att. 1, 17, 8. seqq.

A. u. c. 694. aet. XLVII. Utitur Pompeio familiarissime. ad Att. 1, 17, 10. — Queritur post Clodium absolutum eum esse rei publ. statum, ut res Romanae stare diutius non possint. ad Att. 1, 18, 2. seqq. — Putat sibi maiores opes et firmiora praesidia esse quaerenda, ideoque Pompeium ad se in senatu laudandum adducit, cum eoque magna se familiaritate coniungit, neque tamen nimium novae amicitiae confidit. ad Att. 1, 19, 7. — Odia libidinosae iuventutis in se concitata mitigat. ad Att. 1, 19, 8. — Neminem habere queritur, qui viam optimatium post Q. Catuli mortem secum teneat. ad Att. 1, 20, 3. — Cupit Pompeium et Caesarem de levitate populari abducere. ad Att. 2, 1, 6. — Dubitat, quam rationem in causa legis agrariae, quam Caesar ferre volebat, sequatur. ad Att. 2, 3, 3. — Improbat largitionem agrariam, et Caesaris et Pompeii coniunctionem. ad Att. 2, 16, 1. 2. — Scribit ad fratrem, cum ei provincia Asia in tertium annum prorogata esset. ad Quint. Fr. 1, 1.

A. u. c. 695. aet. XLVIII. scribit de Clodii, qui iam ad plebem transierat, rationibus suisque consiliis, magis ad otium, quam ad rem publicam gerendam spectantibus. ad Att. 2, 7. — Cum Pompeium hac condicione Clodii transitionem ad plebem adiuvisset, ne quid moliretur ad Ciceronem vexandum, Cicero scribit, si ea, quae de se pacta sint, a Clodio non serventur, se in caelo esse, ut sciat Hierosolymarius (i. e. Pompeius) traductor ad plebem, quam bonam suis putissimis orationibus gratiam rettulerit; quarum se divinam ait meditari παλινῳδίαν. ad Att. 2, 9, 1. — Quae de tribunatu plebis, quem Clodius petiturus erat, cogitet, exponit ad Att. 2, 15, 2. — Item de lege agraria a Caesare promulgata et de Pompeii in ea probanda consilio. ad Att. 2, 16, 1. 2. — Pompeium ait tyrannidem affectare ad Att. 2, 17, 1. — Desperatum rei publicae statum dolet. ad Att. 2, 18, 1. 2. — A Caesare se liberaliter invitari scribit, ut sibi sit legatus; etiam liberam legatio-

nem voti causa dari, quam tamen adversus Clodii impudentiam praesidii satis non habere putat. Itaque illam quidem se tenere ait, sed usurum haud putare. ad Att. 2, 18, 3. — Sperat se Clodii minas vel subire cum dignitate, vel declinare sine molestia posse. ad Att. 2, 19, 1. — Cosconio mortuo, qui erat inter XX viros agro Campano dividundo, invitatur in eius locum; id, ut turpe, repudiat. ad Att. 2, 19, 4. — Scribit a Pompeio se amari, Clodium sibi periculum denuntiare; Pompeium affirmare, se prius occisum iri ab eo, quam Ciceronem violatum iri. ad Att. 2, 20, 1. 2. — Scribit de perdito rei publicae statu et maiore quod immineat periculo, de mala Pompeii existimatione et Bibuli consulis gloria, de suis ex Clodii inimicitia periculis. ad Att. 2, 21. — Amat Pompeium, etsi propter Clodianum negotium nemo putat eum illi amicum esse debere. ad Att. 2, 21, 4. — Pompeius etsi confirmat Clodium nihil contra Ciceronem facturum, hic tamen ad resistendum se parat. ad Att. 2, 21, 6. — Scribit se publicis consiliis nullis interesse, sed causis forensibus operam dare. ad Att. 2, 22, 3. 2, 23, 3. — Cum Clodius in dies maiores terrores denuntiaret, Atticum saepius rogat Cicero, ut Romam advolet. ad Att. 2, 22, 4. 2, 23, 3. 2, 24, 5. 2, 25, 2. — Interea Cicero bis defendit A. Thermum Flaccum, item L. Valerium Flaccum, qui ex praetura Cicerone consule gesta Asiam provinciam obtinuerat, a D. Laelio repetundarum accusatum, una cum Hortensio defendit oratione quae exstat, cfr. ad Att. 2, 25, 1.

A. u. c. 696. aet. XLIX. L. Calpurnio Pisone Caesonino, A. Gabinio coss. Clodius tribunus plebis factus praeter alias leges populares et perniciosas hanc quoque tulit, ut qui civem Romanum indemnatum interemisset, ei aqua et igni interdiceretur, qua lege etsi non nominabatur Cicero, tamen solus petebatur. Cicero igitur tamquam reus vestitum mutat, sordidatus incedit, populoque supplex fit, cuius rei eum sero poenitet. Simul tamen cum eo equester ordo senatusque frequens vestem pro Ciceronis salute mutandam censuit. pro Sestio 12, 27. — Immo cum incredibilis in Capitolium multitudo ex tota urbe cunctaque Italia convenisset, vestem mutandam omnes Ciceronemque omni ratione defendendum putarunt. pro Sestio 12, 28. — Consules interim edixerunt, ut senatus ad vestitum rediret. pro Sestio 14, 32. in Pison. 10, 23. — Itaque Cicero a consulibus et ab ipso Cn. Pompeio desertus et proditus maluit urbe cedere, quam bonorum vitam servis armatis obiicere. pro Sestio c. 16. seqq. in Pison. 14, 32. — Venit igitur Vibonem Atticumque ut eo veniat rogat. ad Att. 3, 3. — Thurium venit. ad Att. 3, 5. — Tarentinum. ad Att. 3, 6. — Brundisii XIII. dies moratur. ad Fam. 14, 4, 2. — Thessalonicam venit. ad Att. 3, 8, 1. — Incredibili maerore afflictus et confectus est. ad Att. 3, 8, 2. — De morte voluntaria cogitat. ad Att. 3, 9, 1. ad Quint. Fr. 1, 3, 1. seq. — Metuit, ne sibi noceat oratio in Curionem prolata. ad Att. 3, 12, 2. — Rogat Atticum, ut sibi ex agro suo tantum assignet, quantum suo corpore occupari possit. ad Att. 3, 19, 3. — Thessalonicae Plancius eum per septem menses retinet omnibus officiis. ad Att. 3, 22, 1. — Fratris e provincia decedentis videndi occasionem vitat. ad Att. 3, 9, 1. ad Q. Fr. 1, 3, 1. — Ei gratias agit, suamque uxorem et liberos commendat. ad Quint. Fr. 1, 3, 10. — Scribit ad Atticum, se quod amici velint bene de fortuna sua speraturum, suam tamen calamitatem ita magnam esse, ut ab Attico potius relevandus quam ob animi infirmitatem obiurgandus sit. ad Att. 3, 10. 11. — Dolet suam in Curionem orationem iniquo tempore prolatam. ad Att. 3, 12, 2. 3, 15, 3. — Negat se, quod Atticus audierat, mentis errore ex dolore affici. ad Att. 3, 13, 2. — Kal. Iun. senatus de Cicerone revocando decernit referente L. Ninnio trib. pl. Intercessit autem Aelius Ligus tribunus plebis. pro Sestio c. 32. — Spem salutis ex tribunorum in annum proximum designatorum favore concipit. ad Att. 3, 13, 1. ad Quint. Fr. 1, 4, 2. — Scribit, si Atticus aut alius quis fuisset, qui se Pompeii minus liberali consilio perterritum a turpissimo consilio ex urbe discedendi revocaret, futurum fuisse, ut aut occumberet honeste, aut victor hodie viveret. ad Att. 3, 15, 4. — Thessalonica Dyrrhachium proficiscitur. ad Att. 3, 22, 4. ad Fam. 14, 1, 7. — In lege salutis suae causa ab octo tribunis plebis promulgata quid desideret, Attico exponit. ad Att. 3, 23, 1. seqq. — Scribit sibi non pla-

cere amicorum consensu provincias consulum designatorum ornatas esse, quod vereatur, ne ea res novorum tribunorum plebis animos a se alienet. ad Att. 3, 24, 1. — SCto de lege Ciceronis restituendi causa ferenda facto, scribit se legis lationem exspectaturum, si quis autem tribunus plebis intercesserit, auctoritate senatus usurum et vel cum vitae periculo in patriam rediturum. ad Att. 3, 26.

A. u. c. 697. aet. L. P. Cornelio Lentulo Spinthere et Q. Caecilio Metello coss. Cicero primum Metello, qui deposita simultate Lentulum in eo restituendo adiuverat, gratias agit, eumque ut opem sibi ferre pergat rogat. ad Fam. 5, 4. — Kalendis Ianuariis cum de Cicerone consul Lentulus ad senatum rettulisset, princeps sententiam rogatus L. Cotta dixit, nihil de Cicerone actum esse iure, nihil more maiorum, nihil legibus; quare eum, qui nulla lege abesset, non restitui lege, sed revocari senatus auctoritate oportere. pro Sestio 34, 73. — Sed post eum Cn. Pompeius dixit, sese otii Ciceronis causa, ut omni populari concitatione defungeretur, censere, ut ad senatus auctoritatem populi quoque Romani beneficium erga eum adiungeretur. pro Sestio 34, 74. — Interim cum omni mora, ludificatione, calumnia senatus auctoritas impediretur, venit tandem concilii de Cicerone agendi dies VIII. Kal. Febr. Hoc autem die Clodius cum suis asseclis caede in foro maxima facta, multisque volneratis comitia turbavit, reditumque Ciceronis flumine sanguinis intercludendum putavit. pro Sestio 35, 75. — Tandem facto SCto, ut Ciceronis causa cuncti qui rem publ. salvam vellent ex Italia convocarentur, compluribusque Lentuli cos. et Pompeii contionibus de eius salute habitis Lentulus consul senatum in Capitolium convocavit; ibique in templo Iovis senatus consultum de Cicerone revocando factum est, in Pompeii sententiam, (qui de scripto dicta sententia Ciceroni testimonium conservatae patriae dederat). pro Sestio 60, 128. — Idque SCtum in theatro, cum eo consul et senatores ad ludos spectandos convenissent, incredibili clamore et plausu comprobatum est. Postero die in curia decretum est, ne quis ad impedienda comitia de caelo servaret, ne quis moram ullam afferret, si quis aliter fecisset, eum plane eversorem rei publicae fore; idque senatum gravissime laturum, et ut statim de eius facto referretur; hoc quoque additum, si diebus quinque, quibus agi de Cicerone potuisset, non esset actum, rediret in patriam dignitate omni recuperata. pro Sestio 61, 129. — Simul decrevit senatus, ut iis, qui ex tota Italia salutis Ciceronis causa convenerant, agerentur gratiae, atque ut iidem ad res redeuntes ut venirent rogarentur. pro Sestio 62, 129. — Pridie Non. Sextil. lex de revocando Cicerone comitiis centuriatis ad populum lata est, et summo omnium centuriarum consensu accepta. Eadem die Cicero Dyrrhachio profectus Nonis Sext. Brundisium venit, ibique Tullia ei praesto fuit, natali suo die. Inde a Brundisinis honestissime ornatus iter ita fecit, ut undique ad eum cum congratulatione legati venerint. ad Att. 4, 1, 4. in Pison. 22, 51. — Ad urbem prid. Non. Sept. ita venit, ut nemo ullius ordinis homo nomenclatori notus fuerit, qui ei obviam non venerit, praeter inimicos. Cum venisset ad portam Capenam, gradus templorum ab infima plebe completi erant, a qua plausu maximo cum esset ei gratulatio significata, similis et frequentia et plausus eum usque ad Capitolium celebravit, in foroque et in ipso Capitolio miranda multitudo fuit. ad Att. 4, 1, 5. in Pison. 22, 52. — Postridie i. e. Nonis Sept. senatui gratias egit; et cum eo biduo summa esset annonae caritas, Clodianique Ciceronis opera frumenti inopiam esse clamarent, factum est SCtum in Ciceronis sententiam, ut Pompeio potestas rei frumentariae in quinquennium daretur. ad Att. 4, 1, 6. — Prid. Kal. Octobr. Cicero dicit pro domo, quam Clodius incenderat. De eius restitutione contentiones in senatu. ad Att. 4, 2, 2. — Eius domum et villas coss. ex SCto restituendas locant, illam aestimant HS vicies, Tusculanum et Formianum valde illiberaliter. ad Att. 4, 2, 5. — Clodii contra Ciceronem et Q. fratrem furiosae actiones. ad Att. 4, 3. — Cic. scribit se animo vigere, re familiari comminutum esse. ad Att. 4, 2, 7.

A. u. c. 698. aet. LI. Ciceronis actiones de Ptolemaeo Aulete per P. Lentulum Ciliciae procos. reducendo. ad Fam. 1, 1. 2. 4. 5. 7. ad Q. Fr. 2, 2, 3. — In ea re habuit orationem de rege Ptolemaeo, quam commemorant Aquila

et Fortunatianus. — Mense Februario P. Sestius lege Lutatia de vi postulatus est a M. Tullio Albinovano; eum defenderunt Hortensius et Cicero oratione pro Sestio quae exstat. ad Q. Fr. 2, 3, 5. — Idem absolutus est. ad Quint. Fr. 2, 4, 1. — Eodem mense dixit pro Bestia de ambitu. ad Q. Fr. 2, 3, 6. — Librum scribit, in quo Caesaris acta probat, quae παλινῳδία ipsi videtur subturpicula. ad Att. 4, 5, 1. — Lucceium rogat, ut historiam de rebus suis a principio coniurationis Catilinariae usque ad reditum suum scribat. ad Fam. 5, 12. ad Att. 4, 6, 4. — Queritur se in re publica nec quod oporteat nec quod opus sit loqui posse, nec tamen etiam tacere licere. ad Att. 4, 6, 2. — A libro quodam ad Hortensium scribendo abhorret. ad Att. 4, 6, 3. — Invisit Pompeium in eius Cumano. ad Att. 4, 9, 10. — Ab eo convenitur in suo Cumano. ad Att. 4, 10.

A. u. c. 699. aet. LII. Crassum consulem e senatu reducit et cum eo de Q. fratris negotio loquitur. ad Q. Fr. 2, 9, 2. — Defendit Gallum Caninium. ad Fam. 7, 1, 4. — Cogitur nonnunquam homines non optime de se meritos defendere. ad Fam. 7, 1, 4.

A. u. c. 700. aet. LIII. Tenediorum causam in senatu cum Bibulo, Calidio et Favonio defendit. ad Quint. Fr. 2, 11, 2. — Crassi dignitatem studiose in senatu defendit. ad Fam. 5, 8. — Ait Caesarem esse se alterum. ad Fam. 7, 5, 1. — Trebatium tradit in eius manum et victoria et fide praestantem. ad Fam. 7, 5, 3. — Ait sibi Caesarem in sinu esse. ad Q. Fr. 2, 13, 1. — Eius amorem omnibus honoribus anteponit. ad Q. Fr. 2, 15, 1. — Defendit Messium. ad Att. 4, 15, 9. — Item Drusum et Scaurum et Vatinium. ad Att. 4, 15, 9. ad Q. Fr. 2, 16, 3. — Statuit ad nullam medicinam rei publ. sine magno praesidio accedere. ad Q. Fr. 2, 16, 2. — Rogat Quintum, ut sibi iudicium Caesaris de quodam poëmate suo explicet. ad Q. Fr. 2, 16, 5. — Ait se nullas in Caesaris rebus δευτέρας φροντίδας habere posse, quia eum secundum fratrem et liberos maxime amet. ad Q. Fr. 3, 1, 18. — Causas exponit, cur post reditum ab exsilio Caesaris dignitatem tuendam susceperit; item cur cum Vatinio et Crasso in gratiam redierit. ad Fam. 1, 9, 4—20. — Caesaris aedificationem in foro et in campo Martio sententia sua iuvat, etiamsi profusionem pecuniae improbet. ad Att. 4, 16, 14. — A Caesare videt se honorificentissime tractari et unice diligi. ad Fam. 7, 17, 2. — Metu Pompeii noluit Gabinium accusare. ad Q. Fr. 3, 4, 1—2. — Multo minus eum Pompeii gratia defendere voluit. ad Q. Fr. 3, 4, 3. — Testimonium in eum dicit. Ibid. — Dolet nullam esse rem publ. seque ea aetate, ubi auctoritate senatoria florere deberet, aut forensi labore iactari, aut domesticis litteris sustentari. ad Q. Fr. 3, 5, 4.

A. u. c. 701. aet. LIV. Cicero in locum M. Crassi in expeditione adversus Parthos interfecti augur fit a toto collegio expetitus. Philipp. 2, 2, 4. Brut. 1, 1.

A. u. c. 702. aet. LV. a. d. XIII. Kal. Febr. P. Clodius in via Appia Miloni obviam factus occiditur. V. Kal. Mart. Pompeius ab interrege consul creatur sine collega, eiusque lege de vi Milo accusatur ob caedem Clodii; eum defendit Cicero, quam orationem postea scripsit, cum Milo condemnatus Massiliae exsularet. Ascon. p. 31. seqq. et p. 53. seqq. — Mense Decembri T. Munatius Plancus Bursa a Cicerone accusatus, a Cn. Pompeio defensus, condemnatus est. Philipp. 6, 4, 10. 13, 12, 27. ad Fam. 7, 2, 2.

A. u. c. 703. aet. LVI. Procos. fit Ciliciae. ad Fam. 3, 2. — Eius in provincia iustitia, abstinentia, clementia. ad Att. 5, 16, 2. seq. 6, 2, 4. seq. ad Att. 5, 20. — Multo minus ait se de iudiciis laborare quam de possessione urbanitatis. ad Fam. 7, 32, 2. — Vehementer laborat, ne sibi provincia prorogetur. ad Att. 5, 21, 3. — Imperator salutatur. ad Att. 6, 1, 9. — Eius ratio publicanos in provincia tractandi. ad Att. 6, 1, 16. — Magno urbis desiderio et satietate provinciae tenetur. ad Fam. 2, 11, 1. — Dubitat quem relinquat, qui provinciae praesit. ad Att. 6, 3, 1. — Res a se gestas dignas triumpho putat. ad Att. 6, 3, 3. — In dissidiis Caesaris et Pompeii ait se nullum periculum videre, stante Pompeio vel etiam sedente. ad Att. 6, 3, 4. — De supplicatione Ciceroni decernenda, quae in senatu acta sint. ad Fam. 8, 11, 1. seqq. 15, 5, 2. — Catonis ei supplicationem non decernentis sententia ceteroquin honorifica. ad Fam. 15, 5, 6. ad Att. 7, 1, 7. — Eum tamen Cicero cum comperisset

Bibulo XX. dierum supplicationem decrevisse, turpiter dicit malivolum. ad Att. 7, 2, 6. seq. — Eius de provincia decessuri sollicitudines. ad Att. 6, 5, 3. — Queritur Bibuli voluntatem a se abhorrere. ad Fam. 2, 17, 6. — Cur provincia decedens noluerit fratrem praeficere. ad Att. 6, 6, 3. — Cur potius Caelium quaestorem in ea reliquerit. ad Fam. 2, 15, 4. ad Att. 6, 6, 3. — Triumphum cupit. ad Att. 6, 6, 4. 6, 8, 5. 7, 2, 6. — Negat in eo expetendo se vanum, in abiiciendo ἄτυφον futurum. ad Att. 6, 9, 2. — Vehementer aestuat, quas partes secuturus sit in Caesaris et Pompeii dimicatione. ad Att. 7, 1, 2. seqq. — Pecuniam ad apparatum triumphi necessariam ad Atticum redigere volt. Molestum vero est, quod solvendi sunt nummi Caesari et instrumentum triumphi eo conferendum. ad Att. 7, 8, 5. — Putat Caesarem, si vicerit, in caede principum haud clementiorem fore, quam Cinna fuit, nec moderatiorem, quam Sulla, in pecuniis locupletium. ad Att. 7, 7, 7.

A. u. c. 705. aet. LVIII. Senatus ei triumphum flagitat. ad Fam. 16, 11, 2. — Sub initium belli civilis Capuam tuendam sumit. Ibid. — Excusat se Mescinio Rufo quaestori, quod rationes ex provincia eo non exspectato ad aerarium detulisset. ad Fam. 5, 20, 2. seqq. — Invehitur in Caesarem. ad Att. 7, 11, 1. seq. 9, 2. A. — Campaniae et maritimae orae praeest. ad Att. 7, 11, 5. — Timet Caesaris φαλαρισμόν. ad Att. 7, 12, 2. — Eius praesidia et Pompeii peccata et perturbationem exponit. ad Att. 7, 13, 1. seq. — Incertus est, quid agat de Ciceronibus pueris et de uxore ac filia. ad Att. 7, 13, 3. — Narrat, quae in conventu Capuae habito decreta sint. ad Att. 7, 15, 2. — Falso opinatur Caesarem praesidia deducturum. Ibid. — Item falso opinatur Caesarem bellum sustinere non posse. ad Fam. 16, 12, 4. — Dubitat, si Pompeius Italia cedat, eumne sequatur an non. ad Att. 7, 20, 2. 8, 3, 1. seqq. 8, 14, 2. — Tristem eius statum et consilii inopiam deplorat. ad Att. 7, 21, 1. — Eius acta vehementer improbat. ad Att. 8, 1. 2. 8. 9. — Putat sibi in Italia manendum. ad Att. 8, 2, 4. — Paullo post Pompeium, etsi nulla spe, sequendi consilium capit. ad Att. 8, 16. 9, 1. 5. — Angitur, quid faciat, si Caesar sibi triumphum decreverit. ad Att. 9, 2, 2. — Politicas quasdam theses tractat, ut animum a querelis abducat. ad Att. 9, 4. — Rogatur a Caesare, ut ad urbem veniat; Pompeium, etsi putat eum causam optimam foedissime acturum, tamen ideo sequi volt, ut ἀχαριστίας crimen effugiat. ad Att. 9, 7, 4. — A Balbo et Oppio vehementer rogatur, ne contra Caesarem arma ferat. ad Att. 9, 7. A. et B. — Angitur, quod Pompeium abeuntem non secutus sit; Attici vero epistolarum locis, qui ei suaserat, ut in Italia maneret, se consolatur. ad Att. 9, 10. — Scribit ad Caesarem et cupit eum Pompeio reconciliari. ad Att. 9, 11. A. — Accipit Pompeium Brundisio cum omnibus copiis profectum esse. ad Att. 9, 15. A. — Exponit sermones cum Caesare habitos. ad Att. 9, 18, 1. Vehementer a Caelio rogatur, ne Pompeium sequendo suam suorumque fortunam conturbet. ad Fam. 8, 16. — Rescribit ei se nihil magis fugere quam arma civilia, nec quicquam turbulenter ac temere facturum. ad Fam. 2, 16. — Attico scribit se ad Pompeium iturum nec exspectandum sibi videri, quem exitum res in Hispania habiturae sint. ad Att. 10, 8. — Proximis tamen litteris lacrimis suorum mollitus ait se Melitam capessere velle, dum quid in Hispania gestum sit rescierit. ad Att. 10, 9. — Proficiscitur in Graeciam ad Pompeium. ad Fam. 14, 7.

A. u. c. 706. aet. LIX. Rogatur a Dolabella, ut desperatis Pompeii rebus ab eo discedat. ad Fam. 9, 9. — Post pugnam Pharsalicam, cui Cicero non interfuit (ad Fam. 9, 18, 2.) redit in Italiam et Brundisii se tenet. ad Fam. 14, 12. — Q. fratris eiusque filii acerba in eum odia. ad Att. 11, 8. 9. 10. 13. 14. 15. — Scribit ad Caesarem et fratrem excusat. ad Att. 11, 12, 2.

A. u. c. 707. aet. LX. Poenitet eum consilii, quod in Italiam redierit. ad Att. 11, 13. 24. — Volt filium ad Caesarem mittere. ad Fam. 14, 11. — Mutat consilium. ad Att. 11, 18, 1. ad Fam. 14, 15. — Cassio causas exponit, cur a bello discesserit. ad Fam. 15, 15. — Brundisio abit in Tusculanum et paullo post Romam venit ibique cum veteribus amicis i. e. cum libris suis in gratiam redit. ad Fam. 9, 1, 2. 9, 2, 5.

A. u. c. 708. aet. LXI. Catonis (Uticensis) laudationem scribere aggredi-

tur. ad Att. 12, 4, 2. — Eum librum sibi placere significat. ad Att. 12, 5, 2. — Et cum Caesar exeunte mense Quintili Romam rediisset, summam eius erga se humanitatem experitur. ad Fam. 4, 13, 2. — Compluresque amicos exsulantes consolatur vel spem iis reditus facit. ad Fam. 4, 13. 6, 13. — Hoc anno Cicero scripsit *Partitiones oratorias;* item *Brutum de claris oratoribus*, et *Oratorem ad M. Brutum.* ad Att. 12, 6, 2. — Gratias in senatu Caesari egit pro Marcelli restitutione; deinde apud eum pro Ligario dixit.

A. u. c. 709. aet. LXII. Cicero Terentia dimissa virginem Publiliam uxorem duxit. ad Fam. 4, 14, 3. — Paullo post Tullia filia Ciceronis ex partu decessit, cuius mors ei summum luctum et dolorem attulit; quem multi litteris consolatoriis ad eum scriptis, (ad Fam. 9, 11. ad Att. 12, 13. 12, 14, 4. ad Fam. 4, 5.) ipse autem libro *de consolatione* scripto, (ad Att. 12, 14, 3.) minuere studuit. — Paullo post Tulliae mortem Publiliae uxori nuntium remisit, quod, ut Plutarchus scribit, visa esset Tulliae morte laetari Hoc anno scripsit *Hortensium* s. librum *de philosophia*, deinde *Academicorum* libros duo, quorum alterum Catulum, alterum Lucullum appellavit; e quibus posterior exstat. Postea vero totam hanc disputationem quattuor libris explicatam ad Varronem transtulit, e quibus pars quaedam libri primi, ceterorum pauca fragmenta supersunt. Eodem anno scripsit libros quinque *de finibus bonorum et malorum.* Post reditum Caesaris ex Hispania mense Octobri reversi Cicero apud eum regem *Deiotarum* defendit. quam orationem postea scriptam ad Dolabellam misit. ad Fam. 9, 12, 2.

A. u. c. 710. aet. LXIII. Kal. Ian. cum Caesar V. Cos. cum M. Antonio Dolabellam sibi surrogare vellet resistente Antonio, Cicero in senatu affuit. Lupercalibus XV. Kal. Mart. cum Caesar in Rostris sedens in sella aurea, amictus toga purpurea spectaret Lupercos, Antonius, qui erat tum ipse Lupercus, ad sellam eius accessit capitique diadema imposuit, quod Caesar cum plausu populi repudiavit. Philipp. 2, 34, 85. seq. 3, 5, 12. 13, 8, 17. — Idibus Martiis Caesar a coniuratis M. Bruto, C. Cassio, ceteris in curia Pompeii XXIII. plagis confossus est. Eo interfecto M. Brutus cruentum alte extollens pugionem Ciceronem nominatim exclamavit eique recuperatam libertatem est gratulatus. Philipp. 2, 12, 28. — Ex quo Antonius colligebat eum coniurationis conscium fuisse. Philipp. 2, 12, 30. — Certum tamen est eum, quamvis M. Bruto familiarissime uteretur, eius expertem fuisse. ad Fam. 12, 4, 1. — Antonium putat epularum magis rationem habere, quam quicquam mali cogitare. ad Att. 14, 3, 2. — Dolet non una cum libertate rem publicam quoque recuperatam. ad Att. 14, 4, 1. 15, 4, 2. — Queritur Caesaris interfectores laudari, tyranni tamen facta defendi. ad Att. 14, 6, 2. 14, 10, 1. 14, 11, 1. 14, 12, 1. 14, 14, 2. seqq. — Mense Quintili in Graeciam proficisci cogitat. ad Att. 14, 7, 3. — Antonius ad eum scribit de restitutione Sex. Clodii, cui Cicero se facilem praebet. ad Att. 14, 16, 6. — Antonii amicitiam retinere volt. ad Fam. 16, 23, 2. — Laudat Dolabellam ob severitatem animadversionis in homines seditiosos. ad Fam. 9, 14. ad Att. 14, 18, 1. ad Fam. 12, 1, 1. — Laudat Bruti orationem habitam in contione Capitolina. ad Att. 15, 1. B., 2. — Scribit Dolabellam decrevisse, ut Cicero sibi in Syriam ituro legatus esset, qua legatione licebat ei per quinquennium abesse. ad Att. 15, 11, 4. — Exponit, quid sibi de Octaviani animo et ingenio videatur. ad Att. 15, 12, 2. — Scribit de periculis rei publicae ab Antonio imminentibus. ad Att. 15, 20, 1. — Cogitat in Graeciam navigare. ad Att. 15, 20, 3. 15, 21, 3. 15, 25. ad Fam. 11, 29, 1. ad Att. 16, 1, 3. 16, 4, 4. 16, 5, 3. — Illud iter ingreditur. ad Fam. 7, 19. ad Att. 16, 6. — Subito tamen revertitur eiusque reversionis causas exponit. ad Att. 16, 7, 1. Philipp. 1, 3. seq. — Prid. Kal. Sept. in urbem rediit. Antonius cos. Kal. Sept. senatum habuit de supplicationibus Caesari decernendis, et Ciceronem in curiam vocavit. Qui cum de via langueret et sibi displiceret, misit pro amicitia, qui hoc ei diceret. At ille cum fabris venturum eiusque domum disturbaturum minatus est. Postridie Cicero absente Antonio in senatum venit, habuitque orationem *Philippicam primam*, in qua expositis profectionis et reversionis causis graviter queritur de hesterna Antonii iniuria, tum leges eius reprehendit, denique eum et collegam in consulatu

Dolabellam hortatur, ut diligi quam metui a civibus malint, et rei publicae saluti et incolumitati consulant. Antonius ira incensus inimicitias Ciceroni denuntiavit, eumque in senatu adesse iussit a. d. XIII. Kal. Octobr. Ipse XVII. dies in Tiburtino Scipionis Metelli declamitavit et dicto die senatu in aedem Concordiae vocato, absente Cicerone in eum acerbissimam orationem evomuit. ad Fam. 12, 2, 1. — Huic Cicero opposuit *Philippicam secundam*, non habitam quidem, sed tamen ita scriptam, quasi eam praesente Antonio XIII. Kal. Oct. in senatu habuisset. — Queritur Cicero Antonium furorem in dies augere. ad Fam. 12, 3, 1. — Narrat, quid Octavianus a se postulaverit. ad Att. 16, 8. — Proficiscitur Arpinum. ad Att. 16, 10. — Ceterum hoc anno scripsit tres libros de Natura deorum, duo de Divinatione, librum de Senectute, Topica ad Trebatium, libros tres de officiis. — A. d. XIV. Kal. Ian. in senatu Cicero sententiam rogatus censuit, ut consulibus designatis Hirtio et Pansae praesidium decerneretur, ut quae Octavianus Caesar egisset, publica auctoritate confirmarentur, ut milites, qui ab Antonio ad Caesarem transissent, praemiis afficerentur, et ut D. Brutus ceterique provincias suas retinerent, neque cuiquam traderent, nisi qui ex SCto successisset. Hanc sententiam Cicero complexus est oratione *Philippica tertia*, factoque SCto in eius sententiam prodiit in contionem, habuitque *Philippicam quartam*, in qua quae in senatu acta essent exposuit; simulque populum bene de re publica sperare iussit, eumque ad studium recuperandae libertatis excitavit.

A. u. c. 711. aet. LXIV. Kalendis Ianuariis consules Hirtius et Pansa, obsidente Mutinam, quam D. Brutus tenebat, Antonio, ad senatum de hac obsidione omninoque de tota re publica rettulerunt. Et cum is, qui primus sententiam rogatus esset, mittendos ad Antonium legatos censuisset, qui agerent cum eo, ut a Mutinae obsidione desisteret, Cicero, sententiam rogatus, *Philippica quinta*, turpe et indignum senatus auctoritate et populi Romani maiestate esse censuit, ad eum legatos de pace mittere, de quo ante paucos dies tamquam de hoste gravissima et severissima iudicia senatus fecisset. Itaque idem censuit Antonium hostem iudicandum, cum eo bello decertandum, D. Bruto, M. Lepido, Caesari Octaviano, L. Egnatuleio honores habendos, militibus bene de re publica meritis praemia decernenda. Senatus eo die Salvio tribuno plebis intercedente nihil decrevit, triduo post autem prid. Non. Ian. legatos mittendos censuit, qui Antonio nuntiarent, ne D. Brutum cos. des. oppugnaret, ne Mutinam obsideret, ne provinciam depopularetur, ne delectus haberet, essetque in senatus populique Romani potestate. Legati ad Antonium missi sunt Ser. Sulpicius, L. Piso et L. Philippus. Eodem die Cicero productus a P. Apuleio tribuno plebis in contione exposuit, quae de legatione ad Antonium decreta essent, simul autem praedixit frustra ituros esse legatos, nec Antonium in senatus populique Romani potestate futurum. Hoc est argumentum orationis *Philippicae sextae*. cfr. ad Fam. 12, 24, 2. 11, 8. — In legatione Ser. Sulpicius mortem obiit. Antequam ceteri legati reverterentur, Cicero habuit in senatu orationem *Philippicam septimam*, qua pacem tribus de causis dissuasit, primum quia turpis esset, deinde quia periculosa, denique quia esse non posset. Piso et Philippus Romam reversi, cum Antonius nulli earum rerum, quas senatus ei denuntiandas mandasset, paruisset, ultro intolerabilia eius postulata rettulerunt. ad Fam. 12, 4, 1. — Tum a senatu tumultus est decretus, cum belli nomen ei haud placuisset. Id Cicero graviter reprehendit *Philippica octava*, simul in Fufium Calenum Antonio faventem et pacem commendare nitentem, itemque in eos, qui mittendos iterum ad Antonium legatos censuerant, invectus est; Pisonem quoque et Philippum reprehendit, quod mandata Antonii tamquam eius legati, non tamquam legati a senatu ad eum missi, perferenda recepissent. Referente autem Pansa consule de honore Ser. Sulpicii, qui in legatione ad Antonium, quam valetudine graviter affectus susceperat, cum iam ad congressum colloquiumque eius pervenisset, ad quem erat missus, in ipsa cura et meditatione obeundi sui muneris mortem obierat, P. Servilius sententiam rogatus decernendum ei publice sepulcrum censuit, statuam non censuit; Cicero autem post illum rogatus oratione *Philippica nona* suasit, ut praeter sepulcri honorem ei statua pedestris aenea in

Rostris statueretur, in eamque sententiam SCtum factum esse auctoritate probatur Pomponii de origine iuris, qui hanc statuam pro Rostris Augusti exstare testatur. — Postea cum M. Brutus seu Q. Caepio Brutus de rebus suis in Macedonia gestis ad senatum litteras publice misisset, Pansa statim senatu convocato de his litteris rettulit; Cicero oratione *Philippica decima* censuit eum et Q. Hortensium proconsulem publice collaudandos iisque provinciarum administrationem ac tutelam porro committendam esse. Deinde cum C. Antonius Apolloniam teneret, C. Trebonius autem Asiam provinciam obtinuisset, P. Dolabella in Syriam proficiscens Trebonium incautum Smyrnae oppressit et crudelissime verberibus ac tormentis laceratum interfecit. Qua re cognita senatus Dolabellam hostem iudicavit, et cum in senatu ageretur de imperatore deligendo, qui Dolabellam bello persequeretur, Cicero censuit, C. Cassium deligendum esse. Quam sententiam complexus est oratione *Philippica undecima*. Cui sententiae cum Pansa consul repugnasset, Cicero productus in contionem a tribuno plebis M. Servilio eandem causam apud populum summo eius consensu egit, quod ipse Cassio significat. ad Fam. 12, 7, 1. — Paullo post XIV. Kal. April. Quinquatribus senatus decrevit, ut Minervae custodis urbis simulacrum anno superiore turbinis vi deiectum et fractum restitueretur. ad Fam. 12, 25, 1. — Cumque Antonii amici pacis cum eo ineundae mentionem fecissent, senatus legatos ad eum decrevit M. Ciceronem et P. Servilium. Itaque Cicero in senatu habuit orationem *Philippicam duodecimam*, in qua hanc legationem ut inutilem dissuadet, se ipsum vero ad eam obeundam idoneum non esse demonstrat. Tum consule Pansa ad bellum profecto M. Aemilius Lepidus litteris ad senatum missis eum ad pacem cum Antonio faciendam cohortatus est; quibus recitatis cum multi alii pacem suaderent, Cicero sententiam rogatus *orationem Philippicam decimam tertiam* habuit, qua secus sentientium rationibus confutatis negavit pacem cum M. Antonio eiusque sociis esse posse. Simul epistola ad Lepidum scripta (ad Fam. 10, 27.) eum, ne se in istam pacificationem interponat, diligenter hortatur. — A. d. XVII. Kal. Maias Antonius apud Mutinam ducibus Pansa et Hirtio consulibus proelio superatus est. Qua de victoria nuntiis Romam perlatis Cicero prid. Vinalia X. Kal. Mai. habuit orationem *Philippicam decimam quartam*, in qua trium imperatorum Pansae, Hirtii et Caesaris Octaviani nomine supplicationem quinquaginta dierum decrevit, Antonium quique cum eo essent hostes iudicandos, milites, qui pro re publica interierint, monumento quam amplissimo cohonestandos, quaeque iis praemia senatus decreverat, ea parentibus, liberis, coniugibus, fratribus eorum persolvenda censuit. De victoria Mutinensi cfr. ad Fam. 10, 30. 12, 10.

De libris suis Tullius ipse ita disseruit: „Quaerenti mihi multumque et diu cogitanti, quanam re possem prodesse quam plurimis, ne quando intermitterem consulere rei publicae; nulla maior occurrebat, quam si optimarum artium vias traderem meis civibus: quod compluribus iam libris me arbitror consecutum. Nam et cohortati sumus, ut maxime potuimus, ad philosophiae studium eo libro, qui est inscriptus *Hortensius*; et, quod genus philosophandi minime arrogans maximeque et constans et elegans arbitraremur, quattuor *Academicis* libris ostendimus. Cumque fundamentum esset philosophiae positum in *finibus bonorum et malorum*, perpurgatus est is locus a nobis quinque libris, ut, quid a quoque et quid contra quemque philosophum diceretur, intelligi posset. Totidem subsecuti libri *Tusculanarum disputationum* res ad beate vivendum maxime necessarias aperuerunt. Primus enim est de contemnenda morte; secundus de tolerando dolore; de aegritudine lenienda tertius; quartus de reliquis animi perturbationibus; quintus eum locum complexus est, qui totam philosophiam maxime illustrat: docet enim, ad beate vivendum virtutem se ipsa esse contentam. Quibus editis tres libri perfecti sunt *de Natura Deorum*, in quibus omnis eius loci quaestio continetur. Quae ut plene esset cumulateque perfecta, *de Divinatione* ingressi sumus his libris scribere; quibus (ut est in animo) *de Fato* si adiunxerimus, erit abunde satis factum toti huic quaestioni. Atque his libris annumerandi sunt sex *de Re publica*, quos tunc scripsimus, cum gubernacula rei publicae tenebamus: magnus locus philosophiaeque proprius, a Platone, Aristo-

tele, Theophrasto totaque Peripateticorum familia tractatus uberrime. Nam quid ego de *Consolatione* dicam? quae mihi quidem ipsi sane aliquantum medetur; ceteris item multum illam profuturam puto. Interiectus est etiam nuper liber is, quem ad nostrum Atticum *de Senectute* misimus: in primisque, quoniam philosophia vir bonus efficitur et fortis, *Cato* noster in horum librorum numero ponendus est. Cumque Aristoteles itemque Theophrastus, excellentes viri tum subtilitate tum copia, cum philosophia dicendi etiam praecepta coniunxerint; nostri quoque oratorii libri in eundem numerum referendi videntur: ita tres erunt *de Oratore*, quartus *Brutus*, quintus *Orator*." de Divinat. 2, 1, 1—4. — Hortensius. „Philosophiae vituperatoribus satis responsum est eo libro, quo a nobis philosophia defensa et collaudata est, cum esset accusata et vituperata ab Hortensio." de Finn. 1, 1, 2. — „Si quodam in libro (significatur Hortensius) vere est a nobis philosophia laudata, profecto eius tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est" Acad. 2, 2, 6. — „Nos universae philosophiae vituperatoribus respondimus in Hortensio." Tuscul. 2, 2, 4. — „De universa philosophia, quanto opere et expetenda esset et colenda, satis, ut arbitror, dictum est in Hortensio." Tuscul. 3, 3, 6. — Academici. „Pro Academia quae dicenda erant, satis accurate in Academicis quattuor libris explicata arbitramur." Tuscul. 2, 2, 4. — „Qui mirantur nos hanc potissimum disciplinam secutos, his quattuor Academicis libris satis responsum videtur." de Nat. Deor. 1, 5, 11. — Ad Varronem (a. u. c. 709.) de iis haec scripsit: „Etsi munus flagitare, quamvis quis ostenderit, ne populus quidem solet nisi concitatus: tamen ego exspectatione promissi tui moveor, ut admoneam te, non ut flagitem. Misi autem ad te quattuor admonitores non nimis verecundos. Nosti enim profecto os adolescentioris Academiae. Ex ea igitur media excitatos misi, qui metuo ne te forte flagitent; ego autem mandavi ut rogarent. Exspectabam omnino iam diu meque sustinebam, ne ad te prius ipse quid scriberem, quam aliquid accepissem, ut possem te remunerari quam simillimo munere. Sed cum tu tardius faceres, id est, ut ego interpretor, diligentius: teneri non potui, quin coniunctionem studiorum amorisque nostri quo possem litterarum genere declararem. Feci igitur sermonem inter nos habitum in Cumano, cum esset una Pomponius. Tibi dedi partes Antiochias, quas a te probari intellexisse mihi videbar: mihi sumpsi Philonis. Puto fore, ut cum legeris mirere nos id locutos esse inter nos, quod nunquam locuti sumus. Sed nosti morem dialogorum." ad Fam. 9, 8, 1. — De Finibus. „Legi (Auditor loquitur) tuum nuper quartum de Finibus. In eo mihi videbare contra Catonem disserens hoc velle ostendere, quod mihi quidem probatur, inter Zenonem et Peripateticos nihil praeter verborum novitatem interesse." Tuscul. 5, 11, 32. — Tuscul. Disputat. „Hanc Academicorum contra propositum disputandi consuetudinem indicant te suscepisse Tusculanae disputationes." de Fato 2, 4. — De Natura Deorum. „Verentibus, ne temere vel falsae rei vel non satis cognitae assentiamur, faciendum videtur, ut diligenter etiam atque etiam argumenta cum argumentis comparemus, ut fecimus in iis tribus libris, quos de natura deorum scripsimus." de Divinat. 1, 4, 7. — „Perlegi, inquit ille (Q. frater), tuum paullo ante tertium de natura deorum: in quo disputatio Cottae, quamquam labefactavit sententiam meam, non funditus tamen sustulit. Optime vero, inquam; etenim ipse Cotta sic disputat, ut Stoicorum magis argumenta confutet, quam hominum deleat religionem. Tum Quintus, Dicitur quidem istuc, inquit, a Cotta, et vero saepius: credo, ne communia iura migrare videatur: sed studio contra Stoicos disserendi deos mihi videtur funditus tollere. Eius orationi non sane desidero quod respondeam; satis enim defensa religio est in secundo libro a Lucilio; cuius disputatio tibi ipsi, ut in extremo tertio scribis, ad veritatem est visa propensior." de Divinat. 1, 5, 8. — De Re Publica. „Ego me in Cumano et Pompeiano, (a. u. c. 700.) praeterquam quod sine te, ceterum satis commode oblectabam et eram in eisdem locis usque ad Kal. Iun. futurus. Scribebam illa, quae dixeram πολιτικά, spissum sane opus et operosum, sed, si ex sententia successerit, bene erit opera posita; sin minus, in illud ipsum mare deiiciemus, quod spectantes scribimus." ad

Q. Fr. 2, 14, 1. — „Quod quaeris, quid de illis libris egerim, quos, cum essem in Cumano, scribere institui, non cessavi neque cesso: sed saepe iam scribendi totum consilium rationemque mutavi. Nam iam duobus factis libris, in quibus, novendialibus iis feriis, quae fuerunt Tuditano et Aquillio consulibus, sermo est a me institutus Africani, paullo ante mortem, et Laelii, Phili, Manilii, Q. Tuberonis et Laelii generorum, Fannii et Scaevolae: sermo autem in novem et dies et libros distributus de optimo statu civitatis et de optimo cive — sane texebatur opus luculente, hominumque dignitas aliquantum orationi ponderis afferebat — hi libri cum in Tusculano mihi legerentur audiente Salustio, admonitus sum ab illo, multo maiore auctoritate illis de rebus dici posse, si ipse loquerer de re publica, praesertim cum essem non Heraclides Ponticus, sed consularis et is, qui in maximis versatus in re publica rebus essem: quae tam antiquis hominibus attribuerem, ea visum iri ficta esse: oratorium sermonem in illis nostris libris, quod esset de ratione dicendi, belle a me removisse; ad eos tamen rettulisse, quos ipse vidissem: Aristotelem denique, quae de re publica et praestante viro scribat, ipsum loqui. Commovit me, et eo magis, quod maximos motus nostrae civitatis attingere non poteram, quod erant inferiores quam illorum aetas, qui loquebantur. Ego autem id ipsum tum eram secutus, ne in nostra tempora incurrens offenderem quempiam. Nunc et id vitabo et loquar ipse tecum; et tamen illa, quae institueram, ad te, si Romam venero, mittam. Puto enim te existimaturum a me illos libros non sine aliquo meo stomacho esse relictos." ad Q. Fr. 3, 6, 1—2. — „Tui politici libri omnibus vigent." Caelius ad Fam. 8, 1, 4. — „Perspicuum est, nisi aequitas, fides, iustitia proficiscantur a natura, et si omnia haec ad utilitatem referantur, virum bonum non posse reperiri: deque his rebus satis multa in nostris de Re publica libris sunt dicta a Laelio." de Finn. 2, 18, 59. — „Eius rei publicae, quam optimam esse docuit in illis sex libris Scipio, tenendus est nobis et servandus status." de Legg. 1, 6, 20. — „Omitto opportunitates habilitatesque reliqui corporis, moderationem vocis, orationis vim, quae conciliatrix est humanae maxime societatis: neque enim omnia sunt huius disputationis ac temporis: et hunc locum satis, ut mihi videtur, in iis libris, quos legistis, expressit Scipio." de Legg. 1, 9, 27. — „An censes, cum in illis de re publica libris persuadere videatur Africanus, omnium rerum publicarum nostram, veterem illam, fuisse optimam, non necesse esse optimae rei publicae leges dare consentaneas?" de Legg. 2, 10, 23. — „Haec est, quam Scipio laudat in illis libris et quam maxime probat temperationem rei publicae: quae effici non potuisset, nisi tali descriptione magistratuum." de Legg. 3, 5, 12. — „Nec hic locus est, ut de moribus institutisque maiorum et disciplina ac temperatione civitatis loquamur; aliis haec locis satis accurate a nobis dicta sunt, maximeque in iis sex libris, quos de re publica scripsimus." Tuscul. 4, 1, 1. — „Quod idem Scipioni videbatur, qui quidem quasi praesagiret, perpaucis ante mortem diebus, cum et Philus et Manilius adessent et alii plures, tuque etiam, Scaevola, mecum venisses, triduum disseruit de re publica, cuius disputationis fuit extremum fere de immortalitate animorum, quae se in quiete per visum ex Africano audisse dicebat." Laelius 4, 14. — „Tum magis id diceres, Fanni, (Scaevola loquitur) si nuper in hortis Scipionis, cum est de re publica disputatum, affuisses: qualis tum (Laelius) patronus iustitiae fuit contra accuratam orationem Phili!" Laelius 7, 25. — „Ut illos de re publica libros edidisti, nihil a te sane postea accepimus: eisque nosmet ipsi (Atticus loquitur) ad rerum nostrarum memoriam comprehendendam impulsi atque incensi sumus. Brut. 5, 19. — Consolatio. „Hanc nos sententiam secuti his ipsis verbis in Consolatione expressimus: *Animorum nulla in terris origo inveniri potest. Nihil enim est in animis mixtum atque concretum aut quod ex terra natum atque fictum esse videatur: nihil ne aut humidum quidem aut flabile aut igneum.*" cet. Tuscul. 1, 27, 66. — Haec quidem vita mors est, quam lamentari possem, si liberet. *A.* Satis tu quidem in Consolatione es lamentatus: quam cum lego, nihil malo quam has res relinquere." Tuscul. 1, 31, 76. — „Quid necesse est, cum id agam, ne post mortem miseros nos

putemus fore, etiam vitam efficere deplorando miseriorem? Fecimus hoc in eo libro, in quo nosmet ipsos, quantum potuimus, consolati sumus." Tusc. 1, 34, 83. — „Quid? qui non putant lugendum viris? qualis fuit Q. Maximus efferens filium consularem: qualis L. Paullus, duobus paucis diebus amissis filiis: qualis M. Cato, praetore designato mortuo filio: quales reliqui, quos in Consolatione collegimus." Tuscul. 3, 28, 70. — „Sunt etiam, qui haec omnia genera consolandi colligant: alius enim alio modo movetur: ut fere nos in Consolatione omnia in consolationem unam coniecimus; erat enim in tumore animus et omnis in eo tentabatur curatio. Tuscul. 3, 31, 76. — „Aegritudinis sedatio et hesterna disputatione explicata est et in Consolationis libro, quem in medio (non enim sapientes eramus) maerore et dolore conscripsimus; quodque vetat Chrysippus, ad recentes quasi tumores animi remedium adhibere, id nos fecimus, naturaeque vim attulimus, ut magnitudini medicinae doloris magnitudo concederet." — De Senectute. „Omnium rerum, ex quibus aliquid acquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine libero dignius: de qua quoniam in Catone maiore satis multa diximus, illinc assumes, quae ad hunc locum pertinebunt." de Offic. 1, 42, 151. — Cato. Vid. Onomast. s. v. M. Porcius Cato Uticensis, p. 492. — De Oratore. „Scripsi Aristotelio more, quemadmodum quidem volui, tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim a communibus praeceptis, atque omnem antiquorum et Aristoteliam et Isocratiam rationem oratoriam complectuntur." ad Fam. 1, 9, 23. — „Quoniam tanta faex est in urbe, ut nihil tam sit ἀκύθηρον, quod non alicui venustum esse videatur: pugna, si me amas, nisi acuta ἀμφιβολία, nisi elegans ὑπερβολή, nisi παράγραμμα bellum, nisi ridiculum παρὰ προσδοκίαν, nisi cetera, quae sunt a me in secundo libro de Oratore per Antonii personam disputata de ridiculis, ἔντεχνα et arguta apparebunt, ut sacramento contendas mea non esse." ad Fam. 7, 32, 2. — — Orator. „Hoc (Oratorem) sum aggressus statim Catone absoluto." Orator 10, 35. — „Oratorem meum — sic enim inscripsi — Sabino tuo commendavi." ad Fam. 15, 20, 1. — „Oratorem meum tanto opere a te (Lepta) probari vehementer gaudeo. Mihi quidem sic persuadeo, me, quidquid habuerim iudicii de dicendo, in illum librum contulisse. Qui si est talis, qualem tibi videri scribis, ego quoque aliquid sum; sin aliter, non recuso quin, quantum de illo libro, tantundem de mei iudicii fama detrahatur." ad Fam. 6, 18, 4. — „In Oratore tuo caves tibi per Brutum et ad excusationem socium quaeris." A. Caecina, ad Fam. 6, 7, 4. — Topica. „Ut primum Velia navigare coepi, institui Topica Aristotelea conscribere. (a. u. c. 710.) Eum librum tibi misi Rhegio, scriptum quam planissime res illa scribi potuit." ad Fam. 7, 19, 1. — De optimo genere dicendi. „Me scito, dum tu absis, quasi occasionem quandam et licentiam nactum scribere audacius: et cetera quidem fortasse, quae etiam tu concederes: sed proxime (a. u. c. 709.) scripsi de optimo genere dicendi; in quo saepe suspicatus sum te a iudicio nostro, sic scilicet, ut doctum hominem ab non indocto, paullulum dissidere. Huic tu libro maxime velim ex animo, si minus, gratiae causa suffragere. Dicam tuis, ut eum, si velint, describant ad teque mittant. Puto enim, etiam si rem minus probaris, tamen in ista solitudine, quidquid a me profectum sit, iucundum tibi fore." ad Cornificium collegam, ad Fam. 12, 17, 2. — Laelius. „De amicitia alio libro dictum est, qui inscribitur Laelius." de Offic. 2, 9, 31. — De gloria. „Nunc dicamus de gloria: quamquam ea quoque de re duo sunt nostri libri." de Offic. 2, 9, 31. — De consulatu suo. „Placiturum tibi esse librum meum suspicabar: tam valde placuisse, quam scribis (a. u. c. 699.) valde gaudeo. Quod me admones de nostra Urania suadesque, ut meminerim Iovis orationem, quae est in extremo illo libro: ego vero memini et illa omnia mihi magis scripsi quam ceteris." ad Q. Fr. 2, 9, 1. — „Quo potius utar aut auctore aut teste, quam te? cuius edidici (Q. frater loquitur) etiam versus, et libenter quidem, quos in secundo de Consulatu Urania musa pronuntiat: *Principio aetherio flammatus Iuppiter igni* cet. de Divinat. 1, 11, 17. Cfr. ad Att. 1, 19, 10. 2, 3, 3. 2, 15, 3. de Offic. 1, 22, 76. — De suis temporibus. „Scripsi etiam ver-

sibus tres libros de temporibus meis, quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem: — sunt enim testes et erunt sempiterni meritorum erga me tuorum (Lentuli imperatoris) meaeque pietatis: — sed quia verebar, non eos, qui se laesos arbitrarentur, (etenim id feci parce et molliter,) sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare. Quos tamen ipsos libros, si quem, cui recte committam, invenero, curabo ad te perferendos." ad Fam. 1, 9, 23. — „Scribis poëma ab eo (Caesare) nostrum probari." ad Q. Fr. 2, 15, 2. — „Quomodonam, mi frater, de nostris versibus Caesar? Nam primum librum se legisse scripsit ad me ante; et prima sic, ut neget se ne Graeca quidem meliora legisse." ad Q. Fr. 2, 16, 5. — „Mirificum ἐμβόλιον cogito in secundum meorum librorum includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset: quorum alter exercitum perdidisset, alter vendidisset." ad Q. Fr. 3, 1, 24. — „Quod me hortaris ut absolvam: habeo absolutum suave, mihi quidem uti videtur, ἔπος ad Caesarem." ad Q. Fr. 3, 9, 6. — Praeterea notandi sunt hi loci de orationibus Ciceronis: „Fateor me oratorem -- non ex rhetorum officinis, sed ex Academiae spatiis exstitisse." Orat. 3, 12. — Quantis clamoribus excepta sit Rosciana et aliae orationes Ciceronis adolescentuli: Orat. 30, 107. — Nemo orator ne in Graeco quidem otio scripsit quam multa sunt nostra. Ibid. 30, 108. — Tota mihi causa Caecinae de verbis interdicti fuit cet. Orat. 29, 102. — Nobis pro familiari reo (Verre) summus orator non respondit Hortensius cet. Orat. 37, 129. — Ciceronis Corneliana. Orat. 70, 232. — Ciceronis oratio de rege Alexandrino (Ptolemaeo Aulete). ad Fam. 1, 2, 1. — Serrani Domestici filii funus perluctuosum fuit a. d. IIX. Kal. Dec. (a. u. c. 700.) Laudavit pater scripto meo. ad Q. Fr. 3, 8, 5. — De oratione in Pisonem vide ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11. — Orationes efflagitatas pro Scauro et pro Plancio absolvi. Poëma ad Caesarem quod institueram incidi. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11. — M. Marcello restituto pluribus verbis egi Caesari gratias. (a. u. c. 708.) ad Fam. 4, 4, 4. — Orationem pro Deiotaro (a. u. c. 709.) mittit Dolabellae: „quam velim sic legas, ut causam tenuem et inopem nec scriptione magno opere dignam. Sed ego hospiti veteri et amico munusculum mittere volui levidense crasso filo, cuiusmodi ipsius solent esse munera." ad Fam. 9, 12, 2. — Tituli orationum deperditarum Ciceronis. Fragmm. p. 460. — Ciceronis epistola Pompeio in Asiam de rebus suis in consulatu gestis missa. Fragmm. p. 468.

Ad res domesticas quod attinet, Cicero emit domum in Palatio de Crasso. Propterea multum habet aeris alieni. Bonum tamen nomen existimatur. ad Fam. 5, 6, 2. — Tusculani et Pompeiani exornatio eum aere alieno afficit. ad Att. 2, 1, 11. — Tribus locis aedificat et paullo liberalius vivit. ad Q. Fr. 2, 6, 3. — Reprehenditur ob aedificationes. ad Att. 4, 5, 2. — *Tusculanum* exornat. ad Att. 1, 6, 2. 1, 7. 1, 8, 2. 1, 9, 2. 1, 10, 3. — Ibi maxime conquiescit. ad Att. 1, 5, 7. — Gymnasium ibi habet et xystum. ad Att. 1, 8, 2. — Cuius eum non modo usus, sed etiam cogitatio delectat. ad Att. 1, 11, 3. — Item bibliothecam, quam augere volt libris ab Attico emendis. ad Att. 1, 7. 1, 10, 4. 1, 11, 3. — Tusculanum Culleonis suo vicinum emere cogitat. ad Q. Fr. 2, 2, 1. — In particula Tusculani exedria quaedam aedificat et tabellis ornare volt. ad Fam. 7, 23, 3. — Eius *Formianum*. ad Att. 1, 4, 3. 2, 4, 6. 2, 11, 2. 2, 13, 1. Interpellatores ibi molesti. ad Att. 2, 14, 2. 2, 15, 3. — Cfr. Onomast. s. v. FORMIANA et FORMIANUM. — Eius villa in agro Caietano. ad Att. 1, 4, 3. — Eius villa *Arpinas*. Ibi gymnasium exstruit, quod Amaltheum vocat Attici exemplo. ad Att. 1, 16, 18. 2, 1, 11. — Dulcissima villa. ad Att. 2, 11, 2. 2, 15, 3. — Eius *Pompeianum*. 1, 20, 1. 2, 1, 11. 2, 4, 6. — *Cumanum*. ad Q. Fr. 2, 7. 2, 14, 1. — Antii habet bibliothecam. ad Att. 4, 5, 3. 4, 8. a., 1. seq. (Ptolem. Hephaest. Ed. Roulez p. 31: *Κικέρων Μήδειαν Εὐριπίδου ἀναγινώσκων, ἐν φορείῳ φερόμενος ἀπετμήθη τὴν κεφαλήν.*)

M. TULLIUS CICERO, M. filius. L. Iulio Caesare, C. Marcio Figulo coss. (designatis a. u. c. 689.) filiolo me auctum scito, salva Terentia. ad Att. 1, 2, 1. — Venustissimus (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 3, 3. — Mellitus Cicero. ad Att. 1, 18, 1. — Ei, una cum matre Terentia et sorore Tullia, inscribuntur Epp. 1—4. L. 14. ad Fam. — Communicatur eius nomen cum paterno.

Ibid. Ep. 14. et 18. — Defletur eius sors a patre in exilium proficiscente (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 1, 1. — In Tusculanum duxi mecum Ciceronem meum in ludum discendi, non lusionis. ad Q. Fr. 3, 4, 6. — Modestissimus et suavissimus puer. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 9, 3. — Cicerones nostros Deiotarus filius, qui rex ab senatu appellatus est, secum in regnum. Dum in aestivis nos essemus, illum pueris locum esse bellissimum duximus. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 17, 3. — Rhodum Ciceronum causa puerorum (e Cilicia) accessurum me puto. (a. u. c. 704.) ad Fam. 2, 17, 1. — Cicerones pueri amant inter se, discunt, exercentur: sed alter (Quintus), uti dixit Isocrates in Ephoro et Theopompo, frenis eget, alter (Marcus) calcaribus. (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 1, 12. — Filio meo, si erit ulla res publica, satis amplum patrimonium relinquam in memoria nominis mei. Sin autem nulla erit, nihil accidet ei separatim a reliquis civibus. (a. u. c. 705.) ad Fam. 2, 16, 5. — Ciceroni meo togam puram cum dare Arpini vellem, hanc eram ipse excusationem relicturus ad Caesarem. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 6, 1. (Ergo ei toga virilis data est anno aetatis XVI.) — Ego meo Ciceroni, quoniam Roma caremus, Arpini potissimum togam puram dedi: idque municipibus nostris fuit gratum. (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 19, 1. — Meus filius est fortior (quam Q. filius) eoque ipso vehementius commovet, nec quidquam nisi de dignatione laborat. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 9, 2. — In bello civili (a. u. c. 706.), cum eum Pompeius alae alteri praefecisset, magnam laudem et a summo viro et ab exercitu consecutus est equitando, iaculando, omni militari labore tolerando. de Offic. 2, 13, 45. — Cum Salustio Ciceronem ad Caesarem mittere cogitabam. (a. u. c. 707.) Ib. Lib. 11, 17, 1. — Nobis erat in animo filium ad Caesarem mittere et cum eo Cn. Salustium ad Fam. 14, 11. — Mutavimus hoc consilium. Ibid. Ep. 15. — Ad eum pater scripsit dialogum de partitione oratoria. Partitt. 1, 1. — Eius colloquium cum patre de sumptibus moderandis, de profectione in Hispaniam, quam ei dissuadet pater. a. u. c. 708. ad Att. 12, 7, 1. — Constituendi municipii Arpinatis causa hoc anno (u. c. 708.) aedilem (municipalem) filium meum fieri volui et fratris filium et M. Caesium. ad Fam. 13, 11, 3. — Ciceronem, si tibi placebit, ad Terentiae testamentum adhibebis. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 28, 1. — Ipsi permittam de tempore peregrinationis: (a. u. c. 709.) nummorum quantum opus erit, ut permutetur, tu videbis. ad Att. 12, 27, 2. — Ciceroni velim hoc propones, ut sumptus huius peregrinationis, quibus, si Romae esset domumque conduceret, quod facere cogitabat, facile contentus futurus erat, accommodet ad mercedes Argileti et Aventini. — Praestabo nec Bibulum nec Acidinum nec Messalam, quos Athenis futuros audio, maiores sumptus facturos, quam quod ex eis mercedibus recipietur. Ib. Ep. 32, 2. — M. Cicero filius a. u. c. 710. Athenis Cratippum Peripateticum audiebat. de Off. 1, 1, 1. — Eius sunt epistolae ad Tironem scriptae ad Fam. 16, 21 et 25. — Eius convictio cum Cratippo magistro. Ibid. §. 3. cum Bruttio. §. 4. — Declamitare Graece apud Cassium institui, Latine autem apud Bruttium exerceri volo. §. 5. Gorgiam, iubente patre, dimisi. §. 6. (a. u. c. 710.) — Libros de Officiis προςφωνῶ Ciceroni filio. ' Visum est non ἀνοικεῖον. ad Att. 16, 11, 5. Ib. Ep. 15, 5. — A Cicerone mihi litterae sane πεπινωμέναι et bene longae. Cetera autem vel fingi possunt: πίνος litterarum significat doctiorem. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 7, 2. Ib. Ep. 11, 2. — Magni interest Ciceronis vel mea potius vel mehercule utriusque me intervenire discenti. Nam epistola Leonidae quid habet, quaeso, in quo magno opere laetemur? Nunquam ille mihi satis laudari videbitur, cum ita laudabitur: „Quomodo nunc est." Non est fidentis hoc testimonium, sed potius timentis. Ib. Ep. 16, 3. — Nos hic φιλοσοφοῦμεν et τὰ περὶ τοῦ καθήκοντος magnifice explicamus προςφωνοῦμενque Ciceroni. Qua de re enim potius pater filio? (a. u. c. 710.) Ib. Lib. 15, 13, 6. — Cicero noster, quo modestior est, eo me magis commovet: (quod nummis caret.) Ib. 15, 4. Eius litterae πεπινωμένως scriptae: quod ipsum προκοπὴν aliquam significat. Leonidas tamen retinet suum illud ADHUC. Summis vero laudibus Herodes. Ib. Ep. 16. A. — De eo mirabilia Messala: et mehercule ipsius litterae sic et φιλοστόργως et εὐπινῶς scriptae, ut eas vel in acroasi audeam

legere. Ib. Ep. 17, 2. Ib. Ep. 20, 4. Ib. Lib. 16, 1, 5. — M. Cicero filius a. u. c. 711. apud M. Brutum equitum alae praeerat. Laudes ei tributae a P. Lentulo (Spintheris filio), propraetore. ad Fam. 12, 14, 8. — Item a Trebonio. Ibid. Ep. 16. — Eius magister Cratippus. Ibid. §. 2. — Legio, quam L. Piso ducebat, legatus Antonii, Ciceroni se filio meo tradidit, qui (a. u. c. 711.) tribunus mil. erat in M. Bruti castris in Macedonia. Philipp. 10, 6, 13. Plutarch. Brut. c. 26. — In Macedoniam cum equitatu praemissus est (a. u. c. 711.) Pseudobrut. ad Cic. 1. — Ciceronem nostrum in vestrum collegium (pontificum minorum) cooptari volo. Pseudocic. ad Brut. Ibid. Ep. 5. Ibid. Ep. 12. Ep. 14. — M. Cicero iussus est Ambracia ducere equites per Thessaliam. Pseudobrut. ad Cic. 1, 6. — M. Cicero filius tuus sic mihi se probat industria, patientia, labore, animi magnitudine, omni denique officio, ut prorsus nunquam dimittere videatur cogitationem, cuius sit filius. Pseudobrut. ad Cic. 2, 3. Cfr. Pseudocic. ad Brut. 2. Ep. 6 et 7. — Fragmm. Epistolarum ad eum. Fragmm. p. 467. — A. u. c. 724. fuit consul suffectus.

Q. Tullius Cicero una cum Marco Athenis audiebat Antiochum. de Finn. 5, 1, 1. — Magnopere delectabatur Sophocle. Ibid. §. 3. — Eius comitia cum aedilitatem peteret. ad Att. 1, 4, 1. — Offensior in Pomponiam. Ibid. 5, 2. — Cum ea in gratiam redit. Ibid. 6, 2. Ibid. 10, 5. — Quintus frater, qui Argiletani aedificii reliquum dodrantem emit H. S. DCCXXV., Tusculanum venditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum. ad Att. 1, 14, 7. — Eius aedes urbanae. ad Q. Fr. 3, 1, 4, 14. — Magna mihi varietas voluntatis et dissimilitudo opinionis ac iudicii Q. fratris mei demonstrata est ex litteris tuis cet. ad Att. 1, 17, 1. — Quanta sit in Q. fratre meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus et ad accipiendam et ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. Ibid. §. 2. — Frater ἀφελέστατος et amantissimus. Ibid. 18, 1. — A. u. c. 689. scripsit libellum de petitione consulatus. — Causam lege Papia de civitate Romana apud Q. Ciceronem dixit Archias. Schol. Bob. pro Archia p. 354. — Fuit Q. Tullius non solum epici, verum etiam tragici carminis scriptor. Ibid. — Q. Ciceronis collega in praetura C. Vergilius. (a. u. c. 692.) pro Plancio 40, 95. — Ei legatus fuit L. Tubero. Ibid. 41, 100. ad Att. 1, 14, 7. — Ei Asia obtigit a. u. c. 693. Ibid. 15, 1. — Eius epistola sibi ipsa repugnans. ad Att. 2, 16, 4. — Hoc primus frater meus in Asia fecit, ut sumptu remigum civitates levaret. pro Flacco 14, 33. — Successit L. Flacco. Ibid. 21, 49. — Successor Flacci in provincia Asia. Schol. Bob. pro Flacco p. 238. — Eius litterae plenissimae humanitatis et aequitatis. pro Flacco 32, 78. — Asiae pro consule praefuit: memorabile eius somnium de fratre. de Divin. 1, 28, 58. — De provincia recte administranda optima consilia ei praebet Marcus frater, in multis eum laudat, reprehensa tamen nimia eius iracundia in celebratissima illa Epistola ad Q. Fr. 1, 1. — Reprehendit eum M. frater propter nimiam indulgentiam in Statium libertum. Multi in Asia vel Graeci vel Romani ei infensi a M. fratre placantur. ad Q. Fr. 1, 2, 1. seqq. — Vide, ut haec genera tollantur epistolarum, primum iniquarum, deinde contrariarum, tum absurde et inusitate scriptarum, postremo in aliquem contumeliosarum. Ibid. §. 9. — Eius reditus e provincia (a. u. c. 696.) ad Att. 3, 7, 3. Ibid. Ep. 8, 1. — „Puto fovendum tibi esse ipsum Hortensium, ne ille versus, qui in te erat collatus, cum aedilitatem petebas, de lege Aurelia, falso testimonio confirmetur." (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 3, 8. — Eum Marcus exsul videre nolebat. ad Att. 3, 9, 1. — Eum ab App. Claudio, C. Clodii filio accusatum iri sermo erat. (a. u. c. 696.) Ibid. 17, 1. Ibid. 18, 2. — Q. Cicero mitissimam orationem, quam Q. Metellus Nepos cos. a. u. c. 697. in senatu de Cicerone habuerat, fratri perscripsit. ad Fam. 5, 4, 2. — A. u. c. 696. decesserat ex Asia frater meus magno squalore, sed multo etiam maiore maerore. Huic ad urbem venienti tota obviam civitas cum lacrimis gemituque processit. pro Sestio 31, 68. — E Rostris pulsus ab operis Clodianis. Ibid. 35, 76. — Frater in me pietate filius, consiliis parens, amore (ut erat) frater inventus est. Post red. in sen. 15, 37. Post red. ad Quir. 3, 8. Pro domo 23, 59. — Frater meus nuper (a. u. c. 698.) a Sardis decessit,

cum rei frumentariae C. Pompeii missu praefuisset; qui et ipse illis pro sua fide et humanitate consuluit et eis vicissim percarus et iucundus fuit. pro Scauro 2, 38 ad Q. Fr. 2, 2, 1. — Hinc explicanda *Olbiensis epistola*. ad Q. Fr. 2, 5, 7. — Cum eo Pompeius egit (a. u. c. 698.), ut Marcus cum C. Caesare in gratiam rediret. ad Fam. 1, 9, 9. — Domus tibi ad lucum Pisonis Liciniana conducta est. Tuam in Carinis mundi habitatores Lamiae conduxerunt. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 3, 7. — Ei domus egregia in Palatio aedificatur. ad Q. Fr. 2, 6, 2. — Agit cum Pompeio et Crasso per fratrem de quibusdam operibus et inscriptionibus. (a. u. c. 699.) ad Q. Fr. 2, 9, 2. — Iocose reprehenditur, quod scripserat se vereri, ne fratrem interpellet. ad Q. Fr. 2, 10, 1. — Eius aes alienum. ad Q. Fr. 2, 15. b., 3. — Q. Cicero legatus Caesaris. (a. u. c. 699.) ad Fam. 1, 9, 21. Ibid. §. 24. — Proficiscitur legatus Caesaris in Galliam et Britanniam. ad Q. Fr. 2, 14, 1. — Modo mihi date Britanniam, quam pingam coloribus tuis, penicillo meo. ad Q. Fr. 2, 15, 2. — O iucundas mihi tuas de Britannia litteras! Te vero *υποϑεσιν* scribendi egregiam habere video. Quos tu situs, quas naturas rerum et locorum, quos mores, quas gentes, quas pugnas, quem vero ipsum imperatorem habes! (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 16, 4. (Videtur igitur Caesaris expeditionem Britannicam litteris mandare voluisse.) — Amatur a Caesare. ad Q. Fr. 3, 1, 4, 11. — Ad Telluris etiam tuam statuam locavi. Ibid. §. 14. — Ad filium scripsit Aristophaneo modo. Ibid. Cap. 6, 19. — *Συνδείπνους Σοφοκλέους*, quamquam a te actam fabellam video esse festive, nullo modo probavi. ad Q. Fr. 2, 16, 3. — Eius tragoedia Erigona. Ibid. 3, 1, 4, 13. — Quattuor tragoedias XVI. diebus absolvisse cum scribas, tu quidquam ab alio mutuaris et *χοιος* (al. *ἔλεον*) quaeris, cum Electram et Troadem (al. *Troilum*) scripseris? Cessator esse noli. — Sed et istas et Erigonam mihi velim mittas. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 5. (aliis 6), 7. Cfr. Ib. 9, 6. — Sine ulla mehercule ironia loquor, tibi istius generis (poëticae) in scribendo priores partes tribuo quam mihi. ad Q. Fr. 3, 4, 4. — Circa a. u. c. 700. aliquoties memoratur in epistolis ad Trebatium scriptis. ad Fam. 7, 6. seqq. — Eius est epistola ad M. fratrem missa de Tirone et Statio. (a. u. c. 700.) ad Fam. 16, 16. Tum Epp. 26 et 27. eiusdem libri. — Eum in Nervios mittit Caesar a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 24. — Cum tenuissima valetudine esset, ne nocturnum quidem sibi tempus ad quietem relinquebat. Ib. 40. — Obsidione, qua Eburones eum presserant, liberatus. Caesar. Ibid. 49. — Eum Caesar pro eius merito collaudat. Ib. 52. Lib. 6, 32. 36. — Q. Cicero frater, Marci legatus in Cilicia a. u. c. 703. ad Fam. 15, 4, 9 et 10. — Commendatur P. Silio, propraetori Bithyniae a. u. c. 703. ad Fam. 13, 62. — Pomponiae uxoris cum eo altercatio. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 1, 3. — Quintum fratrem hibernis et Ciliciae praefeci. (a. u. c. 704.) ad Att. 5, 21, 6 et 14. — Quod epistolam ad Statium libertum scripserit, improbat Marcus. Ib. Lib. 6, 2, 2. — Eius iracundia. Ibid. — Deliberat Marcus decessurus e Cilicia, an fratrem provinciae praeficiat necne. Ib. Ep. 3, 2. Ibid. 4, 1. — Quid? (frater) si quid iracundius aut contumeliosius aut negligentius? Ib. Ep. 6, 3. — Reconciliatur Pomponiae per Q. filium. Ib. Ep. 7, 1. Cfr. Ib. 9, 3. — Q. fratrem socium huius fortunae (fugae cum Pompeio a. u. c. 705.) esse non erat aequum; cui magis etiam Caesar irascetur. Sed impetrare non possum, ut maneat. Ib. Lib. 9, 1, 4. — Quintus quidem frater, quidquid mihi placeret, id rectum se putare aiebat, id animo aequissimo sequebatur (de fuga cum Pompeio a. u. c. 705. loquitur). ad Att. 9, 6, 4. — Nimis indulgens in Q. filium, quidquid ego astrinxi, relaxat. (a. u. c. 705.) ad Att. 10, 6, 2. — Eius laudes a. u. c. 705. Ib. Ep. 11, 1. — Quintus aversissimo a me animo Patris fuit. (a. u. c. 706.) Ib. Lib. 11, 5, 4. — Eum audio profectum in Asiam, ut (apud Caesarem) deprecaretur. Ib. Ep. 6. 7. — QQ. fratris et filii deprecatio est facilis cet. Ib. Ep. 7, 7. — Quintus misit filium non solum sui deprecatorem, sed etiam accusatorem mei. Ib. Ep. 8, 2. — Eius litterae sceleratae, plenae omnium in me probrorum. (a. u. c. 707.) Ib. Ep. 9, 2. — Eius furor. Ib. Ep. 10, 1. — Caesar existimabat Quintum „lituum" profectionis Marci fuisse. Ib. Ep. 12, 1. — Marcus Quintum Caesari commendat. Ib. §. 2. — Quintus mihi per litteras satisfecit multo

asperioribus verbis quam cum gravissime accusabat. Ib. Ep. 13, 2. — Africam petere dicitur. Ib. Ep. 14, 3. — Quintus non modo non cum magna prece ad me, sed acerbissime scripsit: filius vero mirifico odio. Ib. Ep. 15, 2. Ib. Ep. 16, 4. — Q. filius et Hirtius Alexandreae a Caesare de Quinto fratre quae voluerant impetraverunt nullo quidem negotio. (a. u. c. 707.) Ib. Ep. 20, 1. — Dolorem, quem ex Quinti scelere iampridem acceptum iam abieceram, lecta eius epistola gravissimum cepi. Ib. Ep. 21, 1. Ib. Ep. 22, 1. — Quintus pater quartum vel potius millesimum nihil sapit, qui laetetur Luperco filio et Statio, ut cernat duplici dedecore cumulatam domum. Addo etiam Philotimum tertium. Ib. Lib. 12, 5, 1. — (In sermone cum Dolabella habito) ventum est tandem ad Quintum. Multa ἄφατα, ἀδιήγητα· sed unum eiusmodi, quod, nisi exercitus sciret, non modo Tironi dictare, sed ne ipse quidem auderem scribere. (a. u. c. 709.) Ib. Lib. 13, 9, 1. — A ducenda uxore sic abhorret, ut libero lectulo neget esse quidquam iucundius. (a. u. c. 710.) ad Att. 14, 13, 5. — Q. filius ad patrem acerbissimas litteras misit; quarum erat caput Aquilliam novercam non esse laturum. Ibid. Ep. 17, 3. — Exultat laetitia de Q. filio. Ib. Lib. 15, 21, 1. Ib. Ep. 29, 2. — Q. Cicero sive iudicio, ut solebat dicere, sive pudore a dicendo et timiditate ingenua quadam refugit. de Or. 2, 3, 10. — Ei libros de Oratore inscribit Marcus. de Or. 1, 1, 1. — Q. Ciceronis versus aliquot. Fragmm. p. 571. — Eius praedia: *Arcanum.* ad Q. Fr. 2, 7. Lib. 3, 3, 1. *Bovillanum.* ad Q. Fr. 3, 1, 2, 3. *Laterium* Lib. 3, 3, 1. *Fufidianum* Lib. 3, 1, 2, 3.

Q. Tullius Cicero, Quinti filius. Eum aegrotantem M. Cicero patruus Attico commendat et cum eo sibi ipse aegrotare videtur. (a. u. c. 694.) ad Att. 2, 2, 1. — Puer optimus, eruditur egregie. Hoc nunc magis animadverto, quod Tyrannio docet apud me. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 4, 2. — Puer optimus, Quintus tuus meusque, quod perleviter commotus fuerat, defuit Crassipedis nuptiis cum Tullia. (a. u. c. 698.) Ibid. Ep. 6, 1. — Festivum habuit sermonem de Terentiae et Pomponiae discordiis. Ibid. — Nisi ille me contemnet, etiam magistrum me ei profitebor. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 14, 2. Ibid. 3, 1, 3, 7. Ibid. Cap. 4, 14. Ibid. Cap. 6, 19. — Summo studio est Paeonii sui rhetoris. Ibid. Ep. 3, 4. Ibid. Ep. 9, 9. — Ei togam puram iubeor dare (a. u. c. 703.), cui moderabor diligentius. ad Att. 5, 20, 9. — Frenis eget. Ib. Lib. 6, 1, 12. Ib. Ep. 2, 3. — Miram in eo pietatem, suavitatem humanitatemque perspexi (in dissidio parentum a. u. c. 704.) ad Att. 6, 3, 8. — Puer bene sibi fidens. Ib. Ep. 6, 3. — Q. filius pie sane, me quidem certe multum hortante, sed currentem, animum patris sui sorori tuae reconciliavit. Ib. Ep. 7, 1. — Monebas de Q. Cicerone puero, ut cum quidem neutiquam relinquerem (in provincia) Τοὐμὸν ὄνειρον ἐμοί. — Q. Cicero, indulgentia videlicet nostra depravatus, eo progressus est, quo non audeo dicere cet. Perfidas litteras scil. ad Caesarem miserat de patre et patruo. Ib. Lib. 10, 4, 5 et 6. Ib. Ep. 5, 2. Ib. Ep. 6, 2. — Eum ex parte excusat: „Avaritiam video fuisse et spem magni congiarii; sed scelus illud, quod timueramus, spero nullum fuisse." Ib. Ep. 7, 3. — Eum patris indulgentia non facit mendacem aut avarum aut non amantem suorum; ferocem fortasse atque arrogantem et infestum facit. Ib. Ep. 11, 3. — P. Terentio dixit se mihi esse inimicissimum, volumenque ei ostendit orationis, quam apud Caesarem contra me esset habiturus. (a. u. c. 707.) Ib. Lib. 11, 10, 1. Ib. Ep. 16, 4. — Quintus pater nihil sapit, qui laetetur Luperco filio. (a. u. c. 708.) Ib. Lib. 12, 5, 1. — Q. Cicero filius, a. u. c. 708. aedilis Arpini factus. ad Fam 13, 11, 3. — Omnibus locis furit maximeque in conviviis; cum multa de me, tum redit ad patrem: nihil autem ab eo tam ἀξιοπίστως dici quam alienissimos nos esse a Caesare, fidem nobis habendam non esse, me vero etiam cavendum. (a. u. c. 709.) ad Att. 13, 37, 2. — Eius epistola contumeliosa ad patruum missa. Ib. Ep. 38, 1. — Eius incredibilis vanitas. Ib. Ep. 39, 1. Ib. 41, 1. — Eius colloquium cum patruo. Ib. Ep. 42. Ib. Ep. 51, 2. — Q. pater ad me gravia de filio, maxime quod matri nunc indulgeat, cui antea bene merenti fuerit inimicus. (a. u. c. 710.) Ib. Lib. 14, 10, 4. — Coronatus Quintus noster Parilibus? Parilibus. Solusne? Solus. (a. u. c. 710.) Ib. Ep. 14, 1. Cfr. ib.

Ep. 19, 3. — Q. filius ad patrem acerbissimas litteras misit, quarum erat caput, Aquilliam novercam non esse laturum. Sed hoc tolerabile fortasse; illud vero: se ab Caesare habuisse omnia, nihil a patre, reliqua sperare ab Antonio. O perditum hominem! Ib. Ep. 17, 3. — Q. filius, ut scribis, Antonii est dextella. ad Att. 14, 20, 5. — Statius scripsit ad me locutum secum esse Q. Ciceronem valde asseveranter, se haec ferre non posse: certum sibi esse ad Brutum et Cassium transire. Potest aliquid iratus Antonio; potest gloriam novam quaerere; potest totum esse σχέδιασμα· et nimirum ita est. Ib. Lib. 15, 19, 2. — Scripsit se idcirco profugere ad Brutum voluisse, quod, cum sibi negotium daret Antonius, ut eum dictatorem efficeret, praesidium occuparet, id recusasset; recusasse autem, ne patris animum offenderet; ex eo sibi illum hostem. Ib. Ep. 21, 1. — Gratulor nobis Q. filium exisse: molestus non erit. Ibid. Ep. 22, 1. — O turpem sororis tuae filium! Ib. 27, 3. — Quintus filius, mirus civis, ut tu Favonium, Asinium dicas; et quidem duas ob causas, et ut mecum, et σπείσασθαι volt cum Bruto et Cassio. Ib. Ep. 29, 2. — De Iulia in matrimonium ducenda cogitabat. Ib. ead. §. — Q. filius mihi pollicetur se Catonem. Ib. Lib. 16, 1, 6. Ib. Ep. 5, 3. — Q. filius commutatus est totus et scriptis meis quibusdam et assiduitate orationis et praeceptis, ut tali animo in rem publicam, quali nos volumus, futurus sit. Duxi eum mecum ad Brutum cet Ib. Ep. 5, 2. — Q. Cicero, Q. F. compellatus edicto a M. Antonio. (a. u. c. 710.) Philipp. 3, 7, 17. — Cfr. etiam ad Att. 2, 2, 1. ad Q. Fr. 1, 3, 3.

M. Tullius Tiro. Vide Alexis. — Graviter aeger (a. u. c. 704.) ad Att. 6, 7, 2. — Tironem Patris aegrum reliqui, adolescentem ut nosti: et adde, si quid vis, probum; nihil vidi melius. Ib. Lib. 7, 2, 3. — Eius valetudo. ad Att. 9, 17, 2. — Eius valetudo. (a. u. c. 709.) ad Att. 12, 10. — Tironem ego, etsi mirabiles utilitates mihi praebet, cum valet, in omni genere vel negotiorum vel studiorum meorum, tamen propter humanitatem et modestiam malo salvum quam propter usum meum. ad Att. 7, 5, 1. Ib. Lib. 8, 5, 2, Ib. Ep. 6, 3. — Mearum epistolarum nulla est συναγωγή· sed habet Tiro instar septuaginta. ad Att. 16, 5, 5. — Laudatur Tironis IIII. liber de vita Ciceronis ab Asconio in Milon. p. 49. — Dictum de Leone gladiatore Tullius Tiro libertus inter iocos Ciceronis adnumerat. Schol. Bob. pro Sestio p. 309. Fragmm. p. 571. — Fuit servus, deinde libertus Ciceronis, studiorum socius et administer, item et filio et Q. fratri carissimus. Ad eum sunt omnes Epistolae Lib. 16. ad Fam. A. u. c. 700. incidit in morbum, de quo Cicero ad eum scripsit ad Fam. 16. Ep. 10. 13—15. 18. Deinde Ciceronem proconsulem in Ciliciam comitatus, cum ille provincia decessisset, in itinere Patris in morbum incidit; ibi Cicero eum Lysoni hospiti Patrensi commendavit ad Fam. 13, 19. et Curio Lib. 7, 28. Lib. 13, 19. itemque Asclaponi medico. Cfr. ad Fam. 13. Epp. 4. 5. 9. Ex hoc morbo demum, cum Cicero ad Urbem venisset, convaluit. Tertii eius morbi mentio fit in Epistolis a. u. c. 709., ut videtur, scriptis. ad Fam. 16. Epp. 17. 20. 22. Manumissum esse a Cicerone a. u. c. 700. ex epistola Q. fratris ad Fam. 16, 16. intelligitur. Cfr. L. 16. Ep. 18. Schuetz. Io. Christiani Klotzii Disputationes academicae II. de virtutibus in Tirone laudatis et de vitiis in Tirone notatis. Vitenbergae 1727. 4. Io. Conr. d'Engelbronner Disputatio historicocritica de M. Tullio Tirone. Amstelodami 1804. 4. Lion Tironiana in Seebode *Archiv* 1824. Fasc. 2.

Tullus Cluilius. Vide Cluilius.

Tullus ad Att. 8, 9, 3. ib. Ep. 8, 15, 2. est L. Volcatius Tullus; ubi vide.

Tunicularia Pacuvii. Varro LL. 7, 6. p. 387.

Turanius. Vide Turranius.

Turdi. Vide Papirii.

Turdulus ad pecuariam haud idoneus. Varro RR. 2, 10, 4.

Turia fluvius Hispaniae, hodie *Guadalaviar.* Hinc Turiense proelium acerrimum et maximum in bello Sertoriano. pro Balbo 2, 5.

L. Turius, parvo ingenio, sed multo labore, quoquo modo poterat, saepe dicebat. Ei paucae centuriae ad consulatum defuerunt. Brut. 67, 237. — — Olim hic legebatur *Thorius:* (sic etiam Pighius Annal. 3. p. 272.) unde

viri docti acceperunt de L. Thorio Balbo, de quo supra. Sed in hominem illum voluptuosissimum vix cadit multus ille labor, quem huic L. Turio Cicero tribuit. Turius apud veteres non unus reperitur. Q. Turius apud ipsum Ciceronem, alius Turius apud Horatium (Sat. 2, 1, 49., ubi vide Scholiastas et Bentleium). L. Turius a M. Catone contra Cn. Gellium defensus commemoratur apud Gellium Noct. Att. 14, 2., ut lapides taceam. Nam apud Donium IV. 93. est L. Turius L. F. cet. Ern.

Q. Turius negotiator in Africa, vir bonus et honestus. Eius testamentum commendatur Q. Cornificio. ad Fam. 12, 26, 1.

Turius Eros, Quinti huius libertus, hereditatem Turianam avertere tentabat. Ibid. §. 2.

Turpilia. De eius testamento, quo P. Silium (a. u. c. 710.) vel ex asse vel ex aliqua parte heredem fecerat, controversia. ad Fam. 7, 21.

Sex. Turpilius, poëta comicus, mortuus a. u. c. 653. Eius Demiurgus. Scaliger ad Varr. LL. 7, 6. p. 385. — Turpilii versus ex Demiurgo. ad Fam. 9, 22, 1. — Turpilii versus de Leucadia ex Alexidis Leucadia conversa. Tuscul. 4, 34, 72.

Turpilius (al. *Opilius*) Varro LL. 7, 3. p. 336.

T. Turpilius Silanus, praefectus Vaccae a Vaccensibus captus a. u. c. 646. Sal. Iug. 66. — Profugit; improbus intestabilisque videtur. Ib. 67. — A Metello condemnatus verberatusque capite poenas solvit: nam is civis ex Latio erat. Ibid. 69.

Turpio, sutorius, iudex Romae, res indigna. ad Att. 6, 1, 15.

L. Turpio Ambivius. Hoc ordine Cic. Cato 14, 48. In didascaliis Terentianis est L. Ambivius Turpio; ubi vide.

D. Turranius Niger, Varronis amicus. Varro RR. 2. Praef. 6. — D. Turranius homo χρηστομαθής, amicus Q. Ciceronis. ad Att. 1, 6, 2. ad Att. 6, 9, 2. Ibid. Lib. 7, 1, 1. — Cum Q. Cicerone in Cilicia aliquamdiu fuerat. Eundem hominem esse, res ipsa suspicari facit, quamvis priore loco sit *Turranius*, altero *Turannius*. Nam haec nomina eadem sunt, ut et *Turanius*. Eadem varietas etiam in lapidibus deprehenditur. Fortasse est ille ipse, qui commemoratur apud Plin. H. N. 3. 1. 9, 8. Vide Harduini Ind. Auctor. Ern. Accedente etiam Varronis auctoritate scripsi *Turranius*. Or.

M'. Turranius (al. *C. Turranius*) praetor a. u. c. 710., homo summa integritate atque innocentia, provinciam sibi ab Antonio datam recusat. Philipp. 3, 10, 25.

L. Turselius fecit heredem M. Antonium, suum fratrem exheredans. Philipp. 2, 16, 41.

Turutius quaestor praeerat (a. u. c. 711.) classi a Tillio Cimbro anno priore in Bithynia comparatae. ad Fam. 12, 13, 3 et 4.

Tuscae historiae, quae octavo eorum seculo scriptae sunt. Varro Fr. p. 369. Bip.

Tuscae tragoediae a Volnio (al. *Volumnio*) scriptae. Varro LL. 5, 9. p. 61.

Tuscenius, homo furiosus ac sordidus, cuius ex improbissimis faucibus inhonestissimam cupiditatem eripuerat Q. Cicero (a. u. c. 694.) summa cum aequitate, quique ideo de Quinto querebatur. ad Q. Fr. 1, 1, 6, 19. — Eius causa sanari non potest. Ibid. 2, 2, 6.

Tusci. Vide Etrusci. Barbaros eos nominavit Ti. Gracchus pater. de Nat. D. 2, 4, 11. — Tusci iidem qui Etrusci saepius apud Cic. de Divin. 2, 51, 106. — ad Att. 8, 12. C., 1. — Maiores nostri insignia magistratuum ab Tuscis pleraque sumpserunt. Sal. Catil. 51. — Ab iis dictum Tuscanicum. Varro LL. 5, 33. p. 161. — In Tuscis Aquae caldae. Varro LL. 9, 41. p. 507. — Tusci aquileges. Varro Fr. p. 303. Bip. — Tusci tibicines. Varro LL. 7, 3. p. 322. — Tusci *itus* dicunt. Varro LL. 6, 4. p. 209. Varro LL. 5, 4. p. 34. Varro Fr. p. 351. Bip.

Tusculana sacra. Varro LL. 6, 3. p. 199.

Tusculana aqua Ciceronis, id est, Crabra. pro Balbo 20, 45. (de lege agr. 3, 2, 9.)

Tusculana villa Ciceronis a P. Clodio diruta a. u. c. 697, a consulibus valde illiberaliter aestimata quingentis milibus. ad Att. 4, 2, 5.

Tusculani in civitatem recepti. pro Balbo 13, 31. Item de Off. 1, 11, 35. — Eorum fuit Aqua Crabra. de lege agr. 3, 2, 9. — Tusculani diem sextum

Idus vocant Sexatrum cet. Varro LL. 6, 3. p. 196. — Tusculani plurimum livoris naturaliter etiam circa municipes suos habuisse videntur. Schol. Bob. pro Plancio p. 254.

TUSCULANUM Ciceronis. Devium est τοῖς ἀπαντῶσιν et habet alia δύσχρηστα. ad Att. 7, 5, 3. Topic. 1, 1. Fragment. p. 488. — Eius gymnasium valde Ciceronem delectat. ad Att. 1, 1, 4. — Tusculanum et Pompeianum valde me delectat; nisi quod me, illum ipsum vindicem aeris alieni, aere non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. ad Att. 2, 1, 11. — Tusculanum proscripsi (a. u. c. 697.) ad Att. 4, 2, 7. — Exhedria quaedam mihi nova sunt instituta in porticula Tusculani. ad Fam. 7, 23, 3. — Vide TUSCULANA VILLA.

TUSCULANUM Anicii. ad Q. Fr. 3, 1, 7, 23. Balbi. ad Att. 7, 7, 6. Bruti. Orat. 31, 110. Brut. 87, 300. C. Iulii Caesaris. Orat. 2, 3, 13. Catuli et Metelli. Verr. Acc. 4, 57, 126. Q. Ciceronis. ad Att. 1, 14, 7. L. Crassi. de Or. 1, 7, 24. Ibid. 21, 98. M. Crassi. ad Att. 4, 16, 3. A. Gabinii. Pro domo 47, 124. Post red. in Sen. 7, 18. Laelii. de Or. 1, 62, 265. Lentuli. ad Att. 6, 1, 23. Lucceii. Ibid. et ad Fam. 5, 15, 2. Luculli. Acad. 2, 48, 148. de Finn. 3, 2, 7. Q. Metelli et L. Crassi. pro Balbo 25, 56. Pompeii. Philipp. 13, 5, 11. M. Scauri. pro Caecina 19, 54. Varronis. ad Fam. 9, 1, 2. — Her. 4, 50, 63.

TUSCULANUS ager optimam fert ficum. Varro Fr. p. 207. Bip. Varro RR. 1, 14, 4.

TUSCULANUS MONS. in Pis. 21, 48: *ad hunc Tusculanum in monte montem exstruendum*, hoc est, villam ob ingentem magnitudinem montis similem in colle aedificandam. Scilicet eiusmodi villam Piso aedificaverat. pro Sestio 43, 93.

TUSCULANUS silex. Varro Fr. p. 377. Bip.

TUSCULUM clarissimum municipium in Latio, unde profecta est gens Fonteia. pro Fonteio 14, 31. — Tusculanum municipium antiquissimum, ex quo sunt plurimae familiae consulares, in quibus est etiam Iuventia. pro Plancio 8, 19. — Tusculani sunt pauci, si quidem cum Atinatibus conferantur. Ibid. 8. 21. — Ibi Castoris et Pollucis aedes icta e caelo. de Divin. 1, 43, 98. — Alia Tusculi, alia Romae evenit saepe tempestas. de Divin. 2, 45, 94. de lege agr. 2, 35, 96.

TUSCUM vocabulum *balteus*. Varro Fr. p. 209. Bip.

TUSCUM mare inferum, scopulosum atque infestum. de Or. 3, 19, 69.

TUSCUS vicus. Varro LL. 5, 8. p. 51. Cfr. Müller *Etrusker* I. p. 116.

TUTANUS deus noctu Hannibalis fugavit exercitum. Varro Fr. p. 283. Bip.

TUTIA ad Att. 16, 2, 5. Nomen feminae nescio cuius. Nam *Tutia* Vestalis, de qua est apud Val. Max. 8, 1., quae in libris fere est *Tuccia*, huc non pertinet, id quod temporis ratio facile indicat. Ceterum valde arridet Corradi coniectura, qui *Iulia* legendum suspicabatur eamque intelligebat, de qua est ad Att. 15, 29, 2. Tutiam gentem autem fuisse facile concedam. Vide Drakenborch. ad Liv. Epit. 25. ERN.

TUTILINA dea. Varro Fr. p. 283. Bip. — Tutilinae loca culta ab Ennio. Varro LL. 5, 34. p. 163.

TUTOR, mimus vetus, oppido ridiculus. de Or. 2, 64, 259.

TYBA, Asiae oppidum, prope Euphratem, hodie *Taibe*. ad Fam. 15, 1, 2.

TYCHA sive TYCHE, tertia urbs Syracusis, ita nominata quod in ea parte Fortunae fanum antiquum fuit. Verr. Accusat. 4, 53, 119.

TYMPANIDIS rogus. de Nat. D. 3, 35, 84. Locus sine dubio corruptus, variis coniecturis tentatus, e quibus praeferenda videtur ceteris Wyttenbachii emendatio, qui illum locum sic legendum coniecit: *atque in suo lectulo immortuus tyrannidi in rogum illatus est.*

TYNDAREUS, Clytaemnestrae pater. de Fato 15, 34. — Tyndari progenies, Castor et Pollux. Fragmm. p. 490.

TYNDARIDAE, Castor et Pollux. de Or. 2, 86, 352. — Tyndaridae fratres non modo adiutores in proeliis victoriae populi Romani, sed etiam nuntii fuisse perhibentur. Tuscul. 1, 12, 28. — Tyndaridae Persen victum nuntiarunt. de Nat. D. 2, 2, 6. — Homerus eos sepultos esse dicit Lacedaemone. Ibid. 3, 5, 11. — Coluntur. de Nat. D. 3, 15, 39.

Tyndaritana nobilissima civitas. Verr. Accusat. 3, 43, 103. — En quod Tyndaritani libenter praedicent: Nos in septemdecim populis Siciliae numeramur. Verr. Accusat. 5, 47, 124. Diodorus Sic. 4, §. 83: *ἡ σύγκλητος τῶν Ῥωμαίων εἰς τὰς τῆς θεοῦ τιμὰς φιλοτιμηθεῖσα τὰς μὲν πιστοτάτας τῶν κατὰ Σικελίαν πόλεων, οὔσας ἑπτακαίδεκα, χρυσοφορεῖν ἐδογμάτισε τῇ Ἀφροδίτῃ.* — (Urbis nomen *Tyndaris*, *idis*. Ibid. 49, 128.) — Iis Africanus minor reddidit simulacrum Mercurii, pulcherrime factum, a Karthaginiensibus olim ablatum. Verr. Accusat. 4, 39, 84. — Tyndaritani Verris statuam deiecerunt in foro et equum inanem reliquerunt. Verr. Accusat. 2, 66, 160.

Typho. Eius anhelitu Aetnam ardere dicunt. pro Scauro 2, 29.

Tyracinus Helorinus, princeps civitatis, suspendit se, quo die est ei nuntiatum, Apronium decumas redemisse. Verr. Accusat. 3, 56, 129.

Tyrannio, grammaticus et geographus, qui Ciceronis temporibus vixit. — Quintus tuus, puer optimus, eruditur egregie. Hoc nunc magis animadverto, quod Tyrannio docet apud me. (a. u. c. 698.) ad Q. Fr. 2, 4, 2. — Offendes designationem Tyrannionis mirificam librorum meorum. (a. u. c. 698.) ad Att. 4, 4 b, 1. — Postea quam Tyrannio mihi libros disposuit, mens addita videtur meis aedibus. Ibid. 8 a, 2. — Eratosthenes valde a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur: quid censes, si Tyrannio accesserit? ad Att. 2, 6, 1. — De aliquo eius libro: „te istam tam tenuem *θεωρίαν* tam valde admiratum esse gaudeo." ad Att. 12, 6, 1. ad Q. Fr. 3, 4, 5. — Cessator. Ibid. Ep. 5, 6. Confer etiam ad Att. 12, 2, 2. Ibid. Ep. 7, 2.

Tyria purpura. pro Flacco 29, 70.

Tyrii. Senatus eis datus a. u. c. 700. ad Q. Fr. 2, 13, 2. — Tyrii magni faciebant C. Cassium. Philipp. 11, 13, 35.

Tyrrheni. *Lydius Tyrrhenae gentis haruspex.* de Divin. 1, 12, 19.

Tyrrhenia. Fragmm. p. 486.

Tyrrhenum mare. Fragmm. p. 571.

Tyrrhenus e Maeonia profectus partem Italiae tenuit et Tyrrheniam nominavit. Fragmm. p. 486.

Tyrus. Venus quarta, Syria Tyroque concepta, quae Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. de Nat. D. 3, 23, 59.

Tyrus, urbs Phoenices prima. Tyri maxime colitur Hercules quartus, Iovis et Asteriae filius. de Nat. D. 3, 16, 42. — De rege Alex. Fragmm. II. 1. p. 458. ad Att. 9, 9, 2.

Ufenas, nomen proprium. Varro LL. 8, 41. p. 454.

Ufentina tribus. pro Plancio 16, 38.

Ulixes. Haec, non **Ulysses**, unice vera scriptura, a Codd. optimis quibusque firmata, ex forma Etrusca *Uluxe*, quae ipsa repetita videtur ex Siculorum *Οὐλίξης*. Plutarch. Marcell. 20. *Πόλις ἐστὶ τῆς Σικελίας Ἐγγύϊον· - - ὥρυμα λέγεται Κρητῶν γενέσθαι καὶ λόγχας τινὰς ἐδείκνυσαν καὶ κράνη χαλκᾶ, τὰ μὲν ἔχοντα Μηριόνου, τὰς δὲ Οὐλίξου, τουτέστιν Ὀδυσσέως, ἐπιγραφάς.* — In suspicionem venit Aiacem ab eo interfectum. Inde sumebatur a rhetoribus exemplum constitutionis coniecturalis. Her. 1, 11, 18. Ibid. 2, 19, 28 et 30. de Inv. 1, 8, 11. Ibid. 1, 49, 92. — Ad hostes transire turpe videtur, at non eo animo, quo Ulixes transiit. de Inv. 2, 58, 176. — Maestior pingitur in tabula Timanthis Iphigeniae immolationem exhibente. Orat. 22, 74. — Nos, id quod maxime debet, nostra patria delectat; cuius rei tanta est vis ac tanta natura, ut Ithacam illam in asperrimis saxulis tamquam nidulum affixum, sapientissimus vir immortalitati (scilicet apud Nympham Calypso) anteponeret. de Or. 1, 44, 196. — Quam multa passus est Ulixes in illo errore diuturno, cum et mulieribus (si Circe et Calypso mulieres appellandae sunt) inserviret et in omni sermone omnibus affabilem se esse vellet! de Off. 1, 31, 113. — Heroicis aetatibus Ulixem et Nestorem accepimus et fuisse et habitos esse sapientes. Tuscul. 5, 3, 7. — Eius prudentia. Tuscul. 1, 41, 98. — Multum laudis in dicendo Ulixi tribuit Homerus et Nestori, quorum alterum vim habere voluit, alterum suavitatem. Brut. 10, 40. — Ulixes *πτολίπορθος*. ad Fam. 10, 13, 2. Cfr. Victorii Var. Lectt. 26, 22. p. 767. — Erravit in mari Tusco. de Or. 3, 19, 69. — Ulixes Homericus Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit; hodie monstrant

eandem. de Legg. 1, 1, 2. Cfr. Odyss. ζ, 165. — Ulixes Ithacam ut videret, immortalitatem scribitur repudiasse. de Legg. 2, 1, 3. — Ulixes invitatus a Sirenibus versibus Odyss. μ, 184. a Cicerone in Latinum conversis. de Finn. 5, 18, 49. — In Apuliam si veneris, (L. Valeri), tamquam Ulixes cognosces tuorum neminem. ad Fam. 1, 10. Mirum σφάλμα μνημονικὸν pro *cognosceris a tuorum nemine*. — Similis error est in illis: Anticlea Ulixi pedes abluens. Tusc. 5, 16, 46., ubi Ulixis matris nomen posuit pro nomine nutricis Eurycleae. — Ulixes, sapientissimus Graeciae, in Niptris Sophoclis et Pacuvii lamentatur in volnere. Tuscul. 2, 21, 48. — Insimulant eum tragoediae simulatione insaniae militiam subterfugere voluisse. Apud Homerum optimum auctorem talis de Ulixe nulla suspicio est. de Off. 3, 26, 97. — Ulixis pileus. Varro Fr. p. 306. Bip.. de Or. 3, 40, 162. Varro Fr. p. 275. Bip. Vide Circe.

Ulpianus coëmptionem in suis Institutis exponit. Boëth. II. p. 299.

Ulubrae, Latii oppidulum ad paludes Pomptinas. — „Ulubris (iocatur Cicero ad Trebatium ad Fam. 7, 18, 3.) honoris mei causa vim maximam ranunculorum se commosse constabat." Hodie ibi situs est pagus *Cisterna* dictus. cfr. Inscriptt. meas Latinas N. 121. seqq.

Ulubranus populus. ad Fam. 7, 12, 2.

P. Umbrenus, Catilinarius; libertinus homo, a quo primum Gallos ad Gabinium perductos esse constabat. in Catil. 3, 6, 14. — P. Umbrenus, a Lentulo Sura allegatus ad legatos Allobrogum. Sal. Catil. 40.

Umbria, regio Italiae ad mare superum Etruriae exadversum sita. — Umbria terra. Scaliger (p. 21. Bipont.) ad Varr. LL. 5, 5. p. 41. Speng. — Umbriae mores. pro Sex. Roscio 16, 48. — pro Murena 20, 42. ad Att. 12. C., 1. — Umbria avium significationibus plurimum obtemperat. de Divin. 1, 41, 92. — Messio frumenti in Umbria. Varro RR. 1, 50, 1. — Umbrorum dies. Varro Fragmm. p. 207. Bip.

Ummius nomen fortasse corruptum, defensum tamen a Victorio. ad Fam. 16, 14, 1. (Alii legunt: Ummidium, alii *Manium*. *Ummidius* nomen invenitur apud Varronem RR. 3, 3, 9. Cfr. etiam Horat. Sat. 1, 1, 95.)

Upis tertiae Dianae pater traditur, Glauce mater; eam Graeci saepe Upim paterno nomine appellant. de Nat. D. 3, 23, 58.

Urania musa: eius ῥῆσις in Ciceronis secundo de Consulatu. de Divin. 1, 11, 17. — Urania loquens inducta in Ciceronis libro de consulatu suo. ad Q. Fr. 2, 9, 1.

Urbinas. Philipp. 12, 8, 19. ex Urbino, Umbriae municipio, oriundus.

C. Urbinus, quaestor Metelli. Sal. Hist. 2, 41. Ed. Gerl. min. p. 203.

Uria, oppidum Salentinorum. Varro Fragmm. p. 205. Bip.

Uriatini, incolae Uriae, Apuliae oppidi. Varro RR. 1, 8, 6.

Urios. Iuppiter Imperator, quem Graeci Urion nominant. Verr. Accusat. 4, 57, 128., ubi consule Zumptium. Est Graece Ζεὺς οὔριος, qui ventum secundum dat navigantibus, omninoque benevolus. Aeschyl. Choëph. 805. Vide Iuppiter.

Utica, urbs et conventus in Africa propria sive in Zeugitana eius parte, a qua M. Cato Uticensis dictus est. — Africa ipsa, quae plurima et acerbissima cum maioribus nostris bella gessit, non solum fidelissimis regnis, sed etiam in ipsa provincia se a societate Punicorum bellorum Utica teste defendit. pro Scauro 2, 45. ad Att. 12, 2, 1.

Uticenses M. Catonem (publica) sepultura affecerunt. Bell. Afric. 87.

Vacca, Numidiae oppidum. Sal. Iug. 29. — Forum rerum venalium totius regni maxume celebratum. Ibid. 47. — Vaccensium perfidia punita a Metello Numidico a. u. c. 646. Ibid. 69.

Vaccaei, populus Hispaniae Tarraconensis, contemptim memorantur pro Plancio 34, 84.

Vaccius, amicus Varronis. Varro RR. 2, 1, 27.

M. Vaccus. Vid. M. Vitruvius Vaccus.

Vacerra iure consultus (?) circa a. u. c. 700. ad Fam. 7, 8, 2. Cfr. Battara.

Vacuna dea est Victoria. Varro Fr. p. 215. Bip.

Vada. Ibi Ventidius se cum Antonio coniunxit a. u. c. 711. D. Bru-

tus ad Fam. 11, 10, 3. Locus inter Apenninum et Alpes, impeditissimus ad iter faciendum. Ibid. 13, 2. — Sunt Vada Sabatia, Sabata sive Sabatorum. Sabata erat oppidum maritimum in ora Genuensi, praecipuum, non longe Savona distans, cui adiacent campi palustres, qui Vada dicuntur et Vada Sabatiorum seu Sabatia. Cluver. Ital. ant. 1, 8. Ern.

Vada Volaterrana. Vide Volaterra.

Valens (*Κράτος*) et Coronis, parentes Mercurii secundi. de Nat. D. 3, 22, 56.

Valentini, Verr. Accusat. 5, 16, 40. incolae Vibonis Valentiae, olim Hipponis, nunc *Bivona*. Verr. Accusat. 5, 61, 158. Vide Vibo Valentia.

A. Valentius, interpres, quo Verres interprete non ad linguam Graecam, sed ad furta et flagitia uti solebat. Fit interpres hic, homo levis et egenus, repente decumanus. Verr. Accusat. 3, 37, 84. Verr. Accus. 4, 26, 58.

Valeria gens. Vetus Valeriae gentis in liberanda patria laus. pro Flacco 1, 1. — Eius virtute regibus exterminatis, libertas in re publica constituta est; ea usque ad hoc tempus honoribus, imperiis, rerum gestarum gloria continuata permansit. Ibid. 11, 25.

Valeria lex lata a L. Valerio Flacco consule suffecto a. u. c. 668. pro Fonteio loci Niebuhr. 1, 1. — Valeria lex, quae de proscriptione est, sive Valeria est sive Cornelia; non enim novi nec scio. pro Sex. Roscio 43, 125. — Corneliam (L. Cornelii Sullae) liquido appellat Verr. Accusat. 1, 47, 123. — Valeria lex L. Valerii Flacci interregis. de lege agr. 3, 2, 6.

Valeria tabula, locus in foro Romano, ubi tribuni pl. convenire solebant. ad Fam. 14, 2, 2. — in Vatin. 9, 21. — Valeria tabula, ubi (M.) Valerius Maximus (Messala cos. a. u. c. 491.) tabulam rerum a se in Gallia (leg. *Sicilia*) prospere gestarum proposuerat ostentui volgo. Schol. Bob. in Vatin. p. 318. (Fuit in latere Curiae Hostiliae. Plin. Hist. N. 35, 7.)

Valeria, uxor Andronis Sestilii. pro Flacco 34, 84. — Valeria, Flacci liberta. Schol. Bob. pro Flacco p. 244.

Paulla Valeria, soror C. Valerii Triarii, divortium sine causa, quo die vir e provincia venturus erat, fecit; nuptura est D. Bruto. Caelius ad Fam. 8, 7, 2. — Polla, C. Triarii soror, D. Bruti uxor. ad Fam. 11, 8, 1. — *Polla* veteribus usitatum erat pro *Paulla*. Observent adolescentes Paullae nomen aeque ac Paulli, quae cognomina proprie sunt, interdum esse etiam praenomina, ut hoc loco. Vide Perizon. in Animadvv. histor. Cap. 3. p. 130. Ern. Non tam est praenomen; (nam praenomina feminae non habent:) quam nomen *ὑποκοριστικὸν* distinctionis ab alia Valeria huic Triarii sorori inditum.

Valerius, nomen. Valerii nomen more maiorum faustum putamus. pro Scauro 2, 30. — Valerius nomen faustum in dilectu habendo, ut Statorius. Schol. Bob. pro Scauro p. 374.

Valerius. Varro LL. 7, 3. p. 347.

Valerius absolutus est, Hortensio defendente (a. u. c. 695.) ad Att. 2, 3, 1. Incertum, utrum Valerius Flaccus, an Valerius Messala, an Valerius ICtus. Ern. Meyerus Oratt. Rom. p. 171. putat alium hunc Valerium Flaccum esse a L. Valerio Flacco, quem tamen eodem anno una cum Cicerone defendit Hortensius.

Valerius (de quo non constat) quotidie cantabat; erat enim scenicus. de Or. 3, 23, 86.

Valerius, C. Verris praeco, homo improbus. Verr. Accusat. 3, 21, 54.

Valerius interpres. ad Att. 1, 12, 2. ad Att. 16, 11, 7. (a. u. c. 710.) Interpres C. Antonii in Macedonia, nisi forte Romae in ipso senatu, id quod Casaubono placebat. Putant quidam esse eum, de quo ad Fam. 14, 2, 2., de quo dubito. Ern. Cfr. P. Valerius.

Valerius, L. Valerii Triarii beneficio civitate donatus, testis periurus in M. Scaurum. pro Scauro 2, 29.

Valerius. Docuit me C. Camillus ad Volusium traferri nomen a Valerio non potuisse; praedes Valerianos teneri. ad Fam. 5, 20, 3. Is pecuniam a Volusio multae nomine publice debitam periculo suo exigendam susceperat eiusque rei praedes dederat. Schuetz.

Valerius, Caesaris legatus, ab eo in Sardiniam missus. a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 30.

Valerius, adolescens, Pompeianus, e proelio Mundensi fugit; Sex. Pompeio rem gestam refert. a. u. c. 709.

Bell. Hispan. 32. Videtur M. Valerius Messala Corvinus.

C. Valerius (Triarius, ut videtur:) a. u. c. 702. accusavit M. Saufeium de caede. Ascon. in Milon. p. 54.

L. Valerius, iurisconsultus Ciceronis familiaris. Ad eum scripta est Epist, 10. Lib. 1, ad Fam. Idem est, quem Appio, Lentuli in provincia successori, commendat ad Fam. 3, 1, 3., quemqueTrebatii sodalem nominat Lib. 7, 11, 2. Iurisconsultus mediocris, quod locus ille ad Appium satis ostendit. — Si diutius frustra abfueris, Trebati, non modo Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. Mira enim persona induci potest Britannici iureconsulti. ad Fam. 7, 11, 2. Scripsitne Valerius etiam mimos? — Ceterum parum probabiliter C. (Q.) Valerium Catullum poëtam h. l. significari putat Huschke de C. Annio Cimbro p. 27.

Q. et D. Valerii, Sorani, vicini et familiares Ciceronis, non tam in dicendo admirabiles, quam docti et Graecis litteris et Latinis. Brut. 46, 169. — Eos vicinos suos appellat, quod Sora vicina erat Arpino.

Q. Valerius, Soranus, litteratissimus togatorum omnium. de Or. 3, 11, 43. — Eius versus de Accio. Varro LL. 10, 3. p. 583. — Fragmm. p. 200. Bip. — Versus de Iove. Fragmm. p. 234. — Valerius Soranus versiculo alloquitur P. Scipionem. Varro LL. 7, 3. p. 318.

P. Valerius, homo officiosus (a. u. c. 696.) ad Fam. 14, 2, 2. — P. Valerium, Attici debitorem a. u. c. 704. negat habere quidquam Deiotarus rex eumque ait a se sustentari. ad Att. 5, 21, 14. — A. u. c. 709. ad Att. 12, 51, 1. Ibid. 53, 1. Ibid. Lib. 13, 15. — P. Valerius, familiaris et comes Ciceronis, cum hic primum iter in Graeciam post mortem Caesaris instituisset. (a. u. c. 710.) Philipp. 1, 3, 8. — In Valerii nostri villam apud Leucopetram Tarentinorum deverti. ad Att. 16, 7, 1.

Q. Valerius Antias, historicus, laudatur ab Asconio in Pison. p. 13. et in Cornel. p. 69. Praetor fuit in Sicilia a. u. c. 676. scripsitque postea annales, in quibus res Romanas narravit a prima Urbis origine. Nusquam, quod mirere, eius mentionem facit Cicero. Cfr. Krause Fragmm. Hist. Rom. p. 266.

M. Valerius Corvus: eum accepimus ad centesimum annum perduxisse, cum esset acta iam aetate in agris eosque coleret. Cuius inter primum (a. u. c. 406.) et sextum (a. u. c. 455.) consulatum sex et quadraginta anni interfuerunt. Cato 17, 60. — M. Valerius Corvus tertium consul cum A. Cornelio Cosso Arvina a. u. c. 411. de Divin. 1, 24, 51. — Sexies consul fuit: 1. a. u. c. 406. 2. a. 408., quo tempore de Antiatibus et Volscis Satricanis triumphavit. 3. a. 411., quo anno de Samnitibus triumphavit et dictator creatus est. 4. a. 419., quo Calenos vicit. 5. a. 454., quo lex Valeria de provocatione a consulibus lata est, tertium post reges exactos et semper a familia eadem. 6. a. 455. consul suffectus. Bis dictator a u. c. 412 et 453. Censor fuit a. 430. Omnino eum semel et vicies sella curuli sedisse auctores sunt Val. Max. 8, 13. et 15. Plinius H. N. 7, 48.

C. Valerius Donotaurus, alter Caburi filius. Caesar Gall. 7, 65.

C. Valerius Flaccus, praetor urbanus (a. u. c. 656.), de senatus sententia nominatim ad populum tulit, ut Calliphana Veliensis civis Romana esset. pro Balbo 24, 55. — Fuit consul a. u. c. 661. — L. Flaccus se (adolescens) ad exercitum C. Flacci patrui contulit. In novis fragmentis orat. pro Flacco. Scholiast. Cic. Vol. 2. p. 233. Maius leg. censet *patris*; sed tum etiam corrigendum *L. Flacci.*

C. Valerius Flaccus. pro Quint. 7, 28. Imperator et propraetor Galliae Scipione et Norbano coss. a. u. c. 671. Nihil aliunde de eo constat. (An idem cum praecedente?)

C. Valerius Flaccus, L. F. de cohorte Appii Claudii Pulchri in Cilicia (a. u. c. 703.), certe summus eius amicus et familiaris. ad Fam. 3, 4, 1. — De mercenariis testibus a suis civitatibus notandis, nisi iam factum aliquid est per Flaccum, fiet a me, cum per Asiam decedam. Ibid. 11, 3.

L. Valerius Flaccus censor cum C. Catone a. u. c. 570., cuius collega item fuerat in consulatu a. u. c. 559. Cato 12, 42.

L. Valerius Flaccus, flamen Martialis, cos. a. u. c. 623. cum P. Lici-

nio Crasso Muciano. Ei Crassus hic, consul, pontifex maximus multam dixit, si a sacris discessisset (ad bellum cum Aristonico gerendum), quam multam populus remisit, pontifici tamen flaminem parere iussit. Philipp. 11, 8, 18. — De hoc Flacco accipio locum Divin. in Caecil. 19, 63., ubi quaestori eius M. Scauro accusatio eius non concessa esse dicitur. Ad eum locum nihil interpretes praeter unum Menardum, qui de L. Flacco, pro quo est oratio, accepisse videtur, quod est absurdum, quoniam Divinatio in Caecilium longe antea scripta est, quam hic L. Flaccus in Gallia fuit. M. Scaurus est pater, qui a. u. c. 631. aedilis fuit post quaesturam et L. Flacci aut ex praetura aut ex consulatu quaestor fuit. Ern. Contra monet Zumptius in Verr. p. 45.: „Flaccum veri simile non est illum fuisse, qui consul a. u. c. 623. fuit, quoniam M. Aemilius Scaurus, celeber gerendis inimicitiis, certe non ante a. u. c. 627. quaestor fuit." — Nummus cum inscriptione L. Valeri. Flacci. (Mars stans, dextra hastam, sinistra tropaeum, hinc apex flaminum, inde spica) ad posteriorem L. Valerium Flaccum flaminem Martialem suadente hoc recentiore eius forma referendus videtur Eckhelio 5. p. 333.

L. (Valerius) Flaccus. M. Aemilio Scauro (quaestori certe non ante a. u. c. 627.) in L. Flaccum (praetorem suum, ceteroquin ignotum) nominis deferendi potestas non est data. Divinat. 19, 63.

L. Valerius Flaccus (pater L. Flacci illius, quem Cicero defendit) pro Flacco 23, 55. Ei aedili curuli Decianus (pater) tribunus pl. diem dixit. At istud ne ipsi quidem patri Flacco molestum esse debuit: praesertim cum ille, cui dies dicta est, praetor postea factus sit et consul: ille, qui diem dixit, non potuerit privatus in civitate consistere. Ibid. 32, 77. — L. Valerius Flaccus cos. cum C. Mario VI. (a. u. c. 654.) interfecit Saturninum, Glauciam cet. pro C. Rabirio perd. 7, 20. in Catil. 1, 2, 4. Brut. 62, 224. — L. Flaccum, hominem cum semper in re publica, tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio cerimoniisque, quibus praeerat, diligentissimum (propter Saturnini eadem) nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? pro C. Rabirio perd. 10, 27. — Censor fuit quarto anno post cum M. Antonio Oratore. Valer. Max. 2, 9, 5. — L. Flacco consuli portas tota Asia claudebat, Mithridatem autem illum non modo recipiebat suis urbibus, verum etiam ultro vocabat. pro Flacco 25, 61. — Scilicet cum a. u. c. 668. suffectus a Cinna Mario mortuo in Asiam missus esset, ubi a. u. c. 669. a C. Fimbria per seditionem militum interfectus est. Cfr. Appian. Bell. Civ. I. 75. Mithrid. 52. Dio Cass. Ed. Sturz. T. 1. p. 116. Vell. 2, 24. Hunc consulem, non consularem, ut Velleius tradit, interfectum contendit Contarenus Var. Lectt. 7. Sed utriusque consulatus ratione habita fuit re vera consularis, non consul tum, cum occisus est. Cfr. H. Valesium ad Excerpta Dionis Cassii pag. 51.

L. Valerius Flaccus, interrex. Omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus, interrex (a. u. c. 672.), de Sulla tulit, ut omnia, quaecunque ille fecisset, essent rata. de lege agr. 3, 2, 5. — Valerius Flaccus praetor Sullanis temporibus fuit. Hic tulit legem: Quidquid Sulla dixisset, lex esset. Si quid ergo ad populum tulisset Sulla, valebat lege Cornelia; si quid voluisset facere et non tulisset ad populum, hoc valebat lege Valeria. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 435. — Eadem rogatione iussu Sullae lata etiam dictator perpetuus factus est. Cfr. Appian. B. C. 1, 98. — Idem fecero (a. u. c. 705. in Pompeii fuga), quod in Cinnae dominatione L. Philippus, quod L. Flaccus, quod Q. Mucius. ad Att. 8, 3, 6.

L. Valerius Flaccus praetor, L. Valerii Flacci bis consulis et censoris filius, Cicerone consule, qui eius opera in comprehendendis Allobrogum legatis usus est. (a. u. c. 691.) in Catil. 3, 2, 5. Ibid. 6, 13. — Homo militaris. Sal. Catil. 45. — Eius praetura laudata a Q. Hortensio. ad Att. 2, 25, 1. — L. Flaccus, legatus Pisonis: „vir tua legatione indignissimus, atque iis consiliis, quibus mecum in consulatu meo coniunctus fuit ad conservandam rem publicam, dignior." in Pison. 23, 54. — L. Flaccus legatus ad Galliae civitates missus, ne se cum

Helvetiis coniungerent. a. u. c. 694. ad Att. 1, 19, 2. — Accusatum a D. Laelio L. Flaccum de repetundis ex Asia, cui post praeturam (a. u. c. 691.) (per annum unum) praefuerat, Cicero defendit, Caesare et Bibulo coss. a. u. c. 695. Egit eandem causam etiam Q. Hortensius. Cfr. totam orat. pro Flacco. — Socius atque adiutor consiliorum periculorumque meorum L. Flaccus. Ibid. 1, 1. — Repetitur ad poenam, qui indicia communis exitii excepit. Ibid. 2, 5. — Fuit P. Servilio imperatore in Cilicia tribunus militum; M. Pisoni quaestor in Hispania. — Bellum Cretense ex magna parte gessit atque una cum summo imperatore (Q. Metello) sustinuit. Ibid. 3, 6. — Amplissimae eius laudes pro rebus in praetura adversus Catilinam gestis. Ibid. 40, 102. seqq. — L. Valerius Flaccus, accusatus a D. Laelio, subscribentibus L. Balbo et Apuleio Deciano. Schol. Bob. pro Flacco p. 228. — L. Flaccus, qui homo, qui civis! pro Plancio 11, 27.

L. Valerius Flaccus, filius eius, qui praetor Asiam obtinuerat, cecidit in proelio ad Dyrrhachium. a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 53. — Est is, qui parvulus etiam tunc a Cicerone in peroratione pro Flacco sublatus est. Orat. 38, 131.

L. Valerius Flaccus, flamen Martialis: quid de Caecilia Metelli narraverit Q. Ciceroni: de Divin. 1, 46, 104. — Flaccus, flamen Martialis, quid de Meditrinalibus tradiderit: Varro LL. 6, 3. p. 203. — Hic a collega Muciani a. u. c. 623. diversus sit ideo necesse est, quod ex eo audisse dicit Quintus frater, quae commemorat. Ern. Eckhelio 5. p. 333. idem videtur cum Flacco praetore a. u. c. 691. a Cicerone defenso; sed hoc quoque parum probabile est. Consulto enim et Cicero et Varro eum addito sacerdotio flaminis Martialis a praetore distinxisse videntur.

L. Valerius Flaccus, adolescentulus, diversus ab illo, quem Cicero defendit. pro Flacco 36, 89. (Idem fortasse cum praecedente.)

P. Valerius Flaccus a senatu ad Hannibalem missus, ut a Sagunto recederet. Philipp. 5, 10, 27. Liv. 21, 6.

P. (Valerius) Flaccus. M. Carbo, P. Flacco accusante condemnatus. ad Fam. 9, 21, 3.

Q. Flaccus pridie Id. Nov. a. u. c. 697. ex Anniana Milonis domo eduxit viros acres: occidit homines ex omni latrocinio Clodiano notissimos. ad Att. 4, 3, 3. et 4. Est hic ex Fulviis, non ex Valeriis Flaccis et per errorem huc delatus.

P. Valerius Leo subscripsit Appio Claudio in Miloniano ambitus iudicio. Ascon. in Mil. p. 54.

P. Valerius Nepos, accusavit Milonem a. u. c. 702. in Ascon. p. 42. — Valerii duo, Nepos et Leo, Faustae et Milonis familias exhibendas postulaverunt. Ascon. in Mil. p. 35.

M'. Valerius Maximus, Volesi filius. Paucis (quindecim) annis post reges exactos (a. u. c. 260.), cum plebes prope ripam Anienis ad tertium miliarium consedisset, cumque montem, qui Sacer appellatus est, occupavisset, M'. Valerius dictator dicendo sedavit discordias, eique ob eam rem honores amplissimi habiti et is primus ob eam ipsam causam Maximus est appellatus. Brut. 14, 54.

M. Valerius Maximus Corvinus Messala, cos. a. u. c. 491. Ei inter alios honores domus quoque publice aedificata est in Palatio cet. Ascon. in Pison. p. 13. — Est is, qui a Messana liberata primus inter Valerios *Messalae* sive, ut scribitur in Fastis Capitolinis, *Messallae* cognomen assumpsit. — M. Valerius Maximus Messala consul cum M. Otacilio, a quo tabula Valeria. Schol. Bob. in Vatin. p. 318. Plin. Hist. N. 35, 7. — M. Valerius Messala cos. a. u. c. 491. Catina capta primum statuit horologium secundum Rostra. Varro Fr. p. 373. Bip.

M. Valerius Messala M. F. M. N. Niger. Quae domi gerenda sunt pro Sex. Roscio, ea per Caeciliam transiguntur; fori iudiciique rationem Messala suscepit. Qui si iam satis aetatis atque roboris haberet, ipse pro Sex. Roscio diceret. (a. u. c. 674.) pro Sex. Roscio 51, 149. — M. Valerius Messala, orator, cuius orationes exstant. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 426. Confudit Scholiasta Messalam Corvinum, Tibulli fautorem, cum hoc antiquiore Messala. — M. Messala Niger deprecatus est Ciceronem pro P. Sulla. pro Sulla 6, 20. — Praeturam petebat Cicerone consule a. u. c. 691. Ibid. 14, 42. — Cos. factus a. u. c.

693. cum M. Pupio Pisone. ad Att. 1, 12, 4. — In me perhonorificus et partium studiosus ac defensor bonarum severe agit in causa Clodiana. Ibid. 13, 2. — Messala consul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, amator, imitator. ad Att. 1, 14, 6. — Messala consul in senatu de Pompeio quaesivit, quid de (Clodiana) religione et de promulgata rogatione sentiret. ad Att. 1, 14, 2. — M. Valerius Messala, orator nullo modo inops, sed non nimis ornatus genere verborum, prudens, acutus cet. Brut. 70, 246. — Messalam tui studiosum esse arbitror. (a. u. c. 696.) ad Q. Fr. 1, 3, 9. — M. Messala pontifex (a. u. c. 697.) de Harusp. resp. 6, 12. — Messala consularis a. u. c. 697. adest in senatu, cum de rei frumentariae potestate Pompeio decernenda ageretur. ad Att. 4, 1, 6.

M. Valerius Messala. (C. F., ut dicunt Pighius et Goltzius ex suis incertae fidei nummis.) — Messala noster et eius Domitius (Calvinus) competitor liberalis in populo valde fuit. (a. u. c. 700.) ad Att. 4, 16, 6. — Accusatus a Q. Pompeio Rufo. Ibid. §. 8. — Eius copiae. Ib. Ep. 17, 2. — Accusatus de ambitu. Lib. 5, 12, 2. — Nihil minus velle mihi visus est Pompeius quam Messalam consulatum petere. (a. u. c. 699.) ad Att. 4, 9, 2. — Messala languet (in petitione consulatus a. u. c. 700.); non quo aut animus desit aut amici, sed coitio consulum et Pompeius obsunt. ad Att. 4, 15, 7. — Messala flaccet (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 15 b., 4. — Mihi committendum non fuit, ut iis coitionibus interessem, quibus Messala excluderetur (a petitione consulatus, a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 5, 16. — A Q. Pompeio de ambitu postulatus. Ibid. Ep. 2, 3. — Enitemur, ut Messala noster salvus sit. Ibid. Ep. 3, 2. — M. Valerius Messala sororis Hortensii filius ambitus accusatus a. u. c. 700., defensus ab Hortensio, (oratio Q. Hortensii maxime Bruto probata) consul a. u. c. 701. Brut. 96, 328. — Messalam iam nostrum reliquosque molestia levatos vehementer gaudeo eumque quod certum consulem cum Domitio numeratis, nihil a nostra opinione dissentitis. Ego Messalam Caesari praestabo. ad Q. Fr. 3, 8, 3. — Video Messalam consulem, si per interegem, sine iudicio; si per dictatorem, tamen sine periculo. Ibid. Ep. 9, 3. (Messalam de ambitu accusavit Q. Pompeius Rufus, Sullae ex filia nepos. Sed eodem tempore plures consulatus candidati ambitus rei erant. Cicero enim ad Att. 4, 16, 8. ita scribit: „Tres candidati fore rei putabantur, Domitius a Memmio, Messala a Q. Pompeio Rufo, Scaurus a Triario aut a L. Caesare. Quid poteris, inquies, pro iis dicere?" Ne vivam, si scio. In illis quidem tribus libris, quos tu dilaudas, nihil reperio: „e quibus verbis intelligitur Ciceronem illud ambitus crimen manifestum esse putasse. Itaque ad Q. Fr. 3, 2, 3: opera dabatur, ut iudicia ne fierent et comitia differrentur. Sed Messala tum supplicationibus fere LX. dierum, vel ut Wesselingius et Reimarus ad Dionem (Ed. Sturz. Vol. 5. p. 273.) existimant, XX. dierum Caesari decretis, accusationis molestia levatus est, id est, non absolutus est, ut Manutius putabat, sed ne accusari quidem potuit, cum propter supplicationes iustitium esset. Paullo post res ad interregna rediit; tumque Cicero mense Decembri a. u. c. 700. ad Q. Fr. 3, 9, 3. ita scripsit: „Video Messalam nostrum consulem, si per interregem, sine iudicio" (id est, accusari non poterit de ambitu, sed statim consulatum inibit:) „si per dictatorem, tamen sine periculo." Quod verum fuit. Nam Messala a. u. c. 703. post plura interregna mense Quintili cum Domitio consul creatus est. Post consulatum a. u. c. 703. de ambitu accusatus est et defendente Hortensio absolutus, postea tamen alia lege postulatus condemnatus est. ad Fam. 8. Ep. 2. et 4. Cfr. Henrici Gulielmi Tydemanni dissertationem de rebus iudicatis non rescindendis. Lugduni Batav. 1799., ubi hanc causam Cap. XI. bene expedivit. Schuetz.) — M. Valerius Messala consul a. u. c. 701. lapidibus caesus a P. Clodii operis. Schol. Bob. in or. de aere al. Mil. p. 343. — Post consulatum a. u. c. 703. de ambitu accusatus, defendente Q. Hortensio, eius avunculo, absolutus, deinde alia lege (Licinia) condemnatus. Caelius ad Fam. 8, 2, 1. Ibid. 4, 1. — Sulla cras hic erit cum Messala. Currunt ad Caesarem pulsi a militibus. (a. u. c. 707.) ad Att. 11, 22, 2. — Videndum, ne

idem sit Messala, de quo bis mentio apud scriptorem de bello Africano: M. Valerius Messala, Caesaris legatus a T. Salieno, centurione Caesariano seditioso, Messanae obsessus a. u. c. 707. Bell. Afric. 28. — Post proelium ad Thapsum Uticam mittitur. Ibid. 86. Vix enim adducor, ut credam Messalam Corvinum natum a. u. c. 685. adolescentem XXII. annorum legatum fuisse Caesaris. — Eius litterae de P. Curtio a Cn. Pompeio Magni filio interfecto. (a. u. c. 709.) ad Fam. 6, 18, 2.

M. Valerius Messala Corvinus, qui postea sub Augusto clarus fuit, fautor Tibulli. — Messala iuvenis Athenis erat futurus a. u. c. 709. ad Att. 12, 32, 2. — De Cicerone nostro mirabilia Messala. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 17, 2. — (a. u. c. 710.) ad Att. 16, 16 A., 5. — Pseudocic. ad Brut. 1, 12. — Amplissimae eius laudes. Ibid. Ep. 15. Videtur omnino declamator iste, qui has subditicias epistolas composuit, cliens et necessarius fuisse Messalae Corvini.

Q. Valerius Q. F. Orca, praetor a. u. c. 697. favebat Ciceroni. Post red. in sen. 9, 22. — Ex praetura Africam provinciam obtinuit a. u. c. 698. ad Fam. 13. Epp. 4. et 6. Postea a. u. c. 709. legatus pro praetore a Caesare praepositus agris dividundis. Ad eum missae Ciceronis sunt Epistolae ad Fam. 13. Ep. 4. — Ep. 6. a. In Ep. 4. ei Volaterranos commendat petitque, ut, quoniam Caesar in primo suo consulatu agrum Volaterranum et oppidum in perpetuum omni periculo liberarit, aut eius auctoritatem sequatur aut certe ei integram causam reservet. Simili consilio eidem Ep. 5. Curtius commendatur.

L. Valerius Potitus et M. Horatius Barbatus, homines concordiae causa sapienter populares: eorum consularis lex (a. u. c. 305.) sanxit, ne qui magistratus sine provocatione crearetur. de Rep. 2, 31, 54. — L. Valerius Potitus, consul a. u. c. 305. post decemviralem invidiam plebem in patres incitatam legibus et contionibus suis mitigavit. Brut. 14, 54. — De hoc Valerio vide Liv. 3, 39. 49. 55. Dionys. Halic. 11, 54.

L. Valerius Praeconinus, legatus, exercitu pulso, interfectus ab Aquitanis. Caesar Gall. 3, 20.

C. Valerius Procillus, C. Valerii Caburi filius, princeps Galliae provinciae, familiaris Caesaris a. u. c. 696. Caesar Gall. 1, 19. — Eius pater a C. Valerio Flacco civitate donatus erat. Ib. 47. — Catenis ab Ariovisto vinctus liberatur a Caesare. Ibid. 53.

P. Valerius Publicola sive Poplicola, ante legem XII. Tabularum virtutis causa in urbe sepultus, quod eius posteri iure tenuerunt. de Legg. 2, 23, 58. — P. Valerius Publicola lege illa de provocatione perlata, statim secures de fascibus demi iussit postridieque sibi collegam Sp. Lucretium subrogavit suosque ad eum, quod erat maior natu, lictores transire iussit, instituitque primus, ut singulis consulibus alternis mensibus lictores praeirent. de Rep. 2, 31, 55. — P. Valerio (Poplicolae) pro maximis in rem publicam beneficiis data domus est in Velia publice. de Harusp. resp. 8, 16. (Codd. habent vel *in villa publica* vel *in via publica.* Vide Wolfium.) — P. Valerio Volusi F. Publicolae aedes sub Velia publice concessae. Ascon. in Pison. p. 13. — P. Valerius Publicola exactis regibus, primo anno (a. u. c. 246.) consul fuit, primus homo popularis apud Romanos, Acad. 2, 5, 13. — P. Valerius Publicola et fasces primus demitti iussit, cum dicere in contione coepisset, et aedes suas detulit sub Veliam cet. Idemque, in quo fuit Publicola maxime, legem ad populum tulit eam, quae centuriatis comitiis prima lata est, ne quis magistratus civem Romanum adversus provocationem necaret neve verberaret. de Rep. 2, 31, 53.

C. Valerius Triarius, Ciceronis amicus, gravis et doctus adolescens in libris de Finibus loquens inducitur. de Finn. 1, 5, 13. — Minus ab Epicuro dilectabatur, quod Platonis, Aristotelis, Theophrasti orationis ornamenta neglexit. Ibid. §. 14. — Me admodum delectabat Triarii in illa aetate plena litteratae senectutis oratio. Quanta severitas in voltu! quantum pondus in verbis! quam nihil non consideratum exibat ex ore! Tum Brutus, Torquati et Triarii mentione commotus (utrumque enim eorum admodum dilexerat:) „Nae ego", inquit, „ut omittam cetera, quae sunt innu-

merabilia, de istis duobus cum cogito, doleo nihil tuam perpetuam auctoritatem de pace valuisse! Nam nec istos excellentes viros nec multos alios praestantes cives res publica perdidisset." Brut. 76, 265 et 266. (Hunc locum male refert ad L. Triarium Pighius ad a. u. c. 672. (673. Varr.) Videtur eum verbum *senectutis* movisse. Sed additur *in illa aetate*, id est, quamvis adolescens esset. Deinde quod cum Torquato iungitur, id ipsum docet, de Caio agi. Ern.) — Eius soror Paulla Valeria. Caelius ad Fam. 8, 7, 2. Manutius ad h. l. male appellat P. Triarium. Nam loci Tulliani, quos profert, ostendunt, eum de Caio loqui voluisse. Nisi forte ista fuit Publii soror, et locos illos male de eo accepit. Ern. — C. Triarius tribunus pl. fuit a. u. c. 703.; praeerat Asiaticis Pompeii navibus a. u. c. 705. Caesar Civ. 3, 5. — C. Triarius in acie Pharsalica consilium dedit Pompeio, ut eius milites Caesaris impetum exciperent neve se loco moverent. Hoc secutus est Pompeius; improbat Caesar Civ. 3, 92. — Amo illum mortuum: (a. u. c. 709.) tutor sum liberis. ad Att. 12, 28, 3. — Non esse autem eundem Triarium, qui Scaurum accusaverit, ostendit Heinrich. ad Fragm. or. pro Scaur. ed. Beier p. 122. Sed id verum est, fuisse eum Triarium, cuius liberorum tutor fuit post eius obitum Cicero. ad Attic. 12, 28, 3.

L. Valerius Triarius. pro Scauro 2, 30. — Cfr. Heinrichium in Beieri Fragmm. Cic. p. 122. — L. Triarius, quaestor urbanus a. u. c. 673. (postea L. Lucullo legatus bello Mithridatico et legionem, cui praeerat, et vitam ipse amisit, pro lege Man. 9, 25., pater C. Triarii, Brut. 76, 265.) Verr. Accusat. 1, 14, 37. — Zelae, Ponti oppido, devictus est a Mithridate a. u. c. 687. Liv. 98. Bell. Alex. 72. Plin. H. N. 6, 3. Apud Livium et Plinium *Caii* habet praenomen. Cfr. Appian. Mithr. 89. Plutarch. Lucull. C. 35.

P. Valerius L. F. Triarius, adolescens paratus ad dicendum et notae industriae, filius eius, qui in Sardinia contra M. Lepidum arma tulerat et post in Asia Pontoque legatus L. Luculli fuerat, cum is bellum contra Mithridatem gereret, postulavit M. Aemilium Scaurum apud M. Catonem praetorem repetundarum postridie Nonas Quintil. a. u. c. 700. Ascon. in Scaur. p. 19. — Triarius accusaturus putabatur M. Scaurum etiam de ambitu. (a. u. c. 700.) ad Att. 4. 16, 8. — Scaurum Triarius reum fecit. Ibid. 17, 2. — Triarius a. u. c. 700. Scaurum, candidatum consularem, de ambitu postulavit. ad Q. Fr. 3, 2, 3. — Triarius, accusator M. Aemilii Scauri. pro Scauro 1, 4. e. cet. Ibid. 2, 45. m.

Valgius, de lege agr. 3, 1, 3. P. Rulli socer, qui multos agros tempore Sullano occuparat.

A. Valgius, senatoris filius, Pompeianus, ad Caesarem transfugit a. u. c. 709. Bell. Hispan. 13.

C. Valgius Hippianus, Q. Hippii ibi nominati filius naturalis, a C. Valgio quodam adoptatus, commendatur quattuor viris et decurionibus Fregellanis. ad Fam. 13, 76, 2. — C. Valgium quendam, qui de usu herbarum ad Augustum scripsit, commemorat Plinius H. N. 25, 2. — De quo vide Weichert Poët. Lat. p. 203. seqq. *De C. Valgio Rufo poëta.* Memoratur a Tibullo (4, 1, 181.)

Vardaei, populus Dalmatiae. ad Fam. 5, 9, 2.

L. Varenus reus inter sicarios, quod Cn. Varenum volnerasset, C. Varenum occidisset a. u. c. 683. Defensus est a Cicerone, sed damnatus. Fragmm. Oratt. deperd. II. p. 443.

L. Varenus, centurio, fortissimus vir. Eius contentio cum T. Pulfione a. u. c. 700. Caesar Gall. 5, 45. Cum XVII. annis inter se distet superioris et huius commemoratio, dubitari potest, utrum hic idem sit cum praecedente necne.

Vargula, homo dicax, C. Iulii Caesaris Strabonis amicus. de Or. 2, 60, 244. — Eius dictum. Ibid. §. 247.

L. Varginteius, senator, Catilinarius. Sal. Catil. 17. — Cum C. Cornelio constituit Ciceronem improviso domi suae imparatum confodere; sed ianua prohibitus tantum facinus frustra susceperat. Ibid. 28. Ibid. 47. — Quis nostrûm adfuit Varginteio? Nemo; ne hic quidem Q. Hortensius, praesertim qui illum solus antea de ambitu defendisset. pro Sulla 2, 6. — Eius facinora, cum reus et damnatus esset.

Ibid. 5, 15. — Collega Ciceronis in quaestura. Ibid. 6, 18.

Varia lex. Circa annum a. u. c. 663. exercebatur una lege iudicium Varia, ceteris propter bellum intermissis. Brut. 56, 205. Ibid. 89, 304. — Varia lex de maiestate. Cornel. I. Fragmm. 27. p. 451. Ascon. in Cornel. p. 72. Vide Q. Varius.

P. Varinius Glaber praetor cum Spartaco male pugnavit a. u. c. 681. Sal. Hist. 3. p. 220. Ed. Gerlach. min. — Anno sequente pro praetore Asiam provinciam obtinuit. pro Flacco 19, 45., ubi consule Garatonium, et praecipue Io. Theoph. Kreyssig Commentationem de C. Salustii Crispi Histor. Lib. III. fragmentis ex bibliotheca Christinae, Suecorum reginae, in Vaticanam translatis cet. Misenae 1835. 8. p. 7. et 35. Falsae scripturae sunt *Πούπλιος Βαρῖνος* Plutarch. Crass. 9. *Publius Varenus* Liv. Epit. 95. emendata a Kreyssigio. *P. Varinus* olim apud Cic. pro Flacco l. l. *Οὐαρίνιον Γλάβρον* appellat Appianus B. C. 1, 116. Cfr. Salust. Gerlach. Commentar. p. 138. et Vol. 3. p. 26. Florus 3, 20. Oudendorp. ad Frontin. Stratagem. 1, 5, 22. — Quaestorem a. u. c. 671. (672. Varr.) ex solito more eum facit Pighius T. 3. p. 257.

M. Varisidius, eques Romanus, familiaris L. Munatii Planci et Ciceronis. Plancus ad Fam. 10, 7, 1. Ib. 12, 2.

A. Varius, qui est habitus iudex durior, dicere consessori solebat, cum, datis testibus, alii tamen citarentur: „Aut hoc testium satis est, aut nescio, quid satis sit." de Finn. 2, 19, 62.

P. Varius magna pecunia fraudavit Caecilium, Attici avunculum. ad Att. 1, 1, 3. — Videtur negotiator aut fenerator fuisse.

P. Varius, vir fortissimus atque optimus civis, iudex in causa Milonis. Eum P. Clodius pellere possessionibus conatus est. pro Milone 27, 74.

Q. Varius, Sucronensis (Sucrone, Hispaniae oppido, natus), propter obscurum ius civitatis Hybrida cognominatus, trib. pl. a. u. c. 663. — Vastus homo atque foedus, illa ipsa facultate oratoria, quamcunque habuit, magnam est in civitate gratiam consecutus. de Or. 1, 25, 117. — Q. Varius Sucronensis, acutior C. Papirio Carbone Arvina rebus inveniendis nec minus verbis expeditus. Brut. 62, 221. — Q. Varius disertus. Brut. 89, 305. — Eius lex. Ibid. 56, 205. Ib. 89, 304. (Legem tulit trib. pl., ut quaereretur de iis, quorum opera consiliove socii contra populum Romanum arma tulissent; sive ex alia formula, quorum dolo malo socii ad arma ire coacti essent.) — Sua lege damnatus excessit a. u. c. 665. Ibid. §. 305. — Q. Varius tribunus pl. vexavit M. Aemilium Scaurum patrem. pro Scauro 1, 3. — Q. Varius belli concitati crimine adesse apud se iussit M. Scaurum, principem senatus; sed motus Scauri constantia et magnitudine animi ipse eum dimisit. Ascon. in Scaur. p. 22. — Ei restitit M. Scaurus. pro Sestio 47, 101. — M. Scaurum, principem senatus, in proditionis crimen vocavit lege sua, sed frustra. Cfr. Val. Max. 4, 3, 7. quem reprehendit Wesseling. Observ. 1, 11. — [Ei C. Cotta cedendum putavit. Pseudocic. antequam iret in ex. 11, 27.] — Summo cruciatu supplicioque Q. Varius, homo importunissimus periit; si, quia Drusum ferro, Metellum veneno sustulerat, illos conservari melius fuit quam poenas sceleris Varium pendere. de Nat. D. 3, 33, 81.

Q. Varius pro testimonio dixit procuratores suos Verri centum triginta milia nummum dedisse. Verr. Accusat. 2, 48, 119.

L. Varius Cotyla (Cotylonem appellat Plutarchus Ant. 18.), compotor Antonii. Philipp. 5, 2, 5. — Ornamentum atque arx amicorum Antonii, homo aedilicius; si vero tum fuit aedilis, cum eum iussu Antonii in convivio servi publici loris ceciderunt. Philipp. 8, 8, 24. — Legatus Antonii. Ibid. 10, 28. — Redeat ad imperatorem suum Varius, sed ea lege, ne unquam Romam revertatur. Ibid. 11, 32. — Columen amicorum Antonii; quem Antonius deliciarum causa loris in convivio caedi iubebat. Philipp. 13, 12, 26.

Varrones. Vide in Terentiis Varronibus.

P. Varus, Africae propraetor, bis captus. Philipp. 13, 15, 30. — Ceteros locos vide in P. Atius Varus.

Q. Varus. Vide Q. Quinctilius Varus.

Sex. Varus, proconsul Asiae. ad Fam. 10, 32, 2. Incertum est, qui sit, quoniam Sex. Quinctilium Varum Hispaniae proconsulem fuisse nemo memoriae prodidit. Vide Manut. ad hunc locum. Ern. Vide etiam Atius Varus.

T. Vasius, unus de coniuratis in Q. Cassium Longinum, praetorem Hispaniae ulterioris a. u. c. 706. Bell. Alex. 52.

Vaticanus ager, (circa montem Vaticanum e regione agri Fidenatis et Latii usque ad mare), haud nimis fertilis. de lege agr. 2, 35, 96. — Vaticanus campus. Eum quasi (alterum) Martium campum facere cogitabat Caesar a. u. c. 709. — Vaticani montes. ad Att. 13, 33, 4.

Vaticanus deus. Varro Fr. p. 231. Bip. Gell. N. A. 16, 17.

P. Vatinius, homo rusticus, avus P. Vatinii, in quem dixit Cicero, cum e praefectura Reatina Romam venienti noctu duo iuvenes cum equis albis dixissent regem Persen illo die captum, senatui nuntiavit; et primo quasi temere de re publica locutus in carcerem coniectus est, post a Paullo litteris allatis, cum idem dies constitisset, et agro a senatu et vacatione donatus est. de Nat. D. 2, 2, 6. Ib. 3, 5, 11 et 13.

P. Vatinius P. F. — Eius indignitas. in Vatin. 1, 1. — Quaesturam cum peteret cum P. Sestio, vix, invitis omnibus, non populi beneficio, sed consulum extremus adhaesit. a. u. c. 691. Cicerone et Antonio coss. in Vatinium 5, 11. — Cum ei aquaria provincia obtigisset, a Cicerone consule Puteolos missus cet. Ibid. §. 12. — Post quaesturam exiit legatus in ulteriorem Hispaniam C. Cosconio pro consule. Ibid. — Tribunatum quomodo gesserit: (a. u. c. 695.) Ibid. §. 13. — Pythagoricum se solebat dicere. Ibid. 6, 14. — Eius rationes cum C. Iulio Caesare. Ibid. §. 15. — Augur fieri volebat in Q. Metelli Celeris locum. Ibid. 8, 19. — M. Bibulum consulem in vincla duxit. Ibid. 9, 21. — L. Vettium indicem in contionem produxit. Ibid. 10, 24. — Eidem in carcere cervices fregit. Ibid. 11, 26. — Facinus ab eo commissum in accusatione C. Antonii. Ibid. §. 27. — In epulo Q. Arrii cum toga pulla accubuit. Ibid. 12, 30. — Postulatus lege Licinia et Iunia appellavit tribunos pl., ne causam diceret. (a. u. c. 696.) Ibid. 14, 33. — Legatus sine senatus consulto factus. Ibid. 15, 35. — In praetura petenda Sergiam tribum suam perdidit solus post Romam conditam. Ibid. §. 36. — Caesaris de Vatinio dictum. Ibid. 16, 38. — Odium publicum populi et senatus. Ibid. §. 39. — In T. Annium Milonem falsum testimonium cum dixisset, summa vanitate et levitate eundem postea laudavit. Ibid. 17, 40. — P. Vatinius, tribunus pl. a. u. c. 695. Caesare et Bibulo coss., ita se in populari ratione iactarat, ut auspicia, legem Aeliam, senatus auctoritatem, consulem, collegas, bonorum iudicium nihil putaret, aedilitatem petivit cum bonis viris et hominibus primis, sed non praestantissimis opibus et gratia; repulsam tulit. pro Sestio 53, 114. — P. Vatinius, tribunus pl. (a. u. c. 695.) obnixae popularitatis, qui vehementer actiones Caesaris adiuvit. Schol. Bob. pro Sestio p. 304. 308. 309. in Vatin. crebro. — P. Vatinius filiam M. Antonii, fratris C. Antonii (collegae Ciceronis) habuerat in matrimonio. Schol. Bob. in Vatin. p. 321. — P. Vatinius, testis in P. Sestium, optimatium nationem deleri et concidi cupivit; C. Caesarem, mitem hominem et a caede abhorrentem, saepe increpuit, saepe accusavit, cum affirmaret, illum nunquam, dum haec natio viveret, sine cura futurum. Ciceronem idem oppugnavit per indicem Vettium cet. pro Sestio 63, 132. — Struma civitatis. Ibid. 65, 135. — (Vatinii struma. ad Att. 2, 9, 2. Fuit strumosa facie et maculoso corpore. Schol. Bob. pro Sestio p. 310.) — P. Vatinius cum in P. Sestium testimonium dixisset, Sestii patronus Cicero invectus est in eum acerbissime, et maxime quidem eius tribunatum, in quo Caesare consule (a. u. c. 695.) leges rei publicae exitiosas contra auspicia tulerat, sed praeturam quoque et legationem exagitavit; non ut accusator, sed ut reprehensor. Habita est interrogatio ista ante absolutum P. Sestium. Manut. — P. Vatinius testimonium dixit in P. Sestium. Schol. Bob. pro Sestio p. 292. — Vatinius, homo petulans et audax. Eum in defendendo P. Sestio (a. u. c. 698.) arbitratu nostro concidimus, diis hominibusque plaudentibus cet. ad Q. Fr. 2, 4, 1. — P. Vatinius contempsit

legem Iuliam, quam consul C. Caesar de pecuniis repetundis tulerat. Schol. Bob. pro Sestio p. 310. — Lex iudiciaria sive a P. Vatinio tribuno pl. sive a Q. Fufio Caleno perlata pertinebat ad iudicum reiectionem, quae fiebat secundum legem Aureliam ex tribus ordinibus, senatorum, equitum Romanorum, tribunorum aerariorum. Schol. Bob. pro Flacco p. 235. — Esse locum tam prope Romam (scil. Antium), ubi multi sint, qui Vatinium nunquam viderint? ad Att. 2, 6, 2. — Epulo. Ibid. 7, 3. — De epistola Vatinii, risi. Sed me ab eo ita observari scio, ut eius ista odia non sorbeam solum, sed etiam concoquam. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 9, 5. — Quibus rebus adductus Cicero Vatinium defenderit et laudarit: ad Fam. 1, 9, 4. seqq. — De Vatinio, primum reditus intercesserat in gratiam per Pompeium, statim ut ille praetor est factus; cum quidem ego eius petitionem gravissimis in senatu sententiis oppugnassem, neque tam illius laedendi causa quam defendendi atque ornandi Catonis. Post autem Caesaris, ut illum defenderem, mira contentio est consecuta. Ibid. §. 19. — Eum defendit Cicero (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 2, 16, 2. — Ciceronis oratio pro eo. Fragmm. p. 459. — P. Vatinius de sodaliciis causam dixit defendente Cicerone. Schol. Bob. pro Plancio p. 262. — Eius causa acta a Cicerone. Pseudosalust. in Cic. 4, 7. Pseudocic. in Sal. 4, 11. — P. Vatinius fuit legatus Caesaris in Gallia. Bell. Gall. 8, 46. — Per eum de pace cum Pompeianis frustra egit Caesar. Caesar Civ. 3, 19. — Defendit Brundisium adversus D. Laelium Pompeianum post pugnam Pharsalicam a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 100. — A. u. c. 706. in Illyrico devicit M. Octavium Pompeianum. Bell. Alex. 46. — P. Vatinius post brevissimum anni 707. consulatum a C. Caesare dictatore cum exercitu ad continendos Illyrios missus (Appian. Illyric. 13.) et re bene gesta Imperator appellatus, Ciceroni dignitatem suam adversus obtrectatores commendat. (a. u. c. 709.) ad Fam. 5, 9. — Inter alia res a se in Dalmatia gestas exponit. Ibid. Ep. 10. — Ei rescribit Cicero. Ibid. Ep. 11. (Eius uxor Pompeia. Ibid. 11, 2.) — P. Vatinius imperator a. u. c. 710. in Illyrico cum exercitu erat. Philipp. 10, 5, 11. — Hoc tempore merito laudandus, aperuit Dyrrhachii portas M. Bruto et exercitum tradidit. Ibid. 6, 13. — Cfr. ad Att. 11, 5, 3. — Q. Ciceronis ad eum epistola. Ibid. Ep. 9, 2. ad Att. 2, 24, 3. Fragmm. p. 457. et p. 459. Cfr. Quintilian. 6, 1, 13. ibique Spalding.

L. Vecilius (al. *Vetecilius*) Ligur, testis in Verrem. Verr. Accusat. 2, 8, 24.

Vectienus. Vide Vettienus.

P. Vedius, magnus nebulo, sed Pompeii tamen familiaris (a. u. c. 704.) ad Att, 6, 1, 25.

M. Vehilius, praetor a. u. c. 710. provinciam sibi ab Antonio attributam recusavit accipere et senatus auctoritati se obtemperaturum dixit. Philipp. 3, 10, 25. Ex hoc nomine quidam *Velleius* fecere, quod nomen hoc notius esset, estque ita in nonnullis editionibus. *Vehilii* tamen etiam in lapidibus antiquis reperiuntur. Ern.

Veianii fratres ex agro Falisco. Varro RR. 3, 16, 10.

Veiens ager circa Veios, Etruriae urbem. pro Sex. Roscio. 16, 47. ad Fam. 9, 17, 2. Cfr. Müller *Etrusker* 1. p. 113.

Veiens bellum: narratio de emissario lacus Albani a Romanis facto. de Divin. 1, 44, 100. Ibid. 2, 32, 69.

Veientes restituere in regnum Tarquinium Superbum non potuerunt. Tuscul. 3, 12, 27. — Eorum rex Lars Tolumnius. Philipp. 9, 1, 4.

Veientani: apud Lambinum leguntur pro *Vestinis Pinnensibus* Her. 2, 28, 45.

Veientina tribus perperam olim legebatur pro *Ufentina* in Orat. pro Plancio 16, 38.; item in loco corrupto ad Att. 4, 16, 6. Sed nullam fuisse tribum Veientinam docuit Niebuhrius *Röm. Geschichte, zweite Ausgabe.* T. 1. p. 431. collatis Inscriptt. meis Lat. Vol. 2. p. 147. Lapides, in quibus memoratur ex ipso illo Plancianae loco conficti sunt a Pyrrho Ligorio, noto Sec. XVI. falsario.

Veiento iudex a. u. c. 701. ad Att. 4, 16, 6. — Bibulus de Syria provincia discessit: Veientonem (quaestorem) praefecit (a. u. c. 704.) ad Att. 7, 3, 6. — P. Manutius quaestorem putat fuisse. Sed constat Salustium quaestoris locum apud Bibu-

lum obtinuisse: ad Fam. 2, 17, 1. Itaque magis placet cum Pighio ad a. 703. (704.) legatum putare. Quem enim, nisi quaestorem praeficeret, praeficere poterat, nisi legatum aliquem? Cfr. ad Fam. 2, 15, 4. Sunt autem e FABRICIIS Veientones. Et fortasse huius nepos fuit aut pronepos A. Fabricius Veiento, qui post praeturam a. u. c. 808. a Nerone in exilium missus est. Cfr. Tacitum Ann. 14, 50. et Xiphilinum in Nerone. ERN.

VEIOVIS. de Nat. D. 3, 24, 62. Duplex est de huius vocis significatione sententia: alii enim intelligunt Iovem parvulum, qui fortasse idem fuit ac Iuppiter Anxur, Volscorum deus. Cfr. Festum in *Vesculi*. Ovid. Fast. 3, 445. Alii putarunt eundem esse ac Iovem malum, qui non iuvandi, sed nocendi potestatem haberet. Cfr. Gellium 5, 12. et Forcellinum in h. v.

VELABRUM, vicus Romae ad Tiberim iuxta Aventinum. — Mulieri Larentiae pontifices ad aram in Velabro facere solent. Pseudocic. ad Brut. 1, 15. — Velabrum a vehendo. Varro LL. 5, 7. p. 50. Varro LL. 6, 3. p. 205. — Velabrum maius et minus. Varro LL. 5, 32. p. 56.

Q. VELANIUS, sub Caesare militavit in Gallia a. u. c. 696. Caesar Gall. 3, 7.

VELIA, Romae regio editior, Palatino monti propinqua. Eo P. Valerius Publicola aedes suas detulit. de Rep. 2, 31, 53. — P. Valerio pro maximis in rem publicam beneficiis data domus est in Velia publice. de Harusp. resp. 8, 16. — Ibi aedes Victoriae. Ascon. in Pison. p. 13. — Veliae in regione Palatina. Varro LL. 5, 8. p. 60. Unde dictae: Ibid. p. 61. Varro Fragmm. p. 241. Bip.

VELIA. ad Fam. 7, 19, 1. Ibid. 20, 1. olim Elea, oppidum Lucaniae ad Haletem s. Heletem fluvium. — Topic. 1, 5. ad Att. 16, 6, 1. Verr. Accusat. 2, 40, 99. Ibid. 5, 17, 44.

VELIENSES, olim Eleates, Veliae s. Eleae incolae. ad Fam. 7, 20, 1.

. VELIENSIS foederata civitas. Ex ea plerumque assumptae Cereris sacerdotes. pro Balbo 24, 55.

VELINA tribus. ad Att. 4, 15, 9.

VELINIA dea a lacu Velino. Varro LL. 5, 10. p. 77.

VELINUS lacus prope Reate. Reatinorum publica causa de Velini fluminibus et cuniculis. pro Scauro 2, 27. — Velinus lacus a M'. Curio emissus, interciso monte in Narem defluit: (et quidem de praeruptis cautibus, volgo nunc *Caduta delle Marmore*.) ad Att. 4, 15, 5. — Velini lacus nominatur a Varrone RR. 3, 2, 3.

C. VELLEIUS senator, Epicureus, disputans inducitur in libris de natura deorum. Ad eum tum Epicurei primas ex nostris hominibus deferebant. de Nat. D. 1, 6, 15. — L. Crassi oratoris familiaris. Ibid. 21, 58. — Familiaris L. Crassi, rudis in dicendi exercitatione. de Or. 3, 21, 78. Tribunus plebis fuit a. u. c. 664.

Q. VELOCIUS (*Venonius* Ursin.) puer artem gladiatoriam addidicerat; sed quod erat aptus ad illud totumque cognorat, fuit, ut est apud Lucilium: *quamvis bonus ipse Samnis in ludo ac rudibus quoivis satis asper;* sed plus operae foro tribuebat, amicis, rei familiari. de Orat. 3, 23, 86. — Perperam ex h. l. colligit Petavius apud Olivetum ad h. l. eum lanistam et actorem causarum eodem tempore fuisse. ERN. Nihil de eo praeterea constat.

VELVINUS (nomen fortasse corruptum:) vicinus Q. Ciceronis. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 4.

VENAFRANUS ager. de lege agr. 2, 25, 66. — Venafranus tractus. pro Plancio 9, 22.

VENAFRUM oppidum Campaniae septentrionalis. ad Att. 7, 13. b. 7. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 3. — Venafrum oleum. Varro RR. 1, 2, 6.

VENELIA dea a *veniendo* dicta. Varro LL. 5, 10. p. 77. *Venilia* eadem dicitur in Varr. Fragmm. p. 227. Bip.

VENERII, servi et liberti Veneris Erycinae. Divinat. 17, 55. — Id Verre praetore fuit novum genus publicanorum. Verr. Accusat. 3, 20, 50. Ibid. 22, 55. — Venerii in Sicilia permulti sunt: comparantur cum Martialibus Larinatibus. pro Cluentio 15, 43.

VENERIUS iactus est in lusu talorum, in quo quaternis talis ludebatur, cum singuli tali alium numerum ostendunt, scilicet 1, 3, 4, 6. Hic erat felicissimus casus idemque rarissimus. de Divin. 1, 13, 23. 2, 21, 48. Ibid. 59, 121.

VENILIA dea, unda est, quae ad litus venit. Varro Fr. p. 227. Bip. Vide VENELIA.

Vennonius (al. *Venonius*:) historicus exilis. de Legg. 1, 2, 6. — Moleste fero Vennonii me historiam non habere. ad Att. 12, 3, 1. — In enumeratione historicorum veterum, quam instituit Cicero de Legg. 1. l., post C. Fannium, qui floruit a. u. c. 620., et cuius aequalis fuisse videtur, nominatur Vennonius, a Dionysio Halic. 4. p. 220. post Fabium Catonemque memoratus. Vita eius et scripta non satis nobis cognita sunt; ignoramus ipsum praenomen nec quidquam traditum est de librorum numero. Praeter Ciceronem et Dionysium nemo eius mentionem facit, nisi falsarius scriptor de origine gentis Romanae Cap. 20., qui suo more alterutro vel ambobus abusus est ad affectandam reconditam litterarum Latinarum cognitionem. Cfr. Krause Histor. Lat. p. 175. — Vossius de Hist. Lat. L. 3. p. 226., putat non esse *Vennonius* scribendum, sed *Venonius*, quia ducatur a *Venox*. Et exhibent omnes Codd. et Edd. hanc scripturam pro Balbo 25, 56. Mihi vero rectius *Vennonius* videtur, uti est in lapidibus semel apud Donium, saepe apud Gruterum (quamquam et ibi *Venonium* reperio:) ducique puto a nomine *Venno*, quod ibidem est p. CCXCI. Ern.

Vennonius (al. *Helonius*, *Helenius*.) ad Att. 5, 12, 2.

C. Vennonius negotiator, familiaris Ciceronis. ad Att. 6, 1, 25. — Ei praefecturam negavi. Ibid. Ep. 3, 5. — Senatus consultum in heredes eius factum. (a. u. c. 708.) ad Fam. 13, 72, 2.

Sex. Vennonius. Verr. Accusat. 3, 39, 89. De C. Verris cohorte fuisse apparet, una ex manibus, quibus pecuniam aliis extortam capiebat. Ern.

Venonius Vindicius; de eius bonis ad Q. Metellum pervenit Tusculanum. pro Balbo 25, 56.

P. Ventidius Bassus. ad Fam. 10, 17, 1. — Ventidii mulionis castra despicio. Plancus ad Fam. 10, 18, 3. „Nescio, utrum ad locum ad Fam. 10, 18, 3. respiciat Plinius H. N. 7, 42., ubi Ciceronem auctorem esse dicit hunc Ventidium „mulionem castrensem suffarraneum" (Cic. Fragmm. p. 468.) fuisse, an vero ad alium ex oratione aut libro deperdito. De eius natalibus miraque fortuna vide praeter Plin. l. l. A. Gellium N. A. 15, 4. Ern. Verum illa Epistola, quam significat Ernestius, Munatii Planci est, non Ciceronis. — Hostes iudicati, qui M. Antonii sectam secuti sunt. Pseudocic. ad Brutum. 1, 3. — A. d. v. Kal. Mai., cum de iis, qui hostes iudicati sunt, bello persequendis sententiae dicerentur, dixit Servilius etiam de Ventidio et ut Cassius persequeretur Dolabellam. Pseudocic. ad Brutum. 1, 5. — Post proelium Mutinense se cum legionibus VII. VIII. IX. coniunxit cum Antonio. Pollio ad Fam. 10, 33, 4. — „Me praestaturum spero, ne Ventidius elabatur." D. Brutus ad Fam. 11, 9, 1. — Trans Apenninum itinere facto difficillimo ad Vada (Sabatia) pervenit atque ibi se cum Antonio coniunxit. D. Brutus. Ibid. 10, 3. Ib. 13, 3. — P. Ventidius significatur Philipp. 12, 8, 20. Fuit praetor a. u. c. 711., quo se ad Antonium contulit, eodemque extremo etiam consul. — Ventidio fui semper amicus, antequam ille rei publicae bonisque omnibus tam aperte est factus inimicus. Ibid. 9, 23. Philipp. 13, 2, 2. — De Ventidio, πανικὸν puto. ad Att. 16, 1, 4. — Ad Antonium quisquam veniat nisi Ventidii similis? Philipp. 13, 21, 48. — Ego Ventidium semper hostem (vocavi.) Philipp. 14, 8, 21. — Ventidiani rumores. Fragmm. p. 465. — Ceteri loci praecipui de P. Ventidio sunt Appiani B. C. 4, 2. 31. 5, 65. Plutarch. Ant. 34 et 57. Dio Cass. 47, 15. 48, 41. 49, 21. Ioseph. Ant. Iud. 14, 5, 9. Iuvenal. Sat. 11, 13. Fronto Ed. Rom. p. 181. Ventidius ille, postquam Parthos fudit fugavitque, ad victoriam suam praedicandam orationem a G. Salustio mutuatus est. Exstat eius nummus cusus ante mensem Iulium a. u. c. 716., cum Antonius, Pacoro a Ventidio occiso, hunc laudatum et donatum Romam ad triumphum remisisset. Plutarch. Ant. 57. (Triumphavit autem ex Tauro et ex Parthis a. d. v. Kal. Decembr. 715. (716. Varr.) V. Fastos triumphales.) M. Ant. imp. III. V. R. P. C. (M. Antonii caput nudum et barbatum cum lituo pone cervicem.) P. Ventidi. Pont. imp. (Ventidius nudus, stans, cum parva chlamyde reiecta in humerum sinistrum, dextra hastae innisus, sinistra olivae ramum protendens. Cfr. Borghesi in *Giornale Arcadico* Vol. 25. p. 88., qui primus hunc nummum recte descripsit atque explicavit.

Venuleia, uxor, ut videtur, P. Licinii Crassi cos. a. u. c. 623. ad Att. 12, 24, 2.

Venuleius, decumanus, homo improbus de Verris cohorte. Verr. Accusat. 3, 42, 99.

Venuleius, Latinus, Horatius. ad Fam. 12, 30, 7. Legati, ut videtur, C. Calvisii a. u. c. 711., qui cum aliis quibusdam Africam absente Calvisio administrare audebat, obtinente ex senatus consulto provinciam Cornificio. Ei lictores ut ceteris ademerat Cornificius, quod factum probat Cicero. Quaestorem provincialem fuisse a. u. c. 702. (703. Varr.) reperio eodem anno, quo et Latinus et Horatius, eiusdem Calvisii legati, quaestores fuere. Ern. Haec quidem incertissima coniectura nituntur Pighii Vol. 3. p. 421.

Venus. — Veneris nomen nec Latinum nec Graecum, iudice Varrone. Varro Fr. p. 371. Bip. — Quae dea ad res omnes *veniret*, Venerem nostri nominaverunt, atque ex ea potius *venustas* quam Venus ex *venustate*. de Nat. D. 2, 27, 69. — Venus dicta, quia venit ad omnia. de Nat. D. 3, 24, 62. — Venus prima, Caelo et Die nata, cuius Elide delubrum vidimus; altera spuma procreata, ex qua et Mercurio Cupidinem secundum natum accepimus; tertia Iove nata et Diona, quae nupsit Volcano; sed ex ea et Marte natus Anteros dicitur; quarta Syria Cyproque concepta, quae Astarte vocatur, quam Adonidi nupsisse proditum est. de Nat. D. 3, 23, 59. — Veneris est procuratio hortorum. Varro RR. 1, 1, 6. — Apellis Venus Anadyomene („exiens e mari." Plin. 35, 10, 36.) ad Att. 2, 21, 4. „Sunt, qui Venerem Anadyomenen Campaspes, Alexandri M. pellicis, pictam exemplari putant." Plin. l. l. Athenaeus 13. 590. F. Phrynes exemplari pictam tradit, quae Eleusi Posidoniorum die festo nuda mare ingressa est. Eadem Coa. — Venus Cnidia marmorea, a Praxitele sculpta. Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Venus Coa; tabula ab Apelle incboata. Orat. 2, 5. — Item de Nat. D. 1, 27, 75. — Ad Att. 2, 21, 4. — Veneris Coae pulchritudo. de Divin. 1, 13, 23. — Venus Erycina. Ei multae erant in testamentis Siculorum, si commissum quid esset. Verr. Accusat. 2, 9, 25. — Eius liberti vocabantur Venerii. Divinat. 17, 55. — Cfr. *Dissertazioni risguardanti il culto di Venere Ericina scritte da* Ambrogio Balbi *Genovese. Torino, Pomba* 1824. 8. — Venus Genetrix. Varro Fr. p. 353. Bip. — Venus Libitina. Varro LL. 6, 6, p. 225. — Venus Murtea. Varro LL. 5, 32. p. 154. — Venus paeta. Varro Fr. p. 295. Bip. — Venus victrix, - - caeligena. Varro LL. 5, 10. p. 68. — Venus nata e spumis. Ibid. p. 69. — Venus Volupia (s. Voluptas dea,) item Lubentina. de Nat. D. 2, 23, 61. Cfr. Venus Libentina ap. Varr. LL. 6, 6. p. 224. — Quid arbitramini Rheginos, qui iam cives Romani sunt, merere velle, ut ab iis marmorea Venus illa auferatur? Verr. Accusat. 4, 60, 135. — Veneris bigae. Varro Fragm. p. 315. Bip. — Veneris stella, φωςφόρος Graece, Latine dicitur Lucifer, cum antegreditur solem, cum subsequitur autem Hesperos. (Vesper Latine, Graece Ἕσπερος. Heindorf.) de Nat. D. 2, 20, 53. — Stella Veneris aut Iovis coniuncta cum Luna ad ortus puerorum salutaris. de Divin. 1, 39, 85. — Veneris stella. de Rep. 6, 17, 17. (Somn. Scip. C. 4.) — Veneris stella, Plauto Vesperugo; portentum in ea factum Ogyge rege. Varro Fr. p. 235. Bip. — Veneris iactus est in lusu talorum, in quo quaternis talis ludebatur, cum singuli tali alium numerum ostendunt, scil. 1, 3, 4, 6. Hic scilicet erat felicissimus casus idemque rarissimus. v. Casaubon. ad Sueton. Aug. 71. de Divin. 1, 13, 23. Ibid. 2, 21, 48. Ibid. 59, 121. — *Venere prognatus* (Caelius ad Fam. 8, 15, 2.) est C. Iulius Caesar. — Tuscul. 4, 34, 73. — Fragmm. p. 468. — In illa calamitate non Martem fuisse communem, sed Venerem possumus dicere. Verr. Accus. 5, 50, 132. Hoc facete dictum respicit calamitatem a piratis acceptam, quae Verris negligentia et culpa acciderat, qui illo ipso tempore cum mulierculis in litore perpotaverat. Pro Caelio 21, 52. iocose Clodia dicitur Venerem suam spoliatricem ornamentis spoliasse, quibus ea iuvenes amatores spoliaverat iisque Veneris signum, quod habebat in armario, exornare solebat. Atque postea simili ioco: „tua denique Hospitalis illa Venus Adiutrix esse non debuit:" quia erat etiam Venus Adiutrix.

Venusia, oppidum in finibus Apuliae et Lucaniae, patria Horatii Flacci;

unde Venusini. Ern. Scil. ad Her. 2, 28, 45., ubi *Venusinis* olim falso legebatur pro *Vestinis Pinnensibus*. ad Att. 5, 5, 1. ad Att. 16, 5, 4.

Venusini apud nonnullos leguntur pro *Vestinis Pinnensibus* Her. 2, 28, 45.

Venusinum, villa Ciceronis. ad Fam. 14, 20.

Vercellae, municipium Galliae Transpadanae, hodie *Vercelli*. ad Fam. 11, 19, 2.

Vergiliae i. e. Pleiades, septem volgo perhibentur, cernuntur vero sex. Arat. v. 262. de Nat. D. 2, 44, 112. — Varro RR. 1, 28, 2.

Vergilius. Vergilii (al. *Verginii*) commentarium. Varro LL. 7, 3, p. 325. Varro Fr. p. 256. Bip.

C. Vergilius sive Virgilius: apud Ciceronem prior scriptura videtur praeferenda. — Ex illo incendio legum (a. u. c. 696.) Siciliam petivi animo, quae - - obtinebatur a C. Vergilio, quocum me vel maxime cum vetustas, tum amicitia, cum mei fratris collegia, tum rei publicae causa sociarat. Cum ipsa paene insula mihi sese obviam ferre vellet, praetor ille eiusdem tribuni pl. (P. Clodii) contionibus propter eandem rei publicae causam saepe vexatus, nihil amplius dico nisi: me in Siciliam venire noluit cet. pro Plancio 40, 95. — C. Vergilius pro praetore Siciliae: (a. u. c. 695.) eius laudes. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 7. — Schol. Bob. in Clodium p. 333. Cfr. ad Att. 12, 51, 2. (a. u. c. 709.) — C. Vergilius, propinquus C. Caelii Caldi, familiarissimus Ciceronis. ad Fam. 2, 19, 2. — C. Vergilius, praetorius, Pompeianus. a u. c. 707, Thapsi praeerat; naves Caesarianas consectari coepit. Bell. Afric. 28. — Post proelium ad Thapsum, oppidum Caesari primum non tradit. Ibid. 86.

C. Vergilius. (al. Virginius.) Te imperatore infelicissimo et teterrimo, Caesonine Calventi (L. Piso), civitas libera - - sic spoliata atque nudata est, ut, nisi C. Vergilius legatus, vir fortis et innocens, intervenisset, unum signum Byzantii ex maximo numero nullum haberent. de prov. cons. 4, 7. — Quis hic C. Vergilius sit, nescio. Nam praetor ille Siciliae an sit, dubito, quod vix Romam rediisse potuit, cum Piso in provinciam abiret, si quidem rediit, et non eo quoque anno Siciliam obtinuit. C. Virginium autem reperio tribunum plebi a. u. c. 690. (691. Varr. scilicet apud Pighium.) Ern.

M. Vergilius, (al. Virgilius, Virginius), frater T. Aufidii, tribunus pl. (a. u. c. 667.) L. Sullae imperatori diem dixit. Ceterum parum dicebat. Brut. 48, 179. — Subornatus a Cinna diem dixit Sullae, ut eum a profectione ad bellum Mithridaticum abstraheret. Sed Sulla neglecto Vergilio abiit, ut est apud Plutarchum in Sulla 10., ubi Οὐεργίνιος dicitur. Hoc placebat Corrado et Ellendtio.

Verginius fenerator (?) ad Att. 12, 5, 2. Sic scribendum est apud Ciceronem, non *Virginius*.

A. Verginius. Equidem (loquitur Laelius Sapiens) admodum adolescentis P. Rutilii, A. Verginii familiaritate delector. Lael. 27, 101. Fuit ergo P. Rupilii aequalis. Ceterum hanc lectionem ex Mss. revocavit Langius, qui valde hic variant et de lectione vehementer dissentiunt Viri docti. Vide Gulielm. et Grut. ad h. l. Item Pighii Annal. ad a. u. c. 634. Mihi omnem dubitationem de h. l. tollere videtur, quod ita, ut hic, iunguntur apud Pomponium de Orig. Iur. §. 40. P. Rutilius Rufus et Paullus (quod est vitiosum pro *Aulo*) Verginius, ut eorundem praeceptorum in iure civili, in primisque P. Mucii, discipuli. Cfr. Car. Langium ad h. l. et Rupert. ad Pompon. L. 3. C. 6. Ern.

A. Verginius Tricostus. Eo et T. Veturio Cicurino coss. a. u. c. 260. plebs in Montem Sacrum secessit, et duos tribunos creavit. Ascon. in Cornel. p. 76.

D. Verginius virginem filiam propter unius ex decemviris intemperiem in foro sua manu interemit, ac maerens ad exercitum, qui tum erat in Algido, confugit. de Rep. 2, 37, 63. — Loco sequente Codices habent L. Verginius, ut est apud Livium 3, 44. — L. Verginius tenuis unusque de multis sexagesimo anno post libertatem receptam (a. u. c. 305.) virginem filiam sua manu occidit potius, quam ea App. Claudii libidini, qui tum erat summo imperio, dederetur. de Finn. 2, 20, 66. — Verginius interfecit filiam, ne stupraretur. de Finn. 5, 22, 64.

C. Verres, C. Verris pater, senex, senator (a. u. c. 682.) Verr. Accusat. 2, 39, 95.

C. Verres, C. F., quaestor Cn. Carbonis in Gallia eum et provinciam deserit. Ad Sullam victorem transit et pecuniam publicam avertit (Verr. Accus. 1, 13, 34.) — Cn. Dolabellae legatus in Cilicia et quaestore Malleolo mortuo, pro quaestore. — Furta et scelera in ea legatione perpetrata. (Ib. Cap. 17-19.) — Malleoli pecuniam avertit nec pupillo restituit. (Ib. C. 36. seqq.) — Contra Cn. Dolabellam a M. Scauro accusatum testimonium dicit eumque prodit. (Ib. C. 38.) — Praetor urbanus a. u. c. 680. (Ib. C. 40. seqq.) — Eius praeturae flagitia. In praetura ex SCto de sartis tectis iudicat. (Ib. usque ad finem.) — Post praeturam Siciliam provinciam pro praetore obtinuit per triennium a. u. c. 681—683., ubi primum in iurisdictione avarissime et iniquissime versatus est. (Verr. Accus. 2, 12. seqq.); secundo in re frumentaria innumerabilia furta commisit, primum in frumento decumano (Verr. Accus. 3, 6—69.); deinde in empto (Ibid. 70—80), denique in aestimato: (Ibid. 81. seqq.); tertio Siculos fere omnibus signis, picturis, gemmis vasisque pretiosis spoliavit: (Verr. Accus. 4, 2. seqq.); postremo plurimos homines innocentes (Verr. Accus. 5, 2—52.), in his etiam cives Romanos (Ibid. C. 53. seqq.) crudelissimis suppliciis affecit. — Eum Lampsaceni vivum comburere voluerunt. Verr. Accus. 1, 31, 78. — Ei eiusque filio statuae ponuntur inauratae Syracusis. Accus. 2, 21, 50. — Eius adventus in urbem Syracusarum cum M. Marcelli victoria comparatus. Accus. 4, 52, 115. Cfr. Verria. Ceteri loci praecipui de Verre hi sunt: C. Verres C. F. Marianus fuit, et ad Sullanas transiit partes. Schol. Gronov. in Act. I. in Verr. p. 387. — Quaestor Cn. Papirio consule (iterum a. u. c. 670.) fuisti abhinc annos quattuordecim; ex ea die ad hanc diem quae fecisti in iudicium voco. Hora nulla vacua a furto, scelere, crudelitate, flagitio reperietur. Hi sunt anni consumpti in quaestura et legatione Asiatica et praetura urbana et praetura Siciliensi. Quare haec eadem erit quadripertita distributio totius accusationis meae. Verr. Accusat. 1, 12, 34. — Verres familiaris Hortensii. Orat. 37, 129. — Omnem imperatoriam laudem ei defuisse contendit Cicero Verr. Accusat. 5, 1, seqq. Contra haec de eodem Salustius in Histor. libro incerto apud Arusianum Lindem. p. 254. (Histor. 3. p. 225. Ed. Gerl. min.): C. Verres litora Italiae propinqua firmavit. — C. Verres, „homo sanctus et diligens." pro Cluentio 33, 91. — Passim memoratur in Divinatione in Q. Caecilium. Reus in iudicium adductus est (a. u. c. 684.) — C. Verres homo vita atque factis omnium iam opinione damnatus, pecuniae magnitudine sua spe et praedicatione absolutus. Adduxi depeculatorem aerarii, vexatorem Asiae atque Pamphyliae, praedonem iuris urbani, labem atque perniciem provinciae Siciliae. Verr. Act. 1, 1, 2. — Est idem Verres, qui fuit semper. Ibid. Accusat. 1, 1, 2. — Eius gener, lectus adolescens, (quem Cicero nusquam non cum honore aliquo verborum nominat. Zumpt.) unum tantum annum cum illo fuit. Verr. Accusat. 2, 20, 49. Eius nomen ignoramus. — Homines erant, qui etiam ridiculi inveniebantur ex dolore. Quorum alii negabant mirandum esse, ius tam nequam esse verrinum; alii etiam frigidiores erant, sed, quia stomachabantur, ridiculi videbantur esse, cum Sacerdotem exsecrabantur, qui verrem tam nequam reliquisset. Verr. Accusat. 1, 46, 121. — Eius filius in patris luxurie sic vixit, ut nullum unquam pudicum neque sobrium convivium videret. Verr. Accusat. 3, 68, 160. — Scelera eius in C. Carbonem et Cn. Dolabellam. Verr. Accusat. 3, 76, 177. — Asinius Pollio Verrem Ciceronis reum fortissime morientem tradidit. Seneca Suasor. 6. p. 47. Ed. Gronov. — Traditur non alia de causa Verrem, quem Cicero damnaverat, proscriptum esse ab Antonio, quam quod Corinthiis se ei cessurum negavisset. Plinius H. N. 34, 3. — Victorinus I. p. 42. 44. 45. 56. — Pseudoascon. in Divin. p. 97. Fuit e Corneliis.

Q. Verres, Romilia tribu, ex optima divisorum disciplina, Verris patris discipulus atque amicus. Verr. Act. 1, 8, 23.

Verria lex. Saepe decumae in Sicilia tanti venierunt, cum lege Hieronica venierunt, quanti lege Verria venierunt. Verr. Accusat. 3, 49, 117.

Verria, dies festus Syracusis a C. Verre suum in honorem institutus. Verr. Accusat. 2, 21, 52. Ibid. 46, 114. Ibid. 63, 154. Ibid. 4, 10, 24. — Verria illa flagitiosa apud Syracusanos sublata sunt. Verr. Accusat. 4, 67, 151.

Verrinae, id est, Orationes in Verrem habitae, praecipue Accusationis libri quinque. — Accusatio duriorum suppeditabit exempla. Orat. 38, 131.— Accusationis quartus. Ibid. 50, 167. — Accusationis secundus et quartus. Orat. 62, 210. — Verrinarum s. Accusationis septem libri. Orat. 29, 103. Ubi vide adnotationem meam in Ed. altera minore. Lambini coniecturam pro *septem* legentis *quinque* improbavit etiam Cramer Excursuum ad Gellium Triade Kiliae. 1827. 4. pag. 55: „quamquam ipse Cicero alibi et Asconius Quintilianusque non septenarium, sed quinarium numerum produnt, illorum tamen locorum alia ratio est atque huius. In quo cum glorietur se in Verrinis omnia dicendi genera cumulasse, profecto noluit indicare id solum quinque libris secundae Actionis praestitum fuisse, verum etiam in Divinatione et Actione prima." Etiam Codd. Gud. 2. Gud. 38. Aug. XII. 13. et Ed. Romana princeps habent *septem*.

Verrius, Paeti familiaris. — Qua munditia homo! qua elegantia! ad Fam. 9, 20, 2. et Ep. 26, 1. Manutio videtur Verrius Flaccus, iuris pontificii peritus (Varro Fr. p. 372. Bip.), cuius libertus fuit Verrius Flaccus grammaticus. — Verrius familiaris P. Lentuli, propraetoris (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 14, 5.

C. Verrutius C. F., nomen fraudis causa a C. Verre et L. Carpinatio confictum. Verr. Accusat. 2, 76, 187. seqq.

Versius, scriba Sertorii. Sal. Hist. 3. p. 216. Ed. Gerl. min.

Vertumnus: vide Vortumnus.

Vescinum, praedium prope Vesciam, oppidum olim non procul a Minturnis situm ad Lirim. ad Att. 15, 2, 1. cfr. Bentleium ad Lucanum 2, 475.

Vescinus ager. de lege agr. 2, 25, 66.

Veseris, fluvius, item oppidum Campaniae, sub monte Vesuvio. — Latini a T. Manlio Torquato tertium cos. a. u. c. 414. ad Veserim fusi et fugati. de Off. 3, 30, 112.

Vespa Terentius. Vide Terentius Vespa.

Vesta: eius nomen a Graecis est; ea est enim, quae ab illis Ἑστία dicitur; vis autem eius ad aras et focos pertinet. Itaque in ea dea, quae est rerum custos intimarum, omnis et precatio et sacrificatio extrema est. de Nat. D. 2, 27, 67. — Vesta, quasi focum urbis, ut Graeco nomine est appellata, complexa est: eius cultus. de Legg. 2, 12, 29. — Eius ignis perpetuus ac sempiternus. in Catil. 4, 9, 18. — Palladium quasi pignus nostrae salutis atque imperii custodiis Vestae continetur. pro Scauro 2, 48. — Vesta mater. Pro domo 57, 144. — Sacerdotibus Vestae sit perpetua virginitas. Iulius Victor p. 206. — Vestae res limen. Varro Fr. p. 254. Bip. — Eius lucus a Palatii radice in Novam Viam devexus est. de Divin. 1, 45, 101. De hoc luco, qui sub Commodo combustus est, vide Herodianum Lib. I. C. 14. Ern. — Vestae simulacrum P. Crassi sanguine respersum. de Or. 3, 3, 10. — Vestae templum. ad Fam. 14, 2. 2.

Vestales. De capite virginum Vestalium pontificum collegium indicabat. de Harusp. resp. 7, 13. — Varro Fragmm. p. 337. Bip. — Vestales virgines, Aemilia, Marcia, Licinia, aliae propter incestum damnatae partim a L. Metello pontif. max., partim a L. Cassio. Ascon. in Milon. p. 46. Vide L. Cassius. Cfr. Dionem Cassium in Fragmm. Libror. XXXIV. prior. Ed. Sturz. T. 1. p. 89. — Virginum Vestalium absolutio decimo anno ante Ciceronis consulatum (a. u. c. 681.) in Catil. 3, 4, 9. — Virginum Vestalium iudicium, incestus crimine accusatarum et M. Pisone defendente absolutarum. Brut. 67, 236.

Vestales Albanae Virgines Albanae dicuntur Asconio in Mil. p. 41. cfr. Inscriptt. meas Latinas N. 2240.

Vestalia. Varro LL. 6, 3. p. 199. — Vestalia sacra de incendio liberavit Metellus. Varro Fr. p. 230. Bip.

Vestini Pinnenses, prope agrum Picenum, hodie *Civita di Penna*. Her. 2, 28, 45.

C. Vestorius Puteolanus argentarius. De eo optime existimabat Atticus. ad Att. 6, 2, 3 et 10. — Vestorio non desum. Gratum enim tibi esse intelligo cet. ad Att. 4, 16, 4. Lib.

5, 2, 2. — Eius Latinus ἀττικισμός. Ibid. Ep. 17, 1. — Vestorius, Ciceronis familiaris. ad Fam. 6, 11, 2. — Vestorius valde est in me liberalis. ad Att. 4, 6, 4. — Vestorius noster cet. Ibid. 14, 1. — Vestorius aedificandi mihi consiliarius et auctor. ad Att. 14, 9, 1. — Vestorius, homo remotus a dialecticis, in arithmeticis satis exercitatus. ad Att. 14, 12, 3. — Vestoriana haeresis. (Sic per iocum appellasse videtur Atticus argentarios fenori exercendo intentos.) Ib. Ep. 14, 1. — Ad Tusculanas disputationes tu etiam Vestorium hortaris. Lib. 15, 4, 3. — Eius controversia cum Sempronio Rufo. Caelius ad Fam. 8, 8, 1. — Memoratur praeterea ad Att. 10, 13, 2. ad Att. 13, 12, 4. ad Att. 13, 46, 3.

P. Vestrius, eques Ro., Pompeianus, captus; ei ignovit Caesar a. u. c. 707. Bell. Afric. 64.

Vesuvius habet loca leviora et ideo salubriora. Varro RR. 1, 6, 3.

L. Vetecilius Ligur. Verr. Accus. 2, 8, 24. falsa lectio pro L. Vecilius Ligur.

Veteres tabernae in foro Romano. Acad. 2, 22, 70. Vide Novae.

P. Vetilius, propinquus Sex. Aebutii, testis in causa A. Caecinae. pro Caecina 9, 24.

Vettienus. ad Att. 10, 5, 3. Vettienum mihi amicum, ut scribis, ita puto esse: cum eo, quod ἀποτόμως ad me scripserat de nummis curandis, θυμικώτερον eram iocatus cet. Monetali adscripsi, quod ille ad me pro consule. Ib. Ep. 11, 5. Ib. 13, 2. Ib. Ep. 15, 4. (Argentarium fuisse ex locis his vel feneratorem saltem intelligitur. Ern.) — Vettienum et Faberium foveo. ad Att. 15, 13, 3 et 5. — Ad Att. 12, 3, 2. — Ambigitur de scriptura, utrum *Vettienus*, an *Vectienus*. Olim perperam edebant *Vectenus*.

Vettius, eques Romanus, amicissimus Catilinae. Q. Cic. de Pet. C. 3, 10.

Vettius quidam cum quadrantes aereos flagitii mercedem per fraudem Clodiae dedisset, (Plutarch. Cic. 29.) M. Camurtius et C. Caesernius, alii Clodiae amatores, nefario stupro amicae iram ulti sunt. pro Caelio 30, 71. (Cfr. Ed. meam minorem.)

Vettius. Qui villam me moleste ferunt habere, quae Catuli fuerat, a Vettio me emisse non cogitant. ad Att. 4, 5, 2. — Idem est fortasse cum Vettio mancipe: praeterea suspicari licet eundem haud diversum esse a Scatone illo, qui memoratur pro domo 44, 116.

Vettius manceps, iudex Romae, res indigna. ad Att. 6, 1, 15.

Vettius. ad Att. 2, 4, 7. Vide Vettius Chrysippus.

Vettius Picens, Sullae satelles. Sal. Hist. 1, 15.

L. Vettius index: per eum P. Vatinius Ciceronem oppugnavit. pro Sestio 63, 132. — Eum, cum in senatu confessus erat se cum telo fuisse, Cn. Pompeio suis manibus necem offerre voluisse, in contionem produxit P. Vatinius, tribunus pl. (a. u. c. 695.) in Vatinium 10, 24. — Idem Vatinius promulgavit quaestionem de multis amplissimis viris, indici Vettio praemia amplissima; quibus rebus omnium mortalium non voluntate, sed convicio repudiatis fregit in carcere cervices ipsi illi Vettio, ne quod indicium corrupti indicii exstaret eiusque sceleris in se ipsum quaestio flagitaretur. Ibid. 11, 26. — L. Vettius, homo perditissimae temeritatis, indicium detulit ad senatum, sibi per quosdam praepotentes et nobiles consulares caedem mandatam, ut ingredientes forum Cn. Pompeium et C. Caesarem interficeret. Complectebatur autem hoc indicio plurimos senatores, in quis fuit et ipse M. Tullius et L. Piso et duo Curiones et alii quam plurimi nominati. Sed enim (de vi reus factus et) coniectus in carcerem Vettius ibidem supremum diem vitae habuit, ex eorum videlicet mandatu, quantum rumor ferebat, occisus, qui eum ad calumniosum illud indicium subornaverant. Schol. Bob. pro Sestio p. 308. in Vatin. p. 320. — Vettius ille, ille noster index (a. u. c. 695.) Caesari pollicitus est sese curaturum, ut in aliquam suspicionem facinoris Curio filius adduceretur. ad Att. 2, 24, 2. — Tota historia indicii Vettiani in illa epistola exponitur. Cfr. Interpretes, nominatim Oudendorpium et Baumgarten-Crusium, ad Suet. Caes. 17 et 20. — Cognomen *Iudicis* ad gentem Vettiam pertinere nummi testantur, sed non potest certo argu-

mento inde cognomen huic Vettio quaeri, nec video, quodnam aliud Pighius ad a. u. c. 694. (695. Varr.) habuerit. Non dubitat tamen Oudendorpius ad Suet. Caes. 17., quin hic T. Vettius Iudex appellaretur, quamquam cognomina Vettiorum *Chilo*, *Scato*, alia, ipsi, ut opinor, ignota non erant. Sed in eo Pighium cum Oudendorpio plane sequor, quod T. Vettium Flacci iudicio praefuisse, Africam sortitum iam, praetoriam certe provinciam, existimavit hoc loco probari. Garatonius ad Flacc. 34. p. 235. Ed. Neap. Exstat nummus cum his inscriptionibus: Sabinus S. C. Ta. = T. Vettivs Ivdex. (antiquior T. Vettio praetore a. u. c. 695.); quo nummo praeeunte Ursinus et Patinus contendunt, quoties apud Ciceronem vel Suetonium ad nomen L. Vettii, qui famosum illud indicium fecit, additur *index*, pro hoc reponendum *Iudex*. Audax oratio. Vettius ab his scriptoribus dicitur *index*, quia re vera index fuit, ut idem Cicero alibi *Nerius index* (ad Q. Fr. 2, 3.) et multis locis aliis. Eckhel D. N. 5. p. 336.

P. Vettius, quaestor C. Verris, in Sicilia, homo honestus. Verr. Accusat. 5, 44, 114.

Sex. Vettius, Attici amicus, coheres Ciceronis, (a. u. c. 709.) ad Att. 15, 12, 4.

T. Vettius (Iudex?) pro Flacco 34, 85. — Praetor a. u. c. 695, quaestionem de repetundis sortitus in causa Flacci quaesitor. Ern. V. L. Vettius.

P. Vettius Chilo, eques Romanus honestissimus atque ornatissimus, magister scripturae et sex publicorum, testis in C. Verrem. Verr. Accusat. 3, 71, 166. — Ceteroqui amicus Verris et eius uxoris frater. Ibid. §. 168.

Vettius Chrysippus, Cyri architecti libertus, ipse quoque architectus. ad Fam. 7, 14, 1. ad Att. 13, 29, 2. Ibid. 14, 9, 1. Idem fortasse qui ad Att. 2, 4, 7. simpliciter appellatur Vettius. (Ernestius in Clavi hunc nescio qua ratione adductus Cyrum architectum vocat.) De eodem Vettio Chrysippo Quintilianus 6, 3, 61.: „Chrysippus, cum in triumpho Caesaris eborea oppida essent translata et post dies paucos Fabii Maximi lignea, thecas esse oppidorum Caesaris dixit."

P. Vettius Scato, dux Marsorum in bello sociali, a. u. c. 665. Cum eo Cn. Pompeius colloquium inter castra habet. Philipp. 12, 11, 27. Ubi consulendus Garatonius, item Schweighaeuser ad Appian. Vol. 3. p. 702. Maximum dubium inest in eo, utrum Velleii Paterculi 2, 16. Insteius Cato idem sit cum eo, quem P. Vettium Scatonem h. l. nominat Cicero, nec ne. Neque vero mero librarii Velleiani errori tribui potest nomen gentis etsi raro memoratae, sed tamen certae auctoritatis Insteius. Seneca denique variat in praenomine de Benef. 3, 23. extr.: „C. Vettius, praetor Marsorum, ducebatur ad Romanum imperatorem. Servus eius gladium militi ipsi, a quo trahebatur, eduxit et primum dominum occidit, deinde: „Tempus est", inquit, „me et mihi consulere: iam dominum manumisi." Atque ita se uno ictu transiecit."

Q. Vettius Vettianus e Marsis, aequalis Ciceronis, prudens vir et in dicendo brevis. Brut. 46, 169.

Veturii nobiles cognominati Cicurini. Varro LL. 7, 5. p. 368.

T. Veturius Calvinus, Sp. Postumius Albinus, coss. iterum a. u. c. 435. Caudino proelio a C. Pontio Thelesino, Herennii filio, Samnite superati. Cato 12, 41. — T. Veturius Calvinus et Sp. Postumius Albinus coss. iterum, cum male pugnatum apud Caudium esset, legionibus nostris sub iugum missis pacem cum Samnitibus fecerunt; dediti sunt iis cet. de Off. 3, 30, 109.

T. Veturius Cicurinus. Eo et A. Verginio Tricosto coss. a. u. c. 260. plebs in Montem sacrum secessit et duos tribunos creavit. Ascon. in Cornel. p. 76.

L. Veturius Philo consul cum Q. Metello (a. u. c. 548.) Brut. 14, 57.

L. Veturius Philo. — L. Philoni (quaestori ignoto) in C. Servilium (Vatiam, praetorem suum aeque ignotum) nominis deferendi potestas non est data. Divinat. 19, 63.

Via sacra. Varro LL. 5, 8. p. 53.

C. Vibienus, senator, vir optimus, in turba concitata a P. Clodii servis, ita est mulcatus, ut vitam amiserit. pro Milone 14, 37. — C. Vibienus, senator, elisus in tumultu circa P. Clodii cadaver facto. a. u. c. 702. Ascon. in Mil. p. 35.

Vibius. Ab eo Cicero accepit libros Alexandri Lychni, poëtae inepti. ad Att. 2, 20, 6. Est fortasse C. Vibius Pansa. Schuetz. Vide tamen Vibius Curius.

Vibius Cappadox (al. *Capax*), Larinas, ab A. Cluentio veneno esse sublatus dicebatur. pro Cluentio 60, 165. Mirum sane cognomen *Cappadox*, quod tamen optimi Codices praebent.

L. Vibius, eques Romanus, vir primarius, magister societatis portus Syracusis. Verr. Accusat. 2, 74, 182.

Sex. Vibius, Larinas, interfectus ab Oppianico. pro Cluentio 8, 25.

T. Vibius, familiaris D. Bruti. ad Fam. 11, 12, 1.

C. Vibius Norbanus. (Huius gentis nomen interiit et cognomen Norbanus nominis vicem subiit. Certe in nummis apud Eckhel D. N. 5. p. 262. et in Fastis Capitol. ad a. u. c. 670. (671. Varr.) non est nisi C. Norbanus. C. Norbanus Bulbus vocatur consul a. 671. in Inscript. apud Grut. MXXXI. 9. Perperam Spanhemius T. 2. p. 11. opinatur Norbanos genti Iuniae subiiciendos, quam sententiam praeclare refutavit Odericius (*Saggi di Cortona* 8. p. 180.) Pighius T. 2. p. 692. Norbanos in Tigelliis numerat, sed nulla allata auctoritate. Eckhel l. l.) — Fuit cognomen gentis Vibiae, ut probat B. Borghesius Dec. num. 10. n. 10. — C. (Vibius) Norbanus a. u. c. 659. Q. Servilium Caepionem, quod eius culpa populi Romani exercitus a Cimbris deletus esset simulque auri Tolosani crimine apud populum reum fecit. Senatus, cui Caepio lege a. u. c. 648. lata iudicia restituere tentaverat, summis viribus, ut eum servaret, contendit; intercesserunt L. Cotta, T. Didius tribuni pl. collegae; sed orta seditione hi tribuni Rostris pulsi, optimates lapidibus Foro remoti, M. Aemilius Scaurus, princeps senatus, volneratus est; ita rogatione per vim perlata Caepio, quem L. Crassus consul frustra defenderat, Smyrnam in exsilium cessit; Norbanus deinde ob seditiosum tribunatum lege Appuleia maiestatis accusatus est a Sulpicio adolescente, sed accusatoris eloquentiam et Scauri testis auctoritatem M. Antonii oratio vicit. Cfr. Valer. Max. 8, 5, 2. Henrichsen. — C. Norbanus accusatus a P. Sulpicio Rufo a. u. c. 660.; defensus a M. Antonio, cuius quaestor fuerat. de Or. 2, 21, 89. Ibid. Cap. 25, 107. — Homo seditiosus furiosusque. Ib. Cap. 28, 124. Ibid. Cap. 47, 197. — C. Norbanus, seditiosus et inutilis civis, a P. Sulpicio Rufo in iudicium vocatus. de Off. 2, 14, 49. — Quaestio: minueritne maiestatem Norbanus? — Non minuit maiestatem, quod egit de Caepione turbulentius. Partitt. orat. 30, 104 et 105. — Cum bello sociorum tota Italia arderet, homo non acerrimus nec fortissimus C. Norbanus (pro praetore Siciliae circa a. u. c. 663. 664.) in summo otio fuit; perfacile enim sese Sicilia iam tuebatur, ut ne quod ex ipsa bellum posset existere. Verr. Accus. 5, 4, 8. Ibid. 3, 49, 117. Sine causa Ernestius et Schuetzius C. Norbanum, pro praetore Siciliae, distinguunt a C. Norbano tribuno plebi et consule. Nam idem potest esse domi „seditiosus furiosusque", belli „non acerrimus nec fortissimus": nec praeterea iis temporibus alter apud scriptores reperitur C. Norbanus diversus a tribuno pl. — Hic idem Norbanus consul factus est cum L. Cornelio Scipione Asiatico a. u. c. 671. pro Quint. 6, 24., quo in magistratu apud Canusium a Sulla victus Capuam aufugit (Vellei. Pat. 2, 25.) et proscriptus se ipse interemit.

C. Vibius Pansa putabat Gabinium a Cicerone fuisse defendendum. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 5, 5. — Fuit trib. pl. a. u. c. 703. ad Fam. 8, 8, 6 et 7. — Pansa, „mei cupidus", valebat apud Caesarem non minus auctoritate quam gratia (a. u. c. 708.) ad Fam. 6, 12, 2. — Gravis homo et certus. Ibid. §. 3. — C. Pansa, praestanti vir ingenio, ausus est confiteri Q. Ligarium in Africa fuisse (ironice.) pro Ligario 1, 1. — Eius profectio a. u. c. 709. ad Att. 12, 14, 4. Ibid. Ep. 17. Ib. Ep. 19, 3. — Pansa paludatus a. d. III. Kal. Ian. (a. u. c. 709.) profectus est (in Galliam Cisalpinam, M. Bruto successurus.) ad Fam. 15, 17, 3. — Ea de re gaudet C. Cassius. Ibid. 19, 2. — Cfr. de Pansae praefectura in Gallia Cisalpina Musei Sanclementiani Numism. selecta Vol. 3. p. 242—251. Sanclementius in loco ad Fam. 15, 17, 3. legit *a. d. III. Kal. Iun.* pro *Ian.* — Pansa decessurus erat de Gallia provincia a. u. c. 709. ad Att. 12, 27, 3. — Pansa a. u. c.

710. vehementer obstitit Ciceroni C. Cassii dignitatem et in senatu et ad populum defendenti. ad Fam. 12, 7, 1. — Pansam et Hirtium ego penitus novi libidinum et languoris effeminatissimi animi plenos: qui nisi a gubernaculis recesserint maximum ab universo naufragio periculum est. Incredibile est, quae ego illos scio, oppositis Gallorum castris, in aestivis fecisse, quos ille latro (Antonius), nisi aliquid firmius fuerit, societate vitiorum deleniet. Res est aut tribuniciis aut privatis consiliis munienda. Nam isti duo vix sunt digni, quibus alteri Caesenam, alteri Cossutianarum tabernarum fundamenta credas. (a. u. c. 710.) Q. Cicero ad Fam. 16, 27, 1. — Pansam bene loqui credo; semper enim coniunctum esse cum Hirtio scio. Amicissimum Bruto et Cassio puto, si expediet. Sed quando illos videbit? Inimicum Antonio: quando aut cur? quousque ludemur ? cet. ad Att. 15, 22. — In Pansa spes? Λῆρος πολὺς in vino et in somno istorum. Ib. Lib. 16, 1, 2. — Pansa furere videtur de Sex. Clodio (restituto) itemque de Deiotaro; et loquitur severe, si velis credere. ad Att. 14, 19, 2. — Pansa plane mihi probabat se bene sentire et cupere pacem. (710.) ad Att. 14, 20, 4. — Pansa et sentit bene et loquitur fortiter. (a. u. c. 710.) ad Fam. 12, 22, 2. — C. Pansa consul cum A. Hirtio a. u. c. 711. — Colloquium Ciceronis cum eo de statu D. Bruti. ad Fam. 11, 5, 1. — A. u. c. 710. Romae copias ex delectu Italiae comparabat. Ibid. 12, 5, 2. — Eius delectus urbem totamque Italiam erexit. Philipp. 10, 10, 21. — Quid C. Pansa egit aliud delectibus habendis, pecuniis comparandis, senatus consultis faciendis gravissimis in Antonium, nobis cohortandis, populo Romano ad causam libertatis vocando, nisi ut D. Brutus liberaretur? Philipp. 14, 2, 5. — Princeps proelii ad Mutinam faciendi et cum Antonio confligendi fuit; dignus imperator legione Martia, digna legio imperatore. Cuius si acerrimum impetum cohibere potuisset, uno proelio confecta res esset. Sed cum libertatis avida legio effrenatius in aciem hostium irrupisset, ipseque in primis Pansa pugnaret, duobus periculosis volneribus acceptis, sublatus e proelio rei publicae vitam reservavit. Ibid. 9, 26. Cfr. ibid. 14, 36. — C. Pansa et A. Hirtius: decretum de iis honorificentissimum propositum a Cicerone. Philipp. 5, 19, 53. — Pansae laudes. Philipp. 7. 2, 5. seqq. — Eum ad virtutem exhortatur. Ibid. C. 8, 27. — C. Pansa senatum ad honorandum Ser. Sulpicium cohortatus ipse multa copiose de illius laude dixit. Philipp. 9, 1, 3. — Pansa in senatu dignitatem Q. Cornificii defendit. (a. u. c. 711.) ad Fam. 12, 25, 1. — C. Pansa ad pacem cum Antonio faciendam hortatus erat. Philipp. 12, 1, 2. — Ubi sunt, C. Pansa, illae cohortationes pulcherrimae tuae, quibus a te excitatus senatus, inflammatus populus Romanus non solum audivit, sed etiam didicit, nihil esse homini Romano foedius servitute? Ib. 7, 15. — Multi eum factum putabant leniorem. Ibid. §. 18. — Pansae et Hirtii res gestae et vicissitudines in proelio Mutinensi (a. u. c. 711.) ad Fam. 10, 30. per totam Ep. Ibid. 33, 4. — Eius interitus deploratur a D. Bruto Ibid. 11, 9, 1. Ibid. 13, 2. — Hirtium et Pansam, collegas nostros, homines in consulatu rei publicae salutares, alieno sane tempore amisimus, re publica Antoniano quidem latrocinio liberata, sed nondum omnino explicata. ad Fam. 12, 25 a., 6. Ibid. 30, 6. — Consules duos, bonos quidem, sed dumtaxat bonos amisimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit; - - Pansa fugerat, volneribus acceptis, quae ferre non poterat. — Pseudocic. ad Brutum 1, 3. Ibid. Ep. 5. Ibid. Ep. 6. — Erat in senatu satis vehemens et acer Pansa, cum in ceteros domesticos hostes, tum maxime in socerum (Q. Fufium Calenum?): cui consuli non animus ab initio, non fides ad extremum defuit. Pseudocic. ad Brut. 1, 10. — Repugnante et irascente Pansa sententiam dixi, ut Dolabellam bello Cassius persequeretur. Pseudocic. ad Brut. 2, 4. — De exercitu suo aut delectu M. Bruto nihil tributurus erat. Idem 2, 6. — Pansa loquens inductus a Q. Curione in libro, quo invectus est in Caesarem. Brut. 60, 218. — Memoratur praeterea Fragm. (Nota. 9.) p. 461. — Item p. 465. ad Att. 11, 6, 3. ad Fam. 12, 14, 5. Philipp. 3, 15, 37. ad Fam. 7, 12, 1.

Vibius Curius equitatui Caesaris praeerat a. u. c. 705. Caesar Civ. 1, 24.

— Redarguimus interim aperte, ut Cicero Vibium Curium multum de annis aetatis suae mentientem. „Tum ergo, cum una declamabamus, non eras natus." Quintilianus 6, 3, 73. ubi Spalding arbitratur hunc esse Vibium, a quo Cicero Alexandri Lychni poëmata accepit ad Att. 2, 20, 6. et eum, quem ad Fam. 9, 6, 1. simpliciter nominat Curium (*Curtium* Cod. Mediceus.)

Vibo, oppidum Bruttiorum, hodie *Monte Leone*, olim Hippo dictum. Cfr. Strabo L. 6. p. 395. Almelov. et ibi Interpretes. Item Plin. 3, 5., cuius haec verba sunt: „Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus." Vide Valentini. — Memoratur etiam Verr. Accusat. 2, 40, 99. ad Att. 16, 6, 1.

Vibonensis sinus. ad Att. 16, 6, 1.

L. Vibullius Rufus. Scripsi ad Caesarem, Vibullium Caesaris mandata de mea mansione ad Pompeium pertulisse, nec ad Oppium. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 5, 18. — Pompeii studiosissimus eiusdemque praefectus fabrum. ad Q. Fr. 2, 9, 2. — L. Vibullius a. u. c. 705. cum paucis militibus e Piceno currit ad Cnaeum. ad Att. 7, 24. Ib. Lib. 8, 1, 1. — Vibullii res gestae adhuc sunt maximae. - - Videbis de Cnaeo nostro ipse Vibullius quid existimet. Ib. Ep. 2, 4. — Eius res gestae in Piceno. Ib. Ep. 11. A. et B. — Vibullius omnino non est visus a Caesare. a. u. c. 705. ad Att. 8, 15, 1. — Vibullius a Pompeio cum mandatis ad Ciceronem missus, ut is in gratiam rediret cum Caesare. ad Fam. 1, 9, 10. — L. Vibullius Rufus, Pompeianus, missus a Pompeio in agrum Picenum, confirmandorum hominum causa. Cum copiis Corfinium magnis itineribus pervenit. Caesar Civ. 1, 15. — Ibi a Caesare dimittitur incolumis. Ib. 23. — Missus in Hispaniam a Pompeio. Ib. 34. 38. — Eum Caesar cum mandatis ad Cn. Pompeium mittit a. u. c. 706. Caesar Civ. 3, 10. — Is celeriter ad Pompeium contendit, ut adesse Caesarem omnibus copiis nuntiaret. Ib. 11.

Vicapota (sic melius scribitur, quam *Vicepota*). de Legg. 2, 11, 28. Nomen habet a *vincendo* et *potiundo* adeoque ipsius Victoriae nomen est. Aedem eius infra Veliam fuisse constat e Livio 2, 7., ubi vide Interpretes. Vide Victoria.

Vicetini „me et M. Brutum praecipue observant." D. Brutus ad Fam. 11, 19, 2. Incolae oppidi Vicetiae, hodie *Vicenza*, siti in regione Transpadana, in Venetorum finibus. Rectior est scriptura *Vicetia* et *Vicetini* quam *Vincentia* et *Vincentini*.

L. Vicinius. Cod. Med. ad Fam. 8, 8, 6. falsa lectio pro *L. Vinicius*. — Permutantur fere in libris scriptis *Vicinius* et *Vinicius*. Vide Interpretes ad Sueton. Aug. 65. Ern.

Victor, homo nequam, exsul, quem M. Antonius testamenti Caesariani calumnia revocaturus putabatur. a. u. c. 710. ad Att. 14, 14, 2.

Victor rhetor de numeris scripsit. Rufinus p. 191. Est Iulius Victor, cuius Rhetoricam primus edidit Angelus Maius.

Victoria (dea) cum corona et palma pingitur. Varro LL. 5, 10. p. 68. — Eius simulacrum Capuae sudavit. de Divin. 1, 43, 98. — Insistebat in manu Cereris Hennensis dextra grande simulacrum pulcherrime factum Victoriae. Verr. Accusat. 4, 49, 110. — Eius aedes sub Velia. Ascon. in Pison. p. 13. — Victoria dea. de Legg. 2, 11, 28. de Nat. D. 2, 23, 61. — Victoria dea Vacuna dicta. Varro Fr. p. 215. Bip. — Victoriae ludi memorantur Verr. Act. 1, 10, 31. Celebrabantur a. d. VII. Kal. Novembr. (27. d. Octobr.) per quinque dies continuos. — Victoriae ludos Sulla constituit post victoriam Marianam. Schol. Gronov. in Act. 1. Verr. p. 396. — Accuratius Velleius 2, 27, 6: „Felicitatem diei, quo Samnitium Telesinique pulsus est exercitus, Sulla perpetua ludorum Circensium honoravit memoria, qui sublato eius nomine Sullanae victoriae celebrantur." — Propter malum vicinum (Caesarem) ne Victoriae quidem ploditur. ad Att. 13, 44, 1. Id est, Victoriae signo in pompa vecto populus plausum non dedit, ne Caesari dari videretur, cuius signum prope Victoriam gestabatur. — Victoriolas aureas, quae simulacrorum porrectis manibus sustinebantur, sustulit Dionysius Syracusarum tyrannus. de N. D. 3, 34, 84.

Victoriati nummi pro Fonteio 5, 9. sunt quinarii Victoriae imagine insignes; quinque asses valebant. Vide Eckhel D. N. 5. p. 20.

Marius Victorinus rhetor. Quattuor voluminibus Victorinus in Topica

conscriptis, eorum primo declarandis tantum libri principiis occupatur, cet. Boëth. 1. p. 270. *Id.* 3. p. 324. — Victorini liber de compositione. Rufinus p. 191.

Vicus Africus Exquiliis, quod ibi obsides ex Africa bello Punico dicuntur custoditi. Varro LL. 5, 32. p. 158.

Vicus Ciprius, ubi Sabini cives additi consederunt. Varro LL. 5, 32. p. 158.

Vicus Sceleratus dictus a Tullia, Tarquinii Superbi uxore cet. Varro LL. 5, 32. p. 159.

Vicus Tuscus. Varro LL. 5, 8. p. 51.

Vidius. Inter Niciam nostrum et Vidium iudex sum. ad Fam. 9, 10, 1.

Vienna, urbs Allobrogum in Gallia Narbonensi, hodie *Vienne*. ad Fam. 10, 9, 3.

M. Vigellius, Stoicus, qui cum Panaetio vixit; de eo aliunde non constat. de Or. 3, 21, 78. (Man. leg. *Visellius.*)

Villius Annalis. Fundan. Fragmm. 1. p. 415.

(Villius) Annalis. Annali pergratae tuae litterae fuerunt. (a. u. c. 700.) ad Q. Fr. 3, 1, 6, 20. Incertum, utrum sit Lucius, an Sex. Villius Annalis, an eiusdem gentis alius.

L. Villius L. F. Annalis. ad Fam. 8, 8, 5 et 6. Villii Annales dicti a lege annali, quam tulit L. Villius, tribunus plebi a. u. c. 572., quot annos nati quemque magistratum peterent caperentque. Liv. 40, 44.

Sex. Villius, Milonis familiaris. ad Fam. 2, 6, 1. Martyni-Laguna male *Sex. Servilium* vocat. — Idem est fortasse, de quo Quintilianus 6, 3, 86.: Dissimulavit Cicero, cum Sex. Annalis testis reum laesisset et instaret identidem accusator ei, „Dic, M. Tulli, numquid potes de Sexto Annali"? versus enim dicere coepit de libro Ennii annali sexto: *Quis potis ingentis causas evolvere belli?* — Duos habeo Annales apud Appianum Civ. 4, 18., quorum alter patri prodito cito poenas dedit. Pater Valerio Maximo 9, 11, 6. audit L. Villius. Spalding. V. Horat. Sat. 1, 2, 64.

Viminalis collis a Iove Vimino (s. Vimineo). Varro LL. 5, 8. p. 57.

Vinalia a vino: dies Iovis, non Veneris. Varro LL. 6, 3. p. 198. — Vinalia celebrabantur a. d. X. Kal. Mai. (23. d. Aprilis.) Philipp. 14, 5, 14. — Vinalia rustica. Varro LL. 6, 3. p. 201. — Varro RR. 1, 1, 6. Fragmm. p. 373. Bip.

Vincla, sidus. Arat. v. 394. de Nat. D. 2, 44, 114.

Vindullus hospes Pompeii Laodiceae moritur a. u. c. 704. ad Att. 6, 1, 25.

L. Vinicius tribunus pl. a. u. c. 703. ad Fam. 8, 8, 6. (Cod. Medic. habet *L. Vicinius.*)

Vinius ad Att. 2, 2, 3. Sed in hoc loco fluctuat Codd. Mss. scriptura. In Mediceo aliisque pro *Lollio* - - *Vinio* legitur *oleo* - - *vino.*

Violens id est Iolaus. (?) Fragmm. p. 583. Videtur error legendumque *Violeos* vel *Ioleos*. Sic autem alicubi scribere poterat Cicero pro *Iolaus*, ut scripsit *Philoleos* pro *Philolaus*.

Virgilianus. Vide Q. Fabius Virgilianus.

Virgilius. Vide Vergilius.

P. Virgilius Maro laudatur a Victorino p. 8. 13. 71. 73. 80. 84. 97. 109. 172.; ab Eulogio p. 406. 408.

Virgines. Vide Vestales.

Virginius. Vide Verginius.

Virgo sidus. Arat. v. 101. de Nat. D. 2, 42, 110.

Viriathicum bellum. Brut. 21, 84.

Viriathus Lusitanus: propter aequabilem praedae partitionem magnas opes habuit, cui quidem etiam exercitus nostri imperatoresque cesserunt; quem C. Laelius praetor fregit et comminuit ferocitatemque eius ita repressit, ut facile bellum reliquis traderet. de Off. 2, 11, 40. (interemptus a. u. c. 614.)

Virtus dea. — Vides Virtutis templum, vides Honoris a M. Marcello renovatum; quod multis ante annis erat bello Ligustico a Q. Maximo dedicatum. de Nat. D. 2, 23, 61. Ibid. 31, 79. — Eius cultus. de Legg. 2, 8, 19. Ibid. 11, 28. de Nat. D. 2, 31, 79. — Virtutis ara. Philipp. 14, 13, 34. — Virtutis templum idem, quod alibi dicitur Honoris Virtutis. pro Sestio 56, 120.

Viscellinus. Vide Sp. Cassius Viscellinus. Haec scriptura post Sigonium ad a. u. c. 251. nunc recepta

est. Codd. mirum in modum corrupti sunt in hoc nomine: *Vulsellinus*, *Becellinus*, *Uscellinus*, *Vitellinus*, *Betillinus* cet.

Viseius, Antonianus, tribunus pl. designatus a. u. c. 711., fortis latro, quem tamen temperantem fuisse ferunt Pisauri balneatorem. Philipp. 13, 12, 26. idem fortasse qui Phil. 12, 6, 14, *Seius*.

Visellia. Visellia valde me observat. (a. u. c. 710.) ad Att. 15, 13, 4.

C. Visellius Varro, C. Aculeonis (qui Ciceronis materteram uxorem duxerat,) filius, Ciceronis consobrinus: vir doctus in primis; cum post curulem aedilitatem iudex quaestionis esset, est mortuus (incertum, quo anno:) in quo fateor volgi iudicium a iudicio meo dissensisse. Nam populo non erat satis vendibilis; praeceps quaedam et cum idcirco obscura, quia peracuta, tum rapida et celeritate caecata oratio: sed neque verbis aptiorem cito alium dixerim neque sententiis crebriorem; praeterea perfectus in litteris iurisque civilis iam a patre Aculeone traditam tenuit disciplinam. Brut. 76, 264. — C. Varro, vir omnibus rebus ornatissimus, in Asia militum tribunus (a. u. c. 675.) Verr. Accusat. 1, 28, 71. — C. Varro, familiaris Caesaris. de prov. cons. 17, 40.

(T.) Visellius. — Vide legem, quam T. Fadio, (tribuno plebi, de me restituendo) scripsit Visellius. (Cod. Med. *T. Visellius.*) a. u. c. 696. ad Att. 3, 23, 4. „Iurisconsultus, opinor; et fortasse pro *Titus*, *Caius:* ut sit C. Visellius Varro, Ciceronis consobrinus." Manut.

L. Visidius. Vide L. Nasidius.

M. Vitruvius Vaccus. In Vacci pratis domus fuit M. Vacci, quae publicata est et eversa, ut illius facinus memoria et nomine loci notaretur. Pro domo 38, 101. — Integrum nomen est M. Vitruvius Vaccus. Dux is fuerat Privernatium et Fundanorum contra Romanos a. u. c. 425. Vide Liv. 8, 19 et 20.

Vitularia via. ad Q. Fr. 3, 1, 2, 3. Fuit in Arpinati. Nam e Manliano fratris praedio, quod in Arpinati erat, recta in Fufidianum Vitularia via profectus est, quod in eodem agro erat. Cfr. Manutium ad hanc Ep. Ern.

Vitulus, Varronis amicus. Varro RR. 2, 11, 12. — Vitulus in Varronis Serrano. Fr. p. 305. Bip.

Voconia lex, utilitatis virorum gratia rogata, in mulieres plena est iniuriae. de Rep. 3, 10, 17. (Quem locum optime dilucidavit Zumpt ad Verrinas p. 183.) — De Finn. 2, 17, 55. — Eam M. Cato Censorius annos LXV. natus suasit. Cato 5, 14. — Verr. Accusat. 1, 41, 106., ubi consule Zumptium. — Lata est a. u. c. 580. cfr. eundem pag. 189. Vide Q. Voconius Saxa et Indicem Legum.

Q. Voconius Naso iudex quaestionis in iudicio Cluentiano a. u. c. 688. pro Cluentio 53, 147 et 54, 148. Garatonius in Excursu ad Cluentianam p. 568. seqq. Ed. Neap. et Klotz ad Cluentianae §. 147. p. 629. duos ex uno Q. Voconio Nasone faciunt, Q. Voconium iudicem quaestionis, et Q. Nasonem gentis incognitae praetorem a. u. c. 688., quia priore loco Q. Naso, posteriore Q. Voconius nominatur. Recte contra disputavit Madvig de Asconio p. 121., assentiente Zumptio ad Verr. p. 234.: „Madvig collectis in unum locis, quibus apud Ciceronem iudices quaestionum memorantur (nam is utique solus est veterum scriptorum, apud quem illorum mentio inveniatur, si duos exceperis locos in iuris libris Digest. 48. tit. 8. l. 1. et Collat. legg. Mosaic. et Roman. 1, 3., ubi eorundem mentio fit in commemoratione legis Corneliae de sicariis:) primum demonstrat, praetorem ab iis iudiciis, quibus iudex quaestionis praefuerit, abfuisse, contra Garatonium in Excursu ad Cluent. probat, in iudicio Cluentiano non duos homines fuisse, Q. Voconium, iudicem quaestionis, et Q. Nasonem, praetorem, sed unum Q. Voconium Nasonem, iudicem quaestionis. Deinde sic pergit: „Remoti igitur sunt a praetorum iudiciis iudices quaestionum, ab horum praetores, idque ita fuisse multo magis perspicietur, si causam huius muneris instituti intellexerimus. Nam cum plures novis legibus iam ante Sullam constitutae essent quaestiones perpetuae (auctore Ferratio Epist. 1. 15. p. 65. plures certe quam quattuor:) neque iis sex praetores sufficerent, quorum duos iurisdictio utraque occupabat, neque facile magistratuum numerus augeretur: creati necessario ad ceteras quaestiones ad-

ministrandas sunt iudices quaestionum. Auxit Sulla praetorum numerum, ut octo essent; sed quaestiones eo tempore aut, ut volgo putant, octo, aut, ut Garatonius censet (p. 490. et p. 495.), novem erant, quibus si iurisdictiones addimus, hoc quoque tempore duas aut tres quaestiones praetoribus caruisse patet. Raro enim vel nunquam hoc tempore uni aut duas quaestiones aut utramque iurisdictionem demandatam esse recte Garatonius docuit (p. 495. seqq.). Hae igitur iudicibus quaestionum (populi suffragiis creatis, ut veri simile fit, quamvis non essent magistratus) obveniebant (sorte); quorum creandorum necessitas sublata est, aucto a Caesare et Augusto praetorum numero, eaque Madvigio causa esse videtur, cur omnis eorum commemoratio intra hoc temporis spatium concludatur. Zumpt. l. l. — A populo creatos esse mihi quidem minus veri simile videtur, sed potius a praetorum collegio vel a praetore urbano ex iudicum selectorum numero vel sorte ductos vel designatos esse arbitror. — Idem est Q. Naso, „*qui praetor fuerat.*" pro Flacco 21, 90., oratione igitur habita a. u. c. 695.

Q. Voconius Saxa trib. pl., a quo lex Voconia lata est a. u. c. 580., non, ut volgo tradunt, a. u. c. 585. Verr. Accusat. 1, 42, 107. — Q. Voconius legem tulit de mulierum hereditatibus. pro Balbo 8, 21. (Liv. Epit. 41.) De Q. Voconio Saxa eiusque lege consulendus nunc in primis Sauppius in Indice legum. — Voconius legem tulerat, ne quis census, hoc est, pecuniosus, heredem relinqueret filiam. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 189.

Voconius, Pompeianus. Erat cum imperio a. u. c. 705. ad Att. 8, 15, 3. Manutius et Lambinus leg. *Coponius.* Praetorem Voconium a. u. c. 700. (701. Varr.) facit Pighius T. 3. p. 404. Res prorsus incerta.

Vocontii, populus Galliae Narbonensis, quorum caput Vasio, hodie *Vaison.* ad Fam. 10, 23, 2. — Eorum bellum circa a. u. c. 682. pro Fonteio 5, 10.

Volaminia (al. *Volumnia*) in Saliorum carminibus. Varro LL. 9, 38. p. 501.

Volaterrae, urbs Etruriae, hodie *Volterra.* Ibi castra habebat Sulla, cum occisus est Sex. Roscius. pro Sex. Roscio 7, 20. — Volaterrana civitas dicitur, quae praecisis undique lateribus ad omnes ventos alto se monte suspendit. Haec civitas cum Mario senserat. Victis etiam Marianis partibus in eadem constantia perseveravit. Schol. Gronov. ad Roscianam p. 428.

Volaterrana vada, prope Volaterras. pro Quint. 6, 24.

Volaterrani. Eorum incommodum calamitasque civilis. pro Caecina 7, 18. Cfr. Ibid. 35, 102. — De hac calamitate Liv. Epit. 89. Strabo Lib. 5. p. 223. A. B. — Volaterranos et Arretinos, quorum agrum Sulla publicarat neque diviserat, in sua possessione retinebam (quod attinebat ad legem agrariam promulgatam a Flavio tribuno pl. a. u. c. 694.) ad Att. 1, 19, 4. — Hanc Volaterranis, cum etiam tum essent in armis, L. Sulla victor, re publica recuperata, comitiis centuriatis civitatem eripere non potuit: hodieque Volaterrani non modo cives, sed etiam optimi cives, fruuntur nobiscum simul hac civitate. Pro domo 30, 79. — Volaterrani municipes commendati Q. Valerio Orcae. ad Fam. 13, 4, 1. — C. Caesar primo suo consulatu lege agraria agrum Volaterranum et oppidum omni periculo in perpetuum liberavit. Ibid. §. 2.

Volcae, populus Galliae Narbonensis. pro Fonteio 8, 16. — Volgo *Volgae*, pro quo Graevius reposuit *Volcae*, populi Allobrogibus confines. Eos commemorat Caesar Bell. Gall. 7, 7., ubi item in omnibus bonis Edd. *Volcae*, item apud Melam 2, 5. Ern.

Volcanalia. Varro LL. 6, 3. p. 202.

Volcania arma. Tuscul. 2, 14, 33.

Volcaniae insulae propter Siciliam: eas tenuit Volcanus quartus. de Nat. D. 3, 22, 55. — Varro Fr. p. 358. Bip.

Volcanalis flamen. Varro LL. 5, 15. p. 88.

Volcanus ab ignis vi et violentia dictus. Varro LL. 5, 10. p. 76. — Volcani complures: primus Caelo natus, ex quo et Minerva Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui historici esse voluerunt (cfr. de Nat. D. 3, 23, 57.): secundus Nilo natus, Phthas, ut Aegyptii appellant, quem custodem esse Aegypti volunt: tertius ex tertio Iove et Iunone, qui Lemni

fabricae traditur praefuisse, quartus Menalio (Menano Palico Creuz.) natus, qui tenuit insulas propter Siciliam, quae Volcaniae nominabantur. de Nat. D. 3, 22, 55. (*nominabantur* recte; non ut alii, *nominantur*. Certe Ciceronis tempore, ut apud Polybium 1, 25., *Lipareae* insulae nominabantur). — Volcano nupsit Venus tertia. de Nat. D. 3, 23, 59. — Athenis laudamus Volcanum eum, quem fecit Alcamenes, in quo stante atque vestito leviter apparet claudicatio non deformis. de Nat. D. 1, 30, 83. — Non idem in Italia Volcanus atque in Africa et in Hispania. Ibid. §. 84. — Volcanus cultus a Germanis. Caesar Gall. 6, 21.

Volcatius, eques Romanus, emissarius Verris. Verr. Accusat. 2, 9, 25. seqq. Ibid. 23, 56. — Homo improbus. Verr. Accusat. 3, 73, 171.

C. Volcatius, honestissimus vir, a Cn. Dolabella communi et quotidiano iure privatus. Cornel. I. Fragmm. 18. pag. 450. Nescio an is, de cuius subita morte Plinius H. N. 7, 53. tradit. Ern.

C. Volcatius Tullus, adolescens, militat sub Caesare in Gallia. Caesar Gall. 6, 29. — (C.) Volcatius Tullus, Caesarianus, ad Dyrrhachium a. u. c. 706. impetum legionis Pompeianae sustiuuit cohortibus tribus atque eam loco depulit. Caesar Civ. 3, 52.

L. Volcatius Tullus consul cum M'. Aemilio Lepido a. u. c. 688. in Catil. 1, 6, 15. — L. Volcatius, vir egregius, in aedilitate offensiuncula accepta, summos a populo Romano est honores adeptus. pro Plancio 21, 51. — L. Volcatius cos. a. u. c. 688. consilium publicum habuit, an rationem Catilinae habere deberet, si peteret consulatum. Ascon. in tog. cand. p. 90. — Volcatius de animadversione in Catilinarios dixit ante Catonem. ad Att. 12, 21, 1. — Ei placuit meus consulatus. Philipp. 2, 5, 12. — Eius sententia in causa Ptolemaei Auletae, scilicet Pompeio eius restitutionem esse committendam. (a. u. c. 698.) ad Fam. 1, 1, 3. Ibid. 2, 1. Ibid. 4, 1. — Ad Q. Fr. 2, 1, 1. L. Volcatius Tullus, consularis a. u. c. 700. laudavit M. Scaurum. Ascon. in Scaur. p. 28. — Eius moderatione in certamine inter Caesarem et Pompeium (a. u. c. 704.) contentus erat Atticus. ad Att. 7, 3, 3. Ib. Lib. 8, 1, 3. — Ei nunquam placuit ex Italia exire. Ib. Ep. 9, 3. — ad Att. 9, 10, 7. — Equidem senatus consulta facta quaedam iam puto: utinam in Volcatii sententiam! (a. u. c. 705.) ad Att. 9, 19, 2. — Questus erat cum Caesare, quod non idem sibi quod Ciceroni remisisset. a. u. c. 705. ad Att. 10, 3, 2. — De Lepido et Tullo, quod quaeris: illi vero non dubitant, quin Caesari praesto futuri in senatumque venturi sint. ad Att. 8, 15, 2. — L. Volcatius Tullus, M. Marcello infensus, Caesari non egit gratias, illo restituto. (a. u. c. 708.) ad Fam. 4, 4, 4. Ad filium eius anni praetorem refert Ernestius, sed minus credibile est praetorem, hominem quadragenarium, cum M. Marcello consulari inimicitias exercuisse quam consularem cum consulari.

L. Volcatius L. F. Tullus, praetor urbanus a. u. c. 708. ad Fam. 13, 14, 1. Idem, qui postea consul fuit a. u. c. 721. — Ad eundem referendus videtur sequens locus: Volcatium Tullum accusat Vetus Antistius propter ereptum sibi a Pacoro Caecilium Bassum. a. u. c. 710. ad Att. 14, 9, 3. — Nisi vero est C. Volcatius Tullus.

Volnius (al. Volumnius), qui tragoedias Tuscas scripsit, Tatienses, Ramnes, Luceres vocabula Tusca dicebat. Varro LL. 5, 9, p. 61.

Volsci, populi Italiae in Latio. Volscorum bellum gravissimum, cui Coriolanus exul interfuit, eodem fere tempore, quo Persarum bellum fuit. Brut. 10, 41. — Volsci in civitatem recepti. pro Balbo 13, 31. et de Off. 1, 11, 35.

L. Volteius (al. *Vulteius*) plurimum poterat apud L. Metellum, Siciliae praetorem (a. u. c. 684.) Verr. Accusat. 3, 66, 155.

Voltinia tribus. pro Plancio 16, 38. Ibid. 17, 43. Eius tribules, Voltinienses. Ibid.

T. Volturcius Crotoniensis, Catilinarius, a Lentulo Sura cum litteris ad Catilinam missus. Sal. Catil. 44, 45. — Interrogatus in senatu, omnia aperit. Ib. 47. — Praemium ei decretum. Ibid. 50. — T. Volturcius, coniurationis Catilinariae index. in Catil. 3, 2, 4. — Cicero ei fidem publicam iussu senatus dedit. Ibid. 4, 8. — Praemia ei data sunt amplissima. Ib. 4, 3, 5.

Volturnales flamines. Varro LL. 7, 5. p. 331.

Volturnus, Campaniae fluvius, hodie *Voltorno*, oritur ex Samnio. — Colonia nostra Volturnus. Varro LL. 5. p. 45. — Eminus est Volturnus Capua tria milia passuum. Pseudoascon. in Verr. Act. II. p. 195.

Volturnus ventus. Varro Fr. p. 340. Bip.

Volucres caelestes, Olor et Aquila. Arat. v. 720.

Volumnia v. Volaminia.

Volumnia potuit in te (Terentia,) officiosior esse quam fuit cet. (a. u. c. 706.) ad Fam. 14, 16. Non facile dixerim, utrum senatoris Volumnii, quocum magnus usus Ciceroni fuit, soror aut filia, an nota illa liberta fuerit. Ern.

Volumnia, amica M. Antonii, liberta Volumnii Eutrapeli, mimico nomine Cytheris. Philipp. 2, 24, 58. Vide Cytheris.

Volumnius v. *Volnius*.

Volumnius Flaccus. Flaccus Volumnius familiaris D. Bruti. ad Fam. 11, 12, 1. Ibid. 18, 1. Vide L. Volumnius.

L. Volumnius, senator, quocum mihi est magnus usus. ad Fam. 7, 32, 1. — Senator. Varro RR. 2, 4, 11. — Estne hic Volumnius Flaccus, qui cum mandatis ad senatum a Bruto Mutinae obsesso mittitur, Bruti legatus? Ern. Vide in praecedente.

M. Volumnius occisus a L. Catilina, temporibus Sullanis. Ascon. in tog. cand. p. 84.

P. Volumnius, senator, iudex in A. Cluentium. pro Cluentio 70, 198. Fortasse idem cum sequente.

P. Volumnius, eques Romanus, ad quem sunt Epp. 32 et 33. Lib. 7. ad Fam. (a. u. c. 703.) cognomine Eutrapeli, quod ab εὐτραπελία tulit, fuit Antonii collusor et sodalis (Philipp. 13, 2, 3), bello civili praefectus fabrum (Cornel. Nep. Attic. 12, 4.), et Cytheridem, ab ipso Volumniam denominatam, habuit amicam (ad Fam. 9, 16, 1.), quae deinde Antonio cessit. — Quod aditus ad Antonium difficilior esse dicitur, scripsi ad Eutrapelum, ut is ei meas litteras redderet, legatione mihi opus esse. a. u. c. 710. ad Att. 15, 8, 1. — Quomodo a. u. c. 708. apud eum coenarit, festive narrat Cicero. ad Fam. 9, 26. (Ex Epistolis Ciceronis ad eum missis colligere licet urbanitatem hominis non adeo insignem fuisse, sed scurrilem potius et mimicam. Ern.) Meminit eius Horat. Epp. 1, 18, 31.

Volupiae sacellum. Varro LL. 5, 34. p. 164.

Voluptas dea, id est, Venus Volupia. de Nat. D. 2, 23, 61.

C. Volusienus Quadratus, tribunus militum, vir et consilii magni et virtutis. Caesar Gall. 3, 5. et 8, 23. — C. Volusienus, praefectus equitum, Caesarianus. Caesar Civ. 3, 61. — Tribunus plebi fuit a. u. c. 711. Antonii assecla. Scilicet e Codd. Bambergensi et Bernensi locus antea corruptus Philipp. 14, 7, 21. sic est restituendus: *idem Ventidium, cum alii praetorem, tribunum Volusienum, ego semper hostem.*

L. Volusienus, summo splendore homo ac virtute praeditus. pro Cluentio 70, 198.

Volusius, haruspex, ex C. Verris cohorte, homo improbus. Verr. Accusat. 3, 11, 28. Ibid. 21, 54. quo posteriore loco olim edebatur *Volusianus*.

Cn. Volusius. Erat apud Ciceronem in provincia Cilicia a u. c. 703. ad Att. 5, 11, 4. — Inter comites Ciceronis fuisse certum est. Non autem negare possum certam mihi videri Corradi opinionem, qui pro *Cn.* censebat legendum *Q.* Ern.

M. Volusius; ab eo Tironis litteras acceperat Cicero (a. u. c. 705.) ad Fam. 16, 12, 6. — Hic est, qui postea aedilis plebis proscriptus a triumviris singulari fallaciae genere percussores evasit, ut commemorat Valer. Max 7, 3, 8. Ern.

Q. Volusius, Ciceronis discipulus, defendit Catilium piratam. ad Fam. 5, 10, 2. Ibid. 20, 3. — Q. Volusium, tui Tiberii generum, certum hominem, sed mirifice etiam abstinentem, misi in Cyprum. (a. u. c. 704.) ad Att. 5, 21, 6. Fuit de comitibus Ciceronis in Cilicia provincia, praefectus puta vel tribunus militum.

Volux, Bocchi filius. Sal. Iug. 101. 105. — Per media Iugurthae castra L. Sullam ad patrem perducit. Ib. 107.

Vopiscus Caesar. V. Caesar Vopiscus.

Vortumnalia. Varro LL. 6, 3. p. 203.

Vortumnus, deus Etruriae princeps. Varro LL. 5, 8. p. 51. — Vortumni signum Romae in capite duorum vicorum Tusci et Turarii. (Donat. Rom. vet. 2, 27.) Verr. Accusat. 1, 59, 154. — Varro LL. 5, 19. p. 79. — Signum Vortumni in ultimo vico Turario est cet. Vortumnus autem deus invertendarum rerum est, id est, mercaturae. Pseudoascon. in Act. II. Verr. p. 199. Cfr. Propert. 4, 2.

Vulcanus. V. Volcanus.

Vulchalo, Galliae oppidum. pro Fonteio 5, 9. (Hodie *Bouchalot* ad Garumnam).

L. Vulteius: vide L. Volteius.

Xanthippe praedicare solita in viro suo erat Socrate eodem semper voltu tranquillo et sereno se vidisse exeuntem illum domo et revertentem. Tuscul. 3, 15, 31.

Xanthippus, Periclis pater. Brut. 11, 44.

Xanthippus, Lacedaemonius, ex insidiis cepit M. Attilium Regulum. de Off. 3, 26, 99.

Xeniae balneae nonnemo legendum suspicatus est pro *ad balneas Senias*: pro Caelio 25, 61. Sed est res prorsus incerta.

Xeno Apollonidensis (ex Apollonide, Asiae oppido, diversus a Xenone Atheniensi.) ad Att. 5, 13, 2.

Xeno, Atheniensis, Epicureus. — Xenonem tuum vel nostrum potius Quinto concesseram cet. (a. u. c. 703.) ad Att. 5, 10, 5. — Xenonem tam diligo quam tu. Ibid. 11, 6. — Optimus vir. Ib. Lib. 7, 1, 1. ad Att. 13, 37, 1. ad Att. 14, 16, 4.

Xeno Menaenus, a C. Verre vexatus. Verr. Accusat. 3, 22, 55.

Xenocles Adramyttenus, (ex Adramytto, Mysiae urbe, oriundus:) Dionysius Magnes, Aeschylus Cnidius; cum iis Cicero (a. u. c. 675 — 677.) totam Asiam peragravit. Hi tum in Asia rhetorum principes numerabantur. Brut. 91, 316.

Xenocrates Chalcedonius, cum Speusippo et Aristotele a Platone philosophiae quasi heres relictus. Acad. 1, 4, 17. — Xenocrates, Aristotelis condiscipulus; in eius libris, qui sunt de natura deorum, nulla species divina describitur: deos enim octo esse dicit; quinque eos, qui in stellis vagis nominantur, unum qui ex omnibus sideribus, quae infixa caelo sunt, ex dispersis quasi membris simplex sit putandus deus, septimum Solem adiungit octavamque Lunam. de Nat. D. 1, 13, 34. — Xenocrates animi figuram et quasi corpus negavit esse, verum numerum dixit esse; cuius vis, ut iam ante Pythagorae visum erat, in natura maxima esset. Tuscul. 1, 10, 20. — Xenocrates et superiores etiam animum naturam expertem corporis esse dixerunt: contra Zeno. Acad. 1, 11, 39. — Xenocrates animum esse dixit numerum nullo corpore. Acad. 2, 39, 124. — Est numerus, ut Xenocrates censuit, animus ac deus. Eulogius p. 402. — Eius libri sunt de ratione loquendi multi et multum probati. Acad. 2, 46, 143. — Xenocrates et Aristoteles nusquam tetigerunt παράδοξα. Acad. 2, 44, 136. Cfr. praeterea Acad. 2, 35, 113. de Finn. 4, 2, 3. Ibid. 6, 15. de Finn. 4, 18, 49. de Finn. 5, 1, 2. Ibid. 3, 7. Tuscul. 5, 10, 30. Ibid. 13, 39. Ibid. 31, 87. — Xenocrates, a Platone profectus, Academiae nomen obtinuit. de Or. 3, 17, 62. — Xenocrates in peregrinatione aetatem suam consumpsit. Tuscul. 5, 37, 107 et 109. — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Athenis aiunt, cum quidam apud eos, qui sancte graviterque vixisset, testimonium publice dixisset et (ut mos Graecorum est) iurandi causa ad aras accederet, una voce omnes iudices, ne is iuraret, reclamasse. pro Balbo 5, 12. Loquitur de Xenocrate. — Xenocratem iurare Athenienses testimonium dicentem prohibuerunt. ad Att. 1, 16, 4. — Xenocrates quomodo Alexandri legatos acceperit eiusque dona contempserit. Tuscul. 5, 32, 91. — Eum, nobilem in primis philosophum, ferunt, cum quaereretur ex eo, quid assequerentur eius discipuli, respondisse, ut id sua sponte facerent, quod cogerentur facere legibus. de Rep. 1, 2, 3. (cfr. Servium ad Aen. 7, 204.) — Xenocrates severissimus philosophorum et propterea clarus et magnus. de Off. 1, 30, 109. — Xenocrates gravissimus philosophus exaggerans magnopere virtutem, extenuans cetera et abiiciens. Tuscul. 5, 18, 51. de

Legg. 1, 13, 38. Ibid. 21, 55. de Or. 3, 18, 67. Vide Speusippus.

Xenomenes Thyreus, hospes Ciceronis (a. u. c. 704.) ad Fam. 16, 5, 1.

Xenophanes Colophonius, ex patria expulsus post multa itinera per Siciliam et Magnam Graeciam facta immigravit in Eleam sive Veliam, Phocaeorum coloniam, ubi Eleaticorum disciplinam condidit. Floruit autem circa Olymp. 68. *Μακροβιώτατος γεγονεν, ώς που καὶ αὐτός φησιν· Ἤδη δ' ἑπτά τ' ἔασι καὶ ἑξήκοντ' ἐνιαυτοι Βληστρίζοντες ἐμὴν φροντίδ' ἀν' Ἑλλάδα γῆν· Ἐκ γενετῆς δὲ τότ' ἦσαν ἐείκοσι πέντε τε πρὸς τοις, Εἴπερ ἐγὼ περὶ τῶνδ' οἶδα λέγειν ἐτύμως.* Diog. Laërt. 9, 18. Cfr. Christ. A. Brandis Commentatt. Eleaticar. pars prima. Altonae 1815. 8. Xenophanis Colophonii Carminum reliquiae. De vita eius et studiis disseruit, fragmenta explicuit, placita illustravit Simon Karsten. Bruxellis 1830. 8. — Megaricorum fuit nobilis disciplina, cuius, ut scriptum video, princeps Xenophanes. Acad. 2, 37, 118. „Non sine causa Cicero Megaricorum disciplinam in Ethicis (nam de his solis agit) ab Eleatica philosophia eiusque auctore Xenophane repetit, cum in istis ab hac illa tota pendeat et in Dialecticis modo differat, quorum ope tela sua acuebat, quibus contra Aristotelem et Peripateticos uteretur. Propterea de Megaricorum Ethicis tam raro mentionem faciunt antiqui, ut hic ipse Ciceronis locus classicus sit. Ita principem Megaricorum in Ethicis dicit, ut alibi physicorum Epicureorum Democritum. (de Finn. 1, 6, 17.) Goerenz. — Xenophanes paullo antiquior Anaxagora; unum esse omnia dixit, neque id esse mutabile et id esse deum neque natum unquam et sempiternum, conglobata figura. Acad. 2, 37, 118. — Xenophanes unus, qui deos (al. *deum*) esse diceret, divinationem funditus sustulit. de Divin. 1, 3, 5. Ibid. 39, 87. — Xenophanes, mente adiuncta, omne praeterea quod esset infinitum, deum voluit esse. de Nat. D. 1, 11, 28. — Xenophanes habitari ait in luna eamque esse terram multarum urbium et montium. Acad. 2, 39, 123. Lactant. Institt. D. 3, 23. — Xenophanes, Parmenides minus bonos versus fecerunt quam Empedocles. Acad. 2, 23, 74. — Cfr. Acad. 2, 5, 14. Varro Fr. p. 221. Bip.

Xenophon Socraticus. — Xenophon, qui vir et quantus! in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia, quorum eventus mirabiles exstiterunt. de Divin. 1, 25, 52.— Cyrus ille a Xenophonte non ad historiae fidem scriptus, sed ad effigiem iusti imperii; quos quidem libros non sine causa noster ille Africanus de manibus ponere non solebat. ad Q. Fr. 1, 1, 8, 23. — Semper Africanus minor Socraticum Xenophontem in manibus habebat. Tuscul. 2, 26, 62. — Cyri vitam et disciplinam legunt (omnes) praeclaram illam quidem, sed neque tam rebus nostris aptam nec tamen Scauri laudibus anteponendam. Brut. 29, 112. — *Παιδείαν Κυρου*, quam contriveram legendo, totam in hoc imperio (ad Pindenissum a. u. c. 704.) explicavi. ad Fam. 9, 25, 1. — Persarum a Xenophonte victus exponitur, quos negat (Cyrop. 1, 2, 8.) ad panem adhibere quidquam praeter nasturtium. Tuscul. 5, 34, 99. — Xenophon nasturtio vesci Persas esse solitos scribit (Cyrop. 1, 2, 8.) de Finn. 2, 28, 92. — Cyri morientis apud eum sermo. Cato 9, 30. — Cyri morientis oratio in Latinum conversa. Cato 22, 79. — Antiquissimum sepulturae genus illud fuisse videtur, quo apud Xenophontem Cyrus utitur. de Legg. 2, 22, 56. — Eius Cyrus et Agesilaus: quorum regum summo in imperio nemo unquam verbum ullum asperius audivit. ad Q. Fr. 1, 2, 2, 7. — Unus Xenophontis libellus in Agesilao laudando facile omnes imagines omnium statuasque superavit. ad Fam. 5, 12, 7. — Xenophon Socraticus de re rustica scripsit. Varro RR. 1, 1, 8. — Xenophon locum de re familiari commodissime persecutus est in eo libro, qui Oeconomicus inscribitur; quem Cicero adolescens e Graeco in Latinum convertit. de Off. 2, 24, 87. — Xenophontis Oeconomicus. Fragmm. p. 472. — Xenophon eiusque uxor in dialogo Aeschinis, ubi Aspasia cum iis colloquitur. de Inv. 1, 31, 51. Cfr. Victorinus I. p. 98. — Xenophon, ex sententia Velleii Epicurei, multa peccat in doctrina de natura deorum. Facit enim in iis, quae a Socrate dicta rettulit, Socratem disputantem, formam dei quaeri non oportere, eundemque et solem et animum deum dicere, et modo unum, tum plures deos. de Nat. D. 1, 12, 31. — Xenophonti consi-

lium a Socrate datum, ut de rebus et obscuris et incertis ad Apollinem referret. de Divin. 1, 54, 122. — Xenophon Agesilaum instituit. de Or. 3. 34, 139. — Eius sermo est ille quidem melle dulcior, sed a forensi strepitu remotissimus. Orat. 9, 32. — Xenophonteum genus dicendi, molle. Brut. 35. 132. — Xenophontis voce Musas quasi locutas ferunt. Orat. 19, 62. — In eius libris Socrates ironia utitur faceta et eleganti. Brut. 85, 292. — Eius Symposium. Cato 14, 46.— Multas ad res perutiles Xenophontis libri sunt, quos legite, quaeso, studiose, ut facitis. Ibid. 17, 59. — Unde mentem hanc homo arripuit? ait apud Xenophontem (Memor. 1, 4, 8.) Socrates. de Nat. D. 2, 6, 18. — Quaerit apud Xenophontem Socrates, unde animum arripuerimus, si nullus fuerit in mundo? Ibid. 3, 11, 26. — Eius Hercules Prodicius. de Off. 1, 32, 118. — Xenophontius Hercules. ad Fam. 5, 12, 3. Cfr. Memorab. 2, 1, 21. seqq. — Xenophon Socraticus historiam scripsit; leniore quodam sono est usus, quam Callisthenes, vehemens fortasse minus, sed dulcior. de Or. 2, 14, 58.

Xerxes, Persarum rex, cum tantis classibus tantisque equestribus et pedestribus copiis, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulavisset terramque navigasset, si, cum tanto impetu in Graeciam venisset, causam quis ex eo quaereret tantarum copiarum tantique belli, mel se auferre ex Hymetto voluisse diceret, certe sine causa videretur tanta conatus. de Finn. 2, 34, 112. — Xerxes quondam Hellespontum clausit. Varro LL. 7, 2. p. 307. — Xerxes eam unam ob causam inflammari Atheniensium fana iussisse dicitur, quod deos, quorum domus esset omnis hic mundus, inclusos parietibus contineri nefas esse duceret. de Rep. 3, 9, 14. — Xerxes auctoribus Magis inflammasse templa Graeciae dicitur, quod parietibus includerent deos. de Legg. 2, 10, 26. — Xerxes refertus omnibus praemiis donisque fortunae, praemium proposuit, qui invenisset novam voluptatem. Qua ipsa non fuit contentus; neque enim unquam finem inveniet libido. Tuscul. 5, 7, 20. — Xerxes deorum templa et aras evertit. de Nat. D. 1, 41, 115. — Eum ut reciperent Athenienses, Cyrsilus suasit. de Off. 3. 11, 48. — Schol. Bob. pro Sestio p. 311.

Zagreus ex incerta Hemsterhusii coniectura, unus primorum trium Dioscurorum. de Nat. D. 3, 21, 53.

Zaleucus. Quis Zaleucum leges Locris scripsisse non dixit? Num igitur iacet Theophrastus, si id a Timaeo reprehensum est? ad Att. 6. 1. 18. — Zaleucus et Charondas. de Legg. 1, 22, 57. — Ante ipsam legem expositam, de eius legis laude dixerunt: quamquam illi quidem non studii et delectationis (ut Plato), sed rei publicae causa leges civitatibus suis conscripserunt. Quos imitatus Plato, videlicet hoc quoque legis putavit esse persuadere aliquid, non omnia vi ac minis cogere. — Zaleucum istum negat ullum fuisse Timaeus. At Theophrastus, auctor haud deterior; commemorant vero ipsius cives, nostri clientes Locri. de Legg. 2, 6, 14 et 15. — Cfr. Heynii Prolusiones XV. de civitatum Graecarum per Magnam Graeciam et Siciliam institutis ac legibus. Opuscc. Vol. II.

Zama, Africae oppidum. Varro Fr. p. 367. Oppugnatum a Q. Metello Numidico a. u. c. 645. Sal. Iug. 56. seqq. — Ibi rex Iuba domicilium habebat (a. u. c. 707.) Incolae Zamenses. Bell. Afric. 91.

Zeius, familiaris Ciceronis. ad Fam. 7, 12, 1. Nomen corruptum; al. legunt Seius, al. Titius.

Zela, oppidum in Ponto; eius situs Bell. Alex. 72.

Zeno Cittieus, Stoicorum princeps. Paene contemptim „Poenulus, (Cittiei enim e Phoenicia profecti") dicitur de Finn. 4, 20, 56. (*Ζήνων Μνασέου, ἢ Δημέου, Κιττιεὺς ἀπὸ Κύπρου, πολίσματος Ἑλληνικοῦ Φοίνικας ἐποίκους ἐσχηκότος.* Diog. Laërt. 7, 1.) — Eum non coëgit in suis studiis obmutescere senectus. Cato 7, 23. — Novam haeresin novo paxillo suspendit. Varro Fr. p. 277. Bip. — Stoicorum princeps, non tam rerum inventor fuit quam verborum novorum. de Finn. 3, 2, 5. Ibid. 4, 15. — Naturam ita definit, ut eam dicat ignem esse artificiosum ad gignendum progredientem via. de Nat. D. 2, 22, 57. — Natura non artificiosa solum, sed plane artifex ab eodem dicitur. Ibid. §. 58. — Quibus argumentis demonstrarit, animantem esse mundum compotemque rationis. — Similitudine, ut saepe so-

let, rationem conclusit. de Nat. D. 2, 7, 20. seqq. — Eius breves et acutulae conclusiones. Ibid. 3, 7, 18. Ib. 9, 22. — Ei animus ignis videtur. Tuscul. 1, 9, 19. — De physica ratione fabularum locus a Zenone tractatus post a Cleanthe et Chrysippo pluribus verbis explicatus est. de Nat. D. 2, 24, 63. — Zeno animalium semen ignem esse docuit. Varro LL. 5, 10. p. 65. — Ex eius sententia aliquod fuit principium generandi animalium. Varro RR. 2, 1, 3. — Zeno contrahi animum et quasi labi putat atque concidere; et id ipsum esse dormire. de Divin. 2, 58, 119. — Zeno primus, post Cleanthes, deinde Chrysippus magnam molestiam suscepit et minime necessariam commenticiarum fabularum reddere rationem, vocabulorum, cur quidque ita appellatum sit, causas explicare. de Nat. D. 3, 24, 63. — Posse acerbos e Zenonis schola exire dicere solebat Aristo Chius. Ibid. 31, 77. — Urgebat Arcesilas Zenonem, cum ipse falsa omnia diceret, quae sensibus viderentur, Zeno autem nonnulla visa esse falsa, non omnia. de Nat. D. 1, 25, 70. — Zeno cum Polemone disceptans, a quo, quae essent principia naturae, acceperat. de Finn. 4, 16, 45. — Zeno nulla in re nisi in virtute propensionem ne minimi quidem momenti ad summum bonum adipiscendum esse dixit. Ibid. 17, 47. Ibid. 19, 54. Ibid. 21, 59 et 60. Ibid. 22, 61. — Non fuit causa Zenoni, cum Polemonem audisset, cur et ab eo ipso et a superioribus dissideret. de Finn. 4, 2, 3. — Dicendi copiam reliquit. Ibid. 3, 7. — Quomodo visum, φαντασίαν, definierit, reprehensus ideo a Philone Academico. Acad. 2, 6, 18. — Quo gestu visum, assensum, comprehensionem, scientiam expresserit? Acad. 2, 47, 145. — Quid προηγμένον contraque quid ἀποπροηγμένον appellarit: de Finn. 3, 15, 51. — Zenonis finis convenienter naturae vivere. de Finn. 4, 6, 14. Ibid. 8, 19. — Zenoni visum est honestatem solam expetendam esse. de Off. 3, 8, 35. — A Zenone hoc magnifice tamquam ex oraculo editur: Virtus ad beate vivendum se ipsa contenta est. de Finn. 5, 27, 79. — Zeno inventor et princeps Stoicorum, honestum, quod ducatur a conciliatione naturae statuit finem esse bonorum. Acad. 2, 42, 131. — Zeno nullo modo is erat, qui, ut Theophrastus, nervos virtutis inciderit, sed contra, qui omnia, quae ad beatam vitam pertinerent, in una virtute ponerent. Acad. 1, 10, 35. — Tota eius doctrina exponitur: Ibid. in seqq. — Nullo modo arbitrabatur quidquam effici posse ab ea natura, quae expers esset corporis, — cuius generis Xenocrates et superiores etiam animum esse dixerant — nec vero aut quod efficeret aliquid aut quod efficeretur posse esse non corpus. Ibid. 11, 39. — Si Zenonem sequare, magnum est efficere, ut quis intelligat, quid sit illud verum et simplex bonum, quod non possit ab honestate seiungi. Acad. 1, 2, 7. — Zeno unam viam muniit, duce virtute; alteram Carneades desubulavit, bona corporis secutus. Varro Fr. p. 306. Bip. — Zeno in una virtute positam beatam vitam putat. — Vereor, ne virtuti plus tribuat, quam natura patiatur. Acad. 2, 43, 134. Cfr. Ibid. 44, 135. — Zeno sapientem non beatum modo, sed etiam divitem dicere ausus est. de Finn. 5, 28, 84. — Eius sapiens. Fragmm. p. 470. — Zeno nisi quod turpe esset, nihil malum ducebat. Tuscul. 5, 9, 27. — Zenoni summum bonum est in mediis neutram in partem moveri, quae ἀδιαφορία ab ipso dicitur. Acad. 2, 42, 130. — Nihil est, inquit, malum, nisi quod turpe atque vitiosum est. Tuscul. 2, 12, 29. — Zeno, quasi corporis simus expertes, animum solum amplectitur: Aristippus, quasi animum nullum habeamus, corpus solum tuetur. Acad. 2, 45, 139. — Est Zenonis haec definitio, ut perturbatio sit, quod πάθος ille dicit, aversa a recta ratione, contra naturam animi commotio. Tuscul. 4, 6, 11: vel brevius, ut perturbatio sit appetitus vehementior. Ibid. 21, 47. — Zeno aegritudinem sic definit, ut sit opinio praesentis mali recens. Tuscul. 3, 31, 75. — Stoici et deos esse et quattuor ex rebus omnia constare dixerunt. Cum autem quaereretur res admodum difficilis, num quinta quaedam natura videretur esse, ex qua ratio et intelligentia oriretur, in quo etiam de animis, cuius generis essent, quaereretur, Zeno id dixit esse ignem. de Finn. 4, 5, 12. — Zeno, quod ad divinationem attinet, mansit in antiquorum philosophorum sententia. de Divin. 1, 3, 5. — In suis commentariis doctrinae de divinatione quasi se-

mina quaedam sparsit. Ibid. §. 6. — Zenoni et reliquis fere Stoicis aether videtur summus deus, mente praeditus, qua omnia regantur. Acad. 2, 41, 126. — Zeno naturalem legem divinam esse censet eamque vim obtinere, recta imperantem prohibentemque contraria. — Idem alio loco aethera deum dicit esse; — aliis autem libris rationem quandam per omnium naturam rerum pertinentem vi divina esse affectam putat. Idem astris hoc idem tribuit, tum annis, mensibus, annorumque mutationibus. Cum vero Hesiodi Theogoniam (allegorice) interpretatur, tollit omnino usitatas perceptasque cognitiones deorum; neque enim Iovem neque Iunonem neque Vestam cet. in deorum habet numero, sed rebus inanimis atque mutis per quandam significationem haec docet tributa nomina. de Nat. D. 1, 14, 36. — Inter Zenonem et Peripateticos nihil praeter verborum novitas interest. Tuscul. 5, 11, 32. Ibid. §. 33. — Zeno rebus (doctrina ipsa Academiae veteris) non commutatis immutavit vocabula. de Legg. 1, 13, 38. Cfr. Ibid. 20, 53. — Zeno cum Aristone verbis consistit, re dissidet; cum Aristotele re consentit, verbis discrepat in fine bonorum statuendo. de Finn. 4, 26, 72 et 73. — Zeno didicit *τὰ ἠθικὰ* a Peripateticis, ut in actionibus praescribi solet: De re eadem alio modo. de Finn. 5, 29, 88. — Zeno Citticus, advena quidam et ignobilis verborum artifex, insinuasse [se] in antiquam philosophiam videtur. Tuscul. 5, 12, 34. — Eius praecepta lepide deridentur: pro Murena 29, 61. — Zeno et Arcesilas Polemonem audiverant assidue. Sed Zeno cum Arcesilam anteiret aetate valdeque subtiliter dissereret et peracute moveretur, corrigere conatus est disciplinam (*Academicorum veterum.*) Acad. 1, 9, 35. — Arcesilas Zenoni, nihil novi reperienti, sed emendanti superiores immutatione verborum, obtrectavit. Acad. 2, 6, 16. — Cum eo non obtrectandi (tantum) causa Arcesilam pugnavisse, unde intelligatur? Acad. 2, 24, 76. — De dialecticis etsi a Chrysippo maxime est elaboratum, tamen a Zenone minus multo quam ab antiquis. de Finn. 4, 4, 9. — Zeno, a quo disciplina Stoicorum est, manu demonstrare solebat, quid inter rhetoricam et dialecticam interesset. Orator 32, 113. — Zeno rhetoricam palmae, dialecticam pugni similem esse dicebat cet. de Finn. 2, 6, 17. — Zenoni, homini mehercule acuto, etsi Academiae nostrae cum eo magna rixa est, placet suo quamque rem nomine appellare; nihil esse obscoenum, nihil turpe dictu. ad Fam. 9, 22, 1. — Zeno magister Dionysii Heracleotae. Acad. 2, 22, 71. — Cfr. Acad. 2, 35, 113. — Tuscul. 2, 6, 15. — Tuscul. 5, 37, 107.

Zeno, Eleates. Zeno Eleae in tormentis necatus. de Nat. D. 3, 33, 82. — Zeno Eleates perpessus est omnia potius, quam conscios delendae tyrannidis (Nearchi) indicaret. Tuscul. 2, 22, 52. — Zeno Eleates et Parmenides: ab his Eleatici philosophi nominabantur. Acad. 2, 42, 129.

Zeno Epicureus: eum Philo coryphaeum appellare Epicureorum solebat. Non ille, ut plerique Epicureorum, sed distincte, graviter, ornate disputabat. de Nat. D. 1, 21, 59. — Zeno Epicureus, etiam litigabat. de Nat. D. 1, 33, 93. — Non eos solum, qui tum erant, Apollodorum, Syllum, ceteros (Academicos) figebat maledictis, sed Socratem ipsum scurram Atticum fuisse dicebat, Chrysippum nunquam nisi Chesippum vocabat. Ibid. 34, 93. — Zeno Epicureus, acriculus senex, Epicureorum acutissimus, contendere solebat eum esse beatum, qui praesentibus voluptatibus frueretur confideretque se fruiturum aut in omni aut in magna parte vitae, dolore non interveniente. Tuscul. 3, 17, 38. — Eum audivit Cicero et Atticus. de Finn. 1, 5, 16.

Zethus Pacuvianus, philosophiae prope bellum indicit. de Or. 2, 37, 155. — Zethus Pacuvii nimis inimicus doctrinae. de Rep. 1, 18, 30. — Eius disputatio de musica cum fratre Amphione. Her. 2, 27, 43. — Iovis et Antiopae filius eodem partu cum Amphione editus. Hyginus Fab. 76 et 155.

Zethus, libertus. ad Fam. 9, 15, 1.

Zeugma Euphratis (ad Q. Fr. 2, 12, 2.) oppidum s. potius tractus plurium oppidorum in Coelesyria ad Euphratem, nomen habens a ponte, quo Euphrates ibi iungitur.

Zeuxis Heracleotes (ex Heraclea, Graeciae magnae oppido:) non est usus plus quam quattuor coloribus;

eius formas et lineamenta laudamus: nondum tamen in eo iam perfecta sunt omnia. Brut. 18, 70. — Zeuxis, Aglaophon, Apelles, dissimillimi inter se. de Or. 3, 7, 26. — Lepida narratio de Helena ab eo Crotoniatis picta. de Inv. 2, 1, 1. seqq. Cfr. Victorinus II. p. 119. — Cfr. Acad. 2, 47, 146. — De Finn. 2, 34, 115. Vide Iunium in Catal. pictor. et Sillig p. 459.

Zeuxis Blaudenius, matricida; nihilominus a Marco Quinto Ciceroni commendatus; cur? ad Q. Fr. 1, 2, 2, 4 et 5.

Zodiacus, Latinis Orbis signifer. Arat. v. 568. — Cfr. Varro Fr. p. 256. Bip.

Zopyrus physiognomon stupidum esse Socratem dixit et bardum, addidit etiam mulierosum, in quo Alcibiades dicitur cachinnum sustulisse. de Fato 5, 10. — Eius iudicium de Socrate Tuscul. 4, 37, 80. — Locus hic erat communis scriptorum de fato. Cfr. Alexandrum Aphrodis. de Fato C. 6. p. 48. Ed. Orellii.

Zosippus, nobilis Tyndaritanus. Verr. Accusat. 4, 42, 92.

Zoster (ad Att. 5, 12, 1.) promontorium Atticae et portus cum oppido

WICHTIGE ANZEIGE
NEUER
PHILOLOGISCHER WERKE,

aus dem Verlage

von

Orell, Füssli und Compagnie,

Buchhändler in Zürich.

ALEXANDRI APHRODISIENSIS, Hermiae filii, Plotini, Bardesanis Syri, et G. Gem. Plethonis, de Fato quae supersunt graece; ed. J. Conr. Orellius, insertae sunt animadvers. J. Casp. Orellii. med. 8. Charta ord. 2 Rthl. — 3 fl. Charta script. 3 Rthl. — 4 fl. 30 kr. Charta velin. britt. 3 Rthl. 16 gr. — 5 fl. 30 kr.

APPULEII Fabula de Psyche et Cupidine. Recensuit et in usum scholarum in academia Turicensi habendarum edid. Jo. Casp. Orellius. med. 8. 1833. 9 gr. — 36 kr.

BALDE, JAC., Carmina selecta, ed. et notis illustr. J. Conr. Orellius. med. 8. 2 Rthl. — 3 fl.

CICERONIS, M. T., ECLOGAE, quas ab Ios. Oliveto descriptas in usum scholarum secundis curis interpretandas ab Ioh. Iac. Hottingero suscepit, recognovit, suis iuventuti erudiendae commentariis et indice instruxit Io. Iac. Ochsnerus, editio altera multis partibus aucta et emendata. 8. 1 Rthl. 8 gr. — 2 fl.

CICERONIS, M. T., ORATOR, BRUTUS, TOPICA, DE OPTIMO GENERE ORATORUM, cum adnotationibus *Caroli Beieri* et editoris: ope codd. Sangall. Einsiedl. Reg. Erlang. Viteberg. Edd. Vett. denuo recensuit Io. Casp. Orellius. Praemittitur epistola critica ad Io. Nic. Madvigium, V. C. 8. 4 Rthlr. — 6 fl.

CICERONIS, M. T., Scholiastae, Marius Victorinus, Rufinus, Iulius Victor, Boëthius, Favonius Eulogius, Asconius Pedianus, Gronovianus cett. Ediderunt Io. Casp. Orellius et G. Baiterus. 2 Vol. Lexicon 8. 1833. Charta ord. 4 Rthlr. — 6 fl. — Charta script. 5 Rthlr. — 7 fl. 30 kr.

CICERONIS, M. T., Tusculanarum disputationum libri quinque, ad fidem potissimum cod. Regii denuo collati, Gryphiani et Bernensis cum integra varietate Victoriana, Manutiana, Lambiniana, Davisiana, Lallemandiana, Ernestiana, Wolfiana et Schuetziana reliquaeque accurato delectu recognovit Io. Casp. Orellius. Accedunt Paradoxa. Francisci Fabricii adnotationes. Richardi Bentleii emendationes curis secundis auctae. Io. Iac. Reiske libellus variantium lectionum. Io. Iac. Hottingeri spicilegium. Fr. Aug. Wolfii scholarum excerpta cum additamentis editoris et selecta varietate codd. Duisburg. Gud. sec. Rehdigeriani. Vindob. utriusque. Lexicon 8. 1829. 2 Rthlr. — 3 fl.

FRAGMENTA ORATORUM ROMANORUM ab Appio inde Caeco et M. Porcio Catone usque ad Q. Aurel. Symmachum. Collegit atque illustr. H. Meyerus. med. 8. 2 Rthlr. — 3 fl.

HELPERICI, sive, ut alii arbitrantur, Angilberti, Karolus Magnus et Leo Papa. E cod. Turicensi Sec. IX. emendavit Io. Casp. Orellius. med. 8. 1832. Charta ordin. 12 gr. — 48 kr. — Charta velin. britt. 16 gr. — 1 fl.

INSCRIPTIONUM LATINARUM SELECTARUM AMPLISSIMA COLLECTIO *ad illustrandam Romanae antiquitatis disciplinam accommodata* ac magnarum collectionum supplementa complura emendationesque exhibens. Cum ineditis *Io. Casp. Hagenbuchii* suisque adnotationibus edidit Io. Casp. Orellius. Insunt lapides Helvetiae omnes, accedunt praeter Fogginii Kalendaria antiqua, Hagenbuchii, Maffeii, Ernestii, Reiskii, Seguierii, Steinbruechelii epistolae aliquot epigraphicae nunc primum editae. II Vol. Lex. 8. Charta ord. 8 Rthlr. — 12 fl. Charta script. 10 Rthlr. — 15 fl.

ISOCRATIS ORATIO DE PERMUTATIONE ex Codd. Msstis supleta ab Andrea Mustoxyde rec. et var. lect. adi. Io. Casp. Orellius. med. 8. Charta ord. 3 Rthlr. 8 gr. — 5 fl. Charta script. 4 Rthlr. — 6 fl.

LYCURGI Oratoris Attici reliquiae. Ed. I. G. Baiterus et H. Sauppius. med. 8. 1834. 1 Rthlr. 16 gr. — 2 fl. 30 kr.

ORELLII, Io. Casp., Eclogae poëtarum latinorum in usum Gymnasiorum et Seminariorum philologicorum. Iterum edidit longe auctiores et correctiores. Insunt A. Persii Flacci Satyrae sex integrae cum varietate aliquot codd. nunc primum collatorum. med. 8. 1833. 1 Rthlr. 20 gr. — 2 fl. 45 kr.

ORELLII, Io. Casp., historia critica Eclogarum ex Salustii historiarum libris. Accedit descriptio editionis martialis epigrammaton romanae anni 1473. med. 8. 1832. 6 gr. — 24 kr.

ORELLII, Io. Casp., novam academiam Turici Helvetiorum iuventuti literarum studiosae Kalendis Maiis 1833 aperiundam ex decreto quindecimvirorum scholis regundis. Inest *M. T. Ciceronis* de provinciis consularibus oratio e codd. emendata. 4. 1833. 8 gr. — 30 kr.

PHAEDRI, A L., FABULAE AESOPIAE. Prima editio critica cum integra varietate Codd. Pithoeani, Remensis, Danielini, Perottini et editionis principis, reliqua vero selecta. Acced. Caesaris Germanici Aratea ex fide codd. Basil. Bern. Einsiedl. Freiberg. ed. Venetae 1488 emendata et suppleta. Pervigilium Veneris ad Codd. Salmas. et Pith. exactum ab Io. Casp. Orellio. Editio altera aucta Phaedri fabulis novis ab Angelo Maio redintegratis et P. Syri sententiis XXX. Turici repertis. med. 8. 1 Rthlr. 8 gr. — 2 fl.

PLUTARCHI CONSOLATIO AD APOLLONIUM. Recognovit et commentariis illustr. L. Usterius. Accedit varietas lectionis et Io. Casp. Orellii spicilegium criticum. med. 8. 1 Rthlr. — 1 fl. 30 kr.

PLUTARCHI VITA M. BRUTI, edidit atque illustravit A. Salomo Voegelinus. 8. 1 Rthlr. 8 gr. — 2 fl.

SALUSTII, C. Cr., **ORATIONES ET EPISTOLAE** ex histor. libris deperditis. Ad fidem cod. Vatic. recensuit atque in scholarum usum edidit Io. Casp. Orellius. med. 8. 9 gr. — 36 kr.

